NOVUM

LEXICON GRÆCUM

ETYMOLOGICUM ET REALE,

CUI PRO BASI SUBSTRATÆ SUNT

CONCORDANTIÆ ET ELUCIDATIONES

HOMERICÆ:

AUCTORE

CHRISTIANO TOBIA DAMM,

RECTORE GYMNASII COLONIENSIS BEROLINI.

EX OPERE INTEGRO HOMERICO-PINDARICO EXCERPTUM, ET DE NOVO INSTRUCTUM; VOCES NEMPE OMNES PRÆSTANS, PRIMO, ORDINE LITERARUM EXPLICATAS, DEINDE, FAMILIIS ETYMOLOGICIS DISPOSITAS,

CURA

JOANNIS M. DUNCAN, A. B.

VOLUMEN SECUNDUM.

GLASGUÆ:

EXCUDEBANT ANDREAS ET JOANNES M. DUNCAN,

ACADEMIÆ TYPOGRAPHI:

IMPENSIS RICARDI PRIESTLEY, LONDINI.

1833.

DAMMII

LEXICON HOMERICUM.

PARS PRIMA.

Λ, mutant facile οἱ Δωριεῖς in ν. ut, φίντατος pro φίλτατος. ex εἵλετο, et omisso augmento ἕλετο, per syncopen ἕλτο, fit ἦντο, et mutato spiritu aspero in γ, γέντο, capiebat, sumebat. ἡ Λ ῥαψῳδία inscribitur ἡ Ἀγαμέμνονος ἀριστεία, et ille est tertius pugnæ dies.

λα, (Λάω) particula inseparabilis, in compositione magnum fruendi conatum innuens, ex λάω, fruor, vescor. est ergo particula intensiva. Vide sequens, et sub στάζω.

Λᾶας, λᾶαος, ὁ. (Ἐλάω) et contracte ὁ λᾶς, λᾶος. lapis magnus, saxum. et notat idem quod ὁ πέτρος aut ἡ πέτρα. etiam urbs quædam dicta fuit ἡ Λᾶς, unde οἱ Διόσκουροι dicti Λαπέρσαι, quia eam expugnaverant. a λᾶς, lapis, est compositum λαξεύειν, et λατόμος, et λατύπος. notat semper, ingentem lapidem. cæterum est nomen ab ἐλάω, nam valde vehementer talis lapis conjectus impingit et percutit. λᾶας ἀναιδὴς, irreverens saxum, Δ, 521, i. e. ingens et cum magna vi accidens. ὀξέϊ λᾶϊ, Π, 739. λᾶαν γάρ μιν (τὸν δράκοντα) ἔθηκε Ζεὺς, Β, 319, ubi ν adjunctum accusativo, producendæ syllabæ causa: retentum autem et in prosa ob euphonian. τόσσον τίς τ' ἐπιλεύσσει ὅσον τ' ἐπὶ λᾶαν ἵησιν, tantum spatium quis prospicit, per quantum potest mittere saxum, *siehet einen steinwurf weit, (sees to the distance of a stone's throw,)* Γ, 12. et id spatium non sane est longum, per quod mittitur magnus lapis. Ἕκτωρ δ' ἁρπάξας λᾶαν φέρεν, Μ, 445, qui describitur satis ingens in sequentibus proximis versibus. et 453, λᾶαν ἀείρας. quo jacto perfregit firmissimas portas. coll. 459, ubi generale nomen ponitur λίθος de eodem. et 462, λᾶος ὑπαὶ ῥιπῆς, sub impetu saxi. Αἴας πολὺ μείζονα λᾶαν ἀείρας, Η, 268, seqq. coll. 264. φιτρῶν καὶ λάων, genit. plur. pro λαάων, Μ, 29. sic a κραάτων fit κράτων, a τὸ κράας, ατος, caput. cæterum lapideo operi solebant interseri κορμοὶ, ne tam facile perrumpi posset opus. sic et Φ, 314, truncorum et lapidum magnorum. λάεσσι ἔβαλλον, lapidibus incessebant eum, Γ, 80, dat. plur. Ionicus, a nominat. plur. λάαες, contr. λᾶες, factus per annexum σι. et intelliguntur funditores. πυκνοῖσι λάεσσι μεγάλοις, Ω, 798, quibus contegebatur superne sepulcrum Hectoris. sic 2 Samuelis xviii, 17. λᾶε δὲ τοῦ (ξύλου) ἐκάτερθεν δύο λευκὼ, Ψ, 329, quæ est ἡ εἰωθυῖα διὰ λίθων ἔρεισις τῶν ἐν ὑπαίθρῳ ἑστηκότων ξύλων, solitum adminiculum stantium sub dio columnarum lignearum. λᾶος ὑπαὶ ῥιπῆς, Θ, 192, præ impetu lapidei illius magni disci, ὑπὸ ὁρμῆς λίθου. πολὺ μείζονα λᾶαν ἀείρας, ι, 537, Polyphemus, jaculaturus in navem Ulyssis: coll. 481, 484. λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσι, sc. χερσὶν, ὁ Σίσυφος ἐν ᾅδου, λ, 593, coll. 595, 598. hoc βαστάζειν ergo fiebat, propellendo per arduum oppositis manibus. et 597, λᾶας ἀναιδής. ὅς μιν (τὴν νῆα) λᾶαν ἔθηκε, ν, 163, Neptunus. ῥυτοῖσιν λάεσσι, ξ, 10. ζ, 267, i. e. ἑλκυστοῖς, διὰ τὸ μέγεθος. ξεστοῖσιν λάεσσι, κ, 211, 253, cæsis et politis ad regulam saxis. τὸ ἐπίνειον (navale, portus) Ἠλίδος dicebatur Λᾶς: hinc illud, Λᾶν περήσεις. cæterum particula intensiva inseparabilis λα est ab hoc nomine sumta.

λαβραγόρας, ου. ὁ. (Ῥέω) molestus dicendo, ὁ ἐν τῷ ἀγορεύειν λάβρος, i. e. λίαν βαρύνων τὸν ἀκούοντα, Ψ, 479, coll. 478.

λαβρεύομαι, f. σομαι. (Ῥέω) loquor rapide et cum præfestinato impetu. *ich rede viel und geschwinde, rede vorschnell, (I speak much and quick.)* est verbum metaphoricum, a vento vehementiori petitum. λάβρως λαλέω. τί πάρος λαβρεύεαι; cur ante tempus præcipitas orationem, Ψ, 474. et 478, αἰεὶ μύθοις λαβρεύεαι, semper verbis præceps es. ex quo apparet, quis sit ὁ λαβραγόρας. ὁ ἐν τῷ ἀγορεύειν λάβρος. ἡ κωτιλὰς est ἡ στωμύλη, ἡ αἱμύλη κωτίλλειν, fœmina loquax. tales fœminæ dicebantur etiam χελιδόνες, hirundines.

λάβρος, α, ον. (Ῥέω) vehemens, rapiens. est a λίαν et ῥέω vel ῥήσσω deductum nomen: notat enim, abripiens valde et cum impetu accidens. ποταμὸς λαβρὸς, *der reissende strom,*

(an impetuous river,) Φ, 271. Ζέφυρος λάβρος ἐπαιγίζων, rapidus superne ingruens, Β, 148. ὡς ὅτε κῦμα ἐμπέσῃ νηῒ λάβρον ὑπαὶ νεφέων ἀνεμοτρεφὲς, Ο, 625. quando unda incidat in navem rapida, a nubibus vento aucta; nam necesse non est, hoc neutrum adverbialiter positum putare. cæterum hoc adjectivum semper connotat sonum murmurantem graviter et stridentem. sic apud Herodot. VIII, 12, ὄμβρος λάβρος, imber vehemens. οὖρον ἐπαιγίζοντα λάβρον, ο, 293, ventum vi accidentem rapidum et stridulum: ubi quoque necesse non est, adverbialiter intelligere. ἤματι ὀπωρινῷ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ Ζεὺς, Π, 385, in autumno, quando vehementissimam et maxime sonantem fundit aquam pluvialem aër. hinc est et ὁ λαβραγόρας, ου, cum magno sono loquens, blaterans. alibi ὁ λάβραξ, ακος, est ὁ λίαν βορὸς, vorax, avidus cibi. Sed aliud est ὁ λαῦρος, publicus locus, ubi λαὸς ῥέει, populus fluit quasi, interserto υ æolice, *wo viel leute wanken, (where many people are moving to and fro:)* et inde est ἡ λαύρα, sc. ὁδὸς, via publica, vicus, *eine strasse, (a street, high-road.)* a quo σκωπτικῶς mulier communis dicitur ἡ σποδησιλαύρα, i. e. ἡ ἐν δημοσίαις λαύραις σποδουμένη, ὡς χαμαιτύπη, quæ in vicis coit humi jacens. venti λάβροι sunt οἱ ζαχρηεῖς. λάβρον πῦρ, Eurip. Orest. 696.

λαγχάνω, (Λέγω) est distractum a λήχω, f. 2. λαχῶ. aor. 2. ἔλαχον, sortior, accipio per sortem, adsigno per sortem. deinde in genere, participem facio, vel particeps fio. est a λέγω, pono: nam apud antiquos hoc verbum proprie notat τὸ ἀπὸ τοῦ κλήρου ἐρχόμενόν τινι, καὶ τὸ ἀποτέλεσμα τοῦ κληροῦσθαι, unde et propinquius a λήγω, desino, possit deductum concipi; sors enim finem ponit dubitationi aut contentioni de habendo aliquo: *was durchs loos jemandem fallt und zu theile wird, was durchs loos gegeben wird, (what falls to a person's share by lot.)* apud recentiores vero hoc verbum etiam ipsam sortiendi actionem, non modo consequens et effectum τοῦ κληροῦσθαι, significat, imo et, quidquid quis per ψῆφον, i. e. per calculum vel tabellam eorum qui sententias ferunt, nanciscitur. κλήρῳ νῦν πεπάλαχθε, ὅς κε λάχῃσι, pro λάχῃ, quis per sortem accipiat, Η, 171. et 179, Ζεῦ πάτερ, ἢ Αἴαντα λαχεῖν (sorte 'd accipere) ἢ Τυδέος υἱὸν, sc. δὸς, quod suppletum est 203. τὸ γὰρ λάχομεν (ἐλάχομεν) γέρας ἡμεῖς, hunc honorem nos in partem nostram nanciscimur, hic honos nobis per sortem nostram evenit, Δ, 49, *diese ehre ist unser theil, (this honour was decreed us.)* sic et Ω, 70. ἅσσα (ἅτινα) ἔλαχόν γε, Ι, 367, quæcunque in divisione prædæ per sortem accepi: nam hic est communis ille δασμὸς, de quo 333. principes autem, præter hanc æqualiter divisam partem, præcipua accipiebant γέρατα. πρὸς Θύμβρης δὲ ἔλαχον Λύκιοι, Κ, 430, ergo sorte distributæ erant partes castrorum et stationum: et hoc verbum etiam ad 428 pertinet. ἐγὼν ἔλαχον ἅλα ναίειν, παλλομένων sc. ἡμῶν, ego mare habitandum accepi, sortientibus nobis, inquit Neptunus, Ο, 190. et 191, Ἀΐδης ἔλαχεν ζόφον. et 192, Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανόν. et 193, γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ (communis) πάντων, καὶ μακρὸς Ὄλυμπος. λαχόντα τε ληΐδος αἶσαν, Σ, 327, si accepisset partem suam de præda. μετὰ τόνδε ἔλαχ' Εὔμηλος, destinatus est per sortem, Ψ, 354, ubi est ellipsis duarum vocum. et 356, ἔλαχ' ἐλαύνειν, ubi est unius vocis. et 357, ἔλαχ' ἐλαύνειν ἵππους, ubi plene dictum est. et 862, πρῶτος κλήρῳ ἔλαχεν, primus sorte destinatus est. ὥς κεν Ἀχιλλεὺς δώρων ἐκ Πριάμοιο λάχῃ, Ω, 76, donorum ab Priamo particeps fiat, ut nanciscatur dona: et genitivus est per ellipsin, δόσιν, vel similem accusativum. et 400, κλήρῳ λάχον (ἔλαχον, sorte designabar) ἐνθάδε ἕπεσθαι, coll. 399. κὴρ, ἥπερ λάχε (ἔλαχε) γεινόμενόν περ, Ψ, 79, fatum, quod me, cum nascerer, in portionem suam accepit ut absorberet me; inquit umbra Patrocli, et ἡ κὴρ personificata ibi est eleganter. his locis ergo *intransitive* positum verbum. *active* vero est, Η, 80, ὄφρα πυρός με Τρῶες λελάχωσι θανόντα, ut Trojani me participem faciant ignis, si mortuus fuero, i. e. ut comburant corpus meum: et λελάχωσι est ionice pro λάχωσι, δόντες ἐμοὶ λάχος πυρός. sic et Ο, 350, οὐδέ νυ τόν γε γνωτοί τε γνωταί τε πυρὸς λελάχωσι θανόντα, non eum mortuum participem fecerint rogi. et Χ, 343, ὄφρα πυρός με Τρῶες. et Ψ, 76, ἐπήν με πυρὸς λελάχητε, i. e. postquam me combusseritis; inquit umbra Patrocli insepulti adhuc. ἐς ἑκάστην νῆα ἐλάγχανον ἐννέα αἶγας, sorte dividebam, ι, 160, ut jurgium in eligendo averteretur. nisi malis ibi in tertia pluralis intelligere, sorte accipiebant. caprarum erant centum octodecim: decem, ut præcipuum γέρας accipiebat Ulysses; reliquæ centum octo dividebantur in partes duodecim: et tunc sorte constituebatur, quæ navis quam portionem sumeret. πολλὰ δὲ ὀπίσω λάγχανον, ξ, 233, sorte accipiebam, in communi illo δασμῷ per æquas partes: nam præcipuum illud, duci dari solitum, dictum est 232. μοῖραν, ἴσην ὥσπερ αὐτοὶ ἐλάγχανον, υ, 282, portionem, æqualem sicut ipsi nanciscebantur: et sermo est de convivio, ubi sectæ carnes in æquales portiones distribuebantur. nam de sorte ibi cogitare, nimis fortasse anxium esset. generalis ergo notio nanciscendi ibi est. τῷ κε (tunc sane) ἔλαχον (sc. Ἀχαιοί με) κτερέων, ε, 311, participem fecissent me exsequiarum et funeris: quo sensu supra ex Iliade loca sunt citata: dedissent mihi justa funebria. Eustathius tamen h. l. per ἔτυχον, nactus essem, exponit: quod an sit verius, peritioribus judicandum relinquitur. οἱ δ' ἔλαχον, ii sorte designabantur et accipiebant id faciendum, ι, 334. λαχὼν ἀπὸ ληΐδος αἶσαν, ε, 40. ν, 138, i. e. κληρωσάμενος, nactus per sortem. τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσιν, et honorem nacti sunt æque ac dii, λ, 303, de Castore et Polluce, i. e. ἔλαχον. nam præt. m. quod deberet esse λέλοχα, habet γ intersertum, æque ac præsens

id habuit. ab hoc verbo est ὁ λαχμὸς, sortitio, et τὸ λαχμητήριον. alia vox ὁ λαχμὸς est sub λάχνη. ἀπολαχόντες τῶν κτημάτων τὸ ἐπιβάλλον, Herodot. IV, 115, accepta facultatum parte quæ illis conveniebat.

λαγωὸς, οῦ. ὁ. (Λάω) lepus, *ein hase, (a hare.)* est ab ὁ λαγὸς, οῦ, lepus; a quo et est nomen proprium ὁ Λάγος: interserto ω, ut in κολωὸς, ab ὁ κόλος. λαγὸς autem est a λάειν, i. e. βλέπειν, nam dormit oculis apertis, crebro etiam circumspicit arrigens se in posteriores pedes. attice dicitur idem ὁ λαγὼς, τοῦ λαγώ. hinc ille: λαγὼ βίον ζῇς, ὁ πρὶν ἄτρομος λέων. hinc est et adjectivum λαγῷος, et λάγειος, e. c. κρέα λαγῷα ἢ λάγεια. alio vocabulo lepus dicitur ὁ δασύπους, πόδος: apud Lacedæmonios vero, ὁ ταχίνας, ου. ejus catulus ὁ λαγιδῆς, έος contr. οῦς. sic ὁ λυκιδῆς, τοῦ λυκιδέος contr. δοῦς, lupi catulus, ὁ πελαργιδῆς, χηνιδῆς, περδικιδῆς, etc. est et θαλάσσιος λαγώς. solus ex omnibus animalibus concipit prægnans jam, adeo, ut præter mox maturum partum alius immaturior in utero lateat; et hoc per quatuor gradus esse potest, ut prior conceptus sit jam δασὺς in utero, alter adhuc nudus, tertius vix formatus, quartus post hos tres conceptus plane adhuc informis, etc. ἢ κεμάδα ἢ λαγωὸν, K, 361, aut hinnulum aut leporem. αἰετὸς, ἁρπάξων ἢ ἄρνα ἀμαλὴν ἢ πτῶκα λαγωὸν, X, 310, rapturus aut agnam teneram, aut pavidum leporem: qui dicitur per epitheton ὁ πτὼξ, ωκὸς, i. e. ὑποπτώσσων καὶ δειλός. si ergo πτὼξ solum ponitur, e. c. P, 676, est id per ellipsin, sicut βροτὸς pro βροτὸς ἀνὴρ ἢ ἄνθρωπος. αἶγας ἐπ' (contra) ἀγροτέρας, ἠδὲ πρόκας, ἠδὲ λαγωοὺς, ρ, 295, ubi dicitur de cane venatico bono: et quia Ithaca non habuit lepores, intelligendus est hic locus de venatione Epirotica, ubi Ulysses quoque magnæ parti dominabatur. Vide sub οὖας, et Κάρπαθος in R.

λάι, pro ἴλαι, vide sub ΛΑ'Ω.

λαζοίατο, pro λάζοιντο, vide sequens.

λάζομαι, f. ξομαι, (Λήβω) est idem quod λαμβάνω apud poëtas: capio, sumo, prehendo. dicitur idem et λάζω, λαζύω, λάζυμι, unde est ἀντιλάζυσθαι πόνων τινὸς, una capessere ærumnas alicujus, eumque in iis adjutare, Eurip. Orest. 751. et, ἐπιλάζυμαι στόμα, *ich halte mein maul, (I hold my tongue,)* taceo, Androm. 249. utuntur tamen his formis etiam prosaici Græci Ionici, ut igitur appareat, esse ex dialecto Ionica. nam frustra sunt, qui poëtis Græcis peculiarem aliquam linguam adsignant. πολλοὶ ὀδὰξ λαζοίατο (pro λάζοιντο) γαῖαν, multi morsu arripiant terram, *viele ins grass beissen müssen, (may many bite the ground,)* B, 418, et λάζεταί τις γῆν ὀδὰξ, ὁ ἐν τῷ πεσεῖν σφαδάζων καὶ δάκνων αὐτήν. πάλιν ὅγε λάζετο μῦθον, pro ἐλάζετο, i. e. ἀνέλαβε τὸν μῦθον ἀνάπαλιν, Δ, 357, retro sumebat orationem, *nahm das wieder zurück was er gesaget, (retracted what he had said,)* retractabat et corrigebat sermonem, coll. 362, s. sic et ν, 254. ἡνία λάζετο χερσὶ, lora et habenas capiebat manibus, E, 365. δ, 483. sic, μάστιγα καὶ ἡνία, P, 482. Ω, 441. λάζετο ἀγκὰς (complectebatur, amplexabatur) θυγατέρα ἥν, filiam suam, E, 371. et 745, ἔγχος, i. e. ἔλαβε, capiebat hastam, sumsit hastam. et 480, μάστιγα, scuticam. sic, ἔγχος, Θ, 389. πέτρον, Π, 734. ἔμελλον λάξεσθαι ὀρχηδὸν ἕκαστος δέκα δραχμὰς, Herodot. VII, 144. cæterum a λάζομαι, cum α intensivo, est ὁ ἡ ἀλαζὼν, όνος, arrogans sibi quæ non habet, *ein prahler, grosthuer, übermüthiger, (a boaster, braggart, swaggerer.)* cujus etymologiæ plenior expositio est apud Xenoph. Cyrop. lib. 2, non procul ab initio.

λαθικηδὴς, έος. ὁ ἡ. (Κῶ) quod ærumnarum oblivisci facit, παυσίλυπος, καὶ εἰς λήθην πάσης λύπης καὶ παντὸς βλάβους ἄγων. λαθικηδέα μαζὸν, X, 83, mammam doloris omnis pueros oblivisci facientem, *die stillende brust. (the breast that makes a child quiet.)*

λαθοίατο, pro λάθοιντο, vide sub ΛΗ'ΘΩ, aliquanto a fine.

λάθρη, (Λήθω) adverb. clam. ionice pro λάθρα. ὁ δὲ αὐτῇ παρελέξατο λάθρη, B, 515. Π, 184. et cum genitivo personæ, λάθρη αὐτοῦ, clam eo, E, 269. Ω, 72. λάθρη ὀπιπτεύσας, H, 243. ὑπεξαναδὺς, N, 352, 357. λάθρη γυῖα βαρύνεται, T, 165, sensim membra gravantur et defatigantur. λάθρη, ἀνωϊστὶ, δ, 92, ubi posterius est explicatio prioris. ἐμίγησαν λάθρη, θ, 269. ἀνὴρ, ὅς ἐμίσγετο λάθρη, ο, 429, coll. 416—421. sic, μίσγοντο, χ, 445. λάθρη, ἐμοῦ ἀέκητι, ubi genitivus ad utrumque adverbium pertinet, clam me et invita me, ρ, 43, inquit mater ad Telemachum. et 80, λάθρη κτείναντές με, ex insidiis et improviso occidentes me, cum non possunt vi aperta.

λάϊγξ, ϊγγος. ἡ. (Ἐλάω) lapis parvus, lapillus respectu grandium. πυκιναὶ λάϊγγες, crebri calculi, ε, 433. λάϊγγας ποτὶ χέρσον ἀποπλύνεσκε θάλασσα, ζ, 95.

λαίλαψ, απος. ἡ. (Λάπτω) turbo ventus, *ein wirbelwind, (a whirlwind.)* deinde in genere, impetus vehemens venti. nomen est a λὰ, valde, et λάπτω, evacuo, exhaurio; quia ejusmodi ventus secum rapit quæ potest. νέφος ἄγει λαίλαπα πολλὴν, Δ, 278, nubes adducit magnum ventum procellosum. ὁπότε Ζέφυρος νέφεα στυφελίξῃ, ἀργεστάο Νότοιο βαθείῃ λαίλαπι τύπτων, Λ, 306, quando Zephyrus nubes coëgerit, albi et velocis Noti alto turbine verberans, sc. aquam vel aërem; ὡς βυσσόθεν ταρασσούσῃ τὸ τυπτόμενον ὕδωρ, vel, ὡς πολὺν ἀέρα ταρασσούσῃ καὶ εἰς βάθος αὐτοῦ ἱκνουμένῃ: et λαίλαπι est ablativus, Zephyrus una cum turbine Noti. nam in gravi tempestate ventus valde variat, nunc hinc nunc illinc impetum dans. et 746, αὐτὰρ ἐγὼν ἐνόρουσα (pro ἐνώρουσα, cum impetu irruebam) κελαινῇ λαίλαπι ἶσος, instar atri turbinis, ex nubibus atris decidentis. et notat cursum et impetum vehementem. sic M, 375, ἴβαινον ἐπὶ ἐπάλξεις (vadebant contra propugnacula) ἐρεμνῇ λαί-

λαπι ἴσοι. νέφος ἔρχεται εἰς οὐρανὸν, αἰθέρος ἐκ δίης, ὅτε Ζεὺς λαίλαπα τείνει, Π, 365, i. e. ὅτε ὁ ἀὴρ (qui est Ζεὺς physice) ἐξαπλοῖ (extendit) πανταχοῦ λαίλαπα, ἄγουσαν νέφος, post prægressam serenitatem aëris. nam λαίλαψ est κίνησις νεφῶν καὶ ταραχὴ μετὰ (post) εὐδίαν. et 384, ὑπὸ λαίλαπι (pro λαίλαπος) πᾶσα κελαινὴ βέβριθε χθὼν, a procella omnis nigra obruta gravatur terra. ἐλθὼν δ' ἐξαπίνης ἄνεμος σὺν λαίλαπι πολλῇ, Ρ, 57, ex quo loco vis vocabuli maxime apparet: est enim λαίλαψ qualitas quædam venti, orientis subito et cum magna vehementia ad breve tempus. et tales venti maxime navigantibus sunt formidolosi, πνέοντες κατὰ (secundum morem) τοὺς ἐκνεφίας καὶ τυφωνικοὺς καὶ ὅλως ἀελλώδεις. αὖε (clamabat valide) Ἄρης, ἐρεμνῇ λαίλαπι ἶσος, Υ, 51, nam ejusmodi vis venti multum sonat. νηυσὶ δ' ἐπῶρσε ἄνεμον βορέην Ζεὺς λαίλαπι θεσπεσίῃ, καὶ συνεκάλυψε γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον, ι, 68, ubi vehementissimus et subito exsurgens ventus procellosus describitur, qui vela navium dilacerat, et ipsas vi summa agit. ibi per duos dies durabat hæc vis venti, rediens per vices. sic μ, 314, ἐπῶρσε Ζεὺς ζαὴν ἄνεμον λαίλαπι θεσπεσίῃ. et 408, αἶψα γὰρ ἦλθε κεκληγὼς Ζέφυρος μεγάλῃ σὺν λαίλαπι θύων, collatis sequentibus. et 426, Ζέφυρος μὲν ἐπαύσατο λαίλαπι θύων. est ergo fere id, quod Saxones inferiores *eine windflage (a squall)* vocant. οὐδέ κε ἐπαυσάμεθα πτολέμοιο (cessassemus a pugnando) εἰ μὴ Ζεὺς λαίλαπι ἔπαυσεν, immissa subita tempestate cessare fecisset nos, ω, 42, *dem gefechte ein ende gemachet hätte durch ein plözliches gewitter mit sturm, (had put an end to the fight by a sudden tempest.)*

λαιμὸς, οῦ. ὁ. (Λάω) guttur, *die kehle, der hals, der rachen, (the throat.)* est a λάω vel λαύω, fruor vescendo. dicitur idem et ὁ λαμός. ἔβαλεν αὐτὸν δουρὶ (κατὰ) λαιμὸν, ὑπὸ ἀνθερεῶνα, in guttur sub mento, Ν, 388. ergo μετὰ (post) τὸν ἀνθερεῶνα εὐθὺς ὁ λαιμός. et 542, Ἀφαρῆα (κατὰ) λαιμὸν ἔτυψε δουρί. δείδιε γὰρ (ὁ Ἀντίλοχος) μὴ λαιμὸν ἀποτμήξειε (Achilles ipse sibi) σιδήρῳ, Σ, 34, præ nimio luctu. conf. δείδω. πρὶν δ' οὔπως ἄν ἔμοιγε φίλον κατὰ λαιμὸν ἰείη οὐ πόσις οὐδὲ βρῶσις, Τ, 209, ante nequaquam sane mihi per guttur meum demittatur potus aut cibus, *ich will nichts eher zu mir nehmen — (I will not taste meat or drink till —.)* τὸν δ' Ὀδυσεὺς κατὰ λαιμὸν ἔβαλεν ἰῷ, χ, 15, ubi vides ellipsin suppletam, percussit eum in gutture sagitta; et id ex merito, διὰ τὸ φάγον καὶ λαίμαργον, propter gulositatem ejus. nam quo quis peccat, in eo et punitur apud poëtam; recte.

λάϊνεος, α, ον. (Ἐλάω) lapideus, saxeus. πλυνοὶ εὐρέες καλοὶ λαΐνεοι, Χ, 154, loca ad lavandas vestes, lata, pulcra, lapidea, λίθινοι. conf. πλυνός. verbum λεύω, lapido, est apud Eurip. Electr. 328, πέτροις λεύει τόν. fut. λεύσω, unde apud Herodot. IX, 5, οἱ Ἀθηναῖοι, περιστάντες, τὸν Λυκίδεα κατέλευσαν, βάλλοντες. et paullo post: αἱ γυναῖκες — κατὰ μὲν ἔλευσαν αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, κατὰ δὲ τὰ τέκνα. et sermo est de principe, proditionis suspecto, nomine ὁ Λυκίδης, 8. et V, 67, est ὁ λευστὴρ, ῆρος, dignus qui lapidetur.

λάϊνος, η, ον. (Ἐλάω) idem. λάϊνον ἕσσο χιτῶνα, lapideam indutus fuisses tunicam, Γ, 57, i. e. lapidatus fuisses. conf. ἕω, induo. λάϊνος οὐδὸς, limen lapideum, Ι, 404, et quidem templi Delphici, cujus divitiæ jam Homeri ævo fuere immensæ. περὶ τεῖχος λάϊνον, Μ, 178, circa murum lapideum ardebat ignis, sc. is, quem portabant Trojani ad incendendas naves: nam jam pugnabatur ad murum, quem castris circumduxerant Græci. ὅτε ὑπερέβη λάϊνον οὐδὸν, cum transiret lapideum limen, θ, 80, et quidem oraculi Pythici. eadem verba de domo Eumæi rustica, π, 41, et de domo regia Ulyssis, ρ, 30. et ψ, 88. πυρὰ λάϊνον οὐδὸν, υ, 258, juxta lapideum limen triclinii illius magni, ubi epulabantur proci. κρητῆρες καὶ ἀμφιφορῆες λάϊνοι, ν, 106, coll. 107, λίθεοι, quod idem est.

λαισήϊον, ου. τό. (Σέω) est scuti species, quod minus ponderosum et coriis pilosis inductum erat: scutum λάσιον, ἐκ τετριχωμένων δερμάτων ἀνεργάστων paratum; ἀσπιδίσκιον ὠμοβύρσινον, κοῦφον ὄν, καὶ οὐδὲ μεγαλόκυκλον. hinc et Herodotus ait: λαισήϊα εἶχον ἀντὶ ἀσπίδων, ὠμοβοΐοις πεποιημένα, ex crudis coriis bubulis confecta. ut ergo differentia hujus speciei satis appareat. sic et poëta: ἀσπίδας εὐκύκλους, λαισήϊά τε πτερόεντα, clypeos magni orbis, et parmas alatas quasi, i. e. leves, Ε, 453. Μ, 426, κοῦφα, ἐλαφρά. erant præcipue inter arma ἀμαζονικὰ, ἐξ ἀκατεργάστων ὄντα βυρσῶν. conf. πέλτη. est ergo a λάσιος. Herodianus quidem Grammaticus inquit, πάντα τὰ κατὰ μάχην σκεπαστήρια λέγεσθαι λαισήϊα, διὰ τὸ ἐν λαιᾷ φέρεσθαι χειρί: sed id nimis generale dictum satis confutatur ex allatis locis.

λαῖτμα, ατος. τό. (Τέμω) mare magnum, interjectum mare inter terras. est a syllaba intensiva, λα, et τὸ τμῆμα, sectio: intersecat enim terras a se invicem. ἁλὸς εἰς μέγα λαῖτμα, Τ, 267. μέγα λαῖτμα θαλάσσης, δ, 504. ε, 174. et 409, τόδε λαῖτμα διατμήξας ἐπέρησα, hoc magnum æquor persulcans nando transii. νηυσὶ μέγα ἐκπερῶσι, navibus æquor transeunt, η, 35. et 276, νηχόμενος τόδε διέτμαγον, nans hoc æquor sulcavi. νῆες λαῖτμα ἁλὸς τάχιστα ἐκπερῶσι, naves nostræ citissime pertranseunt interstitium magnum maris, θ, 561. sic et, ἥτε ἐκπερᾷ, quæ navis transit, ι, 323. et 260, ὑπὲρ μέγα θαλάσσης ἤλθομεν, super et trans interstitium magnum maris ivimus.

λαῖφος, εος. τό. (Λείπω) est πτωχικὸν παχὺ ἱμάτιον, ὡς καὶ τὸ σπεῖρον, *ein grobes bettlerhemde, ein grober kittel: ein lumpen lappen, (a beggar's coarse garment; a ragged garment.)* deinde et, ἡ τοῦ πλοίου ὀθόνη, ἱστίον, velum. λαῖφος ἀμφιέσω, ὅ κεν στυγέῃ ἄνθρωπος ἰδὼν ἔχοντα, ν, 399, induam tibi vile velamen,

quod aversari possit homo videns habentem, coll. 434, τοιάδε λαίφεα ἔχοντα αὐτὸν, υ, 206, talibus pannis indutum eum.

λαιψηρὸς, ὰ, ὸν, (Ἄπω) valde celer. ab αἰψηρὸς, præfixâ syllaba intensiva λα. valde alterum consequens alterum. λαιψηρὰ δὲ γούνατα ἐνώμα, K, 358, movebat genua celeria, in fugiendo: ubi adjectivum pro adverbio λαιψηρῶς positum, celeriter valde movebat. id apparet ex O, 269, Ἕκτωρ λαιψηρὰ πόδας καὶ γούνατα ἐνώμα, ὀτρύνων ἱππέας, celeriter obibat ordines adhortans. sic et de Achille, X, 24. et de recipiente se Hectore, 144. ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα, ventorum celeres viæ, Ξ, 17, sic dictæ sunt ἀνεμώκεις νεφέλαι καὶ ἀελλόποδες. sic et O, 620, celeres incursiones et motus ventorum. Ζεὺς μοὶ ἐπῶρσε (excitavit) μένος λαιψηρά τε γοῦνα, Y, 93. X, 204, οἱ. λαιψηροῖς Ἀπόλλωνος βελέεσσιν, celeribus sagittis, Φ, 278, sunt enim πτερόεντα, gefiedert, (feathered.) et 264, Ἀχιλῆα λαιψηρὸν ἐόντα, i. e. ποδώκεα, *den schnellen, (the swift.)*

ΛΑΚΈΩ, et ληκέω, f. 2. λακῶ. aor. 2. ἔλακον. f. 1. κήσω. notat sonum ἄναρθρον, inarticulatum, ποιόν τινα ἦχον ἀψύχων σωμάτων, crepito, crepo, *ich klappere, (I make a noise, crackle, clatter.)* apud tragicos notat et φωνεῖν et λαλεῖν, sicut Romanorum crepare. imo et disrumpi cum sono, sicut Actor. 1, 18, ἐλάκησε, ruptus crepuit. ab hoc verbo est λάσκειν, loqui, Eurip. Electr. 1213. Rhes. 724. Andromach. 671. et λακάζειν et λακίζειν, idem. λάσκων, crepans, loquens, Aristoph. Ach. 1045. αὔειν, λακάζειν, Æschil. Theb. 192, ubi clamor muliebris exprimitur. nam proprie de sono avium clamantium ponitur. est ergo verbum ex sono factum, *knakken, (to chatter.)* possit ad κλάω referri, si cui ita videatur. λάκε (ἔλακε) δ' ὀστέα, crepuerunt ossa cum perfringerentur, N, 616, *die knochen knacketen, als sie zerbrachen, (the bones crashed as they broke.)* λάκε δ' ἀσπὶς ὑπ' αὐτῆς, sc. μελίης, Y, 277, clypeus crepuit sub hasta, cum hasta clypeum perfringeret et transverberaret, ἤχησε διακοπεῖσα, καὶ ἄσημον ποιὰν φωνὴν ἐδίδου. hinc sunt et αἱ λακίδες ἱματίων, quando vestes cum sono quodam dilacerantur; αἱ διακοπαὶ αὐτῶν. λάκε δὲ περὶ χροῒ χαλκὸς νυσσομένων ξίφεσίν τε καὶ ἔγχεσιν, Ξ, 25, æs circa corpus resonabat percussis iis per gladios et hastas. nam h. l. describitur σταδαία ἡ μάχη καὶ ἔργον ἀγχίμαχον. aptissime autem per χαλκὸν intelligitur thorax et clypeus et galea, passive; non vero active, enses et hastæ quæ sonum cædendo efficiunt. Σκύλλη, δεινὸν λελακυῖα, μ, 85, horribiliter resonans, utpote petra ad quam fluctus alliduntur perpetuo: et est particip. præter. med. κίρκος ἐγγύθεν ὀξὺ λεληκὼς, X, 141, quod potest idem participium esse, ionice mutato α in η: vel est per syncopen particip. præt. act. pro λελακηκώς. cæterum ea est ἰδιότης τοῦ κίρκου, ὀξὺ φωνοῦντες ὅτε ἀγωνιᾷ, ἐγγὺς τοῦ διωκομένου γινομένος. nusquam igitur ἐπὶ ἀνθρωπίνης φωνῆς ponitur τὸ λακεῖν, nisi apud tragicos quosdam.

λακτίζω, f. ίσω. (Λέγω) pede ferio. *stosse mit dem breiten untern fusse, (I push away with the sole of the foot.)* λακτίζων ποσὶ γαῖαν, σ, 98, Irus in pugilatu dejectus et animam agens. ποσὶ δὲ θρόνον ἀμφοτέροισι λακτίζων ἐτίναξε, χ, 88, vulnere accepto dejectus in triclinio.

λαμὸς, ὁ, vide sub λαιμός.

λαμπετάω, (Φάω) luceo, splendeo. a λάμπω, per paragogen. ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην, ambo oculi ei similes erant igni fulgenti, A, 104. δ, 662, *die augen funkelten ihm wie feuer, (his eyes sparkled like fire.)*

λαμπρὸς, ὰ, όν. (Φάω) splendidus, illustris, fulgens. est per syncopen pro λαμπηρός. κατέδυ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο, occidebat splendida lux solis, A, 605. sic, ὄψεσθαι, visurum me esse lumen solis, E, 120, i. e, victurum me esse. ἀστέρα, E, 77. λαμπρὸς ἦν (ὁ χιτὼν) ἠέλιος ὣς, candida erat tunica, sicut sol, τ, 234. ἀστέρι ὀπωρινῷ, ὅστε μάλιστα λαμπρὸν, (neutrum adverbialiter) παμφαίνησι (dorice pro παμφαίνει) λελουμένος ὠκεανοῖο, E, 6, Sirio. sic, λαμπρότατος ὅγε ἀστὴρ, idem Sirius, fulgidissima stella inter fixas, X, 30. et neutrum adverbialiter, θώρηκες λαμπρὸν γανόωντες, N, 265. et, κόρυθες γανόωσαι, T, 359, splendidum quid renidentes quasi. λαμπροῖς φάλοις, N, 132. Π, 216. λαμπραῖς κορύθεσσι, P, 269. hinc est verbum λαμπρύνω, splendidum et lucidum facio. λελάμπρυνται κόρας, Aristoph. Plut. 635, lucidus factus est oculis suis. et vide, ejusmodi verba in tertia singulari, similia sunt tertiæ plurali. e. c. ἐξήρανται, aridus factus est, κατήσχυνται, turpatus est, etc.

λαμπτὴρ, ῆρος. ὁ. (Φάω) locus ubi ardent et lucent faces; qui sustinet ardentes faces et lucem sic præbet in domo, *eine art von grossem leuchter, (a sort of large candlestick.)* dictus alias ἡ λυχνία, ἐφ' ᾗ δᾷδες κείμεναι ἢ ξύλα ξηρὰ ἀνάπτονται. antiquissimis ignotus adhuc erat cereorum aut candelarum aut facum ex stuppa et pice paratarum, usus: igitur ad lucem in domibus nocturno tempore habendam utebantur lignis ardentibus, et instrumentum quod ea sustinebat, erat ὁ λαμπτήρ. apud Phæaces, splendidos nimirum, erant statuæ juvenum inauratæ in palatio regis, quæ extensis manibus faces ejusmodi tenebant, η, 100, 101, 102. alibi erant ἐσχάραι μετέωροι, ἐφ' ὧν ἔκαιον ξύλα, foci portatiles elati a terra, super quibus incendebant ligna ad lucendum, et singulis adstabant ancillæ ad curandum ignem; σ, 306—310, λαμπτῆρας τρεῖς ἵστασαν ἐν μεγάροισιν, tres ejusmodi focos luculentos statuerunt in conclavi magno. et 342, αὐτὰρ ὁ πὰρ λαμπτῆρσι φαείνων αἰθομένοισιν, sed ille (Ulysses, succedens unus voluntarius in vices ancillarum) apud focos ardentes lucem procurans stabat. et finito convivio, quando faces erant

exstinguendæ, πῦρ ἀπὸ λαμπτήρων χαμάδις ἔβαλον, projecerunt in terram conclavis de focis, τ, 63, quanquam ibi removentur ligna jam deusta, ut novis lignis aridis locus sufficeret ad ardendum clare; ut ergo πῦρ ibi sint carbones vivi. terra conclavis vero erat pavimentum nudum, nulla alia munitione superinducta. apud Iones potest et fœmininum, ἡ λαμπτὴρ, locum habere. Vide sub ξύλον.

λάμπω, f. ψω. (Φάω) luceo, splendeo. est a particula intensiva λα, valde, et φάω, luceo, interserto μ, et quasi λάμφω. ἔλαμπεν ἀμφὶ πᾶσι τεύχεα, arma coruscabant in corporibus omnium, Δ, 432. ἔλαμπε τῆλε χαλκὸς, ὡς ἀστεροπὴ, K, 154. N, 245. λάμφ' (pro ἔλαμπε) ὅλος χαλκῷ, *er blitzete und glanzete über und über in seiner blanken rustüng, (he shone and glistened in his bright armour,)* Λ, 66. M, 463. χαλκὸς αὐτοῦ περὶ στήθεσιν, X, 32. ὀφθαλμὼ πυρὶ λάμπετον, oculi micant igne, N, 474. ἐλάμπετο αἰχμὴ, splendebat cuspis, Z, 319. Θ, 494. χαλκὸς, Δ, 45. πεδίον χαλκῷ ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων, Υ, 156. χαλκὸς ἴκελος πυρὶ, X, 134. ὄσσε λαμπέσθην, omisso augm. oculi ambo fulgebant, O, 608. T, 366. λαμπόμενος τεύχεσι, P, 214. πυρὶ πάντοθεν, O, 623, ob arma fulgida: simul adducebat multos πυρφόρους, qui naves incendere cupiebant. λαμπόμενον τεύχεσι, Υ, 46. λαμπόμενοι τεύχεσι, Σ, 510. λαμπομένης κόρυθος, Π, 71.

λανθάνω, (Λήθω) est distractum præsens, pro λήθω. lateo, latere facio. ἄλλους μὲν πάντας ἐλάνθανε, δάκρυα λείβων, alios omnes latebat lacrimans, ϑ, 93, 532. βάλλοντες ἐλάνθανον, jaculantes in occulto stabant, N, 721. τότε δὴ ἐφημοσύνης ἐλανθανόμην, obliviscebar præcepti, μ, 227, i. e. ἑκὼν ἠμέλουν, consulto negligebam: nam λήθην ibi vocat poëta τὴν ἑκούσιον ἀμέλειαν, h. l. *ich vergass mit willen, (I wilfully forgot.)*

λὰξ, (Λέγω) adverb. est ληκτικῶς, i. e. τῷ λήγοντι μέρει τοῦ ποδὸς, extremo pede, quod est vel δακτύλοις ποδὸς, vel etiam τῷ πέλματι. nam a λήγω est λὴξ unde λάξ. et secundum antiquos est, τῷ ὑποκάτω μέρει τῶν τοῦ ποδὸς δακτύλων, *mit dem forderfusse unter den zehen, (with the fore-part of the foot next to the toes:)* deinde et, μόνῳ τῷ μεγάλῳ δακτύλῳ τοῦ ποδὸς, *mit oder an der grossen zehe, (with or at the great toe.)* cæterum nota, non instrumentum notari solum hac voce, sed et simpliciter locum: quanquam prius frequentius. ὁ λὰξ προσβὰς, E, 620, pede extimo priori apposito. λὰξ ἐμβὰς στήθεσσι, pede primo imposito pectori jacentis, Z, 65, i. e. ποδὶ πατήσας εἰς τὸ στῆθος. sic, λὰξ ἐμβαίνων στήθεσι, N, 618. Π, 503, 863. λὰξ ποδὶ κινήσας, Nestor dormientem sub dio et in terra Diomedem, K, 158, ubi λὰξ videri possit actio Nestoris, ποδὶ vero passio Diomedis: extremo pede suo, movens eum ad pedem ejus. sic et ο, 45. sed conf. πούς. λὰξ ἔνθορεν ἰσχίῳ, ρ, 233, i. e. τῷ λήγοντι τοῦ ποδὸς μέρει τῷ πρὸς τοῖς δακτύλοις, ἔκρουσε τὸ ἰσχίον πρὸς τῷ γλουτῷ, *stiess ihn mit dem fusse an die lende, (kicked his breech.)* et notat id extremam τοῦ Μελανθίου ἀπαιδευσίαν, qui ignotum sibi et innocentem hospitem in via publica sic tractabat; et is hospes, sub mendici senis persona, erat herus et rex ejus, Ulysses. quam protervam deinde gravissimo supplicio expiavit. cæterum talis ictus vocatur et, ῥαθαπυγίζειν, i. e. πλατεῖ ποδὶ εἰς τὴν πυγὴν παίειν. Vide sub πούς prope initium, et ὀδάξ.

Λαὸς, οῦ. ὁ. (Ἄω) populus congregatus. *ein versammlet volk, (a collection of people.)* in specie, exercitus, *eine armee, (an army.)* deinde et, plebs, *eine gemeine, (the common people.)* facta est vox ex ἐπιτατικῷ μορίῳ (particula intensiva) λα, et αὔω, i. e. φωνέω, sono, ut sit inde λαυὸς, et extruso υ, λαὸς, πολύφωνος γὰρ ὁ λαός. notat ergo proprie conventum hominum varie inter se sonantium et colloquentium: sicut et Germanorum, *die leute, (the people,)* a *lauten*, i. e. sonare, dicti sunt. nam ὁ λαὸς Germanice sunt *die leute, (the people.)* simulque proprium illud generis humani, quod sermone uti potest articulato, connotatur. alii quidem historice deducunt hanc vocem a λᾶας, lapis; quia Cecrops, videns Atticam πολυανθρωποῦσαν, et numerare volens populum, jusserit quemque afferre lapidem. sed quam id frigeat, apparet. alii mythice, ex fabula de Deucalione et Pyrrhâ, quam et Ovidius narrat, sed vox λαὸς antiquior est fictione ista de Deucalione, utpote quam Homerus ignorat, cum tamen λαὸν habeat. cæterum λαὸς σεμνοτέρα est λέξις quam ὁ ὅμαδος: hinc poëta λαὸν de Græcis ponit, H, 306, sed 307, ὅμαδον de barbaris. παῦρος δέ οἱ εἵπετο λαὸς, B, 675, *hatte wenig volk bey sich, (had but few people with him,)* et 809, s. ἐκ δ' ἔσσυτο λαὸς, πεζοί τ' ἱππῆές τε, *es rückete die armee munter aus, (the army advanced boldly.)* sic et Θ, 58. λαὸς Πριάμοιο, Δ, 47, 165. et 331, οὔπω λαὸς ἀκούετο ἀϋτῆς, i. e. nondum in prœlio adfuerat. conf. ἀϋτή. ὅτε ἐν Θήβησιν (ad Thebas) ἀπώλετο λαὸς Ἀχαιῶν, Z, 223. et 449, Πριάμοιο. ἀμφὶ πυρὴν κριτὸς ἔγρετο λαὸς Ἀχαιῶν, H, 434, surrexit lecta manus, quæ ibi per noctem ad ardentem rogum vigilaverat; *ein dazu commandirtes corps, (a corps appointed to that duty.)* sic et Ω, 789. πίπτε δὲ λαὸς, cadebant multi, *es blieben viel leute, (many fell,)* Θ, 67. O, 319. Π, 778. Λ, 85. et 765, ἦτέ μιν οἴω πολλὰ μετακλαύσεσθαι, ἐπεί κ' ἀπὸ λαὸς ὄληται, pro ἀπόληται, certe puto eum valde ex pœnitentia fleturum post, quando exercitus perierit. et 795, ἅμα δ' ἄλλος λαὸς ἑπέσθω, *die truhpen sollen mitgehen, (the troops shall go too.)* ἐπίαχε λαὸς, acclamabat populus, N, 822, 834. P, 723. τόν γε κίχον λαός τε καὶ ἵπποι, *holeten ihn ein knechte und ritter, (horse and foot followed him,)* Σ, 153. σοὶ γὰρ μάλιστα λαὸς Ἀχαιῶν πείσονται μύθοις, Ψ, 156, ubi singularis collective. tibi maxime verbis tuis obedient Græci. Πρίαμος καὶ λαὸς, rex et populus universus, Ω, 28. et 665, δαίνυ-

τό τε λαὸς, epularetur in epulo funebri. λαοῦ ἀποτμήξαντε, quum interclusissent eum a suis, K, 364. Πηλείωνα δόλῳ ἀποέργαθε λαοῦ, Φ, 599, avertit ab exercitu. ἅμα λαῷ, A, 226, pariter cum reliquo exercitu. εἶπέ τε λαῷ, *sagete zu seinen völkern, (said to his men,)* E, 600. ἀγορήνδε καλέσατο λαὸν, A, 54, ad concionem convocavit exercitum. et 117, βούλομαι ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι (μᾶλλον) ἢ ἀπολέσθαι. qui versus Θ, 246, sic est immutatus: νεῦσε δέ (Ζεὺς) οἱ λαὸν σόον ἔμμεναι, οὐδ᾽ ἀπολέσθαι. μέγα δ᾽ ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν, A, 454. Π, 237. ἐπεὶ πολὺν ὤλεσα λαὸν, *nachdem ich viel volk verloren, (since I have lost many men,)* B, 115. et 120, τοιόνδε (qualitate) τοσόνδε, (numero.) et 163, ἴθι νῦν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν. et 280, σιωπᾶν λαὸν ἀνώγει, silentium imperabat. et 438, λαὸν ἀγειρόντων (ἀγειρέτωσαν) κατὰ νῆας. et 664, πολὺν δ᾽ ὅγε ἀγείρας. ἐμοὶ λαὸν ἀγειρούσῃ, Δ, 28, et sequitur, Πριάμῳ (εἰς) κακά. et 287, αὐτὼ γὰρ μάλα λαὸν ἀνώγετον ἶφι μάχεσθαι. et 377, ἅμα πολυνείκεϊ λαὸν ἀγείρων, *eine armee zusammenziehend, (assembling an army.)* et 407, παυρότερον ἀγαγόντε, i. e. ὀλιγώτερον. et 430, τόσον ἕπεσθαι, ἔχοντα ἐν στήθεσιν αὐδὴν, ubi ad etymologiam vocis respicitur. εἰς τί ἔτι κτείνεσθαι ἐάσετε λαὸν Ἀχαιοῖς, quousque interfici tandem permiseritis populum ab Achæis, E, 465. et 573, νεκροὺς ἔρυσαν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν, ad exercitum Græcum. et 758, ὁσσάτιόν τε καὶ οἷον ἀπώλεσε λαὸν Ἄρης, *wie vieles und wie braves volk hat das schwerd gefressen, (how many and how brave men has the sword destroyed.)* λαὸν ἐρυκάκετε πρὸ πυλάων, cohibete, Z, 80. et 433, στῆσον, exercitum siste. ἵππους καὶ λαὸν ἐρυκάκοι, H, 342, *ross und mann abhalten möchte, (might keep off foot and horse.)* ἐπεὶ πολὺν ὤλεσα, I, 22, inquit Agamemnon; ut supra in B habuimus. et 118, δάμασσε δὲ λαὸν Ἀχαιῶν, interficit, *zum tode verdammet, (doomed to death.)* et 338, τί δὲ λαὸν ἀνήγαγεν ἐνθάδε ἀγείρας Ἀτρείδης; et 424, νῆάς τε σόῃ καὶ λαὸν, conservet. et 479, πολὺν δέ μοι ὤπασε, dedit mihi, ut dux et princeps ei sim. et 704, πρὸ νεῶν ἐχέμεν λαόν τε καὶ ἵππους, *die infanterie und die ritterschaft, (the infantry and cavalry.)* ὅτε ἐς νῆάς τε ἴδοι καὶ λαὸν Ἀχαιῶν, K, 14. et 79, ἄγων, copias ducens. hinc est ὁ λαγέτας, ου, i. e. ὁ λαοῦ ἡγεμών. τὸν δ᾽ ἄλλον λαὸν ἀνώχθω μάρνασθαι δηΐοις, Λ, 189, 204. et 715, οὐδ᾽ ἀέκοντα, Πύλον κατὰ, λαὸν ἄγειρεν. et 757, ἔνθ᾽ αὖτις ἀπέτραπε λαὸν Ἀθήνη. et 769, ἀγείροντες κατ᾽ Ἀχαιΐδα. ἐπ᾽ ἀριστερὰ λαὸν (τὸν Τρωϊκὸν) ἐέργων, ad sinistras partes separans copias Trojanas, M, 201, 219, ubi sermo de aquila augurium præbente. Αἴαντε, σφὼ μέν κε σαώσετε λαὸν Ἀχαιῶν, N, 47. et 196, Ἀμφίμαχον μὲν κόμισαν κατὰ λαὸν, *durch die armee an einen sichern ort hin, (through the army to a place of safety.)* et 349, οὐδ᾽ ὅγε (Ζεὺς) πάμπαν ἤθελε λαὸν ὀλέσσαι Ἀχαϊκὸν μετὰ λαὸν, ad exercitum, O, 56. et 218, λίπε, abiit ab exercitu. et 506, ἢ οὐκ ὀτρύνοντος ἀκούετε λαὸν ἅπαντα Ἕκτορος; et 695, ὦτρυνε δὲ (Ζεὺς) λαὸν ἅμα αὐτῷ, (Ἕκτορι) et 723, ἐρητύοντο δέ. ἐγὼ δέ κε λαὸν ἀγείρω, Π, 129. et 368, s. λεῖπε δὲ λαὸν Τρωϊκὸν, οὓς ἀέκοντας ὀρυκτὴ τάφρος ἔρυκε, quæ constructio est Attica, quando nomen collectivum singulare sequitur pluralis. et 377, ἢ πλεῖστον ὀρινόμενον ἴδε. et 501, ὄτρυνε δὲ ἅπαντα. sic et P, 559. μέγα δ᾽ ἤκαχε λαὸν Ἀχαιῶν, Π, 822, magno dolore affecit, *hat sehr seufzen gemachet, (has exceedingly afflicted.)* πέμπε δέ μιν πόλεμόνδε, πολὺν δ᾽ ἅμα ὤπασε λαὸν, *gab ihm viel volk mit, (gave him many men with him,)* Σ, 452. et 503, κήρυκες ἐρήτυον, sedabant populum. ἀλλ᾽ ἄγε, λαὸν μὲν σκέδασον (*lass aus einander gehen in ihre zelte,*) *(let the men disperse and go to their tents)* καὶ δεῖπνον ἄνωχθι ὅπλεσθαι, T, 171. πρὶν κατὰ τείχεα λαὸν ἐέλσαι, priusquam concluseris, Φ, 295. ἐπεὶ ὤλεσα λαὸν ἀτασθαλίῃσιν ἐμῇσιν, inquit Hector in supremis suis, pœnitens quod pacem non prius fecerit, X, 104. et 107, Ἕκτωρ ἧφι βίηφι πιθήσας ὤλεσε λαόν. σκέδασον κατὰ νῆας, Ψ, 162. et 258, αὐτοῦ ἔρυκε, ibi continuit. ὄφρα τέως αὐτός τε μένω καὶ λαὸν ἐρύκω, inquit Achilles, Ω, 658, ut tamdiu et ipse exspectem, et copias contineam. ὀλέκοντο δὲ λαοὶ, *denn es sturben viel leute, (and many people died,)* A, 10. et 382, ἔθνησκον ἐπασσύτεροι. ᾧ λαοί τ᾽ ἐπιτετράφαται, B, 25, 62. et 577, ἅμα τῷγε πολὺ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι λαοὶ ἕποντο. sic et 818, θωρήσσοντο. et 708, οὐδέ τι λαοὶ (copiæ) δεύοντο ἡγεμόνος. et 773, λαοὶ δὲ παρὰ ῥηγμῖνι θαλάσσης δίσκοισιν τέρποντο καὶ αἰγανέῃσιν ἱέντες, *macheten sich eine lust zum zeitvertreibe, (were amusing themselves.)* λαοὶ δ᾽ ἠρήσαντο, supplicabant vota facientes, Γ, 318. H, 177. ἀποφθινύθουσι, *schmelzen, werden immer weniger, (to melt away, diminish.)* E, 643. sic φθινύθουσι, Z, 327. τεθαρσήκασι, animo confirmatæ sunt copiæ, I, 420. εἰσὶ μέν μοι παῖδες ἀμύμονες, εἰσὶ δὲ λαοὶ καὶ πολέες, K, 170, inquit Nestor. λαοὶ δὲ περίτρεσαν ἀγροιῶται, Λ, 675, rustici trepidi fugerunt, *die landleute, (the rustics.)* καί οἱ πειθοίατο, ei paruerint, M, 229. ἔπειτα λαοὶ ἕποντο, ὡσεὶ μετὰ κτίλον ἕσπετο μῆλα, N, 492, sic sequebantur Æneam suæ copiæ. δηϊόωντο λαοὶ ὑπ᾽ Ἀργείων, cædebantur ab Argivis, N, 676. et 710, πολλοί τε καὶ ἐσθλοὶ ἕποντο ἕταροι λαοὶ, i. e. milites, qui erant ἕταροι ejus. ergo valde grave scutum Ajacis, si tot viri ad sustinendum illud requirebantur, quando Ajax unus levare se illo onere volebat. hi erant scutigeri ejus. στείνοντο δὲ λαοὶ, coarctabantur copiæ, Ξ, 34. πολέες γὰρ ἅμ᾽ αὐτῷ ἕποντο, Π, 551. εἰν ἀγορῇ ἔσαν ἀθρόοι, Σ, 497. et 502, ἀμφοτέροισιν ἐπήπυον. ubi de turba forensi, non vero militari, sermo est. et 519, ὑπολίζονες, paullo breviores reliqui homines erant ficti, quam duces. εἰσόκε ἔλθωσι προτὶ ἄστυ πεφυζότες, copiæ fugientes, Φ, 531. ἀμφὶ δέ λαοὶ κωκυτῷ τ᾽ εἴχοντο καὶ οἰμωγῇ κατὰ ἄστυ, X, 408, s. ubi luctus civium ob cæsum Hectorem describitur. et 412, λαοὶ μέν ῥα γέροντα μόλις ἔχον, *die leute konnten ihn kaum halten, (the people could scarcely hold him.)* et quia sermo est de rege, ergo λαοὶ sunt h. l. multi, etiam princi-

pes civitatis. λαοὶ δ' αὖ θηεῦντο τε θάμβησάν τε, Ψ, 728, ubi quoque sermo est de multis in genere, sive nobiles sint sive plebeii. sic et 881. et 53, λαοὶ δ' ἐπὶ ἔργα τράπωνται, et copiæ ad munia sua revertantur, duces et gregarii. ἕκαστοι ἐσκίδναντο, Ω, 1. et 740, μὶν ὀδύρονται κατὰ ἄστυ. δύω κοσμήτορε λαῶν, Α, 16. ποιμένα λαῶν, Β, 243. Ο, 262. Χ, 277. Ψ, 390. et sic sæpissime de magno duce. γνώσῃ ἔπειτ' ὅστ' ἡγεμόνων κακὸς ὅς τε νὺ λαῶν, Β, 365, ubi ἡγεμόνες sunt ductores ordinum, *die officiers, (the officers,)* λαοὶ vero gregarii milites, *die gemeinen, (the common soldiers.)* στρατῷ εὐρέϊ λαῶν, Δ, 76, exercitui copioso. et 90, s. ἀμφὶ δέ μιν κρατεραὶ στίχες ἀσπιστάων λαῶν. sic et 202. φῆς που ἄτερ λαῶν πόλιν ἑξέμεν ἠδ' ἐπικούρων οἶος σὺν γαμβροῖσι κασιγνήτοισί τε σοῖσι, inquit Sarpedon ad Hectorem, Ε, 473, et per λαῶν intelligit in genere copias militares, maxime τοὺς ἐγχωρίους, cives, in opp. ad ἐπικούρους. tale quid memorant Historici Romani de gente Fabia, quæ sola magno bello gerendo suffecit aliquamdiu. nam domus Priami valde erat numerosa filiis et generis et nepotibus. ἀναδῦναι ἂψ λαῶν ἐς ὅμιλον, in turbam militum, Η, 218. et 234, κοίρανε λαῶν. ἀπεόντων, militari ætate absente, Θ, 522. οὕνεκα πολλῶν λαῶν ἐσσὶ ἄναξ, Ι, 98. et 116, s. ἀντί νυ πολλῶν λαῶν ἐστιν ἀνὴρ ὅντε Ζεὺς κῆρι φιλήσῃ. ἡγεμόνος κακότητι, μεθημοσύνῃσί τε λαῶν, Ν, 108, imperatoris vitio, et remissione copiarum, ubi ἡγεμὼν est Agamemnon, λαοὶ vero copiæ Achillis irati, quæ non pugnabant. et 495, λαῶν ἔθνος, i. e. λαὸς, *die gemeinen, (the men.)* ὄρχαμε λαῶν, Ξ, 102. Ρ, 12. Τ, 289. Φ, 291. ἡγήσατο λαῶν, Ο, 311, ducebat copias. δύο στρατοὶ λαῶν, Σ, 509. et 523, δύο σκοποὶ λαῶν. μηδέ τις ἄλλην λαῶν ὀτρυντὺν ποτιδέγμενος, Τ, 234. πολέων ἡγήτορα λαῶν, Υ, 383. οὐδ' ἄλλοισι κελεύεις λαοῖσιν μενέμεν, Ε, 486. λαοῖσι πεποιθότες ἠδὲ βίηφι, Μ, 153. οἶος σὺν λαοῖσι οἳ Ἴλιῳ ἐγγεγάασι, Ρ, 145. coll. Ε, 473. σημαίνουσιν ἕκαστος λαοῖς, *ein jeder hat ein commando, (each has a command,)* Ρ, 251. et 390, λαοῖς δώῃ, ubi sermo est de cerdone, qui operis suis *(seinen gesellen,) (his journeymen,)* dat opus faciendum. λαοῖσι δότω καταδημοβορῆσαι, Σ, 301. λαοῖσι φέρεις χάριν, Φ, 458, sc. Trojanis. λαοῖσιν δ' ἄλλοισι μινυνθαδιώτερον ἄλγος ἔσσεται, *andern leuten wird es weniger nahe gehen, (others will feel it less severely,)* Χ, 54. et 205, ἀνένευε, sc. suis Græcis militibus. πατέρι, λαοῖσί τε, et civibus suis, Ω, 37. et 777, μετέειπε. αὐτός τε κάθησο καὶ ἄλλους ἵδρυε λαοὺς, Β, 191, *die soldaten, (the soldiers.)* et 580, πολύ τε πλείστους ἄγε λαούς. λαοὺς Ὀτρῆος, Γ, 186, populum Otrei. ἐφόβησε δὲ, fugavit, Ο, 15. et 475, ἄλλους ὄρνυθι. sic et Τ, 136, excita. ἐς τεῖχος ἀλῆναι, Π, 714, congregari. δώροισι κατατρύχω καὶ ἐδωδῇ λαοὺς, cives, in opp. ad milites, Ρ, 226. λίθους ποίησε, Ω, 611, ubi sermo est de civibus Niobes, quos Jupiter duros fecit, ne misererentur Niobes. λαοὺς ἀπολυμαίνεσθαι, lustrari et purgari sacro ritu, Α, 313, *die armee, (the army.)* δέδμητο δὲ λαὸς ὑπ' αὐτῷ, populus subjiciebatur ei, γ, 304. πολὺς δέ μοι ἕσπετο, ζ, 164. θοῶς εἰσαγείρατο, i. e. socii navales, ξ, 248. ὅς λαὸν ἤγειρα, congregavi, β, 41. et 81, οἶκτος ἕλεν ἅπαντα. ὤλεσε λαὸν ἀτάσθαλον, η, 60. ὅσσον ἔπεφνεν, λ, 517. et 499, πέφνεν λαὸν ἄριστον, fortissimos viros occidi. κατέσχεθε ἅπαντα, ω, 529. τὸν δ' ἄρα πάντες λαοὶ ἐπερχόμενον θηεῦντο, omnes cives sui, β, 13. ρ, 64. λαοὶ μὲν σκίδνασθε ἐπὶ ἔργα ἕκαστος, abite quisque ad opus suum curandum, β, 252. ἡμίσεες λαοὶ ἐρητύοντο μένοντες αὖθι, γ, 155. et 215, ἤ σέ γε λαοὶ ἐχθαίρουσι κατὰ δῆμον. sic et π, 95. λαοὶ δ' Ἀγαμέμνονος εὐχόμεθα εἶναι, ι, 263. ἀμφὶ δὲ λαοὶ ὄλβιοι ἔσσονται, λ, 135, sc. ἀμφὶ σοῦ. cives tui. sic et ψ, 283. λαοὶ πάντες ἀπὸ πτόλιος προσίδωνται, ν, 156. coll. 158, ἄνθρωποι. *alle leute, (all men.)* λαοὶ δ' οὐκ ἔτι πάμπαν ἐφ' ἡμῖν ἦρα φέρουσι, non gratificantur nobis, π, 375. ἀρετῶσι δέ λαοὶ ὑπ' αὐτοῦ, τ, 114. οὔτις λαῶν οἷς ἄνασσε, β, 234. ε, 12. ὄρχαμε, δ, 156, 291. κ, 538. ἐρέω σοὶ τὸ ὄνομα λαῶν, ζ, 194, *wie das volk heisset, (what the people are called.)* καὶ λαῶν, οἵ μιν θεὸν ὥς εἰσορόωντες, η, 71. civium et 323, οἱ λαῶν ἡμετέρων, *die von unsern leuten, (those of our people.)* πάντων ἀριδείκετε λαῶν, omnium civium tuorum clarissime, θ, 382, 401. et 524, ὅστε ἑῆς πρόσθεν πόλεος λαῶν τε πέσησι, qui pro suo populo ceciderit. ποιμένι, σ, 69. et 151, κοσμήτορι, de Ulysse in patriâ suâ. σὺ δὲ φείδεο λαῶν σῶν, χ, 54, civibus tuis. καὶ σὺν πᾶσιν λαοῖς, δ, 176, sc. τοῖς οἰκειακοῖς, domesticis: vel et, quoscunque secum voluisset adducere. non vero simpliciter, cum omnibus incolis Ithacæ. et 740, ὀδύρεται, apud populum deploret. λαοῖς τετιμένον, θ, 472. ν, 28. et 62, τέρπεο παισί τε καὶ λαοῖς. εἴποι, χ, 133. λαοὺς ἵκετο, ad spectatores, θ, 125. ἀπώλεσε λαοὺς, ι, 265. ω, 427, sed differenti sensu his duobus locis. λαὸν quidem Pindarus deducit a lapidibus, sed id poëtice magis accommodans fabulæ, quam serio. Vide sub Ἀθήνη, in R.

λαοσσόος, ου. ὁ ἡ. (Σέω) concitator exercitus et populi, adhortator copiarum ad rem gerendam strenue, congregator populi. ponitur in bono sensu, ut ultima pars compositi possit esse a σόος, salvus; qui populum incolumem præstat, ὁ σώζων λαόν: ponitur in malo quoque, concitans et concutiens populum, a σόω, agito, moveo: etiam in medio sensu, populo et copiis motum injiciens. sic et ὁ ἡ δορυσσόος, ου, hastam agitans et vibrans. it. in pugna salvum præstans, ab hasta præservans. πρέποντες δορυσσόοις σαγαῖς, decori armaturis et πανοπλίαις, Æschylus in Sept. c. Th. 127, collato 397. Ἄρης τε καὶ Ἀθηναίη λαοσσόος, Mars et Minerva, exercitum ad strenue pugnandum incitans et movens, Ν, 128, *der ein heer in bewegung und thaten setzet, (inciting and encouraging the army to fight.)* nam ad id efficiendum opus est forti et prudente duce. sic et Ἄρης, Ρ, 398, ὁ λαοῦ παρορμητικός. Ἔρις κρατερὴ λαοσσόος, contentio fortis et armata, populum concitans, Υ, 48, ἡ λαοὺς σέουσα i. e. κινοῦσα καὶ παρορμῶσα εἰς πό-

λιμὸν καὶ νεῖκος. et 79, Ἀπόλλων, quatenus is notat providentiam divinam, qua res humanæ cientur sæpe; coll. 80, ubi explicatio est hujus epitheti. λαοσσόον Ἀμφιάραον, ο, 244, τὸν λαοὺς σόοντα i. e. διώκοντα κατ' ἀνδρίαν, qui exercitus hostiles agitat, suosque ?commovet per fortitudinem suam: ubi ergo est epitheton boni et strenui imperatoris. nam et in pace tamen populus debet exerceri in armis. possit tamen h. l. etiam esse, ὁ σώζων λαοὺς, διὰ μαντικῆς, nam erat egregius vates, et bonus pater patriæ. οἰόμενος λαοσσόον εἶναι Ἀθήνην, putans in animo, etsi aliter enuntiaret verbis, hunc sub specie Mentoris esse Minervam bellatricem, χ, 210, σόουσαν λαὸν εἰς πόλεμον: unde et ἀγελείη dicitur ἡ ἄγουσα τὸν λεὼν in bello et pace: simul et λαὸν σόον τηροῦσα, λαοῦ σώτειρα, unde et ἐρυσίπτολις, custos civitatis et servatrix. sed ut ut sensus hic posterior sæpe sit aptus; ipsum tamen epitheton a σόω, i. e. σεύω, κινέω, est factum: et notat incitatorem populi aut exercitus ad agendum impigre. scribitur et per simplex Sigma, λαοσόος. σοῦ, σοῦ, est interjectio, notans sonum hominis abigentis bestiam aliquam, Aristoph. Vesp. 219. 456, σοῦσθε, pro σοῦεσθε, abigimini, a σούω, abigo, σούομαι, abigor. nam σόω est quoque, *agito, abigo:* quod et σώω et σούω dicitur. interjectionem σοῦ σοῦ patet thema esse. ὁ σόος, ου, est ὁρμὴ πρὸς αὔξησιν, *der schuss eines gewächses, (the shoot of a plant.)* Vide sub Ἀπόλλων in R.

λαοφόρος, et attice λεωφόρος, ου. ὁ ἡ. (Φέρω) populum ferens, publicus. ab ὁ λαὸς, qui attice est ὁ λεώς. λαοφόρον καθ' ὁδὸν, Ο, 682, *auf der heerstrasse, (on the high-road.)*

λαπάρα, ας. ἡ. (Λάπτω) est ὁ λαπαχθεὶς τόπος καὶ κενὸς ὀστέων, ἡ λαγὼν, *die dünnung am leibe, wo keine ribben sind, (the abdomen, that part of the trunk where there are no ribs.)* dicitur enim κενεὼν, ὡς κενεὸς ὀστῶν τόπος, καὶ λαγὼν, ὅτι λήγουσι (desinunt) ἔνθα τὰ ὀστώδη πλευρὰ, est ergo τόπος ὑπὸ τὰς πλευρὰς, seu, τὰ πλευρά. nomen est a λάπτω, unde est λαπαρὸς, ὰ, ὸν, vacuus, inanis, tenuis, mollis: et hinc est substantivum ἡ λαπάρη. παραὶ λαπάρην, juxta ile, Γ, 359. Η, 253. αὐτὸν οὖτα (vulnerabat) κατὰ λαπάρην, Ζ, 64. Ξ, 447. λαπάρης δὲ διήλασε χάλκεον ἔγχος, Π, 318, per ile trajecit hastam. φάσγανον αὐτῷ ὑπὸ λαπάρην τέτατο, Χ, 307, gladius ei ad latus pendebat. οὖτα καλλαπάρην, pro κατὰ λαπάρην, Ξ, 517, sic enim legunt, qui οὖτα per contractionem fieri putant pro οὔτασε: qui vero per apocopen τοῦ ε factum esse putant, ii legunt κατὰ, et corripiunt τὸ τα in οὖτα, quod tunc scribendum illis quoque est cum circumflexo: nam contractum οὖτα corripi nequit sequente consona. Vide sub ΛΑ'ΠΤΩ.

ΛΑ'ΠΤΩ, (pro λάπω) f. άψω. f. 2. απῶ. dicitur proprie de lupis aut canibus bibentibus; a quorum sono, quando lingua aquam vel aliud liquidum hauriunt, verbum est fictum. deinde, quia in bibendo linguam tenuem protendunt; hinc est λάπτω etiam, extenuo, exinanio, *ich mache dünne, lappich, schlapp, (I make thin, flaccid, flabby,)* ἐκκενόω. λύκοι, λάψοντες (lambituri, hausturi) γλώσσῃσιν ἀραιῇσι μέλαν ὕδωρ ἄκρον, Π, 161. coll. 156. quia λάπτειν etiam notat, esse alvo vel ventre tenui et inani, hinc herba ἡ λάπαθος ἢ τὸ λάπαθον, nomen habet, utpote quæ ventrem evacuat et alvum ciet. a præt. pass. λέλαμμαι, fit ἡ λαμία, quæ proprie species est piscium planorum, *eine art breit-oder halbfische, (a species of flat fish:)* deinde et spectrum inane notat, terriculamentum pueris. a præt. act. λέλαφα, est τὸ λάφυρον, præda, τὸ ἐκ τῶν πολεμίων σκηνῶν καὶ πόλεων ἐκκενούμενον, egestum. et ab aor. 2. ἔλαπον fit ἡ λαπάρα. ab eodem λάπτω est et λαφύσσω, et λαπάζω, et ἀλαπάζω. denique λάπτειν est ῥοφεῖν, sorbere.

λάρναξ, ακος. ἡ. (Νέω) capsa, conditorium. est eadem, quæ recentiorum ἡ κιβωτός. habet nomen a λαρὸς, jucundus, delicatus; et νάω, habito, vel et νάσσω, condenso: quia ἐν λάρνακι tuto et jucunde quasi habitant condensatæ ibi res. ὅπλα τε πάντα λάρνακα ἐς ἀργυρέην συλλέξατο, Σ, 413, instrumenta omnia (sermo est de Vulcano) in argenteam arcam colligebat, *in einen silbernen kasten, (into a silver chest.)* ὀστέα (Hectoris combusti) χρυσείην ἐς λάρνακα ἔθηκαν, Ω, 795, nam pretiosa vasa ad sepulturam adhibebantur. hinc sepulcra sæpe spoliata. notus est Κύρου τάφος πολύολβος. Alexander, Magnus vulgo dictus, ἐν χρυσῇ πυέλῳ ἐτέθη, sed postea ὑελίνην ἔλαχε. a collectione quieta nomen est. Vide sub χηλός.

λάρος, ου. ὁ. (Ῥέω) est avis marina, alba, nans, valde vorax et valde cacans, a quo postremo etiam nomen esse videtur, a λα intensivo, et ῥέω, fluo. Mercurius, per mare iens, comparatur huic avi, ε, 51, et conf. Ἑρμῆς in R. recentiores παροιμιακῶς λάρους vocant τοὺς εὐήθεις, stolidos et hebetes. eosdem vocant quoque κέπφους, ab ave stolida et facile capienda: (de qua ave vide Aristoph. Plut. 913, schol. nam eadem avis putatur ὁ λάρος et ὁ κέπφος, quæ Romanis fortasse est fulica vel gavia. ponitur λάρος et de peculatore, et parasito. Aristoph. Nub. 591.) etiam ὤτους, ἀπὸ ὀρνέου μιμηλοῦ καὶ εὐεξαπατήτου. hinc comœdia, ridens Athenienses, dixit: ὦ μόνοι ὦτοι τῶν Ἑλλήνων, objiciens iis, quod facile verbis possint capi. Vide sub κορώνη.

λαρὸς, ὰ, όν. (Ῥέω) valde aptus et congruens animo nostro, jucundus, gratus, *angenehm, (agreeable.)* ἄγαν ἀρηρὼς ψυχῇ, θυμήρης. a syllaba intensiva λα, et ἄρω, apto, ἁρμόζω. et quia in hac voce duo α sunt conflata in unum, hinc præstat producere penultimam. αὐτὸς ἐνὶ κλισίῃ λαρὸν παρὰ δεῖπνον ἔθηκας pro παρέθηκας, Τ, 316, ipse in tentorio aptum et lautum jentaculum mihi apponebas. λαρὸν δέ οἱ αἷμα ἀνθρώπου, i. e. λαρόν τι αὐτῷ ἐστι, Ρ, 572, muscæ nimirum. λαρὸν τετυκοίμεθα δόρπον, lautam paremus cœnam, μ, 283. ξ, 408. οἶνον ἡδὺν, ὅστις

μετὰ τὸν λαρότατος, ὃν σὺ φυλάσσεις, vinum suave, quod inter illud est suavissimum et aptissimum, quod tu sub clavibus tuis habes, β, 350, etiam ex hac scriptione superlativi apparet, syllabam λα esse longam. ergo non scribi debet ρω: nam poëta et alibi ο comparativorum aut superlativorum producit, e. c. υ, 376, ubi quoque tres breves loco dactyli positi. Vide sub λάρναξ.

λάσιος, ία. ιον. (Σείω) pilis vel lanis dense obsitus, *stark mit haaren oder dem änlichen bewachsen, (thickly overgrown with hair, or the like.)* et quia multa corporis humani loca, apud calidiores et animi pleniores, pilis sunt obsita, quæ apud alios vel calva, vel rarioribus et tenuioribus pilis inducta, sunt: hinc per tropum notat, prudens, animosus, virilis, robustus, calidus, apud poëtam ponitur in sensu primo et secundo. est a λα, syllaba intensiva inseparabili; et σείω, moveo, concito. ἦτορ ἐν στήθεσσι λασίοις, de Achille calido et animoso, Α, 189, ubi στήθη λάσια sunt physice τὰ πυκνὰ ταῖς θριξὶν, ut est apud calidos et ad animositatem natos: inde tropice, ad iram et fortitudinem prona; nam tales sunt οἱ λασιόστερνοι. imo ipsum cor sæpe pilosum repertum est in talibus. οἱ φυσιογνώμονες docent, τῶν πανούργων καὶ συνετῶν, καὶ τῶν δραστηρίων, στήθη λάσια εἶναι. ergo ponit poëta signum pro signato. sic, Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ, Β, 851. i. e. ὁ συνετὸς ἢ δραστήριος αὐτός. et, Πατροκλῆος, Π, 554, *der muntere und tapfere Patroclus, (the spirited and valiant Patroclus.)* ὄϊς λάσιος μέγας, aries magnus densa lana indutus, Ω, 125, ὁ στεινόμενος μαλλοῖς, dense obsitus villis. ubi vides significatum primum. λασίην ὑπὸ γαστέρα ἐλυσθεὶς, sub villoso ventre contractus ego, ι, 433, ubi sermo est de ariete magno et villoso, qui Ulyssem sub ventre ejus libratum ex antro Cyclopis extulit. in notione secunda ergo poëta hanc vocem in bono sensu transtulit ἐπὶ ἐπαίνου ψυχινοῦ: postea vero, apud Iamblichum, ὁ Πυθαγορικὸς Λύσις invertit hunc significatum, et adhibuit hoc epitheton de animo frivolis et inutilibus cogitationibus et consiliis et opinionibus obsito, ut veritas rationalis inde emergere, aut in eum illucere, non possit.

λαυκανία, ας. ἡ. (Λάω) guttur. idem quod ὁ λαιμὸς, et ab eodem λαύω: nam est ὁ ἀπολαυστικὸς τόπος, locus ubi vescendo fruimur. φαίνετο δὲ λαυκανίης, sc. μέρος, apparebat pars gutturis, Χ, 325, οὐκ οἶνον λαυκανίης καθέηκα, Ω, 642, nullum vinum per guttur demisi.

λαῦρα, ας. ἡ. (Ῥέω) platea in urbe, στενὴ ὁδὸς, ἡ ἄμφοδος, δι' ἧς λαοὶ ῥέουσιν ἤτοι φέρονται. nam est ex λαὸς et ῥέω compositum nomen. hinc est ὁ διάλαυρος, vicinus e regione mihi in eadem platea. est tamen et adjectivum, λαῦρος, α, ον, latus, copiosus: etsi ab aliis id scribatur λάβρος. ἦν ὁδὸς ἐς λαύρην, erat via vel apertura versus plateam, χ, 128, et 137, ἀργαλέον στόμα λαύρης, difficilis est aditus ad aperturam hanc versus plateam. hinc est ἡ σποδησιλαῦρα, meretrix publica; nam σποδεῖσθαι ponitur etiam ἐπὶ μίξεως: in triviis coiens noctu. eadem dicitur ἡ χαμαιτύπη, in terra præbens se permolendam. Vide sub Ὀμφάλη in R.

λαφύσσω, f. ύξω. (Λάπτω) exhaurio, proprie lambendo, sicut lupi aquam bibunt. deinde in genere, deglutio, et quidem avide. αἷμα καὶ ἔγκατα πάντα λαφύσσει, de leone, Λ, 176, ubi verbum proprie positum ad primum nomen; ad alterum metaphorice, ut notet ῥαγδαίως καταπίνειν, lacerando avide deglutire. sic et Ρ, 64. et Σ, 583, λαφύσσετον, ambo deglutiunt et exhauriunt. inde est ὁ λαφυγμὸς, οῦ, deglutitio, helluatio, Aristoph. Nub. 52. et ὁ λαφύκτης, ου, helluo, liguritor, qui et ὁ λαφύστιος, ου, dicitur.

λαχαίνω, (Χάω) terram fodiendo mollio, διασκάπτω. est a λίαν χαίνειν, valde hiscere; fossor enim facit terram χαίνειν, ut semina et pluvias eo paratius excipiat: διαψαίρω. dicitur et λαχάνω. huc pertinet Doricum nomen ἡ εὐλάκα (pro εὐλάκη) vomer; et verbum εὐλάζω, f. ξω, aro. Thucyd. 5, 16. cæterum λαχαίνειν in genere est effodere. μεγάλην ἐλάχαινε τάφρον, magnam fodiebat fossam, Mosch. Id. 4, 96.

λάχεια, ας. ἡ. (Χάω) mollis, molli solo, *von weicher mürber erde, (of loose mould.)* est a λαχαίνω, et notat solum, quod fodienti facillime cedit. νῆσος λάχεια, ι, 116, coll. 131—135. quidam id nomen ibi pro proprio habent; sed si confers, κ, 509, ἀκτὴ λάχεια, littus molle, ad quod navis sine malo suo appellitur; apparet, nomen esse appellativum. est ergo in genere ἡ λάχεια, ἡ εὔγεως καὶ ἐπιτηδὴς λαχαίνεσθαι, i. e. σκάπτεσθαι: a quo et est τὸ λάχανον, olus quod circumfoditur ut melius crescat, et cujus causa foditur terra. alii, loco ex ι citato, scribi jubent ἐλάχεια, parva, ab ἐλαχὺς, sicut a λιγὺς fit λίγεια: sed nulla necessitate. ἡ λαχὴ, ῆς, fossa. τάφων πατρῴων λαχαὶ, Æschyl. Sept. c. Th. 920, sepulcrorum paternorum fossæ, διορύξεις, σκαφαί. notat tamen ἡ λαχὴ etiam sortitionem, κλήρωσιν, a λαγχάνειν, et ea expositio apud Æsch. est magis poëtica: ut sit κεκληρωμένοι τάφοι, sorte adsignati.

λαχεῖν, vide sub λαγχάνω, prope initium.

λαχμὸς, οῦ. ὁ. (Χάω) est ἡ ἐκ τῆς λάχνης λασιότης. ἀρνειὸς λαχμῷ στεινόμενος, ι, 445, aries vellere denso gravatus et obsitus. sed cum poëta τὴν λάχνην de ovibus nusquam posuerit; et ὁ λαχμὸς alibi sortitionem denotet a λαγχάνειν: hinc dubitatur h. l. de hac voce. alii scribi volunt, λάχνῳ, ut ὁ λάχνος sit idem quod ἡ λάχνη. possis tamen pro defendenda recepta lectione dicere, arietem pro λαχμῷ, sorte et parte sua propria, habere vellus suum: ut ad λαγχάνειν etiam h. l. pertineat nomen. Vide sub λαγχάνω ad finem.

λάχνη, ης. ἡ. (Χάω) lanugo, τρίχωσις. non statim et in se est θρὶξ, sed similitudo quædam,

δασύτης τριχοειδὴς, *haarig und kraus wie mit wolle besetzet, (hairy and curled as if covered with wool.)* est a syllaba intensiva λα, valde, multum; et χναύω, vello. de capillo est B, 219, ὕπερθε φοξὸς ἔην κεφαλὴν, ψεδνὴ δ᾽ ἐπενήνοθε λάχνη, superne acuminato erat capite, et inerat capiti tenue capillamentum; ubi sermo de Thersite turpi. de tunica nova est, K, 134, οὔλη δ᾽ ἐπενήνοθε λάχνη, crispa inerat ei lanugo, *war wollig und kraus auf der fläche, (was woolly and nappy on the surface.)* et de barba, λ, 319, πρὶν σφωϊν ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους ἀνθῆσαι, πυκάσαι τε γένυς εὐανθέϊ λάχνῃ, antequam vestirent mentum pulcre florescente lanugine; ubi sermo de adolescentibus nondum barbatis. ponitur et de animalibus, densos pilos habentibus.

λαχνήεις, ήεσσα, ῆεν. (Χάω) pilosus, pilis obsitus. φῆρας λαχνήεντας, B, 743, ubi sic vocat Centauros, qui, qua parte equi erant, λάχνην, i. e. pilos habebant. λαχνῆεν δέρμα συὸς, pilosam pellem apri, I, 544. στήθεα λαχνήεντα, Σ, 415, ubi de Vulcano sermo est, qui in pectore suo habebat pilos densos, utpote θερμός. talia pectora vocantur alibi λάσια. λαχνήεντα ὄροφον, arundinem superne pilosam, Ω, 451, ergo et ὁ ὄροφος, arundo qua domus teguntur et parietes vestiuntur, est λαχνήεις, διὰ τὴν ἐν ἄκρῳ τριχοειδῆ δασύτητα, *wegen der haarigen kolben, (on account of its fleecy top.)* Vide sub δέρμα.

ΛΑ´Ω, fruor, vescor. it. specto attente. it. volo, proclivis sum in aliquid. est vox facta ex sono monstrantium aut deprehendentium lætum quid. a λάω, specto, est ἀλαὸς, cœcus. ἐν προτέροισι πόδεσσι κύων ἔχε ποικίλον ἐλλὸν ἀσπαίροντα λάων, τ, 229. et 230, οἱ χρύσεοι ὄντες, ὁ μὲν λάε νεβρὸν ἀπάγχων, αὐτὰρ ὁ, ἐκφυγέειν μεμαὼς, ἤσπαιρε πόδεσσιν: canis hinnulum palpitantem et calcitrantem vorare instituens; et ille vorare incipiebat suffocando hinnulum. et narratur ibi imago, acu picta ex auro, in veste Ulyssis. *der hund biss ein jung zappelnd reh todt und wollte es fressen, (the dog worried a panting fawn to death and would have devoured it.)* nam præsens et imperfectum sæpe conatum agendi proximum denotant. λάε est pro ἔλαε, i. e. ἀπέλαυε, ἀπολαύειν ἤθελε. ab hoc verbo videtur esse ἡ λάσθη, illusio, contumelia, *der muthwille, (insolence.)* ἐπὶ γέλωτι καὶ λάσθῃ, deridendi et insultandi causa, Herodot. VI, 67.

λέβης, ητος. ὁ. (Λείβω) pelvis, in quam aqua defluit et funditur quando manus lavantur, *ein waschbecken, (a wash hand-basin.)* deinde sic et vas dicitur, in quo pedes lavantur. denique et vas æneum, in quo coquitur aqua. est a λείβειν, fundere. ejusmodi pelves lavandarum manuum donari solebant memoriæ causa, sed non erant tam pretiosæ quam τρίποδες. αἴθωνας δὲ λέβητας ἐείκοσι, I, 123, qui dicuntur αἴθωνες ex colore cupri rubeo, si probe detersum et defricatum est cuprum. sic et 265. et ex proportione numeri vides, τοὺς τρίποδας fuisse multo ἐντιμοτέρους. sic et T, 244. ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον, ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ, Φ, 362, utque lebes fervet intus, quando urgetur igne multo: ubi vides, esse vas coquinarium, ἐπὶ ἑψήσει κρεάτων, *eine art von kochkessel, (a kind of pot for cooking.)* ἄπυρον λέβητα, καλὸν, τέσσαρα μέτρα κεχανδότα, (capientem) λευκὸν ἔτι, Ψ, 267, ubi, si confers 264, vides, etiam magnitudine differre tripodem et lebetem; usu vero non multum differre. h. l. ergo λέβης, ὁ μήπω τεθεὶς εἰς πῦρ, καὶ λευκὸς, ἀπὸ χεύματος κασσιτέρου, *weil er verzinnet war inwendig: eine art von kleinerm kochkessel, (because it was tinned within; a kind of small kettle:)* τρίπους vero, *ein grosser kessel auf drey füssen, (a large pot with three legs.)* et 259, νηῶν (castris nauticis) δ᾽ ἔκφερε ἄεθλα, λέβητάς τε, τρίποδάς τε, ἵππους τε, ἡμιόνους τε, βοῶν τ᾽ ἴφθιμα κάρηνα (*starke haupter rindvieh*) *(fine cattle)* ἠδὲ γυναῖκας ἐϋζώνους, πολιόν τε σίδηρον. et 485, δεῦρό νυν, ἢ τρίποδος περιδώμεθον ἢ λέβητος, ubi conf. περιδίδωμι. cæterum h. l. λέβης prope par habetur tripodi; nisi mavis, esse: sponsionem faciamus vel de tripode, vel, si id nimium videtur, de lebete. et 613, λέβητα παμφανόωντα, totum lucentem, interne stanno novo, externe colore cupreo rufo puro. et 885, λέβητα ἄπυρον, βοὸς ἄξιον, ἀνθεμόεντα, ubi ἀνθεμόεις metaphorice idem notat quod παμφανῶν, totus nitens. δύο αἴθωνας τρίποδας, πίσυρας (quatuor) δὲ λέβητας, Ω, 233. χέρνιβα (aquam ad lavandas manus) δ᾽ ἀμφίπολος (ministra elegans) προχόῳ (*mit der gieskanne*) *(with the ewer)* ἐπέχευε φέρουσα, καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος, α, 137, ubi φέρουσα pertinet ad ὑπὲρ λέβητος. apparet, ibi lebetem esse pelvim, in qua stat πρόχοος, quæ continet aquam ad manus lavandas. recentiores talem λέβητα vocarunt τὸ χερνίβιον. χέρνιβα δέ οἱ Ἄρητος ἐν ἀνθεμόεντι λέβητι ἤλυθεν ἔφερε, γ, 440, ubi non fit mentio τῆς προχόου, ut videri possit, λέβητα h. l. esse τὸν ἰδιωτικῶς (vulgo) λεγόμενον ξέστην, περιέχοντα τὸ ὕδωρ. At antiqui docent, λέβητα etiam h. l. esse, τὸ κατὰ τοὺς νέους χερνίβιον, pelvim manuum lavandarum, καὶ ἐντὸς αὐτοῦ κεῖσθαι (stare) τὴν πρόχοον, περιέχουσαν χέρνιβα: poëtamque una voce utrumque expressisse, cum nominet χέρνιβα, i. e. τὸ περιεχόμενον ὕδωρ, τὴν δὲ περιέχουσαν πρόχοον subintelligat. ἀνθεμόεις vero est, pulcer, purus, nitidus. χέρνιβα ἀμφίπολος (ἐν) προχόῳ ὑπὲρ λέβητος ἀργυρέου ἔφερε, adferebat, δ, 53. η, 173. κ, 369. ο, 136. ρ, 92. quibus omnibus locis repetuntur iidem duo versus. λέβης ὣς ἐν πυρὶ πολλῷ, μ, 237, ubi iterum vides, vas coquinarium sic vocari. ἄγε, δῶμεν αὐτῷ τρίποδα μέγαν ἠδὲ λέβητα ἀνδρακὰς, viritim, quisque ex nobis unum magnum vas aheneum cum tribus pedibus, et unum minus vas æneum sine pedibus adfixis, ν, 13. et 217, τρίποδας περικαλλέας ἠδὲ λέβητας ἠρίθμει, numerabat, an omnes essent. et quod ænei fuerint, patet ex 19. et vide simplicitatem heroicam: donant principes Phæacum et rex ipse, Ulyssi, quod vita in usu habere potest. δώσει σοι, ἢ

τινα τριπόδων εὐχάλκων, ἠὲ λεβήτων, ο, 84. αἰτίζων ἀκόλους (mendicans et corrogans frusta cibi) οὐκ ἄορας οὐδὲ λέβητας, (qualia dantur nobilioribus) ρ, 222. γρῆυς εἷλε λέβητα παμφανόωντα, τῷ (in quo) πόδας (pedes hospitis) ἐξαπένιζεν, lavabat, τ, 386, ubi res sic est intelligenda: λέβης stabat sub pedibus, anus vero tenebat pedes extra aquam, et sumta aqua ex lebete lavabat manibus suis. hinc 469, λέβητι ἐνέπεσε κνήμη, κανάχησε δὲ χαλκός. vides igitur, esse aëneum vas, *eine küpferne wanne, (a copper vessel,)* ad pedes ex eo lavandos: et huic infundebatur aqua fervida ex λοετροχόῳ τρίποδι, *aus dem grossen dreyfüssigen kessel, darin das wasser kochete, (out of the large three-legged pot, in which the water is boiled.)*

λέγομαι, λέξομαι, vide sub κρίνω, prope finem.

ΛΕ'ΓΩ, f. ξω, pono, compono, *ich lege, (I lay, put.)* it. lego, eligo, colligo, *ich lese aus oder auf, (I select,* or *collect.)* it. propono verbis, dico, *ich lege dar, trage mit worten vor, (I propound, explain.)* prior significatus est proprius. notio etiam *numerandi* inest huic verbo, quia in digitis solemus ponere singula quæ numeramus ordine. fuere, etiam inter antiquos, qui negarent notionem τοῦ εἰπεῖν inesse huic verbo apud poëtam: sed lapsos eos memoria fuisse, mox apparebit; quanquam omnino rarior sit ista notio apud eum. Ἀγαμέμνονι λέγε (ἔλεγε) ὀνείδεα, crimina objectabat et imponebat ei verbis, Β, 222. ὅσα αὐτὸς ἐμόγησε, πάντα ἔλεγε, ψ, 308, omnia proponebat ei verbis et narrabat, quæ ipse passus esset ærumnosa. τοῖσι δ' Ἀθηναίη λέγε κήδεα πολλὰ Ὀδυσῆος, ε, 5, illis (diis in concilio) Minerva proponebat et exponebat verbis pericula multa Ulyssis. σὺ δέ μοι λέγε θέσκελα ἔργα, λ, 373, tu autem mihi narra res admirabiles. ἐγὼ τὰ ἕκαστα λέγων, ἑτάροισι ἐπίφαυσκον, μ, 165, ego illa singula exponens et narrans, sociis nota faciebam. λέγων ἐμὰ κήδεα, ξ, 197, narrans meos labores. ταῦτα ἕκαστα λέγων, ο, 486. ξ, 362, hæc singula proponens et narrans mihi. ἴσκε ψεύδεα πολλὰ, λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα, τ, 203, veris similia faciebat multa ficta, cum narraret ea similia veris. et hoc participium λέγων vel εἰπὼν sæpe eleganter omittitur, e. c. Φ, 531, 530. λέγων αἱμασιὰς, i. e. συνάγων, συλλέγων, colligens sepes, *dornen samlend, (collecting thorns,)* σ, 358, et deberet ibi, si ad σοὶ, 357, refertur, esse λέγοντι: sed referri debet ad ἐθέλεις, 356. hinc sunt οἱ λογάδες λίθοι, collecti lapides ex agro. ἠῶθεν δή σοι ἐλέγομεν λευκὰ ὀστέα, Ἀχιλλεῦ, ω, 72, primo mane legebamus ossa tua alba, reliqua post combustionem corporis tui mortui: et σοὶ est pro σοῦ. et 223, αὐτοὶ, αἱμασιὰς λέξοντες, ᾤχοντο, abibant, collecturi sentes. ἔπειτα ὀστέα Πατρόκλου λέγωμεν, legamus ossa ejus, Ψ, 239, pro συλλέγωμεν, colligamus. ἐν κήτεσιν ἡμᾶς πρώτους ἔλεγε, δ, 452, inter cetos numerabat et recensebat nos primos. sed, quæso, cur Proteus, vates ille magnus futurorum et absentium, ignorabat rem præsentem, viros hic cubare, involutos coriis phocarum? sine dubio id ignorare voluit; vel, animum non advertit: nam nihil cognoscimus, nulla attentione adhibita. non suspicabatur, homines hic cubare in insidiis; ergo rem eam animo suo præsentem facere non poterat. alia cognoscebat, interrogatus, et intendens vim animi, et eruens ex imo animi fundo quæ ibi latebant. vide ergo, quantum sit malum defectus attentionis, quo et omniscius fere vates tamen labitur et decipitur. ex natura igitur animæ finxit etiam hoc loco Homerus, et cum magna ratione. potuit et Proteus, nolle jam id scire; cum a diis daretur facultas Menelao, interrogandi vatem aditu tam difficilem. λέξον νῦν μὲ τάχιστα, Ω, 635, i. e. κοίμισον, permitte jam ut cubitum eam. ἐγὼ μὲν ἔλεξα Διὸς νόον, inquit Somnus personificatus, Ξ, 252, ego cubare feci, sopivi, animum Jovis, ut in alto somno nihil cogitaret. alii tamen ibi legunt, ἔθελξα, conf. φρήν. sed forma *media* est intransitiva. μηκέτι νῦν δηθὰ αὖθι λεγώμεθα, Β, 435, non jam diu hic cubemus; ubi per metaphoram notat cessationem ab opere. παῖς ἡδέϊ λέξατο (ἐλέξατο) ὕπνῳ, Δ, 131, puer dulci cubat somno. media igitur forma, vel passiva, notat, *ich liege, (I lie down;)* activa, *ich lege, (I lay down, put down.)* ἐν τῷ λεξάσθην, cubabant ambo, Jupiter et Juno, in illo cubili, Ξ, 350. Πάτροκλος δ' ἑτέρωθεν ἐλέξατο, Ι, 662, ille ab alia parte abibat cubitum. λέξομαι εἰς εὐνὴν, componam me in lectum, ρ, 102. τ, 595, *will mich ins bette legen, zu bette, (I will go to bed,)* κοιμηθήσομαι. ὄφρα καὶ αὐτὸς λέξομαι, ψ, 172, ut tamen ego cubem, et solus, sine uxore. λέξεται ἐν μέσσοις, ὡς νομεὺς ἐν πώεσι μήλων, componet se dormitum, δ, 413. ἐς τῆμος (tunc, sc. cras, cum occidente sole) σὺ μὲν δεδμημένος ὕπνῳ λέξεαι, tu sopitus somno cubabis in navi, η, 319, et id futurum est præceptivum, cubato: nam volebat rex, ut dormiret Ulysses inter transportandum. ἐκτὸς μὲν δὴ λέξο, γέρον φίλε, Ω, 650, extra meum cubiculum cuba sane, senex care: et hæc forma est imperativi præsentis medii, pro λέγεσο, per syncopen, et mutato tunc γσ in ξ, ut notet, κοιμήθητι. sic et κ, 320, ἔρχεο νῦν συφεόνδε, μετ' ἄλλων λέξο ἑταίρων, abi nunc in haram, cuba cum aliis sociis tuis; inquit Circe ad Ulyssem, quem putabat statim mutatum iri in porcum, sicut socii ejus, quos præmiserat, mutati fuerant, contacti virga divina et epoto poculo magico. vitiose ibi quidam libri habent, λέξον, quasi esset imperat. a. 1. a. melius alii in medio legunt λέξαι, *lege dich, (lie down,)* εὐνάσθητι, quod possit et intelligi, ἀριθμήθητι, numerator. σὺ δ' αὐτόθι λέξεο μίμνων εὐνῇ ἐν μαλακῇ, Ι, 613, inquit Achilles ad Phœnicem: tu autem hic cubato manens in lecto molli. et est futurum imperativi in medio, pro λέξεσο. nam frustra sunt, qui imperativis et conjunctivis futura abjudicant, vel potius deesse opinantur. et l. c. præcedit quoque futurum, ἀγγελέουσι, pro ἀγγελοῦσι, re-

nuntiabunt. sic et τ, 598, ἔνθα κε λεξαίμην (ibi sane cubaverim) σὺ δὲ λέξεο τῷδ' ἐνὶ οἴκῳ, tu autem cubato in hoc triclinio. πάσας ἐπῴχετο, λέκτο δ' ἀριθμὸν, omnes obibat recensebatque numerum, δ, 451, pro ἐλέγετο, per syncopen, et mutata deinde media in tenuem ante tenuem. sed 453, ἔπειτα δὲ λέκτο καὶ αὐτὸς, componebat et ipse se, dormitum. coll. 452, ἔλεγε, recensebat, numerabat. ἐν μέσῃ (sc. χύσει φύλλων, vel, εὐνῇ ἐκείνῃ) λέκτο Ὀδυσσεὺς, ε, 487, i. e. εὐνάσθη, componebat se dormitum. sic, η, 346, Ἀλκίνοος δ' ἄρα λέκτο μυχῷ δόμου, in interiore parte domus. et τ, 50, ἔνθα ἄρα καὶ τότε ἔλεκτο, coll. 49. ἐγὼν μετὰ τοῖς ἐπίκουρος ἐλέχθην, annumeratus sum iis socius, Γ, 188, i. e. ἠριθμήθην ἐν αὐτοῖς. τί σε χρὴ ταῦτα λέγεσθαι; quid opus est, te ista exponere, enumerare, dicere, N, 275, i. e. ἀπαριθμεῖσθαι, sc. τὰ οἰκεῖα καλὰ, tua decora tibi propria. et 292, μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα, non diutius ista narremus. sic et Υ, 244, i. e. διαλεγώμεθα, λαλῶμεν. sic et γ, 240, ubi alii, eodem sensu, legunt λεγοίμεθα. et ν, 296. occasionem ergo præbuit poëta, ut recentiores audacius τὸ λέγειν adhibuerint pro εἰπεῖν et μυθεῖσθαι. ἔνθα κε λεξαίμην, ibi sane cubaverim, γ, 365. τ, 598. sed ω, 108, οὐδέ κεν ἄλλος κρινάμενος λέξαιτο κατὰ πτόλιν ἄνδρας ἀρίστους, nec sane quis seligens eligeret per civitatem viros præstantissimos, pro ἐκλέξαιτο, *könte auslesen, (might choose:)* et est idem cum κρῖναι. hinc est λεκτὸς, et ἐπίλεκτος, selectus; et adverbium ἐπιλέγδην. εἰ γὰρ νῦν λεγοίμεθα πάντες ἄριστοι, i. e. ἐπιλεγοίμεθα seligeremur, N, 276. et ab hoc verbo potest esse ὁ λόχος: ἐν λόχῳ γὰρ (ad insidias ponendas) ἔκκριτοι ἐπιλέγονται. εἰ γάρ κε ἐθέλοιμεν Τρῶας μὲν λέξασθαι, ἐφέστιοι ὅσοι εἰσὶν, B, 125, si enim vellemus Trojanos secundum capita numerare, quotquot proprii sunt Trojani et cives, non una numeratis auxiliatoribus eorum. ζωοὺς ἐκ ποταμοῖο δυώδεκα λέξατο κούρους, eligebat, Φ, 27, nam reliquos occidebat. φυλακτῆρες (vigiles) λεξάσθων, I, 67, cubanto; et est dualis imperat. aor. 1. medii. ἐγὼ πέμπτος μετὰ τοῖσιν ἐλέγμην, pro ἐλεγόμην, ι, 335, seligebar per sortem: vel et, ipse annumerabam me sponte iis per sortem electis. ξύλα πολλὰ λέγεσθε, colligite et disponite, Θ, 507. et 547, ξύλα πολλὰ λέγοντο, i. e. συνῆγον. et 519, λέξασθαι περὶ ἄστυ ἐπὶ πύργων, cubare, ponere se, circa urbem in muro: et id præcipiebatur pueris pubescentibus, et senioribus; cum reliqua militaris juventus esset extra urbem: ne impetus hostilis fiat in murum. est ergo ibi pro, συναχθῆναι, disponere se ordine. τὸ ὡρολόγιον est τὸ ὡράριθμον, quod horas numerat et adnumerat. ἡμερολεκτεῖν, omnes dies numerare. et ἡμερόλεγδον est, quando dies continui omnes numerantur. Æschyl. Pers. 63. Vide sub Λείβω.

λειαίνω, f. ανῶ. (Λέω) læve et æquum et planum facio, polio radendo. πᾶν δ' εὖ λειήνας, Δ, 111, ubi sermo est de arcu corneo, apte confecto. κέλευθον πᾶσαν λειανέω, pro λειανῶ, viam omnem complanabo, O, 261, removebo omne εἴ που τραχύ τι ἔχει. λείηναν δὲ χορὸν, Θ, 260, i. e. τὸν τόπον τοῦ χοροῦ, *den tanzplatz, (the dancing place.)* dicitur idem λεαίνω. et in sensu metaphorico est, commendo, adsentior. ἐπιλεήνας τὴν Ξέρξεω γνώμην, Herodot. VII, 10, adsentando comprobans sententiam Xerxis: facilem factu ostendens.

ΛΕΙ'ΒΩ, f. ψω. fundo, fluere facio, stillo. deinde in specie est, libo, fundo merum ex patera in honorem dei, ut sit idem quod σπένδω, f. σπείσω, q. v. χερσὶ δ' ἀνίπτοισι Διῒ λείβειν αἴθοπα οἶνον ἅζομαι, Z, 266, nam id illotis manibus facere nefas erat: coll. 259, 268, nam ἡ λοιβὴ, libatio, erat concomitans εὐχῆς. οἶνον δ' ἐκ δεπάων χαμάδις ἔχεον, οὐδέ τις ἔτλη πρὶν πιεῖν, πρὶν λεῖψαι Διῒ, H, 481. ἀπὸ δὲ κρητῆρος πλείου ἀφυσσάμενοι, ἔλειβον Ἀθήνῃ οἶνον, K, 579, ergo crater debebat esse plenus, ex quo libandi causa, in pocula infundebatur. νίψατο χεῖρας, ἠφύσσατο οἶνον, εὔχετο στὰς, ἔλειβε δὲ οἶνον, οὐρανὸν εἰσανιδὼν, Π, 231, ubi Achilles libat et precatur. et λείβειν οἶνον est plena phrasis. ὄφρα λείψαντε κιοίτην, Ω, 285, ut libatione facta proficiscerentur ambo: et libabat rex ex aureo poculo, coll. 287. et 306, νιψάμενος, ἔλειβε οἶνον, καὶ εὔχετο. sic et de profecturis, ο, 149. ἔλειβον δὲ ἀθανάτοισι θεοῖς, β, 432. δάκρυα λείβων N, 658. et 88, ἔλειβον. Σ, 32. ε, 84, 158. θ, 86, 93, 532. π, 214. differunt ergo λείβειν et σπένδειν, nam prius in genere est fundo, hinc δάκρυα λείβει τις, non vero σπένδει. etiam aquæ λείβονται, funduntur, fluunt; unde τὰ λείβηθρα, loca irrigua, et οἱ λειβήθριοι. a λείβω est, et ἡ κελέβη, quasi χελείβη, poculum ex quo libatur, *ein kelch, (a cup,)* a χέειν λοιβὴν εἰς αὐτὸ καὶ ἐξ αὐτοῦ.

λειμὼν, ῶνος. ὁ. (Λείβω) pratum humidum, ὁ ὑγρὸς καὶ βοτανώδης τόπος. vulgo dicitur τὸ λιβάδιον. est, judicibus antiquis, a λείβω, fundo; ejusque præt. pass. λέλειμμαι, fusus sum, fluito. nam notat pratum aquosum, aut quod, quam primum velis, ex proximo flumine aqua superfundere satis copiose possis: *ein grasreicher bruch, ein nicht tiefer teich voll gras und rohr, (a marsh, a shallow pond full of grass and reeds.)* Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα, B, 461, ubi vides notari locum amplum, quem inundat fluvius Caystrius, et ubi versantur anseres, grues, cygni, ibique piscantur; qui vero æstate arescit forte, et herbas largiter alit. ἵππος, βοσκομένη λειμῶνι, Π, 151, et equi amant ejusmodi pascua, ubi iis in aqua est vadendum, et gramen ex aquis depascendum. ὄροφον λειμωνόθεν ἀμήσαντες, Ω, 451, calamos vel arundines ex palude colligentes. ἐν Ἰθάκῃ οὐ λειμὼν, δ, 605, nam est montana et aspera: hinc non ἱππόβοτος. ἀμφὶ δὲ (τὰς κρήνας, fontes et rivos) λειμῶνες μαλακοὶ ἴου ἠδὲ σελίνου θήλεον, virides et floridi erant, ε, 72, nam ii rivi hos λειμῶνας inundabant leviter. et sic dicuntur ad differentiam γῆς κραναῆς, quæ non est μαλακή. sic ζ, 292, ἐν νάει (effluit) κρήνη, ἀμφὶ δὲ (τὴν κρήνην) λειμὼν, circa rivum est pratum leviter a rivo illo

inundatum. et ι, 132, ἐν (τῇ νήσῳ ἐκείνῃ) μὲν γὰρ λειμῶνες ὑδρηλοὶ, μαλακοὶ, et quidem μαλακοὶ ob plurimam et altam satis herbam. cave ergo, in poëta prata sicca quæras, qualia a recentioribus hoc nomine vocantur: is enim etymologiæ arcte inhærens, aquosum pratum dicit λειμῶνα. id solum excipe, apud inferos esse ἀσφοδελὸν λειμῶνα, λ, 538, 572. ω, 13, cui inambulant umbræ, siccum sine dubio: et unde deinde latior nominis usus fluxit. in terris superis sunt λειμῶνες ὑδρηλοί. Sirenes quoque in ejusmodi prato humido sedent, ἥμεναι ἐν λειμῶνι, μ, 45. et 159, λειμῶνα ἀνθεμόεντα Σειρήνων. et is λειμὼν erat prope ad littus. ταῦρος βοσκόμενος λειμῶνι, φ, 49. est ergo, εἰς ὃν ὕδωρ λείβεται, ὅθι ὕδωρ συλλείβεται. vulgi vocabulum, τὸ λιβάδιον, est ab aor. 2. ἔλιβον, a λείβω. Vide πολυδένδρεος.

λεῖος, εία, εῖον. (Λάω) lævis, proprie terendo et atterendo; deinde in genere, μὴ τραχὺς, nam ἡ λειότης et τραχύτης sunt opposita. est idem quod λισσὸς, quod sub ἶσος exhibuimus. notat deinde et, tener, *zart, (tender;)* planus, *eben, (level,)* ubi nihil eminet, quo pes offendi posset. αἴγειρος λείη, populus lævis, Δ, 484, in cujus cortice et trunco non sunt nodi et rami, sed in qua summa tantum rami sunt. θεμέλια λεῖα ἐποίησεν, M, 30, coll. 32, ἀμαλδύνας, fundamenta et ædificationem planam fecit, destruxit sic ut nihil emineret ex terra: nam sermo est de muro Græco, quem Neptunus sic disjecit immissis fluctibus, ut vestigium nullum superesset de eo. λεῖος ἱππόδρομος, circus planus et undique æquus, Ψ, 330. et 359, ἐν λείῳ πεδίῳ, in plano campo. χῶρος, λεῖος πετρῶν, locus lævis et liber a saxis, ε, 443, in opposito ad ἀκτὴν τραχεῖαν. sic et η, 282. ἄρουρα λείη, arvum molle, ι, 134. λείην ὁδὸν, planam viam, κ, 103, *den gebaneten fahrweg, (the beaten road.)* a λεῖος est τὸ λῆδος, εος, vestis tenera et tenuis, æstatis tempore induenda, *kleid von sommerzeug, (a summer garment.)* Iota tamen subscr. potest omitti. τὸ ληΐδιον et λήδιον, idem. Vide sub λιτός.

λείπω, f. είψω. f. 2. λιπῶ. (Λέπω) separo me, velut cortex a ligno: relinquo, desisto, desum. nam est a λέπω. ἐμὲ ἐν πένθεϊ λείπεις, me in luctu derelinquis, X, 483, inquit Andromache ad occisum Hectorem. σκόπελον οὔποτε κύματα λείπει, nunquam absistunt a scopulo fluctus, B, 396, *es fehlet dem felsen im meere nie an wellen die dran schlagen, (the rock in the sea is never without waves breaking upon it.)* αὐτίκα Ἀχαιοὺς λείψει, statim eos linquet, decedet ab iis, O, 136. λείψειν φάος ἠελίοιο, moriturum esse, Σ, 11. λείψετέ θην οὕτω γε νέας, N, 620, *ihr werdet denn doch so die schiffe verlassen, (you will then leave the ships so:)* καταλείψετε δή; *werdet sie doch lassen müssen nach wie vor, (will be obliged to leave them again as before.)* ζωόν σε ἔλειπον ἐγὼ, T, 288, te relinquebam vivum, cum abirem hinc. et 339, μνησάμενοι ἃ ἕκαστος ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπον, recordantes, quæ quisque domi reliquerint cum abirent. πατέρι γόον λεῖπε, relinquebat, *hinterliess er, (he left behind,)* E, 157. ἔλειπε λαὸν Τρώων, relinquebat, *liess zurück, (left behind,)* Π, 368, ipse aufugiens ex periculo. νεκρὸν, P, 108, *verliess ihn, (left him.)* sic, τὸν μὲν, X, 226, discedens ab eo. sic et in imperativo, λεῖπε νεκρὸν, discede a mortuo, P, 13. ἔνθα ἄλοχον ἔλιπον καὶ υἱὸν, E, 480, ibi conjugem reliqui et filium. ὅθι μὶν λίπον υἷες Ἀχαιῶν, ubi eum reliquerunt Græci, B, 722. ὣς λίπον, sic reliqui eos, *haben sie dort gelassen, (left them there,)* E, 204. ὅτε πρῶτον λίπον Ἑλλάδα, cum prima vice discederem e Græcia, I, 447. ἄνδρα κτείνας πύματον, λίπον sc. τὴν μάχην, omisi pugnam, extremo viro a me interfecto, Λ, 758, nisi ἔλιπον pertinet ad ἄνδρα, *liess ihn liegen, (left him lying.)* sic, ἔλιπον ἅρματα ἵπποι, relinquebant currus, Π, 371, 507. ποῦ νῦν, δεῦρο κιὼν, λίπες Ἕκτορα; K, 406, ubi relinquebas eum, cum huc ires? αὐτὸν ἔλιπεν αὐτοῦ, reliquit eum ibi, A, 428. B, 35. τὸν δὲ ἔλιπε ψυχὴ, *ihm vergieng der athem, er ward onmächtig, (his breath forsook him, he swooned,)* E, 696. τοὺς μὲν λίπεν αὐτοῦ, eos reliquit ibi, Δ, 292, 364. K, 287. Λ, 99, 229. O, 218, 729. Σ, 468. Y, 340. Φ, 17, 496. ὀπίσω δὲ πύλας λίπε, X, 137. et 213. ἐ Φοῖβος, i. e. mors appropinquabat. θρόνον, surrexit a sella, O, 124, ubi est πρωθύστερον. σπέος, Σ, 65. ῥίον Οὐλύμπου, Ξ, 225. T, 114. αὐτὸν θυμὸς, Δ, 470, i. e. moriebatur. θυμὸς ἔλιπεν ὀστέα, M, 386. Π, 410, 743. Y, 406. ἐμὲ δήσαντες λίπετε, constringentes me vinculis relinquite hic, K, 443. ὅθι πρῶτον λιπέτην ἅλα, ubi primum reliquerant ambo mare, Ξ, 284. λιπὼν ἀγαθὸν Μενέλαον, Δ, 181, postquam reliquit eum hic mortuum, *da er ihn hier lassen müssen, (when he had been obliged to leave him here.)* λιπὼν δίφρον, E, 20. νέας, naves, P, 612. ἕδος, sedem, I, 194. πόλεμόν, pugnam, Z, 254. Ξ, 43. N, 250. λιποῦσα θάλαμον, γνωτούς τε, Γ, 174. ἀδροτῆτα καὶ ἥβην ψυχὴ, Π, 857. X, 363. ἄστυ λιπόντε, cum ambo ab urbe abirent, Ξ, 281. οὐκ ἔθελε αὖθι λιπεῖν ἵππους, M, 111. ἐπὴν δὴ τόνγε λίπῃ (reliquerit) ψυχή τε καὶ αἰὼν, anima et vita, Π, 453. Ἀτρεὺς δὲ θνήσκων ἔλιπε τὸ σκῆπτρον Θυέστῃ, B, 106. et 107, Θυέστης Ἀγαμέμνονι ἔλειπε, coll. 105, Πέλοψ δῶκε Ἀτρέϊ, ubi videri possit, τὸ λείπειν esse ἀνάγκης, τὸ διδόναι vero φιλίας, et quod hoc verbo λείπειν discordia a recentibus celebrata inter Atreum et Thyesten innuatur. Sed Homerus ignorat hanc discordiam a recentioribus fictam: ergo notat solum, hæredi relinquere. conf. Θυέστης, in R. ἐπειδὴ τομὴν (cæsuram, abscissionem, locum ubi abscissum est ex arbore) λέλοιπε, sc. τὸ σκῆπτρον, scipio ille ligneus, A, 235, postquam reliquit; coll. 236, ubi etymon innuitur per λέπω: nam prior locus id dicit, postquam primum est abscissum et decorticatum; quod posterior locus clarius tantum indicat. et hoc perfectum medii notat in specie, destituo, desum, deficio. νῦν δὲ ἤδη πάντα λέλοιπε, ξ, 213, nunc vero omnia ista deficiunt me, *es ist damit bey mir vorbey, (now I have*

none of those things.) et 134, ψυχὴ δὲ λέλοιπε, et anima deficit eum, mortuus est: nisi vis subintelligere ex præcedenti, ὀστᾶ. σοὶ ἐνθάδε λείψω ἄγαλμα, δ, 602, ubi sermo est de equis pretiosis, quos Telemachus dono accipere recusat, eosque vult Menelao relinquere, ut is iis delectetur, *ich will sie dir lassen, (I will not deprive thee of them.)* χλαῖναν μὲν ἰὼν, ἑτάροισιν ἔλειπον, lænam, quum abirem, apud socios reliqueram, ξ, 480. ὃν μοῦνον ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπες, λ, 68, quem unicum filium reliquisti proficiscens; sic et ν, 403, παιδὶ, ὃν ἐν μεγάροισιν. et δ, 112, ὃν ἔλειπε νέον γεγαῶτα, recens natum. et 144, quibus omnibus locis sermo est de Telemacho, relicto a patre. et 734, ἤ κέ με τεθνηκυῖαν ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπεν, aut me mortuam in domo reliquisset; inquit Penelope. τὴν νῆσον ἐλείπομεν, μ, 201, 403. Κρήτην, ξ, 301. ἐλείπετε πατρίδα, relinquebatis, κ, 462. τὰ ἄρσενα λεῖπε θύρηφι, mascula inter oves et capras reliquit foris extra speluncam, ι, 238. et 338, οὐδέ τι ἔλειπε βαθείης ἔκτοσθεν αὐλῆς. οὔ κε μήτηρ λείποι τάδε δώματα, ἅμα ἄλλῳ ἰοῦσα, φ, 116, non sane mater relinqueret has ædes, cum alio sponso abitura. ἰδόντα με καὶ λίποι αἰὼν κτῆσιν ἐμὴν, vel moriar dummodo videam id, η, 224. sic, E, 685, ἔπειτά με καὶ λίποι αἰὼν ἐν πόλει ὑμετέρῃ, deinde lubens moriar in urbe vestra. ἢ ἐλάσει', ὥς μιν ψυχὴ λίποι αὖθι πεσόντα, an feriret ut moreretur illic cadens, σ, 90. ἔλιπε δ' ὀστέα θυμὸς, γ, 455, moriebatur, de bove mactato. sic et μ, 414, de gubernatore navis. Σχερίην, abiit ab ea insula, η, 79. δῶμα, Θ, 452. ῥόον ὠκεανοῖο νηῦς, μ, 1. σχίζῃ δρυὸς, ἣν λίπε κείων, ξ, 425, segmine arboris, quod reliquum fecerat cum ligna secaret. et 426, τὸν δὲ (σῦν) ἔλιπε ψυχή. μοῦνον ἐμὲ τεκὼν, me unicum natum reliquit, cum proficisceretur hinc, π, 120. et 341, λίπε δὲ ἕρκεά τε μέγαρόν τε, reliquit aulam, ἀνεχώρησε, μακρὰν γέγονε τοῦ οἴκου. sic et ρ, 604, i. e. ex urbe rus rediit. et 254, τοὺς μὲν λίπε αὐτόθι, ἦκα κιόντας, reliquit eos ibi, placide iter facientes. οὓς λίπομεν, quos reliquimus, a quibus discessimus, δ, 488. ἐπεί κε πρῶτα λίπῃ ὀστέα θυμὸς, λ, 220, ubi primum mortuus fuerit. αἱ δὲ (ἡμίονοι, junctæ ad currum) ὦκα λίπον ποταμοῖο ῥέεθρα, abierunt a fluvio, ζ, 317. ἐπεὶ λίπον ἰοὶ ἄνακτα, cum sagittæ deficerent herum, *da die pfeile alle waren, (when the javelins were all gone,)* χ, 119. λιπέτην πτολίεθρον, abierunt ambo ab urbe, γ, 485. λιπέ με αὐτοῦ, relinque me hic, *lass mich hier, (leave me here,)* κ, 266. ο, 299, ubi ultimum ε apocopatum facit λίπ'. λιπέτω δὲ δύο οἴους, solos duos relinquito, γ, 424. μηδὲ οὕτως λίπετε αὐτὸν, ne eum sic relinquite, T, 403. ἠέλιος λιπὼν λίμνην, γ, 1. i. e. exoriens ex aqua. λιπὼν φάος ἠελίοιο, i. e. mortuus, λ, 92. ἔτι τοσαῦτα παισὶν, ν, 258. ἔγχος, χ, 95, relinquens hastam in corpore occisi. μίαν οἴην παῖδα λιπὼν, relicta unica filia, η, 65. ἀπὸ σεῦ οὐκ ἂν ἐθέλοιμι λείπεσθαι, procul a te nolim relinqui, I, 445. οἶοι λείπονται ἐπὶ θύραις, χ, 250, soli relicti sunt ad januam. τόσον δὴ αὐτοῦ ἐλείπετο, Ψ, 529, tantum sane ab eo relictus erat, sc. in cursu; tantum posterior erat eo. et quia sermo ibi de certamine curuli: hinc recentiores in genere, τὸν ἡττηθέντα, dicunt λειφθῆναι. sic et 529. sed 640, οὕνεκα δὴ παρὰ αὐτόφι (αὐτοῖς) τὰ μέγιστα λείπετο ἄεθλα, quia sane illis relinquebantur et cedebant maxima præmia, *ihnen die wichtigsten preise zu theil wurden, (the chief prizes fell to their share.)* τῶν οἶος λιπόμην, ex iis solus superstes fui, λ, 692. sed, ἐγὼ λιπόμην, ego relinquebar, *wurde zurück und da gelassen, (was left behind there,)* ι, 316. ν, 286. ο, 480. ἡμιδαὴς ναῦς ἐλίπετο αὐτόθι, Π, 294, semiusta navis supererat ibi. οὔ τις ἐν πόλει λίπετο (remanebat) ἀνήρ. Ω, 707. οὔ τις ἑταίρων, nemo sociorum vivus relinquebatur, δ, 536, *keiner blieb am leben, (not one was left alive.)* τίη λείπεσθε, φέριστοι; cur vos præstantissimi relinquimini cursu, et superamini, Ψ, 409. et 407, μηδὲ λίπησθον, neque superamini vos duo, *lasset euch nicht überlaufen in schnelligkeit, bleibt nicht zurück, (let not yourselves be outstripped in speed, be not left behind.)* πολλοὶ, οἱ μὲν δάμεν (ἐδάμησαν, occisi sunt) οἱ δ' ἐλίποντο, superstites erant, M, 14. δ, 495. sed, Θ, 125, οἱ δ' ἐλίποντο, relinquebantur cursu, οἱ συνθέοντες ὀπίσω ἔμειναν. nam λειφθῆναι sæpe est ἡττηθῆναι, superari in certamine. αἱ δὲ λίποντο ὀρφαναὶ, relictæ sunt orbæ parentibus, υ, 67. ὅς κε λίπηται, T, 235, quicunque remanserit ut ignavus. ἦ ἵνα μηδὲ ὄνομα αὐτοῦ ἐν ἀνθρώποις λίπηται, an, ne nomen quidem ejus reliquum sit inter homines? δ, 710. οἵ κεν ἐμεῖο δεύτεροι λίπησθε, qui superstites mihi fueritis, Ψ, 248. ὄφρα ἂν παῖδες λίπωνται, γ, 354, donec liberi superstites fuerint. υἱὸν, ἐπὶ κτεάτεσσι λιπέσθαι, filium, qui relinqueretur opibus suis, E, 154. ὡς ἀγαθὸν καὶ παῖδα καταφθιμένοιο ἀνδρὸς λιπέσθαι, ut superstes sit, *nachzulassen, (to leave behind,)* γ, 196. πῶς ἀπὸ σεῖο αὖθι λιποίμην, i. e. πῶς ἂν σοῦ μεμονωμένος ἀπολιποίμην, I, 437, quomodo a te solus ego hic relinqui velim. ὅτε ἐγὼ κατόπισθε λιποίμην, quando ego relinquerer, φ, 116. μηδὲ ἡμῖν τεκέεσσί τε πῆμα λίποιτο ὄπισθε, malum relinquatur, Γ, 160. τριτάτη ἔτι μοῖρα λέλειπται, tertia portio reliqua est noctis, cum duæ partes ejus jam præterierint, K, 253. εἴ τι ἔγχος ἐν κλισίῃ λέλειπται σοι, reliquum est, N, 256. ἐγὼ μετόπισθε λελείμμην, ego post eum superstes relictus eram, X, 334. τοῦ ἄλοχος ἐλέλειπτο, B, 700, uxor ejus relicta erat a moriente. sic, τὸ ἐὸν φάσγανον παρὰ νηυσὶ λέλειπτο, proprius ejus gladius relictus erat in castris, K, 256, *hatte es nicht mitgenommen, sondern da gelassen, (had not taken it with him, but left it behind.)* δόρυ, ὅ οἱ ἐν κλισίῃ, N, 168. τὰ πρῶτα (primo) καὶ ἐς δίσκουρα λέλειπτο, ad disci jactum, i. e. longe, relictus erat currendo, Ψ, 523. οὐ παρὰ νηὶ λέλειπτο, (remanebat) ἀλλὰ ἕπετο, *gieng mit, (accompanied,)* κ, 447. οὕτως ὁ μὲν αὖθι λέλειπτο ταθεὶς ἐν δεσμῷ, relinquebatur ibi, χ, 200. ἐμοὶ μάλιστα λελείψεται ἄλγεα, relinquentur dolores, Ω, 742. et 494, τῶν δ' οὔτινα φημὶ (autumo) λελεῖφθαι, superstitem esse.

sic et 256. coll. 260, τὰ δ' ἐλέγχεα πάντα λέλειπται, supersunt et relicti sunt vivi omnes probrosi, *lauter taugenichts sind übrig geblieben; die guten sind todt, (none but scoundrels are left behind; the good are dead.)* et 687, παῖδες τοι μετόπισθε λελειμμένοι, filii sane relicti a te in urbe; vel et, οἱ ἔτι ζῶντες post Hectorem. et, λελειμμένος, ι, 448, in opposito ad præcedentem et præeuntem.

λειριόεις, όεσσα, όεν. (Λάω) liliaceus. it. in genere, suavis, florens, ἀνθηρὸς, lenis. τέττιγες κατὰ ὕλην ὄπα λειριόεσσαν ἱέντες, Γ, 152, cicadæ per sylvam vocem suavem mittentes, i. e. φωνὴν ἀνθηρὰν, et inter flores sylvestres audiendam. χρόα λειριόεντα, cutem et corpus floridum, N, 830, i. e. pulcrum et lucidum et nitidum, *die glatte feine haut, (a smooth delicate skin.)* et videri potest hoc scoptice dici, quasi is esset ἐσκιατραφημένος, in otio et in umbra molli educatus ad habitudinem plenam corporis. hinc est ὁ Ποδαλείριος, quasi ὁ ἀνθηρόπους, qui pedem habet florentem, διὰ τὸ εὐτυχὲς, *ein rosentreter, (one who walks on roses;)* deinde et quasi ὁ τὰ ἀνθοῦντα περιοδεύων, qui flores et herbas obit et colligit; nam erat medicus ῥιζοτόμος.

λεϊστὸς, ή, ὸν, vide ληϊστός.

ΛΕΙ'ΧΩ, f. ξω. lambo protensa lingua, *ich lecke, (I lick)* vox facta ex sono lambentis. hinc est λιχμάω, ήσω, quod idem notat. it. λιχμάζω, f. σω. potuisset referri ad λάω, fruor vescendo.

λέκτο, pro ἐλέγετο, vide sub ΛΕ'ΓΩ, paullo sub medio.

λεκτὸς, vide sub κρίνω, paullo sub medio.

λέκτρον, ου. τό. (Λέγω) lectus. fere idem quod τὸ λέχος. a λέγω, cubare facio. εὗδεσκε ἐν λέκτροισιν, X, 503. ἕζετο δ' ἐν λέκτρῳ, considebat in lecto, α, 437. δεῦρο φίλη, λέκτρονδε τραπείομεν (τραπῶμεν) εὐνηθέντε, inquit Mars ad Venerem, Θ, 292. et 337, εὕδειν ἐν λέκτροις παρὰ Ἀφροδίτῃ. κείμαι ἐνὶ λέκτρῳ, τ, 516. ἐν λέκτροις καθεζομένη μαλακοῖς, υ, 58. et 141, οὐκ ἔθελε ἐν λέκτροις καθεύδειν. ἀπὸ λέκτροιο θοροῦσα, a lecto celeriter exsurgens, ψ, 32. et 254, λέκτρονδε ἴομεν, γύναι. et 296, ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν (morem) ἵκοντο.

λελαβέσθαι, pro λαβέσθαι, vide sub ΛΗ'ΒΩ, ad finem.

λελάθοντο, pro ἐλάθοντο, vide sub ΛΗ'ΘΩ.

λελακὼς, λεληκὼς, vide sub ΛΑΚΕ'Ω.

λέλασμαι, vide sub ΛΗ'ΘΩ.

λελάχω, pro λάχω, vide sub λαγχάνω.

λέλειμμαι, vide sub λείπω.

λελιημένος, vide sub λιάω.

λέλογχα, vide sub λαγχάνω.

λέξο, pro λέγεσο, vide sub ΛΕ'ΓΩ.

λέπαδνον, ου. τό. (Λέπω) lorum latum, quo collum equi alligatur jugo. sunt τὰ λέπαδνα proprie πλατεῖς ἱμάντες, οἷς ἀνεδεσμοῦντο οἱ τράχηλοι τῶν ἵππων πρὸς τὸν ζυγόν. vox est a λέπω, unde est τὸ λέπανον, ut a κόπτω est τὸ κόπανον, a ξέω τὸ ξόανον: interserto δ. deinde sunt et, lora ea, quibus jugum equi jungitur temoni, *die rieme vom kommet an die deichsel, (that part of the harness which goes from the collar to the pole or shaft.)* et sic ponitur E, 730, ἐνέβαλε λέπαδνα καλὰ χρύσεια, quibus ἄκρῳ ῥυμῷ jungebatur ὁ ζυγός: et sermo ibi est de curru divino, quem coria occisorum animalium non decent; hinc ex auro tenui. ἀμφὶ δὲ καλὰ λέπαδνα ἕσαν, T, 393, i. e. οἱ πλατεῖς καθιέμενοι κατὰ τῶν ἱππείων τραχήλων στήθεσι ἱμάντες. aliis sunt οἱ τῶν ἵππων μασχαλιστῆρες.

λεπταλέος, έα, έον. (Λέπω) tenuis, gracilis. λίνον (chorda) ὑπήειδε (succinebat) λεπταλέῃ φωνῇ, Σ, 571, i. e. sic artificiose fictus erat ille citharista, ut, si concitaret vocem, tenuem tantum vocem putares ciere eum.

λεπτὸς, ή, όν. (Λέπω) tenuis, non crassus. λίνοιό τε λεπτὸν ἄωτον, tenuem florem lintei, i. e. linteum nitidissimum, I, 657, quo lectus principalis consternebatur. μούνῳ (si quis solus in expeditionem nocturnam it) βράσσων τε νόος (tardior intelligentia) λεπτὴ δέ τε μῆτις, et infirmum consilium, K, 226, i. e. ἀσθενὴς, *eine schwächere entschliessung, die mit weniger kraft ausgefüret werden kann, (a less energetic resolution, one that may be executed with less effort.)* est metaphora a funiculis infirmis et tenuibus; vel et a λεπτοσάρκοις καὶ ἰσχνοῖς (macris) σώμασιν, quæ plerumque sunt infirmiora densis et torosis. conf. μῆτις. παρθένοι ὠρχοῦντο, ὧν αἱ μὲν λεπτὰς ὀθόνας εἶχον, tenuia indusia, Σ, 595, tenues linteas albas vestes, quas nos vocamus *hemden, (shifts,)* et quæ loco omnium aliarum vestium puellis sæpe erant, *feine durchleuchtende leinwand, (fine transparent linen.)* ῥίμφα τε λεπτὰ γένοντο βοῶν ὑπὸ ποσσὶν, Υ, 497, facile atteruntur ista stramina, sub boum triturantium pedibus atteruntur et comminuuntur. εἵματα λεπτά τε καὶ χαρίεντα, X, 511, vestes tenues et venustæ. ἐν λεπτῇ κονίῃ, in tenui pulvere, Ψ, 506. et 590, ἀνδρὸς νέου κραιπνότερος μὲν νόος, λεπτὴ δὲ μῆτις, celerior quidem animus, sed consilium et prudentia tenuis. 854, πέλειαν λεπτῇ μηρίνθῳ ἔδησε ποδὸς, tenui filo. ὕφαινε (texebat) λεπτὸν καὶ περίμετρον, tenuem et amplam vestem, β, 95. τ, 140. ω, 129. φᾶρος ἕννυτο (induebat) νύμφη λεπτὸν καὶ χαρίεν, stolam tenuem et venustam, ε, 231. κ, 544, et hæc una vestis loco omnium. λεπτὴ δ' εἴσιθμη, angustus introitus in portum, ζ, 264, i. e. στενή. πέπλοι λεπτοὶ εὔνητοι, η, 97, indusia tenuia (*sehr feine*) (*very fine*) bene neta. δέσματα λεπτὰ, ἠΰτε ἀράχνια, Θ, 280, vincula tenuia, sicut fila araneorum; nam illa δέσματα prorsus erant ἀόρατα. οἷα θεάων λεπτά τε καὶ χαρίεντα καὶ ἀγλαὰ ἔργα πέλονται, κ, 223, ubi sermo est de textura Circes: et αἱ θεαὶ historice sunt fœminæ principales juvenculæ, quæ texebant antiquitus tenuia et amabilia et pulcra opera. λεπτὰ ἠλάκατα στρωφῶσα, ρ, 97, nens tenuia fila ex colu. ἧ λεπτότατος ἔθεε χαλκὸς, Υ, 275. et 276, λεπτοτάτη ῥινὸς βοὸς,

tenuissimum æs, et tenuissimum corium bovis.

λέπυρον, τὸ, vide sub λοπός.

ΛΕ'ΠΩ, f. ψω. decortico, putamen aut squamas aut crustam aut integumentum detraho. *ich schäle, lappe ab, schuppe, (I peel, shell, pare.)* ab hoc verbo est λεπτὸς, ἡ λεπὰς, ostrei species, Aristophanes Plut. 1097. Vesp. 105. ὁ λεπηρὸς et per syncopen λεπρὸς, ἡ λεπὶς, ἡ λοπὰς, τὸ λέπαδνον, ἡ λέπας, i. e. ὀρεινὴ τραχύτης, τὸ λέπος, ὁ λοπὸς, τὸ λώπιον, i. e. ἱμάτιόν τι. λέπειν notat et, sic nudare aliquid ut emineat et pateat visui. sic, λεπαία χθὼν, terra montana, Eurip. Hipp. 1248. λεπαία ὀφρύη, prominens collis, Heraclid. 395, ubi ἡ ὀφρύη est pro ὀφρύς.

λέσχη, ης. ἡ. (Λέγω) est publicum ædificium nunquam clausum, in quod conferebant se mendici aut alii viles, hospitium non invenientes, ut ibi noctem transigerent, aut injurias cœli vitarent: δημόσιον ἀθύρωτον οἴκημα, ἔνθα οἱ ἐπαῖται συνήγοντο. est ergo a λέγω, cubare facio. ab hac prima notione fluxit deinde et altera, quia convenientes ibi homines colloquebantur varie et claris vocibus: ut confabulatio quævis, vel conventus confabulandi causa, diceretur ἡ λέσχη, quando otiose componimus nos et considemus ad confabulandum. hinc est ὁ ἀδόλεσχος et ὁ ἀδολέσχης, ου, confabulator ad satietatem, a τὸ ἄδος. et verbum λεσχάζω, et λεσχαίνω, et ἀδολεσχεῖν, garrire, confabulari affatim. in poëta est in primo significatu: sic tamen, ut alter possit subintelligi, saltem ut inde occasio sumta sit formandi eum. οὐδ' ἐθέλεις εὕδειν χαλκήϊον ἐς δόμον ἐλθὼν, ἠέ που ἐς λέσχην: ἀλλ' ἐνθάδε πολλὰ ἀγορεύεις θαρσαλέως, πολλοῖσι μετ' ἀνδράσιν, σ, 328, non vis dormire abiens in officinam ferrariam calidam, nec aliquo in conciliabulum mendicorum, (mendici enim personam ferebat Ulysses jam) sed hic (in domo tam nobili) multa loqueris audacter, inter tam multos homines nobiles, quales nos proci sumus: nam ἀνὴρ ibi est in sensu eminenti.

λευγαλέος, έα, έον. (Λέγω) idem fere quod λοίγιος, atque inde quoque deductum. perniciosus, perditus. miser, calamitosus. φρεσὶ λευγαλέῃσι (λευγαλέαις) πιθήσας, I, 119, inquit Agamemnon de suo facto contra Achillem: obsequens animo meo pernicioso, *meinem schädlichen sinne, (my pernicious resolution,)* qui fecit ut multi occumberent mortem. ipse igitur vocat se ὀλεόφρονα καὶ ὀλεθριόφρονα. εἰ δ' ὑμεῖς πολέμοιο μεθήσετε λευγαλέοιο, N, 97, sed si vos remittetis a pugna, quæ valde tunc luctuosa et exitiabilis erit nobis. ἐν δαῒ λευγαλέῃ, in pugna periculosa, Ξ, 387. μηδέ σε λευγαλέοις ἐπέεσσιν ἀποτρεπέτω; neque te verbis periculum magnum minantibus avertat, Υ, 109. λευγαλέῳ θανάτῳ, morte misera, Φ, 281, in pugna. sic de morte in aqua, ε, 312. et de suspendio, ο, 358. λευγαλέοι ἐσόμεσθα, β, 61, igitur et denique erimus morti traditi, sine forti defensione propria: nam hic est sensus hujus loci. erimus traditi εἰς τὸ λέγεσθαι (i. e. κοιμᾶσθαι) νήγρετον, ut decumbamus somno inexcitabili. κήδεσιν ἀλλήλων τερπώμεθα λευγαλέοισιν, periculosissimis laboribus et ærumnis nostris delectemur recordando secure, ο, 398, inquit Ulysses ad Eumæum, personatus. πτωχῷ λευγαλέῳ ἐναλίγκιος ἠδὲ γέροντι, mendico perdito et seni similis, π, 273. ρ, 202, 337. ω, 156. μισγέμεναι (pro μισγῆναι, misceri) κακότητι καὶ ἄλγεσι λευγαλέοισι, υ, 203, ubi sermo est de hominibus, quos Jupiter creavit, ut immisceantur infortunio et ærumnis mortiferis. notat igitur, *darniederlegend (laying down)* active, vel *darniederliegend, (lying down,)* intransitive. Vide sub λυγρός.

λευγαλέως, (Λέγω) adverb. perdite, funeste. ἔνθα κε λευγαλέως ἀπὸ νηῶν Τρῶες ἐχώρησαν προτὶ Ἴλιον, N, 723, ibi sane cum magna clade a castris Græcis abiissent Trojani versus urbem suam.

λευκαίνω, f. ανῶ. (Λύκος) album facio. ἐλεύκαινον ὕδωρ ἐλάταις, μ, 172, remis albam et spumantem faciebant aquam.

λευκὰς, άδος. ἡ. (Λύκος) alba. λευκὰς πέτρα, ω, 11, vide sub λευκὸς, et Λευκὰς in R.

λεύκασπις, ιδος. ὁ. (Σπάω) qui candidum et argento puro superinductum gestat clypeum. sic vocatur Deiphobus, grandis heros, X, 294. colores enim varii erant clypeorum.

λευκὸς, ή, όν. (Λύκος) albus, *weiss, (white.)* proprie est διαφανὴς καὶ λαμπρός. unde et fluvius dicitur λευκότατος, si est valde limpidus: Callimachus in Jovem, 19. et λευκὸν ὕδωρ, aqua limpida et purissima. λευκὸν λέβητα, album lebetem, intus stanno inductum, Ψ, 268, *einen verzinneten kessel, (a tinned kettle.)* et 455, ἐν μετώπῳ λευκὸν σῆμα, de equo, habente in fronte album signum, *eine weisse plesse an der stirne, (a white mark on the forehead.)* λευκὸν γάλα, Δ, 434. λευκὰ ὀστέα, ossa alba, Π, 347. Ψ, 252. Ω, 793. α, 161. λ, 220, quæ fiunt alba per combustionem. ω, 72, 76. ἄλφιτα, albas farinas, Λ, 639. Σ, 560. κ, 520. λ, 28. ξ, 77. λευκοὶ ὀδόντες, E, 291. K, 263. Λ, 416. λευκὸν κρῖ, E, 196. Θ, 560. Υ, 496. δ, 604, et quia in Odyssea alibi est κρῖ εὐρυφυὲς, apparet, hoc κρῖ non ex ἡ κριθὴ, sed ex τὸ κρῖμνον (quod confer) esse apocopatum. cæterum est avena alba, *weisser haber, (white oats:)* nam est et μέλαν ejusmodi frumentum. sic et δ, 41. μ, 358. λευκὸν ἄρνα Ἡλίῳ, Γ, 103, sacrificatum. κρήδεμνον λευκὸν ὡς ἠέλιος, Ξ, 185. λευκῷ φάρεϊ, Σ, 353. πόλιν λευκὴν, i. e. λευκόγαιον, urbem circa quam multi erant albentes colles et campi, B, 739. λευκὰ ἱστία, A, 480. β, 426. ι, 77, alba vela. λευκὸν ὕδωρ, B, 735, ubi id apte dicitur de loco, multa albida cacumina habente. Ψ, 282. ι, 70. confer ὕδωρ, quod poëta alias vocat μέλαν. λευκὸν ἄνθος, P, 56, de olea. ἡνία, λευκὰ ἐλέφαντι, E, 583, habenæ, albæ ebore. et 503,

λευκοὶ ὕπερθεν κονισσάλῳ, ubi paullo ante, 500, dixerat de colore ξανθῷ, deinde 502, ὑπολευκᾳ, et sic sensim descendit ad λευκόν. λίθοι λευκοί, γ, 408. λευκὼ πήχεε, Ε, 314. ψ, 240. λᾶε δύω, Ψ, 329. λευκὸν χρόα, albam cutem, Λ, 572. λευκὴ γαλήνη, κ, 94, apte, nam γαλήνη est a τὸ γάλα, quod est λευκὸν κατ' ἐξοχήν. λευκὴ αἴγλη, ζ, 45. λευκοῖο γάλακτος, ι, 246. λευκῷ ὀδόντι σῦς, τ, 393, 465. φ, 219. λευκότεροι χιόνος, magis albi nive, Κ, 437, de equis. λευκοτέρην, de Penelope, σ, 195, magis albam quam est sectum ebur, πριστοῦ ἐλέφαντος, conf. ἐλέφας. ab hoc nomine est λευκαίνω, et ἡ λεκάνη, pelvis alba intus et stanno obducta, vel et, pelvis stannea: et ἡ λευκέα, i. e. δέρμα λεύκης arboris, *birken borke, (birch bark:)* et ἡ λευκὰς, ἄδος, alba.

λευκώλενος, (Ἥρα) pulcra et candida habens brachia cum lacertis. et a parte ad totum, formosus. nam ejusmodi formositatis epitheta imitantur conjectum oculorum. si quis conspicit mulierem formosam, quocunque conjicit oculos, id apparet ei admirabile. si ergo forte ad brachia flexit oculos, dicit λευκώλενος: si ad pedes candidos, ἀργυρόπεζα: si ad crines, εὐπλόκαμος: si ad genas, καλλιπάρειος, etc. et ex ejusmodi parte totam pulcram vult intelligi. cæterum candida et plena brachia, magna sunt pars formosi corporis. λευκώλενος Ἥρη, Α, 55, 195, 572. Ε, 711, 755. Ξ. 277. Ο, 78. Τ, 407. Υ, 112. Φ, 377. Ω, 55. et id allegorice quoque convenit Junoni, i. e. aëri, quando is est serenus et candidus. Ἑλένη, Γ, 121. χ, 227. Ἀνδρομάχη, Ζ, 371, 377 Ω, 723. Ναυσικάα, ζ, 101. Ἀρήτη, η, 233, 335. λ, 334. ἀμφίπολοι λευκώλενοι, ζ, 239, et sic alloquitur regia virgo honestiores suas ministras. ἦλθον δ' ἀμφίπολοι λευκώλενοι ἐκ μεγάροιο, σ, 197, ubi de ministris Penelopes est sermo, quæ ex domo, i. e. habitatione, sua, prodibant. sic et τ, 60, δμωαὶ λευκώλενοι, in domo regia Ulyssis.

λευρὸς, ὰ, όν. (Λάω) idem quod λεῖος: sic tamen, ut et notio τοῦ εὐρέος inesse videatur, planus et latus. sed in genere est, lævis, bene politus aut lævigatus. λευρῷ ἐνὶ χώρῳ, i. e. ὁμαλῷ, in regione plana, η, 123.

λεύσσω, f. λεύσω. (Λάω) video. est a λάω, video, specto; idemque quod βλέπω. λεύσσετε γὰρ τόγε πάντες, i. e. βλέπετε, Α, 120. ἅμα πρόσω (in præteritum) καὶ ὀπίσω (in futurum) λεύσσει, inspicit, Γ, 110. ἥμενος ἐν σκοπιῇ, λεύσσων ἐπὶ οἴνοπα πόντον, spectans in mare, Ε, 771. οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι μέτωπον, Π, 70, non enim vident Trojani frontem galeæ meæ, i. e. me in exercitu Græco non conspiciunt præsentem et pugnantem. et 127, λεύσσω δὴ παρὰ νηυσὶ πυρὸς ἰωὴν, conspicio apud naves vim ignis. φρεσὶν ᾗσιν ἐτάρπετο δαίδαλα λεύσσων, Τ, 19, artificiosa spectans. οὐδέ τι φῶτα λεύσσω, ᾧ ἐφέηκα ἔγχος, neque virum conspicio contra quem emisi hastam, Υ, 346. λευσσόντων τοιόνδε θάλος, conspicientibus tale et tam admirabile germen, ζ, 157. pro contextu deberet esse λεύσσουσιν ad σφίσι, 155: sed hæc figura frequens in poëta, ut obliqui casus inter se permutentur; nec est id σόλοικον, sed καινοπρεπὲς, novitas decens in constructione, ad sensum posita, maxime si animus adfectu aliquo captus loqui inducitur. ἑταῖρον ἐννέα ἔλευσσε ἐν ἀγῶνι, Θ, 200. καὶ δὴ πυρπολέοντας ἐλεύσσομεν, κ, 30, conspiciebamus eos jam facientes et habentes ignem; nam ex fumo id procul conjiciebamus. αὐτὸς ταῦτά γε λεῦσσε, πάτερ φίλε, ψ, 124: ἕως ἔλευσας αὐγὰς ἡλίου, Æschyl. Pers. 712, quamdiu videbas radios solis, i. e. vixisti.

λεχεποίη, ης. ἡ. (Πίω) epitheton regionis, multum et densum gramen habentis, πολυβοτάνου, οὗ ἡ πόα χρήσιμος λέξασθαι, i. e. ἐγκαθευδῆσαι αὐτῇ. Πτελεὸν λεχεποίην, Β, 697, herbosam eam urbem.

λεχεποίης, ου. ὁ. (Πίω) est epitheton fluvii, circa quem multa sunt gramina, ποταμοῦ τρέφοντος πολλὴν πόαν (i. e. βοτάνην) ἐν ᾗ λέξεταί τις (i. e. κατακοιμηθείη, decumbere possit) διὰ τὸ δασύ: cujus ποίη χρήσιμος λέγεσθαι, i. e. ἐγκοιμᾶσθαι: οὗ εἰς λέχος ἡ ποίη σχεδιασθήσεται τῷ ἀνακεισομένῳ. Ἀσωπὸν λεχεποίην, Δ, 383.

ΛΟ'Ω, et Λοέω, f. λοέσω. lavo totum corpus, *ich bade, (I bathe.)* νίπτειν est de manibus aut pedibus, πλύνειν de vestibus. λό' ἐκ τρίποδος, pro ἔλοε, a λόω, lavabat me, ex tripode magno hausta aqua calida, κ, 361, et ibi ad, ἐκ τρίποδος pertinet κεράσασα, κατὰ κρατὸς vero ad ἔλοε. et ratio ibi, 363, calidæ lavationis additur: nam extrahit ea e membris defatigationem. frigida lavatio purgat tantum cutem. et vide l. c. 358—366, lavat pulcra Circes ministra hospitem Ulyssem. apud Aristoph. Plut. 657, ἐλοῦμεν αὐτὸν, lavabamus eum, pro ἐλόομεν. sic ibid. 658, λούμενος pro λοόμενος, lotus. sic et ab ἀπολόω, est imperfectum ἀπέλου, abluebat, lavabat, Vesp. 118. nisi malis per apocopen dictum putare, pro ἀπέλουε, cui tamen locus Homericus ex κ adductus non patrocinatur. ὅτε δή μιν ἐγὼν ἐλόευν, pro ἐλόεον, contr. ἐλόουν, ionice, imperfectum a λοέω, δ, 252, cum eum ego lavarem; inquit Helena de hospite suo Ulysse. et vide, fœminæ primariæ lavant nudos hospites suos. λοέσσας (ob metrum pro λοέσας, particip. a. 1. a. a λοέω) ὕδατι λευκῷ, Ψ, 282, de Patroclo, lavante jubas equorum præstantium. λοέσσαι (ob metrum pro λοέσαι) τε χρῖσαί τε, τ, 320, ubi infin. est pro imperativo. λοεσσάμενος (lavans se) ποταμοῖο, pro ἐπὶ ποταμοῦ, vel ἐκ, Φ, 560, quod est στρατιωτικὸν λουτρὸν, quando aquæ calidæ non sunt præsto. ὄφρα λοεσσάμενος, *auf dass er, wenn er sich gebadet hat, (in order that, when he has bathed,)* ϑ, 427. sic, α, 310, ut bene lotus corpore toto. αἱ δὲ λοεσσάμεναι, cum hæ lavassent, sc. ipsæ se, ζ, 96, *da sie sich im flusse gebadet, (when they had bathed in the river.)* ab hoc verbo λοέω (quod attice contrahitur in λούω) est τὸ λοετρὸν, attice λουτρόν. ἤνωγον δέ μιν λοῦσθαι (contracte pro λόεσθαι, a λόω, in medio λόομαι, contr. λοῦμαι, lavo me) ἐν ῥοαῖς ποταμοῦ, hortabantur eum ut lavaret, ζ, 216, *er solle sich baden, (to bathe.)* et 221, ἄντην (coram vobis) οὐκ ἂν ἔγωγε λοέσσομαι pro λοέσομαι, lavabor. et 227, ἐπειδὴ πάντα λοέσσατο pro λοέσατο, cum se per omne corpus (κατὰ πάντα, secundum omnia) lavasset; coll. 219. ab eodem λόω, in medio vel passivo λόομαι, contr. λοῦμαι, est participium præsentis Atticum λούμενος, qui lavat vel lavavit se. λοεσσαμένω, cum hi duo lavassent, Κ, 577.

λύγος, ου. ὁ, et ionice ἡ. (Λύω) est φυτὸν ἱμαντῶδες καὶ ἁπαλὸν, vimen, quod et ἡ οἶσος dicitur, et apud Atticos ἡ ἄγνος, (quasi ἄγονος) *eine wiede, (a withy,)* maxime illa species quæ valde humili trunco, sed lætissimis ramis, ad aquam nascitur, frugemque nullam, præter se ipsam, fert; quam Saxones inferiores *hagen* vocant. deinde notat ἁπαλὸν κλάδον cujusvis arboris, *ein zarter zweig, der nicht sehr dick und stark ist, (a twig that is not very thick and strong.)* est ab λύω, solvo, quia facile ita contorqueri potest, ut pro fune adhibeatur ad vincienda alia; et quia facile medium in longitudinem disrumpitur, *lasset sich leicht die länge lang reissen, (which easily splits in two.)* δίδη αὐτοὺς μόσχοις λύγοις, ligabat et vinciebat eos mollibus viminibus: Λ, 105: nam μόσχος adjective notat ἁπαλὸς, τρυφερὸς, εὐλύγιστος, quod facile curvatur. αὐτοὺς συνέεργον εὐστρεφέεσσι λύγοισι, hos colligabam bene contortis viminibus, ι, 427, et additur, quod talibus virgultis indormire solitus fuerit Cyclops, nimirum loco nostrorum straminum substernens ea pellibus, quibus incubabat. ἐγὼ σπασάμην ῥῶπάς τε λύγους τε, κ, 166, ex quibus, coll. 167, dicit se fecisse funem vel quasi: ut ergo videas, esse φυτὰ ἱμαντώδη καὶ εὐλύγιστα, ὡς καὶ σχοινίον ἐξ αὐτῶν στρέφεσθαι ἢ πλέκεσθαι, *die sich wohl flechten lassen, (which may be easily plaited.)* nam λύειν in genere opponitur firmo et duro. ῥῶπες fere sunt idem. hinc est λυγίζειν, contorquere, flectere, plectere, vincire, fut. λυγίσω, dorice λυγιξῶ, Theocrit. Id. 1, 97, 98. et ὁ λυγισμὸς, contorsio, flexio.

λυγρὸς, (pro λυγηρὸς) ὰ, όν. (Λύω) proprie est, vilis, non firmus et stabilis, non suspiciendus; deinde, miserabilis, et quasi ψυχρὸς καὶ θανάσιμος. est ab ὁ λύγος, qui est φυτὸν ψυχρὸν, et quod ob ἀγονίαν suam inferis adscribebatur, sicut ἡ ἰτέα, διὰ τὸ ὠλεσίκαρπον. ὅστις λυγρὸς ἐὼν, qui infirmus et imbellis exsistens, Ν, 119, qui opponitur ἀρίστῳ, 126. conf. μάχομαι. ex eo loco igitur vis vocis apparet. οὔτις αὐτῷ ἤρκεσε (arcuit) λυγρὸν ὄλεθρον, miseram mortem, Ζ, 16. sic, τό οἱ, Υ, 289. ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος ἠὲ βιῶναι, Κ, 174, aut valde misera mors, quæ Achæis impendet, aut vivere: alterutrum erit, nihil est jam tertium. οὐδέ τι αὐτῷ χραισμήσει λυγρὸν ὄλεθρον, neque ullo modo ei remedio erit contra tristem mortem, Υ, 296, conf. χραισμέω. ῥίψει αὐτὸν ἀπὸ πύργου (εἰς vel κατὰ) λυγρὸν ὄλεθρον, Ω, 735, de filio Hectoris. in vita vegeta enim omnia sunt firma et animosa, in morte sentitur infirmitas humana et vilitas. sic, γήραϊ λυγρῷ, senectuti infirmæ et frigidæ, Ε, 153. Κ, 79. Σ, 434. Ψ, 644. ἕλκεϊ, vulneri misero, quod infirmat virum, Ο, 393. πένθει ἐτείρετο θυμὸς, Χ, 242, luctu misero atterebatur animus. ἀνδρῶν καὶ μάλα λυγρῶν, virorum etiam valde infirmorum et imbellium et vilium, Ν, 237, si eorum multorum vires in unum conveniunt; et δὲ ibi est *enim*, συμφερτὴ vero dupliciter notat, collata in unum, et condensata quasi, firma, solida est. ᾧ δέ κε τῶν λυγρῶν δώῃ, cui autem ex miseriarum et vilitatum dolio solo dederit, Ω, 531, Jupiter, *wem er lauter schwaches und schlechtes giebet, (to whom he gives nothing but infirmity and misery.)* λυγρῆς ἀγγελίης, tristem nuntium, *die betrübte*

schlechte zeitung, (the melancholy tidings.) P, 642. et 686, λυγρήν. sic Σ, 18, coll. 17. ἐμὴν ποτιδέγμενον αἰεὶ λυγρὴν ἀγγελίην, T, 337, inquit Achilles de patre suo Peleo: expectantem semper de me tristem illum nuntium, me esse mortuum. ἀνδροκτασίης ὕπο λυγρῆς, Ψ, 86, propter triste homicidium, quod ego commisi infirmus et miser puerulus. ἐν δαῒ λυγρῇ, N, 286. Ω, 739, in pugna frigida et misera, in pugna quæ infirmat et frigidos facit multos. ἄλγεα λυγρὰ, curæ frigidæ, N, 346. Ω, 742. ἕλκεα, T, 49, vulnera infirmantia. ἔχθεα, odia misera, Γ, 416. κήδεα, curas tristes, E, 156. Σ, 430. λυγρὸς ἐὼν, tu vilis et infirmus et miser, σ, 106. πένθεϊ λυγρῷ, luctu misero et infirmante, β, 70. ὀλέθρῳ, γ, 87. ε, 268, misera morte. sic, ὄλεθρον, γ, 93, 194. δ, 292. ξ, 90. π, 371. ω, 96. νόστον λυγρὸν, reditum miserum, α, 327. γ, 132. γῆρας λυγρὸν ἔχεις, senectutem infirmam, ω, 249. σὺν λυγροῖς ἑτάροισι, ι, 454, cum miseris et invalidis suis sociis; inquit Polyphemus de Ulysse, κακοῖς, δειλοῖς. ἀοιδῆς, cantu tristi, α, 341. γαστέρος εἵνεκα λυγρῆς, ρ, 473, ob miserum meum ventriculum, qui cupit impleri cibis. ἄτην λυγρὴν, ψ, 224, errorem mentis tristem et miserum. ταῦτα λυγρὰ, illa tristia; γ, 303. φάρμακα, λυγρὰ καὶ ἐσθλὰ opponuntur, δ, 230. κ, 236, *traurige, schädliche mittel, (bad, hurtful drugs.)* κήδεα λυγρὰ, miseras ærumnas, λ, 368. et 431, ἡ δ' ἔξοχα λύγρ' (λυγρὰ) εἰδυῖα, illa fœmina, in mente fovens eminenter tristia et misera. λυγρὰ, res miseræ et tristes, ξ, 226, quales enumerantur 224, seqq. λυγρὰ εἵματα, vestes viles et miseræ, π, 458. ρ, 203, 338, 573. ω, 157. ὅτε δὴ καὶ λυγρὰ θεοὶ τελέσωσι, σ, 133, quando dii etiam tristia et misera adducunt. *elend, (misery.)* est ergo nomen metaphoricum, a vili et infirmo vimine petitum. quidam ab eodem λύγος deducunt et λυγαλέος, et inserto ε, λευγαλέος, i. e. ὀλέθριος: nec male.

λυγρῶς, (Λύω) adverb. misere, infirmante modo. αὐτὸν λυγρῶς πεπληγυῖα, E, 763, eum misero vulnere a me affectum.

λύθρον, ου. τό. (Λύω) est ὁ τοῦ αἵματος μιασμὸς, ἀναμιμιγμένος τῇ κόνει, sanguis commixtus pulvere, qualis adhærescit pugnantibus in bello. est a λεύω, unde est τὸ λῦμα, i. e. κάθαρμα, *unreinigkeit, (filth:)* et scribitur per θ, ut distinguatur a τὸ λύτρον, i. e. τὸ ἄποινον, *lösegeld, (ransom.)* est ergo ὁ ἐξ αἵματος μολυσμὸς, ὃν χρὴ ἀπολούσασθαι, ὁ δεόμενος λύματος, i. e. καθάρσεως: nam λυμαίνω est ἀποκαθαίρω. λυθρὸν, ἀκαθαρσία αἵματος μετὰ κόνεως. αἵματι καὶ λύθρῳ (ubi utrumque fere est idem) πεπαλαγμένον οὐκ ἔστι εὐχετάασθαι Διῒ, Z, 268, inquit Hector: ei non licet precari solemni ritu ad Jovem. λύθρῳ ἐπαλάσσετο (inquinatus erat) χεῖρας, Λ, 269. Y, 503. αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον, χ, 402. ψ, 48.

Λυκάβας, αντος. ὁ. (Βάω) annus, *das jahr, (a year,)* ὁ ἐνιαυτός. dictus, οὐ μόνον διὰ τὸ, λυγαίως, i. e. λεληθότως καὶ οἷον σκοτεινῶς, βαίνειν καὶ παρέρχεσθαι, ab ἡ λύγη, obscuritas, et βάω vel βαίνω: ἀλλὰ καὶ, διότι αἱ κατ' αὐτὸν ἡμέραι καθ' ὁμοιότητα διαβάσεως λύκων ἀλλήλοιν ἔχονται. πιστεύεται γὰρ, τοὺς λύκους, lupos, διαβαίνοντας βίαιον ποταμὸν, ἐνδακόντας τὴν κέρκον τῶν ἀεὶ προηγουμένων τοὺς ἑπομένους, στιχηδὸν διανήχεσθαι, καὶ οὕτω μὴ παρασύρεσθαι τῷ ποταμῷ ἄλλον ἀλλαχοῦ. Sed quia utraque hæc etymologia nimis est quæsita: verior fortasse videri possit Macrobii editio, solem antiquissimis vocatum fuisse τὸν λύκον, lucentem, *den leuchtenden, (the shining:)* et sic paullo decentius λυκάβας dictus a τῷ βαίνειν τοῦ λύκου, a cursu solis, quo annus efficitur. τοῦ δ' αὐτοῦ λυκάβαντος ἐλεύσεται ἐνθάδε 'Οδυσσεὺς, *noch in dem itzigen sonnenlaufe, (in the present revolution of the sun,)* ξ, 161. τ, 306. imo cum et luna dicta sit ἡ λύκη, unde Latini eam dicunt noctilucam: videri possit ὁ λυκάβας esse mensis lunaris; ut sit, *bey dem itzigen mondenlichte, (in the present moonlight,)* hoc mense.

λυκηγενὴς, έος. ὁ. (Γάω) est epitheton Apollinis, in Lycia geniti, ut habitatores ejus terræ credebant, cum Græci contenderent in Delo insula eum fuisse natum. rectius vero, et ex mente Minervæ, non vero imperiti Pandari, exponitur active, genitor lucis, nam ὁ λύκος antiquissimis erat lux diei. εὔχεο δ' 'Απόλλωνι λυκηγενέϊ κλυτοτόξῳ, Δ, 101, 119. conf. 'Απόλλων in R. prope initium.

ΛΥΚΟΣ, ου. ὁ. lux solis, sol ipse; *das sonnenlicht, die sonne, (the light of the sun, sunshine.* lumen κατ' ἐξοχήν. est ex lingua vetustissima; et convenit cum Germanorum *licht, (light;)* etiam cum, *glück, (luck,)* et cum, *eine luke, (a sky-light,)* i. e. fenestra quæ lumen intromittit in tectum, et unde latius prospicitur. etiam Italorum priscorum, Lucumo, onis, i. e. vir clarus et illustris et prudens, ex eadem est origine, *ein luk mann, ein kluger und leuchtender mann, (a prudent, noted and illustrious man.)* hinc est et λευκὸς, albus, candidus. sol vel Apollo dicitur hinc et, ὁ λύκειος. conf. scholia ad Soph. El. ab initio. Vide sub Λυκάβας.

λύκος, ου. ὁ. (Λύκος) lupus, *ein wolf, (a wolf.)* ab albente pilo sic dictus. vocabantur οἱ λύκοι etiam νυκτερινοὶ κύνες apud antiquos, *nachthunde, (night-dogs.)* οἱ δὲ, λύκοι ὣς, ἀλλήλοις ἐπώρουσαν, irruebant invicem, velut lupi, Δ, 471. sic, οἱ δὲ, λύκοι ὣς, θῦνον, ruebant cum impetu et furebant, Λ, 72. sic et, λύκοι ὣς ὠμοφάγοι, Π, 156—164, ubi parabola de iis: sunt enim animal συναγελαστικὸν, gregatim vadens. et 352—356, ὡς δὲ λύκοι σίνται, ubi alia parabola de iis. λύκου πολιοῦ ῥινὸν ἕσσατο ἔκτοσθεν, K, 334. i. e. δέρμα λύκου λευκανθίζοντος, nam λύκου χρῶμα est τεφρῶδες, color cineritius. cæterum h. l. ἡ λυκέη (*ein wolfspelz,*) *(a wolf's skin,)* additur fraudulento: hinc λυκοφιλίως est ὑπούλως, ὑπόπτως. φυζακιναὶ ἔλαφοι, λύκων ἤϊα πέλονται, præda sunt luporum, N, 103. οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχ-

ουσιν, X, 263, inquit Achilles ad Hectorem. ἀμφὶ δέ μιν (circa Circen) λύκοι ἦσαν ὀρέστεροι, κ, 212. et 218, κρατερώνυχες, et ii erant veri lupi, cicurati a Circe. Vide sub Ἀπόλλων in R. prope initium.

λῦμα, ατος. τό. (Λόω) purgamentum, κάθαρμα, quod ἐν τῷ λούεσθαι abjicitur, quasi λοῦμα. ἀπὸ χροὸς λύματα πάντα ἐκάθηρε, Ξ, 171, de Junone, ornante se accurate; omnes sordes purgavit de cute, πάντα τὸν ῥύπον καὶ τὴν περὶ σῶμα ἀκαθαρσίαν, ἣν χρὴ ἀπολυμαίνεσθαι i. e. ἀπολούεσθαι, quam oportet ablui. est tamen et vox sacra, notans ea quibus populus purgatur in lustratione: εἰς ἅλα λύματα ἔβαλλον, A, 314, conf. ἀπολυμαίνω.

λύπη, ης. ἡ. (Ὄφ) tristitia. a λύειν τὸν ὦπα, quia solvit vultum ex statu naturali, et eum dedecorat. nimiam tristitiam præcidere vitam, docet mater Ulyssis exemplo suo, λ, 201.

λυπρὸς, ὰ, όν. (Ὄφ) per syncopen pro λυπηρός. tristes faciens, tristis. οὐδὲ λίην λυπρή, sc. Ἰθάκη, ν, 243, nec nimis tristis, i. e. infelix et horrida, est insula. alii autem τὴν λύπην deducunt a λύειν τὸ πίον καὶ λιπαρὸν, dissolvere et absumere pinguedinem et nitorem corporis; teste Triclinio ad Sophoclis Electram. sed artificiosior ista est deductio quam verior.

λυσιμελὴς, έος. ὁ ἡ. (Μέλω) membra resolvens. est epitheton ὕπνου in poëta; alibi et θανάτου, οἴνου, etc. conf. ἀπογυιόω. ὕπνος λύων μελεδήματα θυμοῦ λυσιμελὴς, υ, 57, ubi videri possit alia compositio nominis indicata, quasi sit ὁ λύων τὰς μελεδῶνας: sed frigida foret hæc, plurium ante positarum vocum contractio in unam. ergo prior phrasis est descriptio effectuum somni; et sequens epitheton ostendit, unde is effectus proveniat, quia nimirum est ὁ λύων τὰ μέλη τοῦ σώματος, qui omnia membra solvit ab opera solita, et sic hominem omnium curarum oblivisci facit. γλυκὺς ὕπνος λυσιμελὴς, λύων μελεδήματα θυμοῦ, ψ, 343.

λύσις, εως. ἡ. (Λύω) solutio, exsolutio. redemtio, et quidem proprie. καί κεν ἀνάβλησις λύσιος νεκροῖο γένηται, Ω, 655, et sane retardatio redemtionis mortui fiat, ἡ ἀπόδοσις τοῦ νεκροῦ ἡ διὰ λύτρων. εἴ τινα ἑταίροισι θανάτου λύσιν, ἠδὲ ἐμοὶ αὐτῷ, εὑροίμην, ι, 421, si possem aliquam a morte liberationem sociis et mihi ipsi reperire, ne in vinculis mortis teneremur.

λύσσα, ης. ἡ. (Λύκος) rabies, furor; in specie lupi vel canis rabidi, nam de his proprie ponitur, quando tempore nimis calido vel frigido in rabiem aguntur. est ergo a λύκος deducta vox. κρατερὴ δέ ἑ λύσσα δέδυκε, valida rabies subiit eum, I, 239. et 305, λύσσαν ἔχων ὀλοήν: similitudine petita a rabioso lupo vel cane. λύσσα δέ οἱ κῆρ αἰὲν ἔχει κρατερὴ, Φ, 542, et rabies cor ejus semper obtinet vehemens. apud Euripidem, in Hercule Furente, ἡ λύσσα est personificata, maxime v. 843, seqq. Vide sub κύων, prope initium.

λυσσητὴρ, ῆρος. ὁ. (Λύκος) qui est rabiosus. a verbo λυσσάω, f. ήσω, rabiosus sum. τοῦτον κύνα λυσσητῆρα, Θ, 299, quod non contumeliose dicitur, sed ex parabola solita. Vide sub κύων, aliquanto sub initio.

λυσσώδης, εος. ὁ ἡ. (Λύκος) rabiosus. valde vehemens. N, 53.

λύχνος, ου. ὁ. (Λύκος) lumen, lucerna: *ein licht dergleichen wir im finstern anzünden, eine lampe, (a light that we burn in the dark, a lamp.)* χρύσεον λύχνον ἔχουσα, τ, 34, coll. 24, 25, 39, et h. l. subintelligendum ὡς, quasi aureum vas habens in quo præferebatur lumen oleo ardens; non vero δουλικῶς lumen præferens; nam sermo est de Minerva. et sensus verus est: Ulysses jam disposuerat locis aptis vasa inaurata, in quibus ardebat lumen, ut liquido ubique cernere posset; quod artificium, fortasse antea non visum Telemacho, admiratur hic magnopere. τὸ λυχνίον dicebatur olim, quod postea ἡ λυχνία. est ab ὁ λύκος, lumen solis, quasi λύκινος, lucidus, per syncopen λύκνος, et ob euphoniam λύχνος. alii deducunt ab ἡ λύγη, quæ et ἠλύγη dicitur, i. e. ἡ σκιὰ, unde est ἐπηλυγάω, f. ήσω, et ἐπηλυγάζω, f. άσω, obumbro: hinc in Platonis Lyside est ὁ ἐπηλυγησάμενος, i. e. ὁ προβαλλόμενος καὶ ἐπισκιασάμενος, qui obumbrat se objecto aliquo. sed ipsa ἡ ἠλύγη (nam ea est themati propior, λύγη est per aphæresin) est ab α privativo, et ὁ λύκος, lumen, quia umbra nihil est quam privatio clari luminis, impeditio luminis. hinc est λυγαῖος, αία, αῖον, tenebricosus, νυκτὸς λυγαίας ὄμμα, i. e. tenebræ nocturnæ, Eurip. Iphig. Taur. 110. cæterum ὁ λύχνος etiam notat τὸ ἐλλύχνιον, *den dacht, (the wick.)* ut patet ex Aristoph. Nub. 55, 57, ubi πότης λύχνος est ellychnium crassiusculum, absumens plus olei quam tenue. id alio nomine dicitur ἡ θρυαλλὶς, ibid. 59.

ΛΥΩ, f. ύσω. solvo, libero. *ich löse, mache frey, (I release, set at liberty.)* Ἶρις, λύσασα ἵππους ἐξ ὀχέων, E, 369. et 776, Ἥρη. cum solvisset equos a curru. et Θ, 50, Ζεὺς, λύσας. et 433, Ὧραι μὲν λῦσαν (ἔλυσαν) ἵππους, et 440, λῦσε Ἐννοσίγαιος. et 504, λύσατε ἵππους ὑπ' ἐξ ὀχέων, solvite equos ὑπὸ ζυγοῦ ἐξ ὀχέων, sub jugo a curru; quasi captivos jam sub jugo, ex vinculis. ἀλλὰ λῦ' (λύε, solve, *spanne aus,) (loosen,)* ἵππους, K, 480. et 498, Ὀδυσσεὺς λύε (ἔλυε, solvebat a præsepi) ἵππους, *machete sie los, (loosed them;)* ut abduceret eos. ἵππους θεράπων τοῦ γέροντος λύε, i. e. ἔλυε, ἐξ ὀχέων, Λ, 619. ἔλυσαν ὑφ' ἅρμασιν ἵππους, Σ, 244, i. e. ὑπέλυσαν τῆς ζεύγλης. sic, λύον, pro ἔλυον, Ψ, 27. ὑπὸ ζυγόφιν (ζυγοῦ) λύον ἵππους, Ω, 576. ἵππους λύσας ἐξ ὀχέων ὁ Ποσειδῶν, N, 35. ut ergo in genere notet, vinctum solvere. λύε ἵππους, δ, 35, sc. ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ. λῦσε δέ οἱ ζωστῆρα, Δ, 215, solvit ei cingulum, ut vulnus factum curare posset. et h. l. amice: sed Π, 804, λῦσε δέ οἱ (Patroclo) θώρηκα ἄναξ Ἀπόλλων, i. e. infortunium volebat ut thorax ipse se solveret; vel et, λειποθυμία ex lassitudine, et con-

tentione virium nimia, ceperat eum. *νείκεα λύσω αὐτοῖς*, Ξ, 205, 304, solvam illis lites suas inter se, *διακρινῶ*: nam litigantes sunt quasi vincti invicem. sic, *ἀνδράσι νείκεα λύει*, η, 74. *λῦσαι δ' οὐκ ἐδύναντο παρασταδὸν*, Ο, 22, solvere et liberare te non poterant adsistentes. *λῦσαι δὲ κελεύῃς*, *und befölest sie solten dich los binden, (and commandest them to loose thee,)* μ, 53. et 163, *κελεύω*, jubeam ut solvatis me; coll. 193, *ἐκέλευον*. *ὕπνος λύων μελεδήματα θυμοῦ*, Ψ, 62. υ, 56. ψ, 343. *λῦσαν ἀγορὴν*, dimiserunt concilium, Α, 305. *αἶψα δ' ἔλυσε*, Β, 808. *λῦσεν δ' ἀγορὴν αἰψηρὴν*, Τ, 276. β, 257. et 69, *θέμις ἀνδρῶν ἀγορὰς ἥ μὲν λύει ἠδὲ καθίζει*, ubi est Homericum *πρωθύστερον*, cæterum apte hoc verbum: nam *τὸ συνάγεσθαι* est *δεσμός*. hinc et *δῆμος* est quasi *συνδεδεμένος ὄχλος*, maxime *κατὰ εἰρήνην δεδεμένος*: cujus oppositum est *στάσις* vel *διάστασις*. hinc Bacchus est *Λυαῖος*, non solum *ἐκλύων μέλη*, membra exsolvens viribus, aut *μελεδήματα*, curas exsolvens ex animo; sed et faciens *λύην*, dissidium et pestem, inter convivantes, si immodice bibitur; *διαλυτικὸς τῆς συνδετικῆς ὁμονοίας*. *παῖδα δέ μοι λύσατε φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθε*, dimittite mihi filiam meam et recipite solutionis pretia, Α, 20. *gebt sie mir los um lösegeld, (give her up to me for a ransom.)* et 29, *τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω*, eam ego non dimittam, *will sie nicht los geben, (I will not give her up.)* et nota: hoc sensu *activa* forma ponitur, quando redemtionis pretium accipio et captivum dimitto; *media* vero forma, si pretium redemtionis offero, ut *λύεσθαι* (in media forma) dicatur *ἐπὶ ἐξωνήσεως αἰχμαλώτου, ἢ ζῶντος ἢ καὶ τεθνεῶτος* hinc Α, 13, *ἦλθε λυσόμενος θυγατέρα*, veniebat oblaturus pretium redemtionis pro filia. *αἶψά κεν Ἀργεῖοι Σαρπηδόνος ἔντεα καλὰ λύσειαν*, Ρ, 163, redderent, *würden sie heraus geben, (would restore them,)* quasi arma sint captiva. *τάχιστα λῦσον, ἵνα ἴδω αὐτὸν*, Ω, 555, *gieb ihn mir los, (restore him to me.)* et 561, *νοέω καὶ αὐτὸς* (ipse propositum mihi habeo) *Ἕκτορά σοι λῦσαι*, *dir in los zu geben, (to restore him to thee.)* et 593, *ὅτι Ἕκτορα δῖον ἔλυσα*, dimisi corpus Hectoris a me, et 137, *ἀλλ' ἄγε δὴ, λῦσον, νεκροῖο δὲ δέξαι ἄποινα*, dimitte eum, et recipe pretia pro corpore mortuo, *gieb los, (give up.)* *ἔλυσεν αὐτὸν ἀποίνων*, Λ, 106, i. e. *ἀπέλυσε διὰ δώρων*, *hat um lösegeld in losgegeben, (has given him up for a ransom.)* tales genitivi sunt, *ὠνήσατο χρυσοῦ*, emit auro, *ἐδούλευσε μισθοῦ*, servivit mercede, *ἐπώλησε πολλοῦ*, vendidit magno, etc. *ὄφρα σοὶ λύσῃ ἑτάρους*, ut tibi liberos dimittat socios, κ, 298, quos Circe tenet captivos et mutatos. et 387, *λῦσόν μοι ἑταίρους*, inquit Ulysses ad Circen. *ὅπως λύσειεν Ἄρηα*, ut Martem captum dimitteret, θ, 345. et 347, *λῦσον αὐτὸν*, coll. 359. *ἔλυσε γυῖα*, solvit artus, i. e. interfecit, *ἀνεῖλε*, Η, 12, coll. 16, *λύντο δὲ γυῖα*. Δ, 469. Λ, 240, 260. Π, 312, 400, 465. Φ, 406. *ἔγχος ἔλυσε γυῖα αὐτῷ*, Ρ, 524. sic et, *ἔλυσε γούνατα αὐτοῦ*, pro, *ἐθανάτωσεν αὐτὸν*, et *γούνατα* dicuntur determinate, pro indeterminato *γυῖα*, nam genua collabuntur occiso in pugna: *πολλῶν δὲ καὶ ἐσθλῶν γούνατα ἔλυσεν*, Ε, 176. Π, 425. *πολέμοιο πεῖραρ ἐπαλλάξαντες, ὃ πολλῶν γούνατ' ἔλυσεν*, Ν, 360, pugnæ funem nexum, qui multos cadere fecit; ubi est apta oppositio *τοῦ ἐπαλλάξαντες*, cum extremitates funis connexuissent. *ὅς σοι γούνατα ἔλυσα*, qui tibi cædem intuli, Χ, 335. confer *γόνυ*, et est phrasis, ubi consequens ponitur pro antecedente. sic et, *αὐτῷ ἔλυσε μένος*, solvit ei robur, i. e. occidit, Π, 332. *σὸν ἐγὼ λύσω μένος*, occidam te, Ρ, 29. *λῦσεν δὲ βοὸς μένος*, γ, 450, sic feriit hostiam cædendo, ut caderet. *πολλῶν πολίων κατέλυσε κάρηνα ἠδὲ ἔτι καὶ λύσει*, Β, 118, capita urbium solvet, i. e. urbes expugnabit et vastabit. sic et Ι, 25. *ὄφρα Τροίης ἱερὰ κρήδεμνα λύοιμεν*, Π, 100, quod venuste dictum, quasi Troja esset fœmina primaria, cujus redimicula capitis solvi deberent; i. e. ut Trojam expuguemus et diruamus. sic ν, 388, *ὅτε Τροίης λύομεν* (*ἐλύομεν*) *λιπαρὰ κρήδεμνα*, *als wir Troja ires hauptschmuckes beraubeten, (when we robbed Troy of her chief ornament.)* *σφέων γούνατα ἔλυσα*, eos occidissem, ω, 380. sed υ, 118, *ἐμοὶ ἄλφιτα τευχούσῃ* (farinas molenti) *γούνατα ἔλυσαν καμάτῳ*, fecerunt, ut vires me deficerent lassitudine, *haben mich ganz abgemattet, (have quite fatigued me.)* *ἔλυον ἱστία*, solvebant vela, ne essent expansa, ο, 495. *αὐτὸν ἔλυσε Ἰφικλῆς*, dimisit eum ex vinculis, λ, 295, *liess in los, (released him.)* *αὐτοὶ πρυμνήσια ἔλυσαν*, β, 418. ο, 551, funes a puppe solverunt. *κρήδεμνον θεοῦ ἔλυσεν ἀπὸ ἕο*, ε, 459, vittam deæ solvit a se. *λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην*, λ, 244, quod *σεμνῶς* de concubitu. *θεοὶ αὐτὸν κακότητος ἔλυσαν*, ε, 397. ν, 321. π, 364, ex infortunio exsolverunt eum dii. *ἀσκὸν ἔλυσαν*, *sie löseten den schlauch auf, (they opened the leathern bag,)* κ, 47. *λῦσαί τε γέροντα*, et dimittere senem, δ, 422, ubi infin. pro imperativo; et id h. l. *ἐπὶ ἀφέσεως ἁπλῶς* dictum, nam nulla fuit mentio *δεσμοῦ*, *lass von im ab, (let him go.)* *λυσόμενος*, redemturus, allato redemtionis pretio, Ω, 502, sc. *αὐτόν*. sic, *θυγατέρα*, Α, 13. *ἐγὼν ἐμὲ λύσομαι*, redimam me a vobis, Κ, 378. *ἦ τοὺς λυσόμενος δεῦρο ἔρχεαι*, illos liberaturus huc vadis? κ, 284, coll. 298, ubi activum est, dimittat. et 385, *πρὶν λύσασθαι ἑταίρους*, ante quam liberaverit suos. *νῦν ἐλύσαο φίλον υἱὸν καὶ πολλὰ ἔδωκας*, Ω, 685, redemisti filium; et ibi est oppositio, sed ipse tu in periculo captivitatis es. sic et, *λύσασθαι*, redimere dato pretio, 118, 146, 195, 237, *einzulösen, (to ransom,)* et 175. *ξεῖνος αὐτὸν κεῖθεν ἐλύσατο, πολλὰ δὲ ἔδωκεν*, hospes eum inde redemit magno, Φ, 42. et forma *passiva*: *υἱός σοι λέλυται*, filius tibi redditus est pro pretio, Ω, 599, *er ist dir losgegeben, (he is restored to thee for a ransom.)* *νῦν δὲ λύμην* (pro *λελύμην*, præt. pass. optat.) *τρὶς τόσα πορὼν*, Φ, 80, nunc rogo ut liber dimittar quando ter tot dedero, *λυθείην λύτρα δούς*. *ἀπὸ στηθέων ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα*, solvit sibi pictum cingulum a pectore, Ξ, 214. *λύοντο τεύχεα*, exuebant iis arma, Ρ, 318. *ἔσ-*

πους λυσάμενοι, pro λύσαντες, equos a jugo solventes, Ψ, 11. et 7, λυώμεθα ἵππους, pro λύωμεν: et est hoc verbum proprium ἐπὶ, ἀποζευγνύειν ἵππους. σὴ δὲ βίη λέλυται, tuum robur solutum et infirmum est, præ senectute, Θ, 103, et sequitur δὲ, enim. σπάρτα λέλυνται, Β, 135, rudentes infirmati sunt, *sind mürbe und zerbrechlich worden, (have become rotten.)* λῦτο δ' ἀγὼν, Ω, 1, dimittebatur conventus spectatorum. αὐτοῦ λύτο γούνατα αὐτοῦ, ejus solvebantur genua ibi, Φ, 114, i. e. præ timore vires eum deficiebant, ἀπογνοὺς σωθῆναι, desperata salute. sic, δ, 703. ε, 297, 406. χ, 68, 147. τῆς δ' αὐτοῦ λύτο γούνατα, Φ, 425, et illius ibi collabebantur genua, præ terrore et infirmitate. λύντο δὲ γυῖα, Η, 16, de morte, coll. 12. sic et Ο, 435. sed Ν, 85, καμάτῳ λέλυντο γυῖα, ubi notat ἔκλυσιν μελῶν καὶ πολὺν κάματον, defectum virium a defatigatione nimia. τοῦ δ' αὖθι λύθη ψυχή τε μένος τε, ejus enim ibi vita et robur exsolvebatur, Ε, 296, de morte. sic, Θ, 123, 315. Ρ, 298. hinc et recentiores τὸ λυθῆναι, absolute ponunt, pro mori. sic Sophocles: ἔθανες, ἀπελύθης, *bist aufgelöset, (art dissolved,)* et, ποίῳ ἀπελύσατο τρόπῳ, quomodo moriebatur. μοὶ φίλα γυῖα λέλυνται, i. e. vires me deficiunt, Θ, 233. sic, αὐτῷ, σ, 241. et 211, τῶν (μνηστήρων, conspecta pulcra et ornata Penelope) δ' αὐτοῦ (ibi, illico) λύτο γούνατα, ἔρῳ δὲ θυμὸν ἐθέλχθησαν, præ stupore et desiderio apud se non erant nec virium suarum compotes. sic et de gaudio magno et subito, ψ, 205. ω, 344. λέλυτο (pro λελύοιτο, per syncopen) δὲ γυῖα ἑκάστου, σ, 237, coll. 236—241, i. e. moriantur: et est aor. 2. optat. m. ῥαφαὶ (suturæ, ubi lora erant assuta) ἐλέλυντο ἱμάντων, χ, 186. λύθεν (pro ἐλύθησαν) δέ οἱ ἅψεα πάντα, de somno dulci, δ, 794. σ, 188. ἐκ δεσμοῦ λύθεν pro ἐλύθησαν, Θ, 360, ex vinculo liberati et dimissi sunt. cæterum λύειν et λούειν pæne ejusdem videntur originis, quia per lotionem dissolvuntur sordes. oraculum apud Eurip. Med. 679, suadet Ægeo, ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα πόδα μὴ λῦσαι, i. e. non congredi cum aliqua muliere: ubi ποῦς προὔχων ἀσκοῦ est membrum virile, quod quidem λύεται congressu maritali, ἀσκὸς notat ventrem, ad quem prominet is ποῦς, sicut ὁ ποδεὼν τοῦ ἀσκοῦ προέχει.

λῶ, ab ἐθέλω, vide sub ἐέλδωρ.

λωβάομαι, f. βήσομαι. (Βάω) contumelia afficio, ὑβρίζω. *begegne jemandem schmälich, (I treat some one contemptuously.)* ἦ γὰρ ἂν, Ἀτρείδη, νῦν ὕστατα λωβήσαιο, Α, 232, sc. εἰ μὴ οὐτιδανοὶ ἦσαν οἱ Ἀχαιοὶ καὶ ἀφιλότιμοι. sic et Β, 242, ubi robur Achillis vel ab invito prædicatur. λώβης οὐκ ἐπιδευεῖς, ἥν ἐμε λωβήσασθε, sine augmento ionice, Ν, 623, i. e. καθ' ἣν ἐβλάψατέ με ὑβριστικῶς. nam illi sane non sunt ἐπιδευεῖς λώβης, οἱ καὶ τοῦτον λωβησάμενοι, *die haben keinen mangel an schande* (passive) *die einen solchen herrn zu beschimpfen sich beflissen. sie sind schandvolle leute, (they are not wanting in dishonour who injure such a chief: they are an infamous people.)*

λωβεύω, f. εύσω. (Βάω) contumelia afficio. it. paullo levius, illudo, *ich vexire muthwillig, (I rally.)* τίπτε μὲ λωβεύεις; ψ, 15. et 26, οὔτι σὲ λωβεύω, *ich äffe und spotte nicht, (I am not making game of, or mocking thee,)* ponitur ergo vox ἐπὶ χλεύης καὶ ὕβρεως, ὡς τὰ πολλά. alibi etiam ἐπὶ τῆς ἁπλῶς βλάβης.

Λώβη, ης. ἡ. (Βάω) est ἡ εἰς τὸ φανερὸν ὕβρις, καὶ ὡς εἰπεῖν ἐν μέσῳ λαοῦ βαίνουσα, εἰς τινά. manifesta contumelia et ignominia, illata palam. *eine öffentliche beschimpfung, muthwillige begegnung, böser leumund, (a public disgrace, insult, defamation.)* Gal. *prostitution.* est ergo quasi λαόβη, ex λαὸς populus, et βάω, composita vox. notat fere idem quod τὸ αἶσχος: et ponitur et passive vel intransitive, probrum publicum, *eine schande, (a dishonour.)* sic ἡ ἐρυσίβη est pro ἀεροσίβη, ἡ ἐξ ἀέρος βαίνουσα, mutatione Æolica τοῦ ο in υ. πάχνη γάρ τις ἐστὶ γινομένη ἐν δυσαερίᾳ, φθείρουσα καρποὺς, rubigo, *der brand im getreyde, (the rust in wheat,)* ex aëre superveniens frugibus. ἢ οὕτω λώβην τ' ἔμεναι καὶ ἐπόψιον ἄλλων, Γ, 42, qui versus etymologiam confirmat: ego mallem periisse, (sc. si ego essem eo loco quo tu nunc es) quam sic esse ignominiam publicam et spectaculum probrosum aliorum. ἦ μὲν δὴ λώβη τάδε ἔσσεται αἰνόθεν αἰνῶς, Η, 97, *das wird eine mer als zu schwere öffentliche schande seyn, (it will be a grievous public disgrace.)* πρίνγε πᾶσαν μοι ἀποδοῦναι θυμαλγέα λώβην, Ι, 387, *ehe er mir für diese ganze mich so sehr krankende beschimpfung genug gebüsset hat,* sc. *dass er wieder zur genüge beschimpfet werde, (before he has suffered sufficiently for the severe affront he has offered me:)* ἀντιλωβηθῆναι ὧν ἐμὲ ἐλύπησεν: antequam totius mihi pœnas persolvat acerbæ contumeliæ. νῦν μὲν δὴ τοῦ πατρὸς ἀεικέα τίσετε λώβην, Λ, 142, nunc certe patris indignam luetis injuriam, *ihr sollt büssen für die ungeziemende schmälige begegnung die euer vater ausgeübet hat, (ye shall suffer for the indignity offered me by your father,)* collato 138, seqq. confer τίειν. possit et exponi, τίσετε τὴν μετὰ αἰκίας ποινὴν, ἣν τὸν πατέρα ὑμῶν ἔδει παθεῖν. Sed prior explicatio aptior. ἄλλης μὲν λώβης τε καὶ αἴσχεος οὐκ ἐπιδευεῖς, ἣν ἐμὲ λωβήσασθε, Ν, 623, *es felet euch nicht an anderm schimpfe und schande, (ye are in no want of other ignominy and disgrace,)* inquit Menelaus ad Trojanos. σοὶ λώβη, αἴ κέν τι νέκυς ἠσχυμμένος ἔλθῃ, Σ, 180, tibi erit ignominia, si forte mortuus turpatus fuerit: *die schande wird deine seyn, wenn der todte körper sollte schimpflich gemishandelt werden, (the shame will be thine if the dead body be treated ignominiously.)* ergo λωβᾶσθαι καὶ αἰσχύνεσθαι fere idem. ἐπὴν τισαίμεθα λώβην, Τ, 208, *wenn wir uns wegen der schmach werden bezahlet gemachet haben; wenn wir ihnen die schmach werden vergolten haben durch eine ihnen auferlegte*

schmach, (when we shall have resented the insult; when we shall have revenged it by bringing disgrace upon them.) σοί κε αἶσχος λώβη τε μετὰ ἀνθρώποις πέλοιτο, σ, 224, *dir würde es vor aller welt eine grosse schande seyn, (it would disgrace thee in the eyes of the whole world.)* et 346, μνηστῆρας οὐ πάμπαν εἴα Ἀθήνη λώβης ἴσχεσθαι θυμαλγέος, abstinere a contumelia animum excruciante contra Ulyssem. *lies nicht zu, dass sie sich der schmaligen schneidenden begegnung enthielten, (did not permit them to desist from their contumelious treatment.)* sic et υ, 285. τάων (δμωῶν, ancillarum) νῦν λώβην τε καὶ αἴσχεα πολλὰ ἀλεείνων, τ, 373, *deren iren schmaligen begegnungen zu entgehen, (to avoid their scornful treatment.)* αἲ γὰρ δὴ θεοὶ τίσαιντο λώβην, ἣν οἵδε ὑβρίζοντες ἀεικέα μηχανῶνται, υ, 169, utinam tandem dii ulciscerentur et rependerent contumeliam, quam hi injuriosi indignam machinantur. λώβην τιννύμενος θυμαλγέα καὶ κακὰ ἔργα, ω, 325, contumeliam ulciscens acerbam et male facta. et 432, λώβη γὰρ τάδε γ' ἐστὶ καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι, ignominia enim hæc sunt et posteris auditu. et ex locis citatis apparet, λώβην nunc active nunc passive intelligi. est ergo ignominia, passive; contumelia, injuria turpis, active, ἡ μέσον λαοῦ ἐπεμβαίνουσά τινι. quidam hanc vocem a τὸ λώπιον, vestis specie, deducere conantur, unde est ὁ λωποδύτης, et λωποδυτέω: ut sit λώβη quasi, ἡ ἐν ἀπεκδύσει λωπίου (detracto alicui indusio) ὕβρις ἐπαγομένη διὰ μάστιγος, *wenn man einem den entblösseten leib geisselt, den staupbesen giebet, zur schimpflichen bestrafung, (when a person is scourged, flogged, whipped on the bare body, as an ignominious punishment.)* ἡ μετὰ ἔκδυσιν λωπίου ἐπαγομένη γυμνῷ τινὶ ὕβρις. sed hæc etymologia plerisque diplicet.

λωβητὴρ, ῆρος. ὁ. (Βάω) contumeliosus, qui alios contumeliis aut probris adficit. *ein schmäher, beschimpfer, ungerechter, (a slanderer, a defamer, an unjust person.)* it. intransitive, probrosus, probris publicis obnoxius. τὸν λωβητῆρα ἐπεσβόλον, B, 275, *den schmähenden schwätzer, (a slanderer:)* nam ἔργῳ nocere non poterat homo nihili. τοξότα, λωβητὴρ, κέρα ἀγλαὲ, παρθενοπῖπα, Λ, 385, ubi videri potest vox passive posita, pro ἄξιος λωβᾶσθαι, *ein schandbarer, (an infamous person.)* est tamen et activus sensus bonus, ὁ λώβας ποιῶν, *der garstige dinge thut, (who does disgraceful things.)* sic et Ω, 239. ἔῤῥετε λωβητῆρες, ἐλεγχέες, fugite probrorum factores, probris digni. idem dicitur λωβητὴς, οῦ. ὁ. sic λωβηταὶ τέχνης, *beschimpfer der kunst, (a disgrace to his art,)* qui suis operibus arti ipsi ignominiam adferunt, Aristoph. Ran. 93, ubi sermo de poëtis futilibus.

λωβητὸς, ὴ, όν. (Βάω) ignominiæ obnoxius, ἐφύβριστος, ἄτιμος, *voll schimpf und schande. geschmahet, verachtet, (full of infamy and disgrace, defamed, despised.)* λωβητὸν ἔθηκε, facit eum injuriis et ignominiæ obnoxium, Ω, 531, nam adflicto facile additur ab aliis adflictio; et calamitas turpis et probrosa putatur a felicioribus inhumanis. est a λωβάω, ignominiæ trado.

λωΐτερον, (Λάω) fructuosius, aptius, potius. poëtice pro λώϊον vel λῷον. εἰ δὲ ὑμῖν δοκέει τόδε λωΐτερον καὶ ἄμεινον, α, 376, si hoc vobis videtur fructuosius. sic et β, 141.

λωΐων, ονος. ὁ ἡ. τὸ λώϊον. (Λάω) magis appetendus ad fruendum, aptior, potior. est a λῶ, pro λάω, frui cupio. ἦ πολὺ λώϊόν ἐστι, sc. σοὶ, certe multo magis tibi ex voto tuo est, A, 229, certe multo magis cupis, spoliare eum donis suis acceptis, qui tibi contradixerit. δοκέει δέ μοι καὶ αὐτῷ ὧδε λώϊον ἔσεσθαι, videturque mihi etiam ipsi sic aptius futurum, Z, 339. καὶ γάρ σφιν ἄφαρ τόδε λώϊόν ἐστιν, β, 169, nam ipsis hoc optabilius est. χρή σε δοῦναι καὶ λώϊον ἠέ περ ἄλλοι σίτου, ρ, 417, ubi λώϊον pertinet ad σίτου, et est, magis fruenda portio panis, qua ego plus frui possim. γνωσόμεθα ἀλλήλων καὶ λώϊον, ψ, 109, inquit Penelope de Ulysse, cognoscemus nos inter nos etiam jucundiore et commodiore modo, cum majore fructu et voluptate: nam *certa* agnitio parit magnum animi fructum et fruitionem.

λώπη, ης. ἡ. (Λέπω) proprie est, λεπτὸν ὕφασμα, *zarte leinwand, (fine linen,)* κατὰ τὸν τοῦ κρομύου λοπὸν, ad similitudinem tunicæ circa cepam. est a λέπω, unde ὁ λοπὸς, et λωπίζω, i. e. ἔξω τοῦ λοποῦ ποιῶ, exuo alicui tunicam, γυμνόω, et ἐκλωπίζω. ὁ λῶπος est τὸ ἱμάτιον, indusium; et ὁ λωποδύτης, ου, ὁ τὰ ἱμάτια ἀποδύων, qui et ὁ χλαινοθήρας, ου, grassator, qui homines vestibus privat in via. et verbum λωποδυτεῖν est, alios privare vestibus, Aristoph. Plut. 165. δίπτυχον ἀμφὶ ὤμοις ἔχουσα εὐεργέα λώπην, ν, 224, ubi hæc δίπτυχος λώπη est περίβλημά τι μανδυοειδὲς, qualia principes gestabant: nam sermo ibi est de juvene regio in agris versante.

λωτεῦντα pro λωτοῦντα ex λοτόεντα vide sequens.

λωτόεις, εσσα, εν. (Λάω) plenus herbæ illius quæ dicitur ὁ λωτός. πεδία λωτεῦντα, ionice pro λωτοῦντα ex λωτόεντα, M, 283, ἔχοντα λωτὸν πολὺν, i. e. βοτάνην αὐτοφυῆ. et ejusmodi πεδία differunt a, πίονα ἔργα ἀνδρῶν, nam hæc sunt culta ab hominibus, illa vero sunt ἔργα φύσεως αὐτοματιζούσης τοῖς ζώοις τροφήν. alii exhibent h. l. commune illud λωτοῦντα: sed Massiliensis editio Msc. optima præfert Ionicum, quo οε et εο mutatur in ευ. cave ergo, in Homero λωτὸν pro arbore quadam accipias.

λωτὸς, οῦ. ὁ. (Λάω) lotus, herba et radix suavissima. est πόα καὶ ῥίζα, ἀφ' ἧς σιτούμενοι οἱ τὴν ἄνυδρον νῆσον ἢ χώραν νεμόμενοι (incolentes) οὐ δέονται ποτοῦ, ὅπερ οὐδὲ ἔχουσι διὰ τὴν ἀνυδρίαν: deinde est et τοῖς ἵπποις εὐπρόσιτος, salubris et grata. et hæc est notio hujus vocis in poëta. *apud recentiores*, est et, καρπὸς δένδρου, ἐοικότος μεσπίλῃ, γλυκὺς, καὶ οἶνος ἐξ αὐτοῦ

ἐκθλίβεται καθὰ καὶ ἐκ φοινίκων. nomen est a λάω, fruor vescendo. verbum ἀπολωτίζω, decerpo et demeto optima, est apud Eurip. Supplic. 449, coll. 717, ubi lege ἀποκαυλίζων, a caule desecans et demetens: sicut Tarquinius capita papaverum a caulibus decussit. confer de loto apud Lotophagos, Herodot. IV, 177, ὁ τοῦ λωτοῦ. καρπὸς ἐστὶ, μέγαθος ὅσον τὸ τῆς σχίνου, γλυκύτητα δὲ, τοῦ φοίνικος τῷ καρπῷ προσείκελος. ποιεῦνται δὲ ἐκ τοῦ καρποῦ τούτου οἱ Λωτοφάγοι καὶ οἶνον. ubi vides notionem recentiorum τοῦ λωτοῦ. ἵπποι, λωτὸν ἐρεπτόμενοι, Β, 776, et ἐρέπτεσθαι proprie est, ex terra decerpere: quod h. l. fortasse est improprie, quia equi projectas sibi has herbas comederent. λωτὸν ἐρσήεντα, Ξ, 348, ubi enumeratur inter herbas suaves et molles, quas terra protulit ad cubile parandum Jovi. καίετο (adurebatur a Vulcano, incendente campum) λωτὸς, Φ, 351, utpote λειμωνία βοτάνη, herba pratensis. ἐν ᾧ πεδίῳ λωτὸς πολὺς, δ, 603, quo vescuntur equi cupide. Λωτοφάγων, οἵτε ἄνθινον εἶδαρ ἔδουσιν, Lotophagi homines, qui florentem in pratis cibum edunt, ι, 84. et 93, αὐτοῖς (sociis Ulyssis) δόσαν λωτοῖο πάσασθαι. et 94, λωτοῖο μελιηδέα καρπόν. et 97, λωτὸν ἐρεπτόμενοι, ἄνδρες, ex quo participio apparet, esse herbam cum radice, e terra vellendam. quidam hos Λωτοφάγους τῇ Μήνιγγι νήσῳ ἐμπεριγράφουσι, λωτοφαγῖτιν εἶναι λέγοντες τὴν νῆσον ταύτην. alii designari putant oram maritimam Africæ, a Maurusia ad Ægyptum. Ægyptii torrent hanc herbam cum radice, deinde conterunt et coquunt: semina ejus similia sunt papaveri, quæ comminuuntur et coquuntur in panes, *man malet die saamen körner der pflanze, und bäcket kuchen daraus, (the seeds of the plant are ground, and bread is baked with the flour.)* confer Herodotum et Athenæum. fortasse et ex oratione Ciceronis in Verrem, quæ inscribitur de suppliciis, et ubi narratur, nautas vixisse radicibus palmarum, hæc res lucem aliquam mutuatur. est et alius λωτὸς, vel ad differentiam herbæ, λοτὸς, καλαμίσκος τις, arundo, ex quo tibiæ fiebant; unde apud Euripidem, λωτὸς βοάσθω, tibia sonet, Iphig. A, 438, et alibi, λοτοῦ (vel λωτοῦ) κατὰ πνεύματα μέλπει, ut ergo sit αὐλός τις, et hinc est ὁ λόταξ vel λώταξ, ὁ αὐλητὴς, ὁ περὶ τοιοῦτον λωτὸν vel λοτὸν πονούμενος.

λωτοφάγος, ου. ὁ ἡ. (Φάω) qui loto vivit. conf. λωτός. γαίης λωτοφάγων, οἵ ἄνθινον εἶδαρ ἔδουσι, ι, 84, et notantur justi et mites homines.

λωφάω, f. ήσω. (Λέπω) jugum vel onus a cervice (mea vel alterius,) amoliri conor, ἀποτίθεμαι ἄχθος τὸ ἐπὶ τῷ τραχήλῳ, ἔνθα ἐστὶν ὁ ὑπὸ ζυγὸν λόφος. nam fit hoc verbum ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν τράχηλον λόφου, producto ο in ω, sicut ab ὁ λοπὸς, ὁ τοῦ κρομύου, fit ἡ λώπη et τὸ λώπιον. est ergo, detrecto, desinere volo a ferendo labore aliquo. ὅδε (ποταμὸς) μὲν τάχα λωφήσει, Φ, 292, hic cito desistet, et abjiciet molestiam insequendi et frustra obruendi te: ut ergo ibi valde metaphorice exstet, cum proprie dicatur de bubus jugum detrectantibus, jugo cervicem subtrahentibus et ultra opus facere nolentibus. ponitur et active, ἀπολωφάω αὐτῷ τοῦτο, levo eum ab hoc onere.

M

M, sæpe πλεονάζει. ut ὁ μοχλὸς ab ὀχλέω, ὁ μεῖραξ, puer qui fari potest, ab εἴρω, et ab eodem ὁ Ἑρμέας, contr. Ἑρμῆς, deorum nuntius, ὁ τὰ τῶν θεῶν εἴρων i. e. ἀγγέλλων, pro Ἐρέας, ου. ὁ. a τέκω est τὸ τέκμωρ i. e. τέλος, et τέκω est, infigo, figo, *ich stecke, (I infix.)*

μά, (Μήνη) adverbium jurandi, sed ἀπωμοτικὸν καὶ ἀποφατικὸν, quando quid negatur, e. c. μὰ τὴν δίκην, οὐ ποιήσω τοῦτο. ναὶ vero, et recentiorum νὴ, notat κατωμοτικῶς ἢ καταφατικῶς, quando quid affirmatur, e. c. ναὶ (νὴ) τοὺς λόγους, ποιήσω τοῦτο. sed cum ναὶ adfirmat μά. μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα, Α, 86, ubi negat, addito οὐ. sed 234, ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, ubi est ὅρκος mixtus ἀπωμοτικὸς καὶ κατωμοτικὸς, per sceptrum illud adfirmat futurum aliquid esse; in mente vero reticet, se tunc non adfuturum Græcis. οὐ μὰ Ζῆνα, Ψ, 43. υ, 339.

μαδὸς, ὁ, vide sequens.

μαζὸς, οῦ. ὁ. (Μάω) mamma, et quidem proprie, fœminea, quam pueri appetunt et quasi mandunt. communiter dicitur ὁ μαστὸς, quasi μασητὸς (per syncopen) τοῖς βρέφεσιν, a μασάω. possis et a μάω, f. άσω, deductum putare, appeto, quæro; unde est μάζω, idem. nam infantes quærunt et appetunt cupide mammam. deinde in genere et de viris dicitur: et notat eam partem pectoris, ubi mammillæ sunt, *die brust wo die warzen oder zitzen sind, (the part of the breast where the nipple is.)* scribitur idem et ὁ μαδὸς et μασδὸς et μασθὸς et μαθός. cæterum est symbolum τοῦ ζωογόνου καὶ θρεπτικοῦ: hinc et pinguedo terræ vocatur οὖθαρ ἀρούρης, uber arvi, quo nutriuntur terrestria omnia. ab nomine ὁ μαδὸς apte derivatur verbum μαδάω, madeo; quia φύσει μαδᾷ μαζὸς πᾶς τῶν

θηλαζόντων: et idem verbum μαδᾷν est et, sine pilis esse, quia uber fœmineum est depile et glabrum quam maxime. νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασεν, nervum arcus mammillæ propinquum fecit, i. e. attraxit, Δ, 123. ἔβαλε (contigit ictu, *er traf,*) *(he struck,)* στῆθος παρὰ μαζὸν, Θ, 121, 313. Ο, 577. Ρ, 606. δουρὶ βαλὼν κατὰ μαζὸν ἀριστερὸν, Λ, 321. ἔβαλε στέρνον ὑπὲρ μαζοῦ, Δ, 528. Ε, 145. Λ, 108. βάλε στῆθος παρὰ μαζὸν δεξιὸν, Δ, 480. χ, 82. δεξιτερὸν κατὰ μαζὸν, Ε, 393, et his locis sermo est de viris. στῆθος vel στέρνον, est totum; μαζὸς est pars: et in στέρνῳ sunt duo μαζοὶ utrinque. μαζὸν ἀνέσχε, uber exseruit Hecuba in obtestando filio suo, Χ, 80. et 83, εἴ ποτε σοὶ λαθικηδέα μαζὸν ἐπέσχον, si unquam tibi mammam dolores sedantem porrexi; inquit mater ad filium, *die stillende brust, (the quieting, soothing breast.)* et hanc ostendit filio nudatam, quasi τροφεῖα τὸν υἱὸν αἰτοῦσα, rogans, ut pro præbito ei lacte olim, nunc mercedem reddat. γυναῖκά τε θήσατο μαζὸν, suxit mulierem mortalem, quod attinet mammam, Ω, 58, in opposito ad Achillem, a dea uberibus nutritum. possis tamen h. l. phrasin Atticam statuere, pro γυναικεῖον μαζόν: nam Attici et Dores sæpe ponunt substantiva pro adjectivis, ut Ἕλλην στρατὸς, pro Ἑλληνικός: ἄνθρωπον ἦθος, pro ἀνθρώπινον: Ἑλλὰς διάλεκτος, δοῦλον γένος, σκύθης οἶμος, etc. conf. γυνή. πάϊς δὲ ἦν αὐτῆ ἐπὶ μαζῷ, νήπιος, λ, 447, σὺ μὲ ἔτρεφες τῷ σῷ ἐπὶ μαζῷ, τ, 483, isto tuo ubere nutristi me.

μαθὸς, ὁ, vide supra.

μαῖα, ας. ἡ. (Μάω) nutrix, quæ ubere admoto infantem alienum alit, *eine amme, (a wet nurse.)* est a μάω, prehendo, capio, foveo. nam et in genere est, quæ curat infantem educandum et nutriendum, *eine kinderfrau, (a nurse.)* μαῖα, O nutrix, β, 349, collato α, 429—435, nam, ἡ ἔτρεφε τυτθὸν ἐόντα, est ἡ μαῖα. hinc eadem dicitur φίλη τροφὸς, β, 361. et 372, θάρσει, μαῖα. et hæc Εὐρύκλεια fuerat Telemachi nutrix: eadem tamen et Ulyssis ipsius, τ, 482, μαῖα, τίη μὲ ἐθέλεις ὀλέσαι; σὺ δέ (nam tu) με ἔτρεφες αὐτὴ τῷ σῷ ἐπὶ μαζῷ; inquit Ulysses ad eam, collato 357. et 500, μαῖα, τίη δὲ σὺ τὰς μυθήσεαι, inquit idem ad eandem, cur tu eas loqueris. et 15, 16, Telemachus eam alloquitur, μαῖα, ἄγε δή. et υ, 129, μαῖα φίλη, coll. 128. sed Penelope quoque eandem vocat, μαῖα φίλη ψ, 11, quia mariti et filii fuerat nutrix. nam ipsius Penelopes nutrix fuerat ἡ Εὐρυνόμη, ρ, 499, coll. 495. sed de Εὐρυκλείᾳ, Ulyssis τροφῷ, est et χ, 480, sqq. ψ, 171. et tales nutrices suas vel natorum suorum solebant lautiores homines retinere apud se et in pretio habere per omnem vitam.

μαιμάω, f. ήσω. (Μάω) valde cupio. est a μάω, cum reduplicatione μαμάω, et Iota euphonico interserto, μαιμάω. μαίμησε δέ οἱ φίλον ἦτορ, Ε, 670, et magno studio concitatum est ei cor: coll. 671. ἐμοὶ περὶ δούρατι χεῖρες μαιμῶσι, Ν, 78, mihi circa hastam manus cupide agunt, et cupide desiderant hastam, *greifen begierig nach dem spiesse, (to grasp the spear eagerly.)* et 75, μαιμώωσι (pro μαιμῶσι per contractionem ex μαιμάουσι, distracto circumflexo μαιμόωσι, et ob metrum μαιμώωσι) δ' ἔνερθε πόδες καὶ χεῖρες ὕπερθεν, coll. 73, 74, ubi exprimitur magna cupiditas pugnandi, ut pedes manusque id desiderium gestiendo indicent. μαιμώων (pro μαιμῶν, pro μαιμάων) ἔφεπε ἔγχεϊ, Ο, 742, et maximo studio insequebatur hostes hasta. et 542, αἰχμὴ δὲ στέρνοιο διέσσυτο μαιμώωσα, πρόσσω ἱεμένη, ubi de hasta velut de ἐμψύχῳ, et est pro μαιμάουσα, contr. μαιμῶσα. sic et Ε, 661.

μαινὰς, άδος. ἡ. (Μάω) furibunda. in specie, sacerdos Bacchi. μεγάροιο διέσσυτο, μαινάδι ἴση, παλλομένη κραδίην, Χ, 460, de Andromache: per domum excurrit in publicum, sacerdoti Bacchi similis, vehementer palpitans corde: nam quia αἱ Βάκχαι σὺν οὐδενὶ κόσμῳ ἐκινοῦντο, ὀπαδοὶ οὖσαι Διονύσῳ, πρέπουσαι τῷ μαινόλῃ: hinc parabola apta h. l. de ea; quam tamen poëta non ulterius prosequitur, vel ne videatur non nimis σεμνὰ de tanta fœmina dicere, vel ne videatur μυστήρια ἐκφαίνειν. cæterum μαινάδι ἴση est, βακχικῶς, μανικῶς, οὐ κατὰ κόσμον, perturbata vehementi adfectu mente.

μαίνομαι, vide sequens.

μαίνω, f. μανῶ. (Μάω) et in media forma, μαίνομαι, f. μανοῦμαι. valde et nimis cupio, insanio. est a μάω, μαίω, μαίνω. non semper in *malo* illo sensu ponitur, a quo est ἡ μανία, insania, furor; et ὁ μαινόλης, ου, furiosus: sed et in sensu *mitiori,* ἐπὶ πάσης σφοδρᾶς κινήσεως καὶ ἐνεργείας, de quovis impetu et studio ardente; imo et de omni adfectu vehementiore. hinc et ejusmodi adfectus et studia componuntur cum μαίνω e. c. χρυσομανὴς, nimis auri cupidus, *gold-toll, (inordinately fond of money,)* οἰνομανὴς, γυναιμανὴς, i. e. ὁ νοσῶν ἐρωμανίαν, *weiber-toll, (inordinately fond of women:)* et γυνὴ dicitur μανιόκηπος, i. e. ἡ περὶ μίξεις μεμηνυῖα, nam ὁ κῆπος est et, τὸ ἐπείσιον, vulva. ab activa forma, præter perfectum activi μέμηνα, in simplici verbo nihil est in usu: at in compositis occurrit ea forma, e. c. ἐκμαίνω τινὰ, insanire facio aliquem, ἐκμαίνων ὄχον φόβῳ, Eurip. Hipp. 1229, insanire faciens currum terrore, i. e. perterrefaciens vehementissime et consternans equos. unde est a. 1. ἐξέμηνα. hinc sunt et nomina propria servorum, e. c. ὁ Μάνης, ου, nam raro sapiunt servi; qui et scribitur ὁ Μανής. in poëta autem plerumque μαίνεσθαι est, in proposito suo esse nimis pertinacem et vehementem, et nimium quantum cupere ut efficiamus id quod semel destinavimus. οὐχ ὅγε ἄνευθε θεοῦ τάδε μαίνεται, Ε, 185, ubi de Diomede, ἐνθουσιῶντι εἰς μάχην, sermo est. ἀλλ' ὅδε λίην μαίνεται, οὐδέ τις οἱ δύναται (κατὰ) μένος ἰσοφαρίζειν, Ζ, 101, coll. 97, ut sit ergo ibi in sensu bellico et heroico: at ille nimium cu-

pide pugnat, neque quisquam eum potest robore adæquare. εἴσεται, (intelligat) εἰ καὶ ἐμὸν δόρυ μαίνεται ἐν παλάμῃσιν· an et mea hasta vehemens sit in manibus meis, Θ, 111, ubi de hasta velut de ἐμψύχῳ, i. e. εἰ καὶ ἐγὼ αἰχμητὴς κρατερός εἰμι, *ob auch mein spiess mer als gemeine thaten thun kann, (whether my spear can perform more than ordinary deeds:)* et ad molliendum tropum additæ sunt αἱ παλάμαι, per quas insaniat hasta, non per se. et 355, ὁ δὲ μαίνεται οὐκ ἔτι ἀνεκτῶς Ἕκτωρ, insanit pugnando jam intolerabiliter. et 360, ἀλλὰ πατὴρ ὁ ἐμὸς φρεσὶ μαίνεται οὐκ ἀγαθῇσι, inquit Minerva de Jove; pater meus vehemens est mente non laudanda: quia Græcos omnino vult dejectos, ut Achillem iis in pretio habendum inculcet. et 413, πῆ μέματον; τί σφῶϊν ἐνὶ φρεσὶ μαίνεται ἦτορ; quo contenditis? quid vestrum cor in pectore tam vehementer appetit? Ἕκτωρ δὲ, μέγα σθένεϊ βλεμεαίνων, μαίνεται ἐκπάγλως, furit pugnando terribiliter, I, 238, *er raset entsetzlich unter seinen feinden herum, (he fights like a madman.)* Διομήδεος ἐν παλάμῃσιν μαίνεται ἐγχείη, hasta Diomedis insanit in manibus ejus, Π, 75. et 245, ἤ οἱ τότε χεῖρες μαίνονται, an tunc ei sint manus vehementes et violentæ. μαίνετο δὲ, ὡς ὅτε Ἄρης, ἢ ὀλοὸν πῦρ οὔρεσι, μαίνηται, Ο, 605, 606, vehementer agebat, veluti cum Mars, aut perniciosus ignis in montibus, furat. ὅτε μαίνετο Ἕκτωρ, cum fureret et cupide pugnaret ille, Φ, 5, ἐνθουσιωδῶς ἐμάχετο. εἰ οὕτω μαίνεσθαι ἐάσομεν Ἄρηα, si sic vehementer agere sinemus Martem, Ε, 717. vides ergo, μαίνεσθαι notare ἐπίτασιν τοῦ μαιμᾷν καὶ ὁρμᾷν. μαινομένου Διονύσου, insanientis Bacchi, Ζ, 132, qui sic dicitur ob ebrietatem, quam facit vinum merum nimis haustum. μηδὲ ἄζεο Ἄρηα τοῦτον μαινόμενον, Ε, 831, neque verere Martem istum insanientem, i. e. vehementem istam pugnam. μαινόμενε, φρένας ἠλὲ, Ο, 128, inquit Minerva ad Martem pertinacem, coll. 104, nam μαινόμενος plus est quam νήπιος: tu, post illam admonitionem meam tamen conans contra, certe insanis. πρὸς τεῖχος ἐπειγομένη ἀφικάνει (ἡ Ἀνδρομάχη) μαινομένῃ εἰκυῖα, Ζ, 389, ubi notatur summa festinatio, ex amore erga maritum et metu periculi, orta: hinc et ἐπειγομένη est explicatio τῆς μαινομένης, *als eine die ganz ausser sich war, (like one distracted.)* φρεσὶ μαινομένῃσιν, mente insaniente et nimis crudeli, Ω, 114, 135, de Achille, contra mortuum Hectorem sæviente. σὺ δὲ μαίνεαι οὐκ ἔτι ἀνεκτῶς, ι, 350, inquit Ulysses ad Cyclopem, homines vorantem. ἐπιμὶξ δέ τε μαίνεται Ἄρης, λ, 536, i. e. κινεῖται, ὅμως δὲ, ὡς τῆς κατὰ μάχην κινήσεως μανίᾳ ἐοικυίας διὰ τὸ ἐνθουσιᾷν. δαιμόνιοι, μαίνεσθε, σ, 405, inquit Telemachus, jocans quasi, ad procos: insanitis, mente capti estis a vino. μαινόμενος κακὰ ἔρεξε, ubi quoque de ebrietate sermo est, φ, 298, coll. 293—297. ὁ μανῆς, οῦ, servus, famulus: dictus ab hoc verbo in sensu mitiori. Aristoph. Ran. 996. Aves, 523, 1311, 1329. Lys. 1107, 1214. et forma est sicut ὁ Ἑρμῆς, οῦ. etymon ipse Aristoph. innuit, Aves, 524.

μαίομαι, (Μάω) quæro accurate et ulterius semper eundo. μαιομένη κευθμῶνας ἀνὰ σπέος, perquirens latibula per speluncam, ν, 367, ubi sermo de Minerva, i. e. de prudentia Ulyssis, quærentis, ubi abdere possit opes suas. μαίεσθαι προτέρω, quærere ulterius, ξ, 356, de nautis, quærentibus fugitivum suum.

μάκαρ, αρος. ὁ ἡ. (Κάρα) proprie est, ὁ μὴ κηρὶ (ex quibus duabus vocibus nomen est compositum) i. e. τῇ θανατηφόρῳ μοίρᾳ, ὑποκείμενος, μὴ ὑποπίπτων τῇ κηρὶ, ἀθάνατος, morti non obnoxius. deinde generalius, nullo malo fato obnoxius, beatus, felix. hinc οἱ μάκαρες sunt duplicis generis: οἱ θεοὶ, καὶ οἱ τεθνηκότες. conf. Theocrit. Id. 13, 72, ubi per euphemismum dicitur ἀριθμεῖσθαι μακάρων, pro τεθνηκέναι. πρός τε θεῶν μακάρων, πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων, coram diis et hominibus, Α, 339, ubi oppositio est manifesta, et etymologia vocis ex more poëtæ subindicata. et 406, μάκαρες θεοὶ, immortales dii, fato nullo mutabili subjecti. οὐδὲ θεοὶ μάκαρες λελάθοντό σου, Δ, 127, et explicatur vox per sequens synonymum ἀθάνατοι. et eo loco valde proprie posita illa vox. τοὺς ἀμφοτέρους (hos ambos) μάκαρες θεοὶ ὀτρύνοντες συνέβαλον, Υ, 54, commiserunt. τὸν δ' ἐλεαίρεσκον θεοὶ, Ω, 23, miserati sunt eum. et 99, μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες, ubi alterum per alterum explicatur. et 422, κήδονται, curam habent. τῷ ἔνι τέρπονται μάκαρες θεοὶ ἤματα πάντα, ζ, 46. οὐ σχέτλια ἔργα θεοὶ φιλέουσι, ξ, 83. ἔργον ἀέξουσιν, augent mihi rem, ο, 371. ὅτε δὴ καὶ λυγρὰ (tristia) θεοὶ μάκαρες τελέσωσι, σ, 133. οὐδέ τις θεῶν μακάρων, θ, 281. imo et absolute hoc epitheton de diis ponitur: κ, 299, μέγαν ὅρκον μακάρων. ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν, Α, 599. ἰχὼρ ῥέει μακάρεσσι θεοῖς, Ε, 340. et 819, ἀντικρὺ μάχεσθαι. εἰ νῦν τοῦτο φίλον μακάρεσσι, α, 82, si id nunc placet. de hominibus innuit præcellentiam fati faventis. ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, μοιρηγενὲς, ὀλβιόδαιμον, Γ, 182, ubi versus, a monosyllabo incipiens, crescit ad pentesyllabum: an casu, an data opera, quærant alii. μακάρων δ' ἐξ ἐσσι τοκήων, a parentibus beatis et fortunatis es, Ω, 377. ἀνδρὸς μάκαρος κατὰ ἄρουραν, Λ, 68, felicis viri in arvo. nam talibus ἡ γῆ εὐφορεῖ. tales dicuntur et ὄλβιοι, quibus ἐν ὀλαῖς i. e. κριθαῖς (specie pro genere) ὁ βίος, *die von viel korn leben, (who live on much corn.)* μάκαρος ἀνέρος υἱός, α, 217, s. ubi est descriptio felicis hominis, ex parte: plus enim ad felicitatem requiritur, quam domi in adfluentia omnium rerum consenescere. est ergo descriptio ex mente vulgi. μάκαρι opponitur ὁ ἄποτμος i. e. δύσποτμος. recentiores opponunt τὸν εὐδαίμονα, καὶ τὸν δυσδαίμονα. μακάρτατος ἔξοχον ἄλλων, ζ, 158, est ille, qui bonam conjugem nanciscitur. οὔτις ἀνὴρ προπάροιθε μακάρτατος οὔ τ' ἄρ' ὀπίσω, λ, 482, nemo ante te felicior, neque in posterum post te erit: ubi superlativus est comparative positus.

μακαρίζω, f. *ίσω*. (Κάρα) beatum prædico. *ὡς ἄν τίς σε συναντόμενος μακαρίζοι*, felicem te appellare posset, ε, 537. ρ, 165. τ, 311.

μεταπάλλομαι, (Πάλλω) sortior una. (ἐκ) τῶν, μεταπαλλόμενος, κλήρῳ λάχον ἐνθάδ' ἕπεσθαι, ex his ego, sortiens cum iis, sorte destinabar huc proficisci ad Trojam cum exercitu reliquo, Ω, 400, et vide; loqui facit ibi Mercurium poëta: ergo, si Mercurium, deorum nuntium, cogites, mendacia ea sunt; si vero aliquem ducem *(einen officier,) (an officer,)* ex copiis Achillis missum, qui Priamum introduceret in castra Græca clam et provide, verissima ea esse possunt. qui igitur re vera erat magnus ductor ordinum aliquis sub Achille; eum poëtice vocat Mercurium, et ex vero eum loqui facit.

μεταπαυσωλὴ, ῆς. ἡ. (Πάω) cessatio, quies. idem ac παυσωλή. cessatio intermedia. ὁππότε τις μεταπαυσωλὴ πολέμοιο γένηται, quando fuerit quies aliqua a pugnando, intermissio aliqua, Τ, 201, παῦσις, ἀνάπνευσις.

μεταπαύω, (Πάω) facio cessare interim. μεταπαυόμενοι δὲ μάχοντο, Ρ, 373, pugnabant sic, ut per intervalla quædam quiescerent; ἀναπαυόμενοι, interquiescentes. potest et intelligi: ἀμείβοντες ἀλλήλους, ὡς παύεσθαι μὲν τούτους, ἑτέρους δὲ ἄρχεσθαι μάχης.

μεταπέλομαι, (Πέλω) intersum. τιμὴν, ἥτε καὶ ἐσσομένοισι μετ' ἀνθρώποισι πέληται, mulctam, quæ et inter posteros versari et adesse possit, Γ, 287, 460, ut ergo non pecunia modo, sed et aliud monumentum, aut vasa duratura ad posteros, dentur pœnæ loco.

μεταπρεπὴς, έος. ὁ ἡ. (Ἔπω) excellens. idem quod ἐκπρεπής. Ἡφαίστου δόμον, μεταπρεπέα ἀθανάτοισιν, Σ, 370, i. e. ἐκπρεπέα ἐν ἄλλοις δόμοις ἀθανάτων.

μεταπρέπω, (Ἔπω) conspicuus et decorus sum inter alios. ταῦρος βουσὶ μεταπρέπει, Β, 481, coll. 483, nam est et verbum ἐκπρέπω, ejusdem notionis. et 579, πᾶσι μετέπρεπεν ἡρώεσσιν. ἱππεῦσι μετέπρεπον ἡμετέροισι, insignis eram inter equites nostros, Λ, 719, ἐξέπρεπον, ἀριπρεπὴς καὶ ἀρίγνωτος ἦν. μετέπρεπε δὲ Τρώεσσι, Ν, 175, *that sich unter ihnen hervor, (was pre-eminent among them.)* sic et Ο, 550. ὃς πᾶσι μετέπρεπε Μυρμιδόνεσσιν ἔγχεϊ μάρνασθαι. Π, 194, *hatte einen vorzug, (excelled,)* et 596

ὄλβῳ τε πλούτῳ τε μετέπρεπε Μυρμιδόνεσσι. et 835, ἔγχει δ' αὐτὸς Τρωσὶ μεταπρέπω. τότε δ' αὖτε μετέπρεπον ἡρώεσσι, tum autem excellebam et conspicuus eram inter heroas, Ψ, 645. ὡς ἥγ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος, ζ, 109, sicut luna plena inter stellas alias. μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισιν, Θ, 172, eminet in concilio. ὄϊν, (arietem) ὃς μήλοισι μεταπρέπει ὑμετέροισιν, κ, 525. λ, 33. αἶγας ἄγων, αἳ πᾶσι μετέπρεπον αἰπολίοισι, ρ, 213. υ, 174. μετὰ δ' ἔπρεπε γαστέρι μάργῃ, σ, 2, i. e. ἐκπρεπὴς ἦν ἐπὶ γαστριμαργίᾳ, eminebat vel quasi, sola voracitate, ἀπληστίᾳ.

μετασεύω, (Σέω) moveo post aliquid, sequi facio. πολλαὶ δὲ μετεσσεύοντο γεραιαὶ, multæ matronæ nobiles comitabantur eam, Z, 296, ubi Sigma poëtice est duplicatum in imperf. med. Ἀθηναίη δὲ μετέσσυτο, Φ, 423, adsiliit ad eam Minerva. nam media forma notat actionem intransitivam, sicut activa forma transitivam: μετῆλθε, *gieng munter auf sie los und zu ihr hin, (rushed eagerly towards her.)* sic, μάλα δ' ὦκα μετέσσυτο ποιμένα λαῶν, valde alacriter accurrebat ad principem, Ψ, 389. et de hac verbi forma vide simplex σεύω.

μετασπέω, f. 2. σπῶ. a. 2. μετέσπον, particip. a. 2. μετασπών. (Ἕπω) insequor, consector, urgeo. οὔπω τῆλε ποσὶ κραιπνοῖσι μετασπὼν, P, 190, necdum in longinquo pedibus velocibus insecutus eos. ὦκα ποσὶ κραιπνοῖσι μετασπὼν, ξ, 33, accurrens celeriter. ἐπιδραμών. ἀπιόντα μετασπόμενος, N, 567, abeuntem insecutus.

μέτασσαι, αἱ. (Μείρω) mediæ. pro μέσσαι vel μέσαι, interserta syllaba τα: sunt αἱ μεσήλικες, mediæ ætatis oves, ι, 221.

μεταστένω, (Τῶ) post defleo, post gemo ob aliquid. ἄτην δὲ μετέστενον, nam errorem illum jam gemitibus deplorabam, δ, 261. est hoc verbum simile τῷ μετανοεῖν.

μεταστοιχεί, (Στίω) adverb. serie et ordine: ἐπὶ στοῖχον καὶ τάξιν τινὰ, ἐπὶ στίχον. ὁ στίχος vero est ἡ ἐπὶ βάθος στάσις ἢ ἡ κατὰ μέτωπον, ordinatio alterius post alterum vel alterius juxta alterum. στὰν (ἔστησαν) δὲ μεταστοιχεὶ, Ψ, 358, ubi sermo est de certamine cursus in curribus ineundo; et 757, de certamine velocitatis pedum ineundo. et priore loco opinatur Eustathius, dici de ordine κατὰ βάθος, quemadmodum etiam scripsisse dicit antiquissimos, non linea recta a sinistra ad dextram, vel vice versa; sed linea recta deorsum, *gerade herunter von oben, (in a straight line from top to bottom:)* et hinc opus fuisse sorte. sed loco posteriore id non apparet, ubi potius stabant cursuri in linea recta κατὰ μέτωπον, a dextra ad sinistram. ergo et priore loco sortiebantur equestres certatores de loco suo in illa linea recta transversa, non vero quis stare deberet post alterum.

μεταστρέφω, (Τρέω) converto, inverto. εἴκεν Ἀχιλλεὺς ἐκ χόλου μεταστρέψῃ ἦτορ, si forte ille ab ira avertat cor, K, 107. ἦ τι μεταστρέψεις; O, 203, i. e. μεταθήσεις, μεταποιήσεις, sc. τὸν μῦθον, vel et, σεαυτόν; an forte mutabis, sermonem illum tuum durum, quem Jovi renuntiari jussisti; vel, ipsum te? et est metaphora de corporibus quibusdam, quæ στρεφόμενα χροιὰν ἑτέραν προφαίνουσι, quæ conversa alium colorem ostendunt. et 52, αἶψα μεταστρέψειε νόον μετὰ σὸν, celeriter converterit mentem suam, vel se, ad tuam mentem. μή τι μεταστρέψωσι, ne forte convertant rem dii, β, 67, ut in vestra capita recidat, quod aliis machinamini. στῆ δὲ μεταστρεφθεὶς, Λ, 594. O, 591. P, 114, stetitque conversus, ut faciem rursus verteret ad hostes, ἀντιπρόσωπος αὐτοῖς, τοῖς πολεμίοις. τῷ δὲ μεταστρεφθέντι ἐνέπηξε δόρυ μεταφρένῳ, Θ, 258. Λ, 447, ei converso infixit hastam in tergum. αὐτὸν μεταστρεφθέντα δοκεύσας, N, 545, tergum vertentem observans et excipiens. ὅτε δή ῥα Αἴαντε μεταστρεφθέντε κατ' αὐτοὺς σταίησαν, P, 732, cum Ajaces conversi contra ipsos consisterent.

μετατέρπομαι, (Τρέω) possit per tmesin esse, ο, 399, ut notet, post oblecto me, post fruor, respicio rem actam, cum voluptate; et ut sensus ibi sit, exantlati et præteriti labores sunt jucundi memoratu.

μετατρέπω, f. ψω. (Τρέω) converto. μετατρέπομαι, converto me ad aliquid, ad curandum aliquid, ἀλεγίζω: idem dicitur ἐντρέπομαι et ἐπιστρέφομαι. τῶν οὔτι μετατρέπῃ οὐδ' ἀλεγίζεις, A, 160, ad quæ merita de te mea tu nullo modo respicis neque rationem eorum habes, οὔ τι τρέπῃ μετὰ τῶν, quæ enumerarat 158, 159. cave ergo τῶν in masculino trahas ad Τρώων: est enim neutrius generis. οὐδὲ μετατρέπεται φιλότητος ἑταίρων, I, 626, neque rationem habet amoris sociorum, non convertit se ad respiciendum eos et ad amorem debitum iis. τῶν οὔτι μετατρέπομ' οὐδ' ἀλεγίζω, M, 238, ad quas aves minime converto me, neque curo eas, an prædicant quid, *kere mich nichts an sie, (I care not for them.)* in significatu proprio est A, 199, μετετράπετο, convertebat se ad Minervam a tergo suo stantem et capillos ejus prensantem: ἐστράφη, τρέψας ὀπίσω τὰς ὄψεις. quod allegorice est, reprehendit ipse se, et ad melius consilium respexit.

μετατροπαλίζομαι, (Τρέω) converto me retro, respicio. τότε δ' οὔτι μετατροπαλίζεο (imperf. sine augm.) φεύγων, tunc enim nequaquam respectabas inter fugiendum, sed contentissime fugiebas, ut ne respiceres quidem, Υ, 190, nihil speciei dabas, quasi resistere velles; nequaquam generoso modo et paullatim fugiebas; οὐκ ἐστρέφου ὀπίσω, ἀλλ' ἀμεταστρεπτὶ καὶ προτροπάδην ἔφευγες. est idem quod ἐντροπαλίζομαι.

μεταυδάω, f. ήσω. (Ἄω) adloquor, *sage zu einem, (I accost some one.)* ἔπεα Ἀργείοισι μετηύδα, I, 16. πᾶσιν, O, 103. κασιγνήτῃσι, Σ, 139. Ἀργείοισι, T, 269. δμωῇσιν, X, 449. ἑτάροισι, ψ, 5, et 569, ubi sine casu. ἀθανάτοισι, Ω, 32. et 715, λαοῖσι. ἔπεα ἀθανάτοισι μετηύδα,

α, 31. *παῖσι*, *δ*, 721. *ἀμφιπόλοισι*, *ζ*, 217, 238. *Φαιήκεσσι*, *ϑ*, 96, 386, 535. *ἀθανάτοισι*, *μ*, 376. *Φαιήκεσσι*, *ν*, 36. *μνηστῆρσι*, *υ*, 291. *φ*, 67. *ἐγὼν ἑτάροισι μετηύδων*, *μ*, 153, 270.

μετάφημι, (*Φάω*) adloquor, *ich rede an, (I address.)* loquor inter alios. *τοῖσι δὲ μετέφη*, inter hos dicebat clare, B, 411. sed 795, *μετέφη μιν*, i. e. *αὐτὸν*, alloquebatur eum. sic, *τοῖς*, Δ, 153. T, 55. *δ*, 660. *ϑ*, 132. *π*, 363. *σ*, 42, 51, 311. *υ*, 270. *φ*, 101, 140, 274.

μεταφράζομαι, (*Φάω*) post iterum cogito et perpendo in animo: *μεταβουλεύομαι. ταῦτα μεταφρασόμεσθα καὶ αὖτις*, A, 140, sed de his quidem alias consulam: nam curæ psəɹoeritos sæpe meliores; præsertim cum h. l. rex minatus esset insontibus; ad quos consolandos id addidit. simul omnes eas minas, 137—139, in odium unius Achillis protulerat, ut is magis doleret, cum audiret, amicissimis suis propter se, mala impendere. en prudentiam poëtæ in omnibus, qui nil molitur inepte. cæterum Achilles in respondendo ad has minas contra innocentes respicit, 150, 151. idem verbum hoc sensu dicitur et *ἐπιφράζομαι*, et *ἐπιμηθεύομαι*.

μετάφρενον, *ου. τὸ.* (*Φέρω*) tergum, pars corporis opposita pectori e regione: *der rücken, (the back.)* a *μετὰ*, post, et *αἱ φρένες*, pectus, diaphragma: et notat totum *τὸ ἀπὸ αὐχένος ἕως ὀσφύος ὄπισθεν*, in specie vero *τὸ ἀντικρὺ ὄπισθεν τῶν φρενῶν ἢ τοῦ στήθους. σκήπτρῳ μετάφρενον καὶ ὤμω ἔπληξε*, scipione tergum ejus et humeros percussit, B, 265, ergo est pars inter humeros. et 267, *σμῶδιξ μεταφρένου ἐξυπανέστη*, vibex exsurrexit e tergo. *μεταφρένου δόρυ ἐνέπηξε μεσσηγὺς ὤμων, καὶ διέλασε στηθῶν*, E, 41, ubi satis describitur, quid sit *μετάφρενον*. hastam intrusit tergo inter humeros, et transfixit hastam per pectora. sic et 56, *οὔτασε δουρί. μή τίς σοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐμπήξῃ δόρυ*, ne quis tibi fugienti in tergo infigat hastam, Θ, 95, nam ibi miles non est munitus. et 258, *μεταφρένῳ ἐνέπηξε.* sic et Λ, 447. *ᾧτινι μαρναμένων στρεφθέντι μετάφρενα γυμνωθείη*, si cui pugnantium circumvertenti se ad fugam terga nudarentur, M, 428, et poëta pingit stoliditatem militum, qui in ipso prœlio mallent tergum nudum hosti præbere et occumbere, quam strenue pugnantes et arma obvertentes conari an vincere queant. *ἔπληξεν μετάφρενον αὐτοῦ καὶ εὐρέε ὤμω χειρὶ καταπρηνεῖ*, Π, 791, quod Apollo fecit Patroclo; i. e. deliquium animi subitum passus est heros fatigatus pugnando et ardore solis. et 806, *ὄπιθεν δουρὶ, ὤμων μεσσηγὺ, ἔβαλεν. φεύγοντα οὔτασε δουρὶ μετάφρενον*, Υ, 402, ubi vides accusativum personæ, et ad casum loci deest præpositio *εἰς* vel *κατά*. et 488, *ἔνυξε. ἵππω ἐμπνείοντέ μοι μεταφρένῳ*, equos tam prope me ut adspirent tergo meo, P, 502. *οὐ μέν μοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξεις*, X, 283, inquit Hector ad Achillem; et *ἐν* quidem ad verbum pertinet, regit tamen casum nominis præcedentis. mentem eam Lacones tenuerunt, apud quos non erat fas sepeliri virum in tergo vulneratum. *πνοιῇ ἵππων μετάφρενον αὐτοῦ θέρμετο εὐρέε τ' ὤμω*, Ψ, 380, in certamine curuli, ubi antecedens cursor adflatur halitu equorum insequentis. *ὄπισθεν κόπτοντες δούρεσσι* (baculis, hastilibus ligneis) *μετάφρενον ἠδὲ καὶ ὤμους*, *ϑ*, 528, et est sermo de fœmina quæ ab hostibus captiva abducitur.

μεταφωνέω, (*Φάω*) una loquor, inter alios loquor, colloquor. *μετεφώνεε κήρυξ*, H, 384, vocem edidit. *τοῖσι δὲ*, i. e. *μετὰ τοῖς ἐφώνεε*, inter eos locutus est, I, 52. *Μυρμιδόνεσσιν*, Σ, 323. *Φαιήκεσσι*, *ϑ*, 201. *οἷς ἑτάροισι*, *π*, 354. *μνηστήρεσσιν*, *σ*, 35. *ἐγὼ μετεφώνεον*, sc. *αὐτοῖς*, *κ*, 67, ego respondebam iis.

μετεέργω, (*Ἔρα*) una implico et includo. *ὅρμος μετέερτο ἠλέκτροις*, una implicatus et pictus erat electris, *ο*, 495, pro *μετέερκτο*, *war besezt mit bernstein, (was set in amber.)* sic simplex, *σ*, 295, *ὅρμον, ἠλέκτροισιν ἐερμένον*, pro *ἐεργμένον*, ubi inclusa erant electra, *ὃς συνεπέπλεκτο, συνεκέκλειστο.*

μέτειμι, (*Ἔω*) una sum. intersum, *bin dabey, (I am present.)* *ὄφρα ἂν ζωοῖσιν μετέω*, pro *μετῶ*, conjunct. quousque vivis intersum, X, 388. *ὄφρα ζωοῖσι μετείω*, Ψ, 47, ubi metri causa et ionice, Iota est insertum. *οἷς δ' ὁ γέρων μετέῃσι*, quibus autem senex interfuerit, Γ, 109. i. e. *συνῇ. οὐκ ἂν γνοίης, ποτέροισι μετείη*, E, 85, non sane cognosceres, utris adesset et interesset is. *ἵνα ἀθανάτοισι μετείη*, *ο*, 251, ut interesset immortalibus. *ἔτι ζωοῖσι μετείην*, amplius in vivis essem, *κ*, 52. *θανὼν φθιμένοισι μετείην*, *ω*, 435, mortuus sim cum iis qui perierunt. *Δαναοῖσιν ἀριστῆες μετέασι*, pro *μέτεισι*, inter Græcos sunt fortes viri, H, 227. *οὔτι ἔτι ζωοῖσι μετέσσομαι*, non amplius vivis interero, *ξ*, 487, cum vivis versabor. *οὐ γὰρ παυσωλή γε μετέσσεται*, B, 386, nulla enim cessatio aderit, nulla quies intercedet per totum diem. *μετὰ δ' ἔσσεται*, una erit, I, 131, i. e. *ὀγδόη σὺν αὐταῖς ἔσται*, octava inter has erit. *ἐὼν μετ' ἐμοῖς ἑτάροισιν*, *λ*, 78, pro *μετεών. ἄνδρεσσι μετέμμεναι*, inter homines versari, Σ, 91, i. e. *ζώειν*, vivere. *σὺ δὲ κουροτέροισι μετεῖναι*, Δ, 316, ubi *τὸ*, *σὺ*, pendet a præcedente *ὤφελες*, utinam tu deberes junioribus interesse, i. e. ipse junior esse, non vero infirmus senex. et 322, *ἱππεῦσι μετέσσομαι*, inter equestres copias una versabor, i. e. *συνέσομαι. οὐ γάρ τις μέτα τοῖος ἀνὴρ*, pro *μέτεστι*, non adest aliquis talis, *φ*, 93.

μέτειμι, (*Ἔω*) post venio, post eo, sequor. *ἢ ἴθι, ἐγὼ δὲ μέτειμι*, aut i, egoque sequor, *ich will nachkommen, (I will follow,)* Z, 341. *πόλεμόνδε μέτεισι*, ad pugnam una it, N, 298. et 247, *μετὰ γὰρ δόρυ ᾔει*, pro *μετῄει*, hastam petiturus erat, *gieng nach einem spiesse, (went for a spear.)* et 90, *μετεισάμενος*, obiens. sic et P, 285, i. e. *μετελθών*.

μετεισάμενος, vide supra.

μετεκφέρω, (*Φέρω*) post effero. *τὰς δὲ μετεξέφερον Διομήδεος ἵπποι*, Ψ, 377, i. e. *μετὰ τὰς*

(θηλείας τοῦ Ἀδμήτου ἵππους) ἐξέφερον (intransitive positum, sc. ἑαυτοὺς, i. e. προέτρεχον τῶν λοιπῶν) οἱ τοῦ Διομήδους ἵπποι.

μετέπειτα, (Εἰ) post, deinde, postea, tamen, porro, idem quod ἔπειτα: et μετὰ sæpe notat, post. Ξ, 310. κ, 519. λ, 27, 639. Vide sub μετόπισθεν.

μετέπω, (Ἔπω) dico alicui, adloquor. ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν, Α, 73, ubi utrumque fere idem: nisi quod posterius etiam notat παραινετικῶς ὑποθέσθαι τὸ ποιητέον, μετέειπεν ὅπερ ἐχρῆν γενέσθαι. sic et 253. Β, 78, 283. Η, 326. Ι, 95. Ο, 285. Σ, 253. β, 24, 160, 228. δ, 773. η, 158, 185. θ, 25. ν, 171. π, 394, 399. σ, 411. υ, 244. ω, 53, 424, 452. τοῖσι δὲ καὶ μετέειπεν ὁ, Β, 336. Γ, 96, 455. Κ, 219. Ξ, 109. Τ, 76. Ψ, 889. β, 95, 157. γ, 330. λ, 341. ξ, 459. ο, 303, 438. ρ, 151, 368. ω, 441. τοῖσι δὲ καὶ μετέειφ' ἱερὴ ἲς τοῦ, β, 409. σ, 404. φ, 130. μετὰ avulsum, αὐτοῖς αὐτὸς μετὰ μῦθον ἔειπεν, Γ, 303. Ζ, 375. Η, 66. Ι, 619. ι, 171. κ, 188, 561. μ, 319. ρ, 467, 493, 495. φ, 151. χ, 4. ἀνίστατο καὶ μετέειπε, Η, 94, 170. Θ, 30. Ι, 31. η, 155. τ, 140. υ, 321. ω, 129, 421. αὐτοῖς μετὰ μῦθον ἔειπεν, Τ, 292. μετὰ Τρωαῖσιν ἔειπεν, Χ, 476. λαοῖσιν, Ω, 777.

μετέρχομαι, (Ἔρα) post eo, persequor. una eo. obeo. recentioribus in specie notat ἐπὶ ἀμύνης καὶ ἐκδικήσεως, e. c. μετῆλθεν ἡ δίκη τὸν κακόν. λέων βουσὶ μετέρχεται, ζ, 132, ubi tamen accuratiores legunt, βουσὶν ἐπέρχεται. πατρὸς ἐμοῦ κλέος εὐρὺ μετέρχομαι ἤν που ἀκούσω, γ, 38, patris mei famam latam persequor si forte alicubi de eo audire possim, ἔρχομαι (proficiscor) δι' ἀκοὴν αὐτοῦ. ἀλλά σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο, Ε, 429, inquit Jupiter ad Venerem: cura tu et obi. sic, ἔργα μετερχόμενος, villas et rem rusticam circumobiens et visitans, π, 314, coll. 318, s. ἐγὼ δὲ Πάριν μετελεύσομαι, ibo ad eum, Ζ, 280, i. e. μετά σε (post te et a te) εἰς αὐτὸν ἐλεύσομαι, *von dir will ich zu dem gehen, (from thee I will go to him,)* et sæpius hoc compositum est pro simplici. ἔρχεσθαι εἴς τινα. sæpe tamen hoc μετὰ, ὑστεροχρονίαν notat, e. c. Ζ, 296, μετεσσεύοντο, deinde movebantur. ὅστις πινυτός γε μετέλθοι, quicunque cordatus interveniat, intersit, α, 229. et 134, ὑπερφιάλοισι μετελθὼν, superbis cum istis versans, συνών. οὐκέτι ἔργον ὀνόσαιτο ἀνὴρ μετελθὼν, vir qui interesset rei, non posset reprehendere rem quæ gereretur, Δ, 539. οὐκ ἂν δὴ τόνδε ἄνδρα μάχης ἐρύσαιο μετελθὼν, Ε, 456, an non arcere possis hunc virum a pugnando, irruens in eum. et 461, Τρώων δὲ στίχας οὖλος Ἄρης ὤτρυνε μετελθὼν, eorum ordines Mars omnibus viribus suis incitabat, obiens eos. ἃς οὔτ' ἄν κεν Ἄρης ὀνόσαιτο μετελθὼν, quas sane ipse Mars non posset vituperare, præsens et obiens eas si esset, Ν, 127. et 351, Ἀργείους δὲ Ποσειδάων ὀρόθυνε μετελθὼν, accedens et obiens eos. θεοῖσι δὲ πᾶσι μετελθὼν, ad deos omnes a nobis abiens, Ξ, 334. λέων ἀγέληφι μετελθὼν, leo ad armentum accedens et in illud irruens, Π, 487. κούρῃσι μετελθὼν, ad virgines accedens, ζ, 222, vel præsentibus virginibus, apud eas exsistens: ut ergo et sit, versari cum quo, una esse. ἀλλὰ μέτελθε, at insequere, Φ, 422. in genere μετέρχεσθαί τι, est, ire ad aliquid adsequendum, petere vel repetere aliquid. sic Eurip. Phœn. 267, μετέρχεται δόμους, repetit paternas sedes, ex quibus injuste est pulsus.

μετέσσυτο, vide sub μετασεύω.

μετήορος, ου. ὁ ἡ. (Ἄω) in sublimi pendens, alte suspensus, *schwebend, in der höhe hangend, (hovering, hanging aloft.)* ab ἀείρω, i. e. κουφίζω καὶ ἄνω φορέω. recentiores scribunt eandem hanc vocem μετέωρος: sed illa Homerica scriptio analogiæ et origini est multo propior. nam ad recentiorum etymologiam poscitur perf. m. ἤοιρα (ab ἀείρω) unde est ὁ ἄοιρος, i. e. ὁ εἰς ἀέρα ἐλαφρισθεὶς, in aërem elevatus; hinc τὸ α mutatur in ε, et οι in ω, addita præpositione μετὰ, ut fiat μετέωρος. at μετήορος solo οι in ο mutato descendit a sua origine. μετήορα πάντα γένοιτο, in altum elevata omnia fierent, Θ, 26. ἄλλοτε ἀΐξασκε (τὰ ἅρματα) μετήορα, Ψ, 369, interdum subsultabant currus in aërem, *hoben sich im schnell laufen von der erde in die höhe, (bounded up from the ground as they ran swiftly along.*

μετηύδα, vide sub μεταυδάω.

μετοίχομαι, (Ἔω) persequor, sequor, adeo. Ἄβαντα μετῴχετο, petebat eum, invadebat eum, Ε, 148. ἀνὰ ἄστυ μετῴχετο Ἀθήνη, per urbem circumibat, θ, 7. et 47, κῆρυξ δὲ μετῴχετο θεῖον ἀοιδὸν, ibat ad arcessendum cantorem. ut ergo hoc μετοίχεσθαι, et τὸ μετέρχεσθαι, Ζ, 86, sæpe sit idem. nam est ἐλθεῖν εἴς τινα, ad aliquem adire. εἴ τις καὶ τούσδε μετοιχόμενος καλέσειε, si quis et hos adiens advocaret, Κ, 111. τίς σοι μετοιχομένη, φάος οἴσει, quænam tibi, tecum iens, lumen portabit, τ, 24.

μετοκλάζω, f. άσω. (Κλάω) subsido in genua, *sinke in die knie, auf die knie nieder, (I fall, sink upon my knee.)* idem dicitur ὀκλαξ καθῆσθαι, i. e. ἐπὶ τὸ γόνυ. μετοκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει, Ν, 281, demittit genua, et super ambos pedes sedet ex more Orientalium. ὀκλάζω, submissis genibus subsido, *ich kauere, (I cower.)* Vide sub ἵζω.

μετοπάζω, f. άσω. (Ἔπω) una sequi facio. ἀρχὸν δὲ ἀμφοτέροις μετώπασα, præfectum utrisque præbui et adjunxi, κ, 204.

μετόπισθεν, (Ἔπω) adverb. a tergo. postremo. καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, Α, 82, etiam in posterum retinet iram manentem. μήτις μετόπισθε μιμνέτω, ne quis a tergo remaneat, *dass niemand zurück bleibe, (that no one may lag behind,)* Ζ, 68, nam sæpe, spoliorum caussa, progrediente exercitu, morantur quidam a tergo. αὐτῷ τοι μετόπισθε ἄχος ἔσεται, Ι, 249, i. e. ὕστερον, postea. et 500, μετόπισθε Ἄτης ἀλέγουσι κιοῦσαι, ubi pertinet adverbium partim ad participium, partim ad genitivum: et sermo est de deprecationibus, quæ errorem sequi

solent commissum, et eum procurare student. τὸν μετόπισθε λαβὼν ποδὸς, K, 490, hunc pone prehensum pede. ἴχνια γὰρ μετόπισθε ποδῶν ἔγνων ἀπιόντος, N, 71, a tergo enim gressum pedum abeuntis agnovi, *denn ich habe ihn von hinten zu am gange erkannt, als er weg gieng, (for I recognised him from behind by his gait, as he was going away.)* στρεφθεὶς γὰρ μετόπισθεν, O, 645, conversus retro. et 672, ὅσοι μετόπισθεν ἀφέστασαν, quotquot a tergo procul steterant. ὅσοι δὴ μετόπισθε μάχην ἤγειραν, quotnam deinde et post hos pugnam congregatim fecerint, P, 261. τρὶς μέν μιν μετόπισθε ποδῶν λάβε, Σ, 155, ter deinde. καὶ παῖδες παίδων, οἵ κεν μετόπισθε γένωνται, Y, 308, et nati natorum, et qui postea nascentur ab illis, i. e. nepotes, et nepotum posteri. Τρωσὶν δ' αὖ μετόπισθε γερούσιον ὅρκον ἕλωμαι, X, 119, a Trojanis etiam deinde capiam jusjurandum per principes dandum. et 334, ἐγὼ μετόπισθε λελειμμην, ego post eum reliquus eram. et 396, μετόπισθε ποδῶν τένοντε, a posteriore parte pedum, *hinten am fuss, (at the hinder part of the foot.)* εἴ κεν μετόπισθεν ἐλαύνοι, si a tergo agitaret vel illum equum, Ψ, 346, post te. αἰδῶ καὶ φιλότητα τεὴν μετόπισθε φυλάσσων, Ω, 111, reverentiam tui et amorem etiam post hoc custodiens. et 436, μή μοί τι κακὸν μετόπισθε γένηται. et 687, παῖδές σοι μετόπισθε λελειμμένοι, filii tui qui sunt relicti tibi, i. e. οἱ ἔτι ζῶντες, post tot occisos. οὐδέ τις ἐστὶ χάρις μετόπισθ' εὐεργέων, δ, 695, neque post est ulla gratia benefactorum. sic et χ, 319. μήπως σοὶ μετόπισθε κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ, ε, 147, ne tibi deinde iratus molestias creet. μηδέ σοι ξίφεος ποθὴ μετόπισθε γένοιτο, ϑ, 414, neque tibi ensis desiderium deinde oboriatur. μετόπισθε νεὼς κατέβαλε, ι, 539, post navem, a tergo navis. οἳ δὴ μετόπισθεν ὄλοντο, λ, 381, qui postea successive perierunt: coll. 382, 383. et 223, ἵνα καὶ μετόπισθε τεῇ εἴπῃσθα γυναικὶ, ut et in posterum tuæ narres uxori. ὅσοι μετόπισθε, πρὸς ζόφον, ν, 241, qui a tergo, versus occidentem, habitant: nam utrumque est idem. pro μετόπισθεν est μετέπειτα, ξ, 403, in opposito ad αὐτίκα. αὐτῷ σοὶ μετόπισθ' ἄχος ἔσσεται, χ, 345. τοῖς, οἳ νῦν γεγάασι, καὶ οἳ μετόπισθεν ἔσονται, ω, 84.

μετοχλίζω, f. ίσω. (Χάω) dimoveo, transmoveo. οὔτις ὀχῆας ϑυράων ῥεῖα μετοχλίσσειε, Ω, 567, nemo pessulos januarum facile removeat, μετακινήσειεν ἄν. sic et de lecto, ψ, 188, nemo facile id transponere in alium locum possit. et ὁ μοχλὸς fortasse dictus fingi possit a μὴ et ὀχλίζεσθαι, ὁ μὴ ὀχλιζόμενος, i. e. μὴ μετακινούμενος, sc. ab alienis, qui ab aliis non removeri potest.

μετρέω, f. ήσω. (Μείρω) metior. πέλαγος μέγα μετρήσαντες, γ, 179, i. e. διαπεραιωσάμενοι. nam transiens mensurat quasi. μετρεῖν ponitur et pro, mutuum utendum dare, Aristoph. Ach. 1020. et μετρεῖσθαι est, mutuum utendum sumere, Hesiod. Ἔργ. 347.

μέτρον, ου. τό. (Μείρω) mensura, modus, *das maass, (a measure:)* in specie, vas quo aliquid metimur, de siccis et humidis. et ejusmodi vas semper continet partem, ut exploremus, quoties hæc pars insit toti. apparet ergo, nomen esse a μείρω, aut a τὸ μέρος, interserto τ. μέτρα χίλια οἴνου, H, 471. ejusmodi μέτρον postea dictum est ὁ ξέστης, ου. μέτρα ἐν χερσὶν ἔχοντες, M, 422, ubi μέτρα sunt αἱ τὴν γῆν μετρῶσαι ἄκαιναι, αἷς τὰ πολεμικὰ ἐοίκασιν ἀκόντια, *messstäbe, (rods for measuring land:)* et ἡ ἄκαινα dicitur, quia στερίσκει τοῦ καίνεσθαι τοὺς ἐρίζοντας περὶ γῆς, prohibet ne interficiant se mutuo, litigantes de agro. τέσσαρα μέτρα κεχανδὼς λέβης, Ψ, 268, capiens quatuor modios. et 741, κρατὴρ ἓξ μέτρα χανδάνων: ut appareat, μέτρον indicare certam tunc temporis notam mensuram, jam vero nobis incertam. εἴκοσι μέτρα ἀλφίτου, farinæ, β, 355. ὕδατος ἔχευε ἀνὰ εἴκοσι μέτρα, ι, 209, ubi sermo est de vino generosissimo, cujus uni parti admisceri poterant viginti partes aquæ: ut ergo ibi indeterminata mensura, modo ut æquali portione repetatur, designetur. ἐπεὶ ἥβης ἐρικυδέος ἵκετο μέτρον, cum pervenisset ad mensuram floridissimæ juventæ, Λ, 225, ut μέτρον sit ἡ ἡλικία. sic, εἰ ἥβης μέτρον ἵκοντο, si ad plenam juventam pervenissent, λ, 316. μέγας εἷς, καὶ ἥβης μέτρον ἱκάνεις, inquit mater ad Telemachum, σ, 216. sic de eodem, ἱκάνει, τ, 532. μέτρα κελεύθου, δ, 389, i. e. κέλευθον. sic et κ, 539, viam ipsam, et mensuram itineris. ὅταν ὅρμου μέτρον ἵκωνται, ν, 101, i. e. εἰς τὸν ὅρμον, in plenum portum. sic et μέτρον κελεύθου potest intelligi, plena enarratio quo modo sit proficiscendum.

μετώπιον, ου. τό. (Ὄφ) est interstitium inter supercilia duo statim super naso, *der kleine raum zwischen den augenbraunen über der nase, (the small space between the eye-brows above the nose,)* τὸ μεσόφρυον. sic τὸ μεταμάζιον est τὸ μεταξὺ τῶν μαζῶν, et τὸ μεταίχμιον est τὸ μεταξὺ δύω στρατῶν. ita et μετώπιον, τὸ μεταξὺ ὠπῶν, interstitium inter oculos. cæterum hoc nomen non est deminutivum, sicut nec τὸ ἴχνιον, vestigium: sed est derivativum a τὸ μέτωπον, vel potius compositum ex μετὰ, inter, et οἱ ὦπες, oculi. μετώπιον ὀξέϊ δουρὶ ἔνυξε, i. e. κατὰ τὸ μετώπιον, in illud interstitium percussit eum hasta, Λ, 95. sic et, ἔβαλεν αὐτὸν (κατὰ) μετώπιον ὀξέϊ λᾶϊ Π, 739, percussit eum in ima fronte acuto saxo.

μέτωπον, ου. τό. (Ὄφ) frons, *die stirn, (the forehead.)* pars capitis supra oculos, τὸ μετὰ τοὺς ὦπας. ἐνέπηξε μετώπῳ, fronti infixit hastam, Δ, 460. Z, 10. ἤλασε μέτωπον ῥινὸς ὑπὲρ πυμάτης, percussit frontem supra extremitatem nasi, N, 615, ex quo loco apparet, περατοῦσθαι τὸ μέτωπον πρὸς τῇ ἀρχῇ τῆς ῥινός, frontem ibi finiri, ubi superne incipit nasus. οὐδὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσιν ἰάνθη, neque frons super supercilia nigra exhilarabatur, O, 102. οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι μέτωπον ἐγγύθι λαμπομένης, non enim vident in propin-

quo frontem galeæ meæ splendentis, Π, 70, ubi notatur, loco totius, pars galeæ ad μέτωπον Achillis κειμένης. ἀνδρὸς θείοιο κάρη χαρίεν τε μέτωπον, viri divini caput et venustam frontem, Π, 798. θρυλλίχθη δὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι, læsa est frons super supercilia, Ψ, 396. et 454, ἐν δὲ μετώπῳ λευκὸν σῆμα ἐτέτυκτο, in fronte equi erat alba nota. πασάων δ' ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα, ζ, 107, de Diana inter nymphas suas, super omnes illa eminet capite et fronte, *ist eines halben kopfes höher als alle, (is taller by half a head than all the others.)* ὁ δὲ χθόνα τύπτε μετώπῳ, terram percutiebat fronte, moribundus ex vulnere accepto, χ, 86. et 94, χθόνα δ' ἤλασε παντὶ μετώπῳ.

μέχρι et μέχρις, (Ἔω) adverb. usque ad, *biss, (as far as, till.)* tenus. ponitur de loco et de tempore. est ab ἅμα, una, et ἰκηρὸς ab ἵκω, ortum. μέχρι θαλάσσης, usque ad mare, N, 143, ubi est de loco. τέο μέχρις, quousque, pro μέχρι τίνος, Ω, 128, ubi est de tempore, quoad, quamdiu.

ΜΗ', ne, non. varie construitur. cum *conjunctivo*, σὺ ἀπόστιχε, μή σε νοήσῃ Ἥρη, tu abi, ne te animadvertat Juno, Α, 522. et 587, μή σε ἴδωμαι θεινομένην, ne te videam vapulantem. sic Δ, 37. Ε, 684. Ζ, 265. cum *imperativo*, μή με ἔρεθε, μή σε μεθείω, Γ, 414, ne me irrita, ne te relinquam. μὴ ψεύδεο, ne mentire, Δ, 404. sic Ι, 345. Κ, 145. Π, 22, 19. cum *optativo*, μὴ πρὶν ἀναΐξειαν, ne ante exsurgerent cum impetu, Δ, 114. μὴ παῖδα ὀρφανικὸν θείης, Ζ, 432, ne filium orbum facias. post verba timendi *affirmat*, ut Latinorum *ne*. δείδοικα μή σε παρείπῃ, vereor ne te verbis commoverit ad malum, Α, 555. sic Ι, 244. Ν, 745. Ξ, 44. Φ, 329. sæpe est, *num?* ὄφρα ἴδωμεν, μή τοὶ (αὐτοὶ) κοιμήσωνται, ut videamus, num illi dormiant, Κ, 98, et 101, οὐδὲ ἴδμεν, μή πως μενοινήσωσι, neque scimus, an forte in animo habeant, *ob nicht etwa, (whether perhaps.)* sic et Romani; vide ne id tibi obsit, *siehe zu ob dir das nicht schaden könne, (look to it whether it may not hurt thee.)* sæpe additur οὐ. μή νύ σοι οὐ χραίσμῃ, Α, 28, ne forte tibi non prosit. μὴ etiam *interrogat*; μή πού τινα δυσμενέων φάσθε ἔμμεναι ἀνδρῶν; ζ, 200, num forte aliquem hostium putatis esse? *denket ihr denn etwa? (do you imagine?)* adhibetur in *jurejurando*: Ἐννοσίγαιον ὄμνυθι, μὴ μὲν ἑκὼν τὸ ἐμὸν δόλῳ ἅρμα πεδῆσαι, Ψ, 585, jura per Neptunum, non sane dolo malo meum currum impedivisse. μὴ μὲν ἐγὼ κούρῃ χεῖρα ἐπενεῖκα, Τ, 261, ubi jurat Agamemnon de non violata a se Briseide; et deberet esse: ἴστω Ζεὺς, μή με τόδε ποιῆσαι. sed est ἔλλειψις, ut plene sit: ὄμνυμι ἐγὼ, μὴ ποιῆσαι τόδε. μὴ μὲν τοῖς ἵπποισιν ἀνὴρ ἐποχήσεται ἄλλος Τρώων, Κ, 330, præcedente 329, ἴστω Ζεὺς, non sane istis equis vir vehetur alius Trojanorum: et jurat ibi Hector Doloni, se daturum ei esse Achillis equos. et ibi, præter voluntatem suam, Hector innuit, neminem omnino hos equos conscensurum præter Achillem: sed addito sequente versu voluntas ejus determinatur. sic sæpe veritas clarissime dici videtur, quæ deinde per addita alia rursus tenebris involvitur: atque, ut h. l. forte fortuna, sic alibi consulto id fit. notat et, *neutiquam*: μή με νοήσῃ, Φ, 563, *er muss mich ja nicht gewar werden, (he must not perceive me.)* nam hæc prior consultationis pars est, non pugnandum cum eo mihi est. confer jam porro μὴ, Α, 32. Μ, 216, 403. Ζ, 261, 360. Ο, 41, 93, 164. Π, 30, 89, 545, 839. Ρ, 17. Σ, 126, 463. Τ, 24, 29, 306. Φ, 517. Υ, 30, 62. Χ, 123, 339, 345, 358. Ω, 53, ubi sunt minæ. 218, 569. α, 133, 386, 403. β, 373. δ, 254, 684, imprecans. 699, 747. ε, 467, ubi deest δείδω. ζ, 147. ι, 530, pertinet ad ἱκέσθαι. λ, 633. μ, 106. ν, 21, 46, 362. ο, 90, 199, 278, 358. π, 179, 255, ubi deest σκόπει, vel δείδω, vel simile: nam sensus est, δέος ἐστὶ, μὴ, τίσεσθαι τοὺς κακοὺς προθέμενος, πικρανθῇς αὐτός. 389, 437, 457. ρ, 24, 188, 399, 448, 479. σ, 13, 166, 333. τ, 390. υ, 344. φ, 111, 286, 370, 395, ne forte, num forte. χ, 251. ω, 352, 461, 490. μὴ ὄφελες λίσσεσθαι αὐτὸν, utinam illum non rogaturus fuisses, Ι, 694. μὴ λάθοι, pro ἵνα μὴ vel ὄφρα μὴ, Κ, 468. Ψ, 190. plene est Θ, 468, ὡς μὴ πάντες ὄλωνται, ut non omnes pereant. et Κ, 367, ἵνα μή τις φθαίη, ut ne quis occupet, *zuvorkomme, (anticipate.)* μή νυ, ne certe, Α, 566. εἰ μή τις, Η, 98. μή που, β, 179. μ, 300. σ, 106. μὴ καὶ, Χ, 55. μὴ μὰν, Θ, 512. Χ, 304. ὅτε μὴ, nisi, Ξ, 248. π, 197. ψ, 185, et est hoc attice positum, sicut et ὅτι μή. εἰ μὴ commune est. αἴκε μὴ, Σ, 91. μὴ πρὶν, Β, 413. Ξ, 46. μὴ δὴ, Α, 545. Π, 81, 128. Ρ, 502. Σ, 8, ubi deest δείδω vel δέδοικα, vereor. Υ, 431. Ψ, 7. Ω, 65. ε, 300. ν, 421. μήτε, μήτε, Α, 275, 277. Ε, 827. Η, 400, 401. Π, 98. Ω, 337. α, 39. ξ, 387. ρ, 401. σ, 78. μή τις, Β, 354. Γ, 107. Ζ, 57, 68. Θ, 7, 95, ubi deest ὅρα vel δείδιθι, vide, verere. Κ, 511. Ν, 649. Ξ, 90. Π, 200, 446. Ρ, 422. Χ, 207. Ω, 650. ι, 356, sc. δείδω. sic, τ, 121. π, 381, ubi deest, διὸ δέδοικα. et 134. σ, 140. υ, 308. μή τι, Α, 550. Β, 195. et interserta particula πῶ, μή πώ τι, Δ, 234, ne forte. Ν, 52. μή μοί τι, Ζ, 486, ubi est τμῆσις, pro μή τί μοι, i. e. μηδαμῶς. μήτε ἄρ τι, Φ, 288, neque jam sane. μηδὲ, vel μὴ δὲ, ubi δὲ sæpe est pro δὴ, Α, 550. Β, 260, 435. Γ, 160, 434, 407. Δ, 184, 303, 302, 305. Ε, 441. Ζ, 58, 59. Κ, 237, 239. Θ, 244. Ν, 48. Ξ, 85. Ο, 159, 376. Ρ, 31. Τ, 22, 233, 403. Υ, 121. Φ, 338, 340, 375. Χ, 57, 85, 185, 243, 250. Ω, 148, 152, 171, 177, 181, 778. α, 289. δ, 710, 754, 825. θ, 414. ξ, 168. λ, 250, 612, ubi duplex negatio, μὴ μηδὲ ἄλλο τι, non sane artem omnem adhibens aliud quid magis artificiose elaborare possit, *es ist nicht möglich, dass der was noch künstlichers verfertigen könnte, (it is not possible that he could produce a more ingenious piece of work.)* υ, 82.

μηδὲ, vide sub ΜΗ', prope finem.

μηδείς, μηδεμία, μηδὲν, (Ἔω) nemo, nul-

lus. quasi μηδὲ εἷς, ne unus quidem, *auch nicht einer, (not even one.)* μηδὲν ἑλέσθαι, omnino nihil accepisse, Σ, 500.

μήδομαι et μήθομαι, f. μήσομαι. (Μάω) prudenter consulto, *überlege, fasse rath, beschliesse, (I consider, weigh maturely.)* ἄλλο τι δὴ σὺ, θεὰ, τόδε μήδεαι, οὐδέ τι πομπὴν, ε, 173, aliud quid sane tu dea, per hoc machinaris, non vero dimissionem amicam. ἥ σοι χωομένη κακὰ μήδεται, quæ tibi irata, mala struit in animo suo, Φ, 413. ἃ Ζεὺς μήδετο (augm. omisso) ἔργα, Β, 38, quæ Jupiter statuerat futura. sic, αὐτοῖς κακὰ μήδετο Ζεὺς, παννύχιος κτυπέων, Η, 478, mala struebat contra eos, et in animo decreverat, cum per totam noctem tonaret: ἐβουλεύετο κακὰ διδοὺς ἄνωθεν σημεῖα. cæterum h. l. est τρόπος ἐτυμολογικὸς τοῦ, μητιέτης, quod epitheton ibi exstat. κακὰ δὲ φρεσὶ μήδετο ἔργα, Achilles contra illos miseros, Φ, 19, statuebat animo malas res, cædem nimirum immitem. sic et Ψ, 176. Ἕκτορα δῖον ἀεικέα μήδετο ἔργα, indigna in eum machinabatur Achilles, Χ, 395, i. e. εἰς Ἕκτορα. sic et Ψ, 24. τότε δὴ Ζεὺς λυγρὸν ἐνὶ φρεσὶ μήδετο νόστον Ἀργείοις, decernebat secum tristem reditum Græcis, γ, 132. et 160, Ζεὺς δὲ οὔπω μήδετο νόστον, nondum volebat ut redirent. et 166, ἐγίνωσκον, ὅτι κακὰ μήδετο δαίμων, machinaretur deus. sic et μ, 295, cogitaret contra eos. καὶ τότε Ὀδυσῆϊ μήδετο πομπὴν, ε, 233, decernebat ei in animo dimissionem ἐμοὶ κακὰ Ζεὺς, ξ, 243. et 300, Ζεὺς αὐτοῖς ὄλεθρον. οὐ Λωτοφάγοι μήδοντο ἑτάροις ὄλεθρον, ι, 92, non struebant illis perniciem. τι ἔτι μεῖζον ἐνὶ φρεσὶ μήσεαι ἔργον; λ, 473, quid adhuc majus propones tibi in animo efficiendum? σὺ δέ οἱ κακὰ μήσαο, pro ἐμήσαο, tu autem mala contra eum decreveras, Ξ, 253. sic, Προῖτος κακὰ αὐτῷ ἐμήσατο θυμῷ, agitabat in animo contra eum et statuebat, Ζ, 157. τόσα γὰρ κακὰ μήσατο Ἀχαιοὺς, tot enim mala cupide struxit in eos, Κ, 52, ubi deest εἰς. 289, μάλα μέρμερα μήσατο ἔργα, ausus est ardua. Αἴγισθος ἐμήσατο ὄλεθρον, sc. Ἀγαμέμνονι, γ, 194, struxit ei mortem. et 249, τίνα δ' αὐτῷ μήσατο ὄλεθρον Αἴγισθος δολόμητις, qualem mortem. et 261, μάλα γὰρ μέγα ἔργον, valde magnam rem ausus erat. et 303, ταῦτα λυγρὰ Αἴγισθος οἴκοθι, domi patravit. ὃς (Ἀντιφάτης) δὴ τοῖσιν ἐμήσατο λυγρὸν ὄλεθρον, κ, 115, decernebat animo: nam devorare cupiebat eos. vides ergo, huic verbo manifesto inesse notionem τοῦ, μάειν, quærendi, cupiendi, studendi: ut ergo recte ad thema μάω pertineat. οἷον δὴ καὶ κείνη ἐμήσατο ἔργον ἀεικὲς, indignum peragere proposuit sibi, λ, 428, de Clytæmnestra. ὅσας ὑπερβασίας οὗτος σῷ ἐνὶ οἴκῳ, χ, 169. ἐν νόστῳ γάρ μοι Ζεὺς ὄλεθρον, ω, 96, ubi loquitur anima Agamemnonis, et ea ad Jovem refert, quod Ægisthus fecit: nam sine dei consilio nihil omnino fieri potest. et 198, Τυνδαρέου κούρη (ἡ Κλυταιμνῆστρα) κακὰ ἔργα, occidendo virum. et 425, ἦ μέγα ἔργον ἀνὴρ ὅδε μήσατο (εἰς) Ἀχαιοὺς, faciendum suscepit contra nobiles homines. et 443, οὐ γὰρ Ὀδυσσεὺς ἀθανάτων ἀέκητι θεῶν τάδε μήσατο ἔργα, sc. cædem procorum. τὰ μὲν νοέω, ἅτινα ἂν ἐμοὶ αὐτῇ μηδοίμην, ὅτε με χρειὼ τόσον ἵκοι, inquit Calypso ad Ulyssem, ε, 189, et ad νοέω additum est, καὶ φράσομαι, i. e. ἃ νοέω: (quæ sentio re vera in animo) ἐκεῖνα καὶ συμβουλεύσομαι, (ea et suadebo tibi,) ἃ καὶ ἐμοὶ φρασαίμην ἂν (quæ et mihi ipsi suaderem et consulerem) ὅτε εἰς τοσοῦτον χρείας ἔλθω, si in tantam necessitatem venissem. αὐτός τε εὖ μήδεο, πείθεό τε ἄλλῳ, Β, 360, et ipse bene consule et decerne in animo, et obsequere alii bene consulenti. nam regum εὐβουλία duplex est: ἡ ἰδία κατ' ἑαυτοὺς, καὶ ἡ σὺν τοῖς βουλευταῖς, et loquitur ibi Nestor ad regem. conf. πείθομαι. cæterum, præsens quoque esse μήθομαι, apparet ex ὁ ἡ προμηθὴς, providus, et ex ὁ Ἐπιμηθεὺς, qui post consulit.

μῆδος, εος. τό. (Μάω) cura, consilium, providentia, præcognitio. est a μαθέω vel μήθω, ex quo μανθάνω: θ vero et δ facile alternant. in plurali τὰ μήδεα notant et, partes pudendas viriles, τὰ τοῦ ἄῤῥενος αἰδοῖα, quæ et μέζεα dicuntur a μέδω, i. e. ἄρχω, quia in animali sunt initium aliquod vitæ. ἐν πυρὶ δὴ βουλαί τε γενοίατο μήδεά τ' ἀνδρῶν, Β, 340, num sane voluntates cum consilio captæ et curæ virorum fient in ignem, *sollen denn die anschläge alle zu wasser werden? (shall then all the deliberations come to nothing?)* Ὀδυσσεὺς, εἰδὼς παντοίους τε δόλους καὶ μήδεα πυκνὰ, Γ, 202, qui novit varia et clandestina consilia. et 208, ἀμφοτέρων (Menelai et Ulyssis) δὲ φυὴν (staturam et corporis figuram) ἐδάην (cognovi) καὶ μήδεα πυκνὰ, et densa eorum consilia. et 212, ὅτε δὴ μύθους καὶ μήδεα πᾶσιν ὕφαινον, cum texerent omnibus verba et cogitata, i. e. cum eloquerentur in concilio prudenter cogitata. ergo μήδεα sunt βουλεύματα, quæ quis ipse præcognovit et præexaminavit. κήρυξ, πεπνυμένα μήδεα εἰδὼς, Η, 278, quæ est descriptio prudentis præconis, qui est Διὸς (i. e. τοῦ νοῦ) ἄγγελος, præter quod et est nuntius majestaticus. sic, κηρύσσων γήρασκε, φίλα (amica erga regem suum) φρεσὶ μήδεα εἰδὼς, Ρ, 325. πεπνυμένα, β, 38. μάχης ἡμετέρης μήδεα πάγχυ ἐπικείρει δαίμων, fortuna prorsus incidit omnia consulta et destinata pugnæ nostræ, Ο, 467. sic et, Ζεὺς, Π, 120, ubi cave, putes, poëtam quasi jlocalariter alludere ad Jovem, τεχνίτην ὄντα κείρειν μήδεα, ut sit amphibolia in nomine μήδεα. quod Jupiter genitalia patri suo præcidisse narretur. nam Homerus sordidam eam fabulam, a recentioribus fictam, prorsus ignoravit. sunt ergo h. l. sicut præcedente, μήδεα simpliciter βουλεύματα, consulta, *die anschlage und absichten und mittel, (the resolutions, intentions, and means.)* et vide, quam facile scriptori affingi possint cogitata, ab hominibus ingenio abundantibus. θνητός ἐστι καὶ οὐ τόσα μήδεα οἶδε, Σ, 363. υ, 46, de homine, respectu ad deum. sic, Ζεὺς, ἄφθιτα μήδεα εἰδὼς, cujus consulta et decreta non pereunt aut intercidunt, Ω, 88. et 282, Πρίαμος καὶ κῆρυξ, πυκινὰ φρεσὶ μήδεα ἔχοντες, ambo valde prudentes et deli-

berata mente. sic et 674. Ἀλκίνοος δὲ (rex Phæacum) θεῶν ἄπο μήδεα εἰδὼς, a diis doctus consilia, ζ, 12, θεόσοφος: et est hic θείου καὶ σοφοῦ ἀνδρὸς ἔπαινος. sic de Ulysse, ἄνδρα, θεοῖς ἐναλίγκια μήδεα ἔχοντα, ν, 89, virum prudentissimum. σά τε μήδεα, λ, 201, ubi mater Ulyssis inter causas mortis suæ enumerat desiderium filii sui, et prudentiam ejus quam desideraverit absentis, itidemque comitatem ejus. et 444, λίην γὰρ πινυτή τε, καὶ εὖ φρεσὶ μήδεα οἶδε, Penelope prudens et recte cogitans. γρηῢς, πυκινὰ φρεσὶ μήδεα ἔχουσα, anus, prudenter animata, et bene sentiens, τ, 353. vides igitur, μήδεα semper ad cogitata prudenter poni, non vero ad curas sollicitas et inquietas. πτόρθον (frondem) ὡς ῥύσαιτο μήδεα φωτὸς, quæ velaret inguina viri, ζ, 129. ζώσατο ῥάκεσι περὶ μήδεα, cingebat se pannis suis circa genitalia, σ, 66. et 86, μήδεά τ' ἐξερύσας δώῃ κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι, et inguina tibi evellens det ea canibus cruda dilaceranda et voranda; quæ supplicii erat magna pars. sic χ, 476, μήδεά τ' ἐξέρυσαν, cum Melanthius crudeli supplicio afficeretur. τὰ μέζεα apud Hesiodum fiunt ex μήδεα, correpto η, et mutato ut solet δ in ζ.

μηκὰς, άδος. ἡ. (Μῆλον) est in poëta epitheton capræ: unde deinde et μηκάω ad capras determinari cœptum est. μηκάδες αἶγες, Λ, 383. ὄϊες καὶ μηκάδες αἶγες, Ψ, 31, et fortasse epitheton ad utrasque referendum est. μηκάδας αἶγας, ι, 124. et 244, ἤμελγεν ὄϊς καὶ μηκάδας αἶγας.

μηκάω, f. ήσω. (Μῆλον) ponitur de voce ovium et caprarum. recentiores id verbum proprie de capris retinuerunt, de ovibus dixerunt βληχᾶσθαι, sumentes id ex μ, 266. cæterum est verbum ex sono ipso factum. dicitur idem μηκάζειν. ὄϊες μυρίαι, ἀζηχὲς μεμακυῖαι, ἀκούσασαι ὄπα ἀρνῶν, Δ, 435, oves innumeræ, assidue balantes, postquam audiunt vocem agnorum suorum. possit hæc forma esse præter. perf. medii, a μηκάω, f. 2. μακῶ, aor. 2. ἔμακον, præt. perf. m. μέμακα, cujus particip. μεμακώς: sed antiquis magis arridet syncope, pro μεμηκηκυῖαι, ut sit particip. perf. activi. priore η mutato in α. cæterum huic sono confuso comparat τὸν θόρυβον in exercitu Trojano, cum Græcos laudasset a silentio suo inter eundum. syncope ista magis apparet, K, 362, ὁ λαγωὸς προθέησι (a forma προθέημι, pro προθέω, procurro) μεμηκὼς, pro μεμηκηκὼς, ubi id verbum et de lepore dicitur, ejusque sono quem edit jam jam comprehendendus a canibus: *quäkend, (crying.)* simul idem refertur ad κεμάδα, hinnulum, 361, cum κεμὰς per transpositionem et correptionem sit dicta, quasi μηκάς. a præt. perf. m. μέμακα, fit *novum verbum ionice*, μεμήκω, cujus imperfectum est, ι, 439, θήλειαι δὲ ἐμέμηκον, oves fœminæ balabant; sic tamen ut simul intelligantur capræ. de bove dicitur μυκάω. sic et de cornice dicitur κρώζειν, de angue συρίζειν vel συρίττειν. Vide sub ΜΗ͂ΛΟΝ.

μηκέτι, (Τῶ) adverb. non jam, non amplius, nunquam. B, 259, 435, in quo versu ad finem legendum, μηδ' ἔτι. H, 279. N, 292. Σ, 295. Υ, 244, 354, 376. Ψ, 492, 735. Ω, 560. γ, 240. δ, 543. κ, 297, 456, 488, 547. ν, 296. ρ, 320. σ, 202. τ, 263, 584. υ, 314.

μήκιστος, η, ον. (Μάχω) longissimus. τὸν δὴ μήκιστον καὶ κάρτιστον ἄνδρα, hunc sane procerissimum et robustissimum virum, H, 155. οὓς δὴ μηκίστους, quos certe procerissimos, λ, 308—311. τί νύ μοι μήκιστα γένηται, ε, 299, ubi neutrum plurale adverbialiter; sicut Germani: *wie wird es doch mit mir in die länge werden! (what will become of me in the long run!)* τίνα μοι κακὰ μείζω γένηται, quæ mala mihi majora nascentur. quidam h. l. legi jubebant μήχιστα, quasi esset neutrum plurale superlativi, a τὸ μῆχος, i. e. μηχανὴ, consilium: sed dudum sunt explosi.

μῆκος, (dorice μᾶκος) εος. τό. (Μάχω) longitudo, *die länge, (length.)* est a μάχω, contendo; quod confer. τόσον ἦν (τοῦτο τὸ ῥόπαλον, εἰς vel κατὰ μῆκος, ι, 324, *so lang war er, (it was so long;)* et τὸ πάχος, crassitudo, deinde additur: et sermo est de scipione vel clava Cyclopis. μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι, λ, 311, longitudine erant novem orgyiarum, *neun klaftern hoch, (nine fathoms in height;)* et sermo est de Oto et Ephialte; coll. 310, ubi vides, proportionem crassitudinis vel latitudinis corporis humani esse, tertiam partem longitudinis: ἔτι πλάτος σώματος ἐστὶ τὸ τρίτον τοῦ μήκους αὐτοῦ. μῆκος δὲ ἔπορε Ἄρτεμις, υ, 71, ubi sermo est de pulcris puellis, quibus deæ dona dederant: ergo Diana proceritatem corporis.

μήκων, ωνος. ἡ. (Μάχω) papaver, *maun, (the poppy.)* est φυτὸν, οὗ τὸ σπέρμα εἰς ὕπνον εὐοδοῖ. dicitur et ἡ κώδεια et κωδύα. habet nomen a τὸ μῆκος: et communis usus dixit μάκων. μήκων δὲ ὡς, Θ, 306, 307, ubi parabola de ea. et Ξ, 499, ubi caput papaveris vocatur κώδεια.

μηλέα, ας. ἡ. (Μῆλον) malus, *ein apfelbaum, (an apple-tree.)* μηλέαι ἀγλαόκαρποι, η, 115, quia id pomum et figura et colore est pulcerrimum, coll. 120. sic λ, 588. δίκα μηλέας, ω, 339. hoc nomen non contrahitur in μηλῆ, sicut ἡ συκέα contrahi solet in συκῆ: quemadmodum nec ἡ μορέα. fructus ejus arboris, præter τὰ μῆλα, dicuntur et τὰ ἦλα, et τὰ μάδρυα, quasi per syncopen pro μαλόδρυα, idque pro μηλόδρυα, ad similitudinem τοῦ, ἀκρόδρυα: etiam τὰ βράβηλα, ὡς εὐκοίλια, καὶ τὴν βορὰν ἐκβάλλοντα, quod alvum laxam conservant, et excrementa ciborum ejiciunt leniter. dicuntur et κοκκύμηλα. ab ἡ μηλέα habent et αἱ Μηλίδες (dorice Μαλίδες) Νύμφαι nomen; quæ et αἱ Μαλιάδες. conf. ἡ συκέα.

μηλοβοτὴρ, ῆρος. ὁ. (Βοῦς) pastor ovium, sic tamen ut per μῆλα etiam alia pecora intelligi possint. κτεῖνον δ' ἐπὶ (interficiebant insuper) μηλοβοτῆρας, Σ, 529, ubi συλληπτικῶς sunt pastores ovium boumque: οἱ τῶν μήλων ποιμένες καὶ οἱ βουκόλοι: quemadmodum τῷ τῶν βοῶν ὀνόματι, 530, καὶ τὰ μῆλα συμπεριείληφε.

ΜΗ͂ΛΟΝ, ου. τό. proprie est, ovis, *ein*

schaaf, (a sheep.) deinde τὰ μῆλα sunt oves et capræ, pecudes, grex ovium caprarumve. deinde alia omnia quadrupedia, etiam feræ. ovis erat eximium animal priscis; nominatum a sono quem edit, a quo et est τὸ μηκᾶν. et ob istam præstantiam etiam malum, *ein apfel, (an apple,)* dictum est τὸ μῆλον: imo et deinde omne pomum. ἡ μηλωτὴ est ἡ δορὰ αἰγῶν ἢ προβάτων, quæ et dicitur ἡ οἴα et ἡ οἴα, et ὄα, et ᾦα, et οἰέη, et οἰέη, ab ἡ ὄϊς, ovis. Ἰτωνά τε, μητέρα μήλων, de urbe gregibus ovium nobili, Β, 696. sic, Φθίην, Ι, 475. ἐν Θρᾴκῃ, μητέρι μήλων, Λ, 222. sic, Πύλῳ. ο, 226. ὑπὸ σπέος ἤλασε μῆλα, Δ, 279, coll. 275, ut ergo h. l. solæ capræ sic dicantur: nisi mavis gregem mixtum ex capris et ovibus intelligere. et hæ pecudes non facile ferunt tonitrua et imbres. et 476, τοκεῦσιν ἅμα ἕσπετο μῆλα ἰδέσθαι, parentes comitabatur ad visendum greges. ἴφια μῆλα, pecudes, quarum carnes edentem roborant, et habentem greges earum divitiis opulentum reddunt, Ε, 556. Θ, 505, 545. et Ι, 406, ληϊστοὶ μὲν γάρ τε βόες καὶ ἴφια μῆλα, in præda possunt capi, *lassen sich erwerben durch beute machen, (may be obtained in the way of plunder.)* et 462, πολλὰ δὲ ἴφια μῆλα καὶ ἕλικας βοῦς ἔσφαζον. sic, πρόσθε πυρῆς ἔδερον, excoriabant, Ψ, 166. κύνες περὶ μῆλα, canes circa greges, Κ, 183, ubi in genere pecora domestica intelliguntur. sed 485, λέων μήλοις ἀσημάντοις ἐπελθὼν, αἴγεσιν ἢ ὀΐεσσι, ubi solæ hæ minores pecudes. λέοντα μήλων πειρήσοντα, leonem in pecora villatica tentaturum aliquid, Μ, 301, i. e. θρεμμάτων quorumvis. (sic et ζ, 134.) et 303, ἄνδρας, φυλάσσοντας περὶ μῆλα. et 319, ἔδουσι δὲ πίονα μῆλα, sc. οἱ βασιλεῖς ἡμέτεροι: ubi quoque est generalis notio sub ista specie. μετὰ κτίλον ἕσπετο μῆλα πιόμενα ἐκ βοτάνης, arietem sequi solent pecudes bibituræ post pastum, μετὰ βόσκησιν, Ν, 493, et dicunt, ea πιαίνεσθαι ποτῷ: hinc additur, γάνυται φρένα ποιμήν; gaudet pastor. simul creditur μᾶλλον ὑγιαίνειν τὰ ζῶα, ποτοῦ ὀρεγόμενα: hinc per æstatem pastores eis projiciunt salem, et quidem in centum oves μέδιμνον salis. λύκοι, ὑπ' ἐκ μήλων αἱρούμενοι, agnos et hædos subripientes ex grege pecudum, Π, 353. μῆλα δὲ κήδει, χειμὼν, pecudes, i. e. ζῶα πάντα, contristat hiems, Ρ, 550. ὁπότε μῆλα ἴδοιντο καὶ βοῦς, Σ, 524. πεντήκοντα μῆλα ἔνορχα ἱερεύσειν, Ψ, 147, quinquaginta victimas masculas sacrificaturum se esse: et quia ibi sermo de fluvio, cui sacrum ferri debebat; fluviis autem tauri immolari soliti: apparet, speciem pro genere esse ibi positam. λέων εἶσι ἐπὶ μῆλα βροτῶν, vadit contra pecora hominum in genere, Ω, 43. μῆλα ἀδινὰ σφάζουσι, καὶ βοῦς, α, 92. δ, 320, de procis: ut inter μῆλα sint oves, capræ, sues. τρὶς τίκτει μῆλα εἰς ἐνιαυτὸν, δ, 86. et 413, νομεὺς ὣς πώεσι μήλων, sicut pastor in gregibus ovium cubat. et 662, ἦγον μῆλα, adducebant pecudes, i. e. θρέμματα omnis generis. et 640, μήλοισι παρέμμεναι, apud oves esse. δυοκαίδεκα μῆλα ἱέρευσεν, θ, 59. πολλὰ ἐσφάζον, ι, 45. et 184, ἔνθα δὲ πολλὰ μῆλα, ὄϊές τε καὶ αἶγες, ἰαύεσκον. et 187, μῆλα οἶος ἐποίμαινε, oves et capras. et 217, ἐνόμευε κατὰ νομὸν (ubi est postpositum, sic scribendum, νομὸν κάτα) πίονα μῆλα, pascebat in pascuo pingues pecudes. et 298, ἔκειτο τανυσάμενος διὰ μήλων, jacebat extendens se per omnes pecudes suas: ut innuatur longitudo corporis ejus. et 308, ἤμελγε κλυτὰ μῆλα. et 336, καλλίτριχα. et 337, εἰς σπέος ἤλασε πίονα. et 315, πρὸς ὄρος τρέπε. et 312, ἄντρου ἐξήλασε. et 405, μή τις σοῦ ἀέκοντος μῆλα ἐλαύνει, num quis abigit pecudes tuas te invito? et 438, νομόνδε ἐξέσσυτο ἄρσενα μῆλα: in pascuum egrediebantur mascula ovium. et 444, ὕστατος μήλων ἀρνειός. et 464, μῆλα τανύποδα πίονα δημῷ, oves longipedes pingues adipe. et 469, καλλίτριχα. et 548, μῆλα Κύκλωπος δασάμεθα. ἄργυφα νομεύων, oves albas pascens, κ, 85. et 532, ἐσφαγμένα. et 525, ὄϊν, ὃς μεταπρέπει μήλοις, arietem, qui optimus est inter oves. coll. λ, 20, 33, et 107, ἴφια ἠελίοιο. sic, μ, 128, 136, 263, 301, coll. 299. νέῳ ἐπιβώτορι μήλων, οἷοι ἀνάκτων παῖδες, juveni, pastori ovium, quales sunt filii principalium virorum, ν, 222. ἕκαστος μῆλον ἀγινεῖ, ξ, 105, coll. 103, ubi manifesto notat capram, et coll. 106. ἐπήλυθε μῆλα πάντοθεν ἐξ ἀγρῶν, ρ, 170, coll. 180, 181, ubi apparet, πάντα τὰ τετράποδα sic dici, ὡς ἀπὸ μέρους. et 246, μῆλα κακοὶ φθείρουσι νομῆες, ubi sermo est de solis capris. ἀπάγουσι βόας καὶ ἴφια μῆλα, σ, 277. deducunt ad eam boves et opimas oves. τίκτει δ' ἔμπεδα μῆλα, τ, 113, ubi μῆλα sunt πάντα τὰ θρέμματα, et ἔμπεδα est prædicatum, pecora pariunt robustos fœtus. καί κεν τῶν ἐλάσαιο (abigeres vi) βόας καὶ ἴφια, υ, 51. sic, πολλὰ, βόας καὶ ἴφια μῆλα, ἔσφαζον, ἕθεν (sui, loquentis Penelopes) εἵνεκα, ψ, 304, et dicuntur ἴφια, opima, ut et Germani *stark, (large, fat)* vocant quod crassum et densum est. μήλων σφαζομένων, υ, 312, pecudibus jugulatis. μῆλα τριηκόσια Μεσσήνιοι ἄειραν νηυσὶ ἐξ Ἰθάκης, φ, 18. ἅ μοι μνηστῆρες κατέκειραν, ψ, 356. μῆλα κατεκτάνομεν, μάλα πίονα, ω, 66, inquiunt umbræ procorum: et ejusmodi μῆλα sunt ἴφια. apud alios reperitur τὸ μῆλον etiam de feris esculentis positum. cæterum de ove et capra est nomen proprium factum, ἡ Πολυμήλη, et ἡ Φιλομήλη. de *malo* est, Ι, 538, χαμαὶ ἔβαλε δένδρεα μακρὰ σὺν αὐτοῖς ἄνθεσι μήλων, evertit aper ille proceras arbores cum ipsis floribus pomorum: ubi a nobiliore specie totum genus pomorum appellatur; sicut idem de ovibus vidimus. γηράσκει μῆλον ἐπὶ μήλῳ, η, 120, malum *(der apfel,) (an apple)* senescit juxta aliud recens natum malum: nam sermo est ibi de arboribus felicibus semper fructus, alios maturos alios immaturos, habentibus; conf. ἐπί. ejusmodi μῆλον dicitur καλὸν, et ἀγλαὸς καρπὸς, quia est pulcerrimum pomum, ὡς εἰς ἄγαλμα φύσεως. sunt deinde variæ eorum species. sic est τὸ τῆς περσέας μῆλον: et τὸ κιτρίον, quod et κίτρον a Romanis, et Ἑσπερικὸν appellatur, quia Hercules hæc mala fecit nota, ex Libya petens surculos et fructus. hinc τὰ

μῆλα τῶν Ἑσπερίδων decantata, quia maxime παρὰ Λίβυσι dicuntur ἑσπερικά. amoris quoque symbolum erant τὰ μῆλα, ob rotunditatem: hinc, μῆλα ἔρωτες ἰδοὺ τρυγῶσι: et μήλῳ ὑπὸ πορνιδίου βληθείς. sunt et tropice μῆλα χρυσᾶ: unde apud Persarum regem ἡ τῶν μηλοφόρων αὐλὴ, i. e. atrium satellitum habentium ἐπὶ τῶν στυράκων μῆλα χρυσᾶ, *grosse güldene knöpfe oben auf den stäben, (large golden balls on the top of the rods.)* τὸ μῆλον erat et vox amatoria, ut amantes suas amasias vocarent γλυκύ μου μῆλον, Theocr. 11, 39, quod et ὑφὲν, τὸ γλυκύμηλον. imo μῆλα in genere sunt amores, Id. 14, 38, Theocr. ἐκείνῳ τὰ σὰ δάκρυα μῆλα ῥέουσι, illius causa fluunt tuæ lacrimæ, tanquam amoris signa. et μήλῳ βληθῆναι est, amore captum esse, Aristoph. Nub. 993. Vide sub Πήδασος in R.

μήλωψ, ωπος. ὁ. (*Οφ) pomi maturi colorem habens, *apfelgelb, (having the yellow colour of a ripe apple.)* a τὸ μῆλον, malum, *ein apfel, (an apple,)* et ἡ ὀπωπὴ, i. e. ἡ θέα, adspectus. ἀλετρεύουσι μύλης ἔπι μήλοπα καρπὸν, molunt in mola flavum triticum, η, 104, τὸν σῖτον, ὡς μηλοειδῆ τὴν χροίαν, i. e. κιῤῥὸν καὶ ξανθόχρουν. unde et ἡ Δημήτηρ ξανθὴ dicitur. Vide sub Μύλη.

μὴν, ηνός. ὁ. (Μήνη) mensis, *der monat, (a month.)* dorice dicitur ὁ μὰν, ανός. ἕνα μῆνα μένων ἄπο ἧς ἀλόχου, Β, 292, unum mensem remotus ab uxore. Ἄρης δέδετο τρισκαίδεκα μῆνας, Ε, 387. μῆνα πάντα (i. e. ὅλον) ἐφίλει με, mensem integrum benigno me hospitio habuit, κ, 14. sic, μῆνα πάντα ἄη νότος, μ, 325, spirabat auster. μηνῶν φθινόντων, κ, 470. τ, 152. ω, 142. i. e. in fine anni. ὅτε μῆνες καὶ ἡμέραι ἐξετελοῦντο, λ, 293. ξ, 293, quæ phrasis est explicatio τοῦ, μηνῶν φθινόντων. τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς, τοῦ δὲ ἱσταμένοιο, ξ, 162. τ, 307, i. e. περὶ ἀκριβῆ τριακάδα μηνὸς, in fine mensis, et incipiente novo mense lunari. et posteriori loco citato is dies futurus erat cras: sed id non addit, de quo mense loquatur, sed de hoc anno tantum dicit, in fine mensis alicujus venturum Ulyssem. cæterum eum diem finientis et incipientis mensis vocant recentiores Attici ἕνην καὶ νέαν, i. e. παλαιὰν καὶ νέαν: nam ἕνον est τό παλαιὸν καὶ παρῳχημένον. ἕνη cum spiritu leni, et extra metri leges cum uno ν, est vox Ionica: Attici contra amant asperum. μῆνα οἶον ἔμεινα, ξ, 244, mensem unicum mansi domi. μηνὶ οὔλῳ, ω, 118, mense toto. καί κεν τρεῖς μῆνας, ρ, 408, *auch wohl drey monat lang, (or even for three months,)* i. e. diu: et significat vulnus grave, infligendum mendico.

in unum permiscenda erant. alias vinum libandum debebat esse ἄκρατον, non vero aqua mixtum. alibi hoc verbum de vino aqua mixto ponitur, e. c. οἶνον ἔμισγον ἐνὶ κρητῆρσι καὶ ὕδωρ, α, 110. ἄνδρας μισγέμεναι (attice pro μίσγειν) κακότητι καὶ ἄλγεσι, υ, 203, *männer in unglück und kummer zu setzen, (to plunge men into calamity and affliction.)* μίξαι χεῖράς τε μένος τε, Ο, 510, quod proprie de tali pugna dictum: nam erat συμπλοκὴ στρατευμάτων, ὡς ἐπὶ πάλης, conserere manus et robur. οὐδ' ἐς Ἀχαιοὺς ἐμίσγετο, Σ, 215, sc. Achilles, cum prodiret ad terrendos hostes; non aliis Achæis se admiscebat, sed solus seorsum stabat. ergo simpliciter συνεῖναι h. l. notat. in specie et de amicorum congressu et convictu ponitur: καί κε θαμὰ, ἐνθάδε ἐόντες, ἐμισγόμεθα, δ, 178, et sane frequenter hic una fuissemus, inquit Menelaus de Ulysse vicino. κούραις ἔμελλε μίξεσθαι, venturus erat ad virgines, ζ, 136, accessurus ad conventum earum. et 288, ἀνδράσι μίσγηται, cum viris versetur. μίξεσθαι ξενίῃ, hospitii jus constituturi, ω, 313, quæ est periphrasis τοῦ, ξενισθῆναι. οὐδὲ ἐμὲ μίσγεσθαι ἐῶσι, sc. εἰς αὐτοὺς, non sinunt me admisceri sibi et in societatem suam recipi, Ψ, 73, queritur anima Patrocli de inferis, cum adhuc esset insepultum corpus. αἰδέομαί τε μίσγεσθαι ἀθανάτοις, in conventum deorum venire, Ω, 91, inquit Thetis. ἐπεὶ θαμὰ ἐμισγόμεθα ἀλλήλοις, frequenter conversabamur inter nos, α, 209, de amicis. πτωχὸν ἐάσομεν ἔσω μίσγεσθαι, sc. ἡμῖν vel εἰς ἡμᾶς, σ, 49, mendicum versari nobiscum sinemus in domo. τῶν μισγομένων ἐγένετο ἰαχὴ, Δ, 456, ubi de pugnantibus, et apte, nam præcesserat simile de aquis. μισγομένων ἀνέμων, variis ventis impetuose flantibus, ε, 317. γλῶσσαι ἐμέμικτο, Δ, 438, erant ibi variæ et confusæ dialecti: nam est ibi per apocopen γλῶσσ', et accuratiores jubent subintelligi pluralem, etsi verbum sequatur in singulari; quæ figura in Pindaro est frequens, ut et fœmininum aut masculinum plurale, non tantummodo neutrum, habeat verbum in singulari. sic alibi, κνῆμαι παλάσσετο. μίκτο (pro ἐμέμικτο) δ' ὁμίλῳ, recepit se in ordines aciei suæ, Λ, 354. Π, 813. πολλὰ μὲν ἐσθλὰ, μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρὰ, δ, 230, multa salutaria, multa noxia, permixta inter se. οὔτι μεμιγμένον ἐστὶν ὁμίλῳ, Θ, 196, hoc signum non intermixtum est numero aliorum signorum positorum. ἅλεσι μεμιγμένον εἶδαρ, cibum salibus intermixtum, λ, 122. ψ, 270, i. e. pisces ex mari captos: nam οἱ ἅλες (si displiceat statuere αἱ ἅλες) poëtice positi sunt pro mari, quia est salsum; et cibus mixtus salibus, i. e. salsis marinis aquis, sunt pisces et ostrea, et ejusmodi. apparet ex iis locis, piscium mercaturam et exportationem in alia loca fieri illis temporibus nondum solitam. possis et generalius explicare h. l. non edunt cibum, commixtum salibus marinis, i. e. opera maritima quæsitum aut in mari coctum. ἄλλη ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη, τ, 175, alius alia dialecto utitur in ea regione. προμάχοισιν ἐμίχθη, Ε, 134. Θ, 99. Ν, 642. Ο, 457. τῶν δ' ἄμυδις μίχθη μένος, Υ, 374, horum (duorum exercituum) collatum est robur, ad pugnandum. Τρώεσσιν ἀγειρομένοισιν ἔμιχθεν, pro ἐμίχθησαν, Γ, 209, venerunt legati ad Trojanos in concilio congregatos. κάρη κονίαις ἐμίχθη, caput injectum est in pulveres, χ, 379, *der kopf ward ihm vor die füsse geleget, (the head was thrown at his feet.)* sic et Κ, 457. μιχθεὶς ἀλλοδαποῖς, cum ad extraneos venisses, Γ, 48. Ἀθήνη οὐκ εἴασε μιχθήμεναι (pro μιχθῆναι) ἔγχος ἔγκασι φωτὸς, non sivit hastam penetrare in corpus, Λ, 438. Τρώεσσι μίγη (ἐμίγη) Διομήδης, Trojanis immiscebatur, pugnans contra eos, Ε, 143, *drunge unter sie, (was encompassed by them.)* μίγεν (ἐμίγησαν) ἀνδράσι λωτοφάγοις, ι, 91, accesserunt ad eos, et iis immiscebantur, ut legati. ἐπεί κε νομῷ μιγέωσι, pro μιγῶσι, aor. 2. conj. pass. Β, 475, si vel maxime in pascuo permixti inter se fuerint greges illi. ὅτε ἐν κονίαις μιγείης, Γ, 55, quando pulveri immistus fueris, i. e. quando cades in bello: et est ibi pro ἐμμιγείης, *wenn du wirst erleget seyn, (when thou shalt be slain.)* ἐπὴν κρητῆρι μιγείη, postquam immixtum fuerit medicamen illud crateri, δ, 222. ἕως ὅγε Φαιήκεσσι μιγείη, ut ille inter Phæacas, hospites suos futuros, veniret, enatans e mari, ε, 386. et 378, εἰσόκεν ἀνθρώποισι διοτρεφέεσσι μιγείης, donec venias ad eos. καί κεν μνηστήρεσσι μιγείην, ο, 314, ad procos accederem et inter eos versarer. αὐτοῦ μιγήμεναι (μιγῆναι) ἐν παλάμαισι, Φ, 469, i. e. ἐμμιγῆναι παλάμαις αὐτοῦ, cum manibus ejus conserere suas manus, pugnando; ἀντιστῆναι ἄχρι χειρῶν. sic, μιγῆναι ἐν δαΐ, pro ἐμμιγῆναι δαΐ, immisceri pugnæ, Ν, 286, nisi ibi mavis statuere, deesse dativum, τοῖς πολεμίοις, ut ἐν ad δαΐ pertineat, in pugna. sed prior locus ex Φ prælucet. sic et Ξ, 386, ubi adest dativus, τῷ, sc. Ποσειδῶνι, οὐ θέμις ἐστὶ μιγῆναι ἐν δαΐ, non fas est, non licet cuiquam, congredi contra hunc in pugna; et id additum ad differentiam alius congressus, ἐν γυμνασίᾳ, φιλότητι, etc. ὅτε ἔμελλε μιγήσεσθαι φυλάκεσσι, cum accessurus prope erat ad vigiles, Κ, 365, infin. fut. 2. pass. coll. 180, ubi est phrasis synonymica. μιγέντα προμάχοις, Δ, 354, i. e. προμαχόμενον, simulque, pugnantem contra primam aciem Trojanorum, immixtum primis ordinibus hostium, et contra eos dimicantem. sic, σ, 378, ἐμὲ ἴδοις πρώτοισιν ἐνὶ προμάχοισι μιγέντα, videres me inter primos ordines conserentem manus, sc. πολεμίοις, cum hostibus. οὐδέ τις αὐτῇ μίσγεται, nemo cum ea versatur, nemo ad eam accedit, *es hat niemand umgang mit ihr, (none has access to her,)* η, 247, ubi sermo est de Calypso, quæ sola colit insulam; nisi malis αὐτῇ, i. e. νήσῳ Ὠγυγίῃ, intelligere, ad quam nemo accedit; nam prorsus ἐκπεπόπισται hæc insula a poëta. ἄελλα ἁλὶ μίσγεται, Ν, 797, turbo venti miscetur mari, i. e. incumbit mari et commovet illud. οὐ Τρῶες ἐδύναντο μιγήμεναι (μιγῆναι) κλισίαις Δαναῶν, Ο, 409, non poterant eo penetrare in castra, ut inter tabernacula pugnarent cum Græcis:

i. e. πελάσαι, appropinquare, hostiliter. sed K, 424, πῶς εὕδουσιν ἐπίκουροι, ἢ μεμιγμένοι Τρώεσσι, ἢ ἀπάνευθε, quomodo dormiunt auxiliares copiæ, num permixtæ cum Trojanis, an seorsum; συγκεχυμένως καὶ ἀναμὶξ κείμενοι: et τοῦ, ἀπάνευθε, synonymum est, κεκριμένοι, separati. de congressu venereo non minus sæpe positum. ἵνα μίσγεαι ἐν φιλότητι γυναικὶ νέῃ, ut miscearis in amore mulieri juvenculæ novæ, B, 232, et est ionice pro μίσγηαι. ἀνὴρ, ὅς ἐμίσγετο λάθρη, qui coierat clam cum ea, ο, 429, coll. 416—421, πλυνούσῃ ἐμίγη εὐνῇ καὶ φιλότητι, cum vestes lavaret, coiit cum ea. δμωαὶ μνηστῆρσιν ἐμισγέσκοντο, υ, 7, pro ἐμίσγοντο, et hæc vocis dilatatio simul innuit crebram consuetudinem hujus rei. sic, ἡ Εὐρυμάχῳ μισγέσκετο, σ, 324, quæ cum eo frequenter coibat, et additur, καὶ φιλέεσκε, pro ἐφίλει, sc. αὐτόν: ubi describitur ancilla infida, quæ non sentit luctum dominæ suæ, sed potius cum inimico dominæ consuetudinem corporis habet, ἡδονὴν ἀνταλλαξαμένη τοῦ πενθεῖν. ἐκλελάθοιντο Ἀφροδίτης, ἣν εἶχον ὑπὸ μνηστῆρσιν, μίσγοντό τε λάθρη, χ, 445, ubi pœna sumitur de iis ancillis. ἄλοχοι δ' ἄλλοισι μιγεῖεν, pro μιγείησαν, uxores misceantur cum aliis, Γ, 301, quæ est imprecatio in hostes. (vide Bayle Diction. sub voce *Egialee*, nota B.) et 445, ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ, miscebar, ego cum Helena, coll. 442, s. ποιμαίνων ἐμίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ, τῇ καλῇ Νηΐδι, Z, 25. et 161, αὐτῷ (Βελλεροφόντῃ) γυνὴ Προίτου ἐπεμήνατο (ardentissime cupiebat) κρυπταδίῃ φιλότητι μιγήμεναι, pro μιγῆναι. et 165, ὅς μοι ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσῃ, ubi hæc uxor Prœti accusat innocentem. φιλότης καὶ εὐνὴ, ἣν ἐμίγης, O, 33, i. e. κατὰ ἣν ἐμοὶ, inquit Jupiter ad Junonem. αὐτῇ (τῇ Περιβοίᾳ) μίγη ποταμὸς, i. e. præses fluvii, Φ, 143. εὐνῇ δὲ οὔποτε ἔμικτο, pro ἐμέμικτο, concubitu nunquam mixtus est cum ea, α, 433, sc. cum hac pulcra ancilla sua, a se amata. et est hoc verbum, de congressu quovis poni solitum, ut vidimus, circumlocutio σεμνή. sic et verbum ἐπιπλέκεσθαι, amplecti; e. c. Αἰγυπτίαν ὠνησάμενος θεράπαιναν, ἐπεπλέκετο αὐτῇ. Ἰασίωνι ἐμίγη Δημήτηρ φιλότητι καὶ εὐνῇ, congressa erat Ceres cum eo, ε, 126, et duo addita nomina determinant rem, qualis fuerit congressus. αὐτῇ Ποσειδῶν ἐμίγη, η, 61, coiit cum ea. ἡ (Ἰφιμέδεια) δὴ φάσκε Ποσειδάωνι μιγῆναι, quæ sane dicebat se congressam cum Neptuno, λ, 305. ἢ ἔτι ἐῷ (pro ἐάοι, sineret) μνηστῆρσι μιγῆναι, sc. αὐτὰς, υ, 12, coll. 6—8. εὐνῆς ἡμετέρης ἐπιβήσομεν, ὄφρα, μιγέντε εὐνῇ καὶ φιλότητι, πεποίθομεν (ionice pro πεποίθωμεν, perf. conj. m.) ἀλλήλοισι, inquit Circe ad Ulyssem, κ, 334, ut fidamus alter alteri. Ποσειδάωνι μιγεῖσα, α, 73. ᾧ τέκνα τέκῃ (cui liberos pepererit) φιλότητι μιγεῖσα, τ, 266. Ἑλένη ἀνδρὶ παρὰ ἀλλοδαπῷ (extraneo) ἐμίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ, ψ, 219. μήποτε τῆς εὐνῆς ἐπιβῆναι ἠδὲ μιγῆναι, I, 133, 275. T, 176, de præterito. ὅτε πρώτιστον ἐμισγέσθην φιλότητι, Ξ, 295, coibant ambo, Jupiter et Juno, εἰς εὐνὴν φοιτῶντε. ἀγαθὸν δὲ, γυναικὶ μίσγεσθαι ἐν φιλότητι, inquit Thetis cohortans filium, Ω, 131. ὡς τὰ πρῶτα μίγησαν, θ, 268, Mars et Venus, coll. 271. ἐν ἀγκοίναις Διὸς μιγεῖσα, λ, 267, ἡ Ἀλκμήνη. notat ergo quemvis congressum, determinandum ex contextu. proprie hoc verbum dicitur ἐπὶ ὑγρῶν: metaphorice de omni conjunctione.

μισέω, f, ήσω. (Μύω) aversor, nolo, repudio, odi. est a τὸ μῦσος, mutata vocali: quod a μύω. μύει γὰρ ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς ὁ μισῶν. et τὸ μῖσος fere idem est quod Romanorum *invidia*, quando quid torvis et indignantibus oculis contuemur. μίσησεν (pro ἐμίσησε) δ' ἄρα μιν δηΐων κυσὶ κύρμα γενέσθαι, P, 272, et hinc displicebat ei valde, fieri eum prædam canibus hostium; et sermo est de Jove, nolente, ut Patrocli cadavere potirentur Trojani: οὐκ ἤρεσκεν αὐτῷ, κυνοσπάρακτον γενέσθαι αὐτόν. sed et ἐπὶ μίξεων ἀσέμνων posuit comicus honeste τὸ μισεῖν. hinc ἡ μισητὴ est meretrix, quæ vulgat corpus turpiter: et ἡ μισητία ponitur ἐπὶ καταφερείας, i. e. ῥοπῆς ἀσχέτου τῆς περὶ μίξεις, salacitas incontinentior.

μισθὸς, οῦ. ὁ. (Θέω) merces, *der lohn, (wages.)* donum pactum, pro labore suscepto datum. dicitur idem et, τὸ λάτρον: hinc ὁ λάτρις, ιος, est ὁ ἐπιμίσθιος, qui mercede conductus opus facit. vox putatur composita ex τὸ μῖσος, odium, et θέω, i. e. τίθημι, οὗ μισητὴ ἡ θέσις, nam δουλοποιεῖ quasi. antiquis enim libertas pretiosissima videbatur, et merces putabatur odiosa res, ὡς ἀνελεύθερος: adeo, ut et Attici, vitantes hoc odiosum vocabulum, θαῦμα dixerint loco μισθοῦ, et θαυμάζειν pro μισθὸν διδόναι. probabilis igitur fit hæc etymologia, qua indicatur *positio odiosa et invisa*, imo et *conditio vitæ odiosa*, si quis cogitur egestate, opus mercede facere. paullatim in specie μισθὸς poni cœpit de stipendio militari, ut notaret δῶρον ὥπερ στοιχεῖ ὁ στρατευόμενος. hinc ἡ μισθοφορὰ dicta est ἡ ὑπὲρ τοιούτων δώρων δημοσία συνεισφορὰ, si confertur tributum in stipendia militum. communius tamen ὁ μισθὸς est ὁ διδόμενος ἐπὶ ἐλευθερίας ἀπεμπωλήσει, qui datur alicui pro vendita libertate ipsius: et οἱ μισθωτοὶ sunt οἱ μὴ προῖκα δουλεύοντες, ἀλλὰ διὰ δώρων λῆψιν. deminutivum ejus est τὸ μισθάριον. verbum est μισθόω, f. ώσω, unde ὁ μισθωτός. μισθαρνεῖν est μισθὸν αἴρειν vel ἄρνυσθαι. ἵνα παισὶν ἀεικέα μισθὸν ἄρηται, ut liberis suis miseram mercedem capiat, M, 435, quo innuitur illiberale τοῦ μισθοῦ, et indicatur, hanc mulierem esse χερνῆτιν μισθώτριαν. μισθῷ ἐπὶ ῥητῷ, pro mercede dicta, *für abgeredeten lohn, (for the wages agreed on,)* Φ, 445, (coll. 444.) et 450, μισθοῖο τέλος, mercedis persolutionem. et 451, νῶϊ βιήσατο μισθὸν ἅπαντα, vi detinuit mercedem. et 457, μισθοῦ χωόμενοι. ubi quater hanc vocem odiosam Neptunus indignabundus repetit; et proprie quidem positam, nam est donum pro labore servili præstito. Sermo est de his duobus diis, mercenariam operam, pœnæ loco, præstantibus Laomedonti. μισθὸς δέ οἱ ἄρκιος ἔσται, merces enim ei sufficiens erit, K, 304, ubi ser-

mo est de speculatore nocturno excitando præmiis. et h. l. respicit militarem mercedem. sic, σοὶ, σ, 357, de operario rustico. ὑπέσχετο μισθὸν, δ, 525, sc. Ægisthus observatori illi, quando rediret Agamemnon. ἔνθα κ' ἄϋπνος ἀνὴρ δοιοὺς ἐξήρατο μισθοὺς, κ, 84, sc. diurnam et nocturnam mercedem mereri posset. deinde, et quasi per metaphoram, hæc vox non odiose adhiberi solita.

μιστύλλω, (Ἔω) in partes minutas disseco, *schneide in kleine stücke, (I cut into little pieces,)* vide μείων. est enim a μεῖστος, extruso ε: διαιρέω εἰς μερίδας μικράς. Sed apud Atticos aliud verbum est μιστυλάω, quod est, διὰ μιστύλης (ab ἡ μιστύλη) i. e. διὰ κοίλου ἄρτου, ζωμὸν ἀρύομαι: ἴσως δὲ καὶ τὸ, ἐν μικροῖς ἀρτίσκοις: ὡς δηλοῖ τὸ, μεμιστυλημένοι ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις, apud Aristoph. Plut. 627. scribitur eadem μιστύλη etiam μυστίλη, cochlear ex pane cavato; et verbum μυστιλάομαι, haurio pultem excavata pane. αἱ μυστίλαι dicuntur et τὰ μύστρα ἢ μυστρία, cochlearia. μίστυλλόν τ' ἄρα τἄλλα, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν, Α, 465, i. e. εἰς μεῖστα, i. e. σμικρότατα, κόπτοντες: εἰς βραχύτατα μόρια τέμνοντες. sic et Β, 428. γ, 462, μ, 365. ξ, 430. μίστυλλόν (imperfectum sine augmento) τ' ἄρ' ἐπισταμένως, πεῖράν τ' ὀβελοῖσιν, Η, 317, εἰς μικρὰς μερίδας ἔκοπτον: coll. 316, δίεχευαν, *hieben in auf, (cut him up:)* ut ergo μιστύλλειν plus sit quam διαχέειν. sic et Ω, 623. τ, 422. καὶ τὰ μὲν εὖ μίστυλλε, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειρε, Ι, 210, coll. 209, ubi τὸ τάμνειν majores partes facit, quam τὸ μιστύλλειν. εὗσέ τε, μίστυλλέν τε, ξ, 75, *er sengete die geschlachteten schweine, und zerstückete sie, (he singed the slaughtered hogs, and cut them in pieces.)* conf. Aristoph. Equit. 824, 1165.

μίτος, ου. ὁ. (Μίσγω) filum in genere, contortum nendo. deinde in specie, licium in textura, *der einschlag, (the woof.)* πηνίον ἐξέλκουσα παρὲκ μίτον, Ψ, 762, ubi conf. κανὼν et πηνίος. deinde ὁ μίτος notat et laminam tenuem longam. παρὲκ, l. c. pertinet ad participium.

μίτρα, ας, ἡ. (Μίσγω) cinctus latus circa ventrem, quo tegitur et constringitur venter. apud militares viros erat cinctura, quæ sub thorace ferreo gestabatur, ut venter eo magis a vulneribus defenderetur; eratque inducta lamina ferrea, infra quam erat laneus pannus. apud fœminas vero erat cinctura, ventrem inferiorem constringens; unde λύειν μίτραν est, coire cum aliqua. derivatur ab ὁ μίτος, unde est μιτρηρὸς, ὰ, ὸν, et per syncopen μίτρος, α, ον. post Homerum ἡ μίτρα etiam ἐπὶ τῆς περὶ κεφαλὴν ταινίας, vel ex communi dialecto ἐπὶ τῆς φασκίας, poni cœpit, ut notaret obvolucrum capitis, *einen bund um den kopf, (something enveloping the head,)* περίθεμα κεφαλῆς ζωνοειδές. unde apud Herodotum: ἀντὶ πίλων μιτροφόροι ἦσαν, loco pileorum gestabant mitras in capitibus, *trugen sie bunde auf den köpfen, (they wore turbans on the head.)* μίτρης, ἣν ἐφόρει ἔρυμα χροὸς, Δ, 137, et quæ sub thorace ad tutandum corpus inferius gestabatur; et vides ex eo loco, externe fuisse zonam artificiosam; sub ea thoracem; et sub illo μίτραν. et 187, ζῶμά τε καὶ μίτρη (quod utrumque est idem) ἣν χαλκῆες κάμον ἄνδρες. sic et 216. conf. θώρηξ ad initium. ἐς κενεῶνα, ὅθι ζωννύσκετο μίτρην, Ε, 857, in ventrem imum, ubi cinctus erat mitra. conf. ὁ ἀμιτροχίτων. erat ergo cingulum laneum in ventre cingendum, et apud milites superne erat lamina ferrea, ad defendendum eo melius ventrem. ἄνευ χλαίνης καὶ εὐμίτροιο χιτῶνος, Mosch. Id. 4, 98, sine læna et bene cincta tunica.

μνάομαι, f. μνήσομαι. (Νέω) in memoriam mihi revoco et infixum habeo, cogito, in animum induco. in specie, mentem et cogitationem in sponsam defigo, ambio constanter sponsam. ὅστις ἄριστος μνᾶται ἀνὴρ καὶ πλεῖστα πόρῃ, π, 77, ubi est contractum ex μνάηται. sic et τ, 529, nisi quod ibi est pro μνάεται. μνάᾳ δὲ γυναῖκα, π, 431, ambis uxorem ejus, pro μνάεσαι, μνάεαι, μνάῃ, μνᾷ, et distracto circumflexo per intersertum α. et 125, τόσοι μητέρα ἐμὴν μνῶνται. sic et α, 248. ἤδη γάρ σε μνῶνται ἀριστῆες κατὰ δῆμον, jam enim te ambiunt et in memoria sua infixam habent præstantissimi et nobilissimi in civitate, ζ, 34, inquit Minerva ad Nausicaam. et, de eadem, 284, οἵ μιν μνῶνται πολέες τε καὶ ἐσθλοὶ, qui eam ambiunt. οἵ με ἀεκαζομένην μνῶνται, qui me invitam ambiunt, τ, 133. ἢ πολὺ χείρονες ἀμύμονος ἄκοιτιν μνῶνται, φ, 236, quæ omnia sunt pro μνάονται. μήτε μνάασθαι (pro μνάεσθαι, contr. μνᾶσθαι) ἄκοιτιν, α, 39, neque uxorem ejus ducere velle. ὅτι οὐ δικαίως ἐθέλουσι μνᾶσθαι, ξ, 91. μνώμενοι ἀντιθέην ἄλοχον, λ, 116. ν, 378. μνώμεθα Ὀδυσσῆος δάμαρτα, ambiebamus uxorem Ulyssis, ω, 124. τὴν πάντες μνώοντο περικτίται, quam omnes ambiebant vicini, λ, 287, pro ἐμνάοντο, contr. ἐμνῶντο, ionice omisso augmento, et poëtice inserto et collocato ο: nam id, nisi metrum obstaret, deberet poni μνόωντο. ὃς μνάσκετο Ὀδυσσῆος δάμαρτα, υ, 290, pro ἐμναέσκετο, quæ forma est Ionica imperfecti, pro ἐμνάετο. ἕκαστος μνάσθω ἐέδνοις διζήμενος, ambiat, dotibus datis quærens eam, π, 391. φ, 161. his omnibus locis ergo est specialis illa notio. ὅς μοι ὕπνον ἀπεχθαίρει καὶ ἐδωδὴν μνωομένῳ, qui mihi, recordanti ejus, invisum facit somnum et cibum, δ, 106, pro μναομένῳ, contr. μνωμένῳ, poëtice interserto ο. sic, μνωομένω, nos ambo, in memoriam revocantes nobis, ο, 399. οἵγε οὐ πολέμου ἐμνώοντο, non pugnæ memores erant, Β, 686, pro ἐμνῶντο. οὐδὲ ἕτεροι μνώοντο φόβου, neutri memores erant fugæ, Λ, 71. Π, 771. οἱ δὲ ἄλλοι φύγαδε ἐμνώοντο ἕκαστος, Π, 697, nam alii ad fugam capiendam meminerant quisque, δρόμου τοῦ εἰς φυγήν. ὁπότε ἐκείνου μνήσομαι, Ι, 643, quando ejus recordabor. ἔπειτα δὲ καὶ περὶ πομπῆς μνησόμεθα, η, 192, de deductione et dimissione

memores erimus. sic, *μνησόμεθα βρώμης*, memores erimus cibi capiendi, κ, 177, ubi est ionice pro *μνησώμεθα*. *αὐτίκα γὰρ μνήσονται Ἀχαιοὶ πατρίδος αἴης*, Δ, 172. *τάχα δὲ μνήσεσθαι* (sc. *αὐτοῦ*) *ἔμελλον Ἀργεῖοι*, B, 724, recordaturi erant ejus. *Ἀχαιοὺς δηρὸν* (diu) *ἐμῆς καὶ σῆς ἔριδος μνήσεσθαι ὀΐω*, memoriam retenturos eos puto, T, 64, inquit Achilles ad Agamemnonem. *καί που τῶνδε μνήσεσθαι* (sc. *ὑμᾶς*) *ὀΐω*, μ, 212, et fortasse horum vos recordaturos esse arbitror. *μνήσατο γὰρ κατὰ θυμὸν Αἰγίσθου*, recordabatur Ægisthum, α, 29. sic, *Ἀντιλόχου*, δ, 187. *μνήσαντο δὲ χάρμης*, et memores erant pugnæ, Δ, 222. Θ, 252. Ξ, 441. O, 380. *φόβου*, fugæ, Π, 357. *ἐμνήσατο σίτου*, Ω, 602, 613, cibi memor erat. *Αἴας μνησάσκετο* (ionice pro *ἐμνήσατο*) *ἀλκῆς*, recordatus est fortitudinis suæ, Λ, 565. *μνησώμεθα χάρμης*, O, 477. T, 148. χ, 73. *δόρπου*, Ω, 601. δ, 213. *δαιτὸς*, υ, 246. *ἵνα καί ποτε ἐὼν ἐν πατρίδι αἴῃ μνήσῃ ἐμεῖο*, ut et aliquando in tua patria recorderis mei, θ, 462, inquit Nausicaa, cum Ulysses vale dictionem pararet: *ὡς τῆς εἰσέπειτα διηνεκοῦς ἀγαθῆς μνήμης ἐφετῆς οὔσης καὶ παρὰ τοῖς Φαίαξι*, i. e. ut appareat, bonam in posterum nostri memoriam optabilem esse etiam voluptuosis Phæacibus. *μὴ μνήσαιτο ἀλκῆς*, δ, 527, sc. Agamemnon. si rescisceret, quid patrasset Ægisthus; et id is resciturus fuisset, nisi statim in littore adveniens dolose exciperetur, et sub specie amicitiæ deduceretur in hospitium ad epulas. nam si alium quem adveniens convenisset, narrata ei extemplo esset res, et tunc memor rex fuisset fortitudinis et potentiæ suæ. *ὅτε μνησαίατο* (pro *μνήσαιντο*) *κοίτου*, η, 138, quando memores essent lecti ad dormiendum. sic, *εἰ μὴ Μοῦσαι μνησαίατο*, nisi Musæ memores essent, et memoriam horum conservarent, B, 492, coll. 488. simul et active, commemorarent ex memoria sua. nam poëta ibi se ipsum, 488, et poësin suam, quam Musas vocat, distinguit: dicitque, se quidem gregarios milites nominare singulos non posse; sed Musas in genere probe scire, quot etiam gregarii, numero, venerint ad Ilium. se ergo nominaturum esse duces, deinde ex memoria Musarum numeraturum esse naves et milites. ut ergo *μνήσασθαι* h. l. fere idem sit quod *ἀναμνῆσαι καὶ διδάξαι*. Et hinc videntur ii, qui *μαθήσεις* dixerunt esse *ἀναμνήσεις*, occasionem ita sentiendi sumsisse. etiam Horatius hinc sumsit suam sententiam, Lib. 4, Od. 9, versu 13—28. nam nisi Musa Homerica reliquisset posteris hæc scripta, omnes isti heroës sepulti essent in æternas tenebras. *νόστου δὴ μνῆσαι*, memor esto reditus, K, 509. *τῶν μνῆσαι*, O, 375. X, 84, hæc habe infixa memoriæ. *πατρὸς σοῦ*, Ω, 486. *τῶν νῦν μοι μνῆσαι*, γ, 101. δ, 331, 765. *ἑτάροιο φίλοιο*, χ, 208. *νῦν τὶς* (quisque) *Πατροκλῆος δειλοῦ μνησάσθω*, P. 671. *μνήσασθε ἀλκῆς*, mementote fortitudinis, Z, 112. Θ, 174. Λ, 287. O, 487, 734. Π, 270. P, 185. *φυλακῆς*, vigiliarum, H, 371. Σ, 299. *γαστὴρ* (ventriculus) *κέλεται, ἐὸ μνήσασθαι*, memores nos esse sui, η, 217. *κέλομαί σε, μνήσασθαι ἐμεῖο*: rogo te, ut memineris mei, λ, 71. *μνησάμενος δὲ ἀδινῶς ἀνενείκατο*, T, 314, sc. *τοῦ Πατρόκλου*, recordatus igitur et assidue memor ejus crebros ex pectore ciebat gemitus. *σοῦ πατρὸς*, Ω, 504. *μνησάμενοι, ἃ ἕκαστος ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπον*, T, 339. *ἀλκῆς μνησαμένω, μηδὲ φόβου*, vos ambo, constanter memores fortitudinis, non fugæ, N, 48, i. e. *ἀκρατῶς ἀνδρισάμενοι, καὶ μὴ ἐνδοιαστικῶς ἔχοντες εἰς νοῦν, ὡς ἢ στῆναι ἢ φυγεῖν*: vel, *ἀλκήεντες φανέντες διόλου, καὶ μὴ πρὸς ὥραν τινὰ, ὡς ἀνδρίσασθαι πρὸς ὀλίγον, εἶτα φυγεῖν*. *τὼ δὲ μνησαμένω*, Ω, 509, *ἀναμνησθέντες*. *Ὀδυσῆος μνησαμένη*, ε, 6. *μή μοι μᾶλλον ἐνιπλήσῃς ὀδυνῶν. μνησαμένῃ*, τ, 118. *μνησαμένῃ Ὀδυσῆος*, υ, 205. *μνησάμενοι δὲ ἔπειτα*, μ, 309. *μνησαμένοις ἔργων Ἀντιφάτου*, κ, 199. *πῖνε, καὶ ἄλλα παρὲξ μεμνώμεθα*, bibe, et aliarum rerum præter istas memores simus, ξ, 168, coll. 169, 170, est præsens conjunctivi, cum reduplicatione Ionica, pro *μνώμεθα*: et h. l. habet accusativum, cum alibi sit genitivus, *ἄλλων*. *trink, und lasset uns an andre dinge ausser dieser sache denken, (drink, and let us think of something else.)* ejusmodi reduplicatio est et in futuro, *φίλου μεμνήσομαι ἑταίρου*, X, 390, pro *μνήσομαι*. et in præsenti optativi, *ὡς μεμνέῳτο δρόμου*, Ψ, 361, pro *μνάοιτο*, contr. *μνῷτο*, et distracto circumflexo per insertum ε, *μνέῳτο*, cum reduplicatione Ionica: ut memori et immota mente attenderet cursum, et renuntiaret ex memoria firma, quis propior accesserit ad metam, quis recte vel secus cucurrerit, etc. sic et infin. futuri, *τοῦ ποτε μεμνήσεσθαι* (pro *μνήσεσθαι*) *ὀΐομαι ἔν περ ὀνείρῳ*, τ, 581. φ, 79, cujus deinde memoriam me retenturam puto vel in somnio, nedum vigilantem. ex *forma passiva* occurrit præteritum perf. *μέμνημαι*, quod deponentialiter idem notat quod *μνάομαι*, memini, in memoria firma habeo. *ἀλλ' ἔτι σῶν μέμνημαι ἐφετμέων ἃς ἐπέτειλας*, adhuc memor sum præceptorum tuorum, E, 818. *Τυδέα δ' οὐ μέμνημαι, ἐπεί με ἔτι τυτθὸν ἐόντα κάλλιπεν*, Z, 222, eum non memini qua facie fuerit, quia me adhuc infantulum reliquit cum periret; et vides ibi accusativum. sic et, I, 523, *μέμνημαι τόδε ἔργον ἐγὼ πάλαι, οὔ τι νέον γε, ὡς ἦν*, memini ego hoc factum antiquitus, non vero recens, quale erat; inquit Nestor, narraturus rem antiquam, gestam ante memoriam eorum quibus narrabat: *ich erinnere mich sehr genau einer alten geschichte, (I perfectly recollect an old story.)* hinc est *τὸ ἀπομνημόνευμα*. et ω, 122, *μέμνημαι τάδε πάντα*, *ich weiss das alles noch, (I still remember all this.)* *ὥς μευ ἀεὶ μέμνησαι*, ut mei semper memor sis, Ψ, 648. *οὐδὲ τῶν μέμνηαι*, neque eorum recordaris, Φ, 442, ubi Sigma ionice est extrusum: attice deinde contrahitur in *μέμνῃ*, *ἦ οὐ μέμνῃ*, *oder weissest du nicht noch, (or dost thou not remember,)* O, 18. Υ, 188. Φ, 396. ω, 115. *οὐδέ τι τῶν μέμνηται*, nec ullo modo illorum meminit, Θ, 362, *ὡς πρὸς ἀντίχαριν*, ut gratiam aliquam referat. *ὡς οὔτις*

μέμνηται Ὀδυσσῆος, quod nemo memor est ejus, β, 233. ε, 11. οὐκέτι τεθνηότος, ο, 23, non amplius mortui memor est. ὡς εὖ μέμνητ' Ὀδυσῆος, pro ἐμέμνητο, plusquamp. pass. ω, 194, quam bene memor erat ejus. μέμνηντο γὰρ αἰεὶ ἀλλήλοις ἀλέξειν, P, 364, recordabantur enim perpetuo se invicem defendere. οὗ αἰεὶ μεμνῄμην, cujus semper memor esse possem, Ω, 745, et est perf. opt. pass. μεμνῆσθαι πόσιος καὶ ἐδητύος, T, 231, et infinitivus cum accusativo personæ pendet a χρὴ, 228, et 230 deest eleganter ἐκείνους δὲ, ὅσοι. αἰεὶ δὲ βούλονται θεοὶ (ἡμᾶς) μεμνῆσθαι ἐφετμῶν, semper enim dii volunt nos meminisse præceptorum, δ, 353. πατρὸς καὶ μητέρος, σ, 266, ubi est infinitivus pro imperativo, memor esto; sic et 269. μεμνημένος ἵππων, E, 263, quanquam genitivus magis pertinet ibi ad infinit. ἐπαΐξαι, qui est loco imperativi: et participium est elliptice, ἐκείνου οὗ εἶπον. ὡς δέ τις ὑμείων μεμνημένος ἀνδρὶ μαχέσθω, T, 153, sic et vestrum aliquis, memor sc. ἀλκῆς vel τῶν ἐμῶν ποτὲ ἀριστευμάτων, pugnet contra suum virum hostilem. ἔκλαιε, φίλου ἑτάροιο μεμνημένος, Ω, 4. et 129, σὴν ἔδεαι κραδίην, μεμνημένος οὐδέ τι σίτου οὔτ' εὐνῆς, ubi cibus et concubitus junguntur ut summa naturæ desideria. καὶ νῦν ἤτοι (et nunc sane) ἐγὼ, μεμνημένος, ἀμφ' Ὀδυσῆϊ ἐμυθεόμην, δ, 151. et 592, ἐμοῦ, ἤματα πάντα, sc. εἰς ἀγαθόν. ἡμετέρης ἀρετῆς, nostræ virtutis et præstantiæ recordatus, Θ, 244. et 431, ἐμοῦ ἤματα πάντα: et hic est finis beneficii dati. οὔτε φόβου μεμνημένον, Ω, 216. αἰεὶ ἄλης χαλεπῆς μεμνημένοι, semper vagationis molestæ recordantes, κ, 464. μεμνημένη αἰεὶ ἀνδρὸς, semper memor ego viri, α, 343. πατρὸς μνησθῆναι, patris mentionem facere, δ, 118, inf. aor. 1. pass. μεμνῆσθαι notat et, ἐπιμέλειαν ἔχειν, diligentem esse, *sorgfältig seyn und aufmerksam, (to be careful and attentive.)* sic illud: μισῶ μνάμονα (dorice pro μνήμονα) συμπόταν, non est intelligendum, τὸν μεμνημένον χθιζῶν ἁμαρτημάτων συμποσιαίων: sed, τὸν ἄγαν ἐπιμελητὴν τοῦ συμποσίου, qui ad omnia nimis diligenter attendit.

μνάω, f. ήσω. (Νέω) facio ut aliquid firmum in mente hæreat et maneat, ne excidat animo, in mentem revoco, cogitare facio, est a τὸ μένος, quasi μενάω, per syncopen. τῶν σε αὖτις μνήσω, O, 31, hæc tibi in memoriam reducam. μνήσει δέ σε καὶ θεὸς αὐτὸς, μ, 38. ἐπεί με ἔμνησας ὀϊζύος, ἣν ἀνέτλημεν, γ, 103, εἰς μνήμην ἤγαγες. τῶν νῦν μιν μνήσασα, horum nunc eum admonens et recordari faciens, A, 407. ἄχνυμαι, ὁπότε τις μνήσῃ (mentionem facit, et me cogitare facit) κεδνοῖο ἄνακτος, ξ, 170.

μνῆμα, ατος. τό. (Νέω) res quæ memoriam alterius rei conservat, memoria: in specie, νεκρικὸν μνῆμα, monumentum, quod memoriam mortui conservat. recentiores dixere τὸ μνημεῖον. σοὶ τοῦτο κειμήλιον ἔστω, Πατρόκλοιο τάφου μνῆμα εἶναι, serva hoc apud te, ut sit memoria sepulturæ Patrocli, Ψ, 619, ubi δῶρόν τι sic vocatur, datum in memoriam ejus rei. δῶρόν σοι ἐγὼ τοῦτο δίδωμι, μνῆμα χειρῶν Ἑλένης, ο, 126, in memoriam manuum Helenæ, ex quibus id donum accepisti. τόξον ἔκειτο ἐν μεγάροις, μνῆμα ξείνου φίλου, arcus repositus erat domi, in memoriam cari hospitis, φ, 40, quod vulgo τὸ μνημόσυνον dici solet. ergo apud poëtam μνῆμα est ἁπλῶς ἡ μνήμη, ἡ ἐνθύμησις, *ein andenken, (a remembrance,)* ἡ ὑπόμνησις. sic ἡ βρώμη et τὸ βρῶμα sunt idem. pro sepulcro postea poni cœpit, διὰ τὸ μνήμην ἀνακινεῖν τοῦ ποτὲ ζῶντος. ἡ μνᾶ vero est certum pondus, etiam a μένω: a quo est μναϊαῖος, e. c. λίθος, qui eo pondere est.

μνήμη, ἡ, vide sub μένω, paullo sub initio; differt a μνεία, vide sub θεῖος, μνημοσύνη, et μνῆμα.

μνημοσύνη, ης. ἡ. (Νέω) memoria, cogitatio firma. μνημοσύνη τις ἔπειτα πυρὸς δηΐοιο γενέσθω, Θ, 181, inquit Hector ad suos castra Græca oppugnaturos: memoria aliqua certa deinde ignis ardentis esto, ut comburantur naves Græcæ. Musarum mater hoc nomine est dicta; nam Musæ postulant curam et attentionem. cæterum est idem fere, quod ἡ μνήμη, quæ est a μένειν, διὰ τὸ κατ' αὐτὴν μόνιμον τοῦ νοητοῦ, coll. N, 835, 836, οὐκ ἐλάθοντο, ἀλλ' ἔμενον. μνήμη autem et μνεία, ἡ, differunt: prius est, cura, memoria firma; alterum est, mentio.

μνήμων, ονος. ὁ ἡ. (Νέω) memor, firmiter attentus, accurate cogitans. diligens, *achtsam, (careful.)* φόρτου τε μνήμων, Θ, 163, qui in memoria servat onera navis, ὁ γραμματεὺς, ὁ λογιστὴς, ἐπιμελητὴς, *der schifs-schreiber, (the clerk, supercargo.)* καὶ γὰρ μνήμων εἰμὶ, etenim memor sum, φ, 95. conf. ad μνάω et μνάομαι, ad finem.

μνησαίατο, pro μνήσαιντο, vide sub μνάομαι, aliquanto ante medium.

μνηστεύω, f. εύσω. (Νέω) procum ago. μὴ μνηστεύσαντες, δ, 684, ubi est imprecatio Penelopæ: velim, ut hi proci, ut non ambientes me sponsam, pereant. ἀγαθὴν γυναῖκα μνηστεύειν ἐθέλουσι, ambire volunt, σ, 276. idem verbum dicitur et μνηστέω, f. ήσω. μνηστήσας Ἑλένην, qui sponsam accepit Helenam, Theocr. Id. 18, 6.

μνηστὴ, ῆς. ἡ. (Νέω) quam quis ambiendo conciliavit sibi in uxorem. μνησταὶ ἄλοχοι, Z, 246. μνηστὴν ἄλοχον, I, 399. et 552, μνηστῇ ἀλόχῳ. ἀπὸ μνηστῆς ἀλόχου, Λ, 242. ἄλοχον, α, 36. ἀλόχου, λ, 176.

μνηστὴρ, ῆρος. ὁ. (Νέω) procus, qui ambit fœminam ut nubat sibi. πᾶσι μνηστήρεσσιν ἀπειπεῖν, α, 91, omnibus procis edicere ut abeant. et 106—108, εὗρε δὲ μνηστῆρας ἀγήνορας, quorum opus erat edere et ludere, coll. 133, 144, 245—251, nam debuissent ἑδνοφορεῖν, sed horum donorum adferendorum loco ipsi exedebant domum Ulyssis. et 254, μνηστῆρσιν ἀναιδέσι. et 272, ubi dicuntur ἥρωες Ἀχαιοὶ, nam erant nobilissimi ex cir-

cumjacentibus insulis. et 295, 296, ὅπως μνηστῆρας κτείνῃς ἠὲ δόλῳ ἢ ἀμφαδόν. et 368, μητρὸς ἐμῆς μνηστῆρες ὑπέρβιον ὕβριν ἔχοντες. μνηστῆρες (ἐξ) Ἀχαιῶν, β, 87, proci ex nobilibus Græcorum. et 96, κοῦροι, ἐμοὶ μνηστῆρες, ubi Penelope eos adloquitur. τίσασθαι μνηστῆρας ὑπερβασίης ἀλεγεινῆς, γ, 206, coll. 212. plura de iis vide in R. sed præterea μνηστὴρ etiam est, qui recordari facit, qui memoriam facit.

μνῆστις, ιος. ἡ. (Νέω) memoria, mentio. est a μέμνηται, per intersertum Sigma. οὐδέ τις ἡμῖν δόρπου μνῆστις ἔην, ν, 280. *wir dachten an kein abend-essen, (we never thought of supper:) wir erinnerten einander nicht dran, (we did not remind one another of it.)*

μνηστὺς, ύος. ἡ. (Νέω) studium proci ad conciliandam sibi sponsam. παύσασθαι μνηστύος ἀργαλέης, cessaturos eos esse a procatione molesta, β, 199. μὴ καταισχύνητε δαῖτα καὶ μνηστὺν, π, 294. τ, 13, i. e. τὴν τῆς Πηνελόπης μνηστείαν.

μνήσω, fut. vide μνάω.

μνώοντο, pro ἐμνάοντο, vide sub μνάομαι, prope initium.

μογέω, f. ήσω. (Χάω) gravi et ærumnoso labore exerceor, cum gemitu laborem efficio, *ich lasse es mir sehr sauer werden, (I effect it with great labour.)* ἄλλος μὲν μογέων ἀποκινήσασκε τραπέζης τὸ δέπας πλεῖον ἐόν, Νέστωρ δὲ ὁ γέρων ἀμογητὶ ἄειρεν, Λ, 635. alius quidem vix, viribus connixus, *movebat* de mensa poculum plenum, at senex Nestor *tollebat* id nullo negotio: et notatur quidem pondus poculi, quod ἦν δυσβάστακτον: ἄλλος vero est alius quis ex senioribus, non vero ex fortissimis illis juvenibus, quales erant Achilles, Ajax, etc. θεμείλια, ἃ θέσαν μογέοντες Ἀχαιοί, fundamenta, quæ multo labore connixi posuerant Græci, Μ, 29. υἱεῖς τοῦ γέροντος ἦλθον ἐξ ἔργων, μογέοντες, ω, 387, filii senis redibant ex opere rustico, quod cum multo labore fecerant et ex quo anhelabant fessi. γέρας, ᾧ ἔπι πολλὰ ἐμόγησα, Α, 162, donum honorarium, de quo multos labores sustinui. ὡς ἐπί σοι μάλα πολλὰ ἔπαθον καὶ πολλὰ ἐμόγησα, Ι, 488, ubi sermo est de viro, qui educavit puerum cum multa molestia. σὺ γὰρ δὴ πολλὰ ἔπαθες καὶ πολλὰ ἐμόγησας εἵνεκα ἐμοῦ, Ψ, 607. οὔτις Ἀχαιῶν τόσσα ἐμόγησε, ὅσσ' Ὀδυσσεὺς ἐμόγησε καὶ ἤρατο, fecit et tulit cum magno labore, δ, 106, 107. et 152, ὅσα κεῖνος ὀϊζύσας ἐμόγησεν ἀμφὶ ἐμοὶ, inquit Menelaus de Ulysse. sic et 170, ὃς εἵνεκα ἐμεῖο πολέας ἐμόγησεν ἀέθλους. πολλὰ ἔπαθον καὶ πολλὰ ἐμόγησα κύμασι (ἐν) καὶ πολέμῳ, ι, 223. ὅσα γε δὴ ξύμπαντα, θεῶν ἰότητι, ἐμόγησα, η, 214. ξ, 198, ρ, 119. πολλὰ, θ, 155. et 490, ὅσσ' ἔρξαν τ' ἔπαθόν τε καὶ ὅσσ' ἐμόγησαν Ἀχαιοὶ, quæ fecerunt et quæ passi sunt et quanto labore exantlarunt illi. ὅσσ' ἐν Τροίῃ Ἀργεῖοι Τρῶές τε, μ, 190. et 259, οἴκτιστον δὴ κεῖνο πάντων, ὅσσ' ἐμόγησα, miserrimum sane illud erat ex omnibus, quæ ærumnosa tuli. ὅσα τ' αὐτὸς ὀϊζύσας ἐμόγησε, πάντα ἔλεγε, ψ, 307. ἀγρὸν Λαέρτου καλὸν, ὅν ποτε αὐτὸς κτεάτισσεν, ἐπεὶ μάλα πολλὰ ἐμόγησεν, ad villam ejus pulcram veniebant, quam quondam ipse possidendam ceperat, et possessionem suam propriam fecerat, postquam valde multa laborando et excolendo eum agrum exantlarat, ω, 206, nam eum agrum voluerat esse nidum senectutis suæ Laërtes, ideo multo labore eum excoluerat. hinc est τὸ μόγημα, labor defatigans et gravis, et id quod eo labore conficitur. τῷ ἔπι ἄλγεα πολλὰ μογήσῃ, cujus filii educandi causa ipse olim multos dolores et curas pertulerit, π, 19, ubi describitur filius πεπαιδευμένος, in quem pater multos labores impenderit. πολλὰ μογήσας, multis molestiis susceptis et toleratis, Β, 690. sic, ἄλγεα πολλὰ μογήσας, β, 343. γ, 232. τ, 483. ε, 449, πολλά. sic et η, 147. ο, 488. ψ, 338. κακὰ πολλὰ, ζ, 175. Φ, 207. ψ, 101, 169. differt a ΠΗΘΩ, q. v. ad initium.

μόγις, (Χάω) adverb. ægre, vix, cum difficultate, quasi cum gemitu. μόγις δέ μου ἔκφυγεν ὁρμὴν, ægre autem meum effugit impetum, Ι, 355. μόγις δ' ἐσαγείρατο θυμὸν, nam vix recolligere poterat animum et spiritum, Φ, 417. μόγις δ' ἐτέλεσσε Κρονίων, γ, 119, multo enim negotio nobis finem nobis propositum consequi dedit Jupiter.

μόγος, ου. ὁ. (Χάω) labor durus et ærumnosus. ἵδρωτα, ὃν ἵδρωσα μόγῳ. sudorem, quem sudavi hoc difficili et tristi labore, Δ, 27, coll. 26, πόνον.

μογοστόκος, ου. ἡ. (Τίκω) cum difficultate multa pariens. Sigma in medio abundat, sicut in θεόσδοτος, θέσφατος, etc. est epitheton Lucinæ. μογοστόκος Εἰλείθυια, Π, 187 Τ, 103, quæ parientibus dolorosis adest. sic, Εἰλείθυιαι μογοστόκοι, Λ, 207. sic et ἡ δυστόκος, ου, male pariens. et δυστοκέω, f. ήσω et έσω, Mosch. Id. 4, 87.

μόθος, ου. ὁ. (Θέω) pugna, concursus prœliantium. est ab ὁμοῦ θέειν, concurrere, factum nomen. μόθου ἐστὶ ἀκόρητος, Η, 117, i. e. μάχης et concursus pugnacis est insatiatus. οἶδα μόθον ἵππων, novi concursum equestris pugnæ, Η, 241. ἄλλοτε ἐπαΐξασκε κατὰ μόθον, ἄλλοτε δ' αὖτε στάσκε, μέγα ἰάχων, Σ, 159, alias irruebat concurrendo, alias rursus stabat, valde clamans; nam in concurrendo clamabat ad hostes terrendos ex more prisco: stando autem inclamabat suos cohortans, et imperans iis. et 537, τεθνειῶτα κατὰ μόθον, mortuum in concursu cum hoste, in prœlio. Τρῶες δὲ κατὰ μόθον οὐ μενέουσι, pro μενοῦσι, Φ, 310, non stabunt in concursu, *werden nicht stand halten, (will not stand firm.)* Vide sub μόλις.

μοῖρα, ας. ἡ. (Μείρω) portio, pars. sors, conditio. fatum. etiam fatum supremum, i. e. mors. a μείρω: nam proprie μοῖρα ponitur de re divisa, et de attributa alicui portione. hinc est μοιράομαι, in portiones divido. ἡ πεπρωμένη quoque nomine τῆς μοίρας appellatur; et ea est duplex. vel ea, cui ne Jupiter quidem imperare solet. e. c. mori

tandem debere homines natos: vel ea, cui Jupiter imperat, sic, ut et homines aliquam ibi potestatem habeant, e. c. celerius an tardius aliquid fieri, consultius an inconsultius, sic an aliter, feliciter an infeliciter. priori sensu et ἡ ἀνάγκη dicitur. μοῖρα est et, ἡ τύχη, vel ἀγαθὴ, vel φαύλη. hinc est illud: οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίζει πρώτης, i. e. οὐ τῆς πρώτης μοίρας τῶν εὐδαιμονιζόντων ἐστὶ, (non ex primo ordine et classe felicium est) ἀλλὰ τῆς ἐσχάτης, sed ex infima classe. ταῦτά γε πάντα κατὰ μοῖραν ἔειπες, Α, 286. Θ, 146. Ι, 59. Κ, 169. Ψ, 626. Ω, 379. δ, 266. sic, τοῦτο ἔπος, Ο, 206. sic, ἔειπεν, η, 227. θ, 397. ἔειπες, ν, 385. et 48, ἔειπεν. σ, 169. υ, 37. χ, 486. ἔειπε, φ, 278. οὐ κατὰ μοῖραν ἔειπες, β, 251. et his locis, κατὰ μοῖραν, est, κατὰ τὸ προσῆκον, προσηκόντως, sic, uti pertinet ad rem propositam aut quæsitam, *wie sichs zur sache schicket, wie es sich gehöret und gebüret, nach billigkeit und recht, (as is suitable, reasonable, proper, just.)* sic, παρὰ μοῖραν ἔπος ἔειπες, ξ, 509, præter conditionem personæ et convenientiam rei; non sic, ut tempus et res præsens postulat. ταῦτα κατὰ μοῖραν κατέλεξας, hæc ordine et uti decet, distincte, enarrasti, γ, 331. sic, καταλέξῃς, θ, 496, coll. 489. κατέλεξα, κ, 16. μ, 35. πάντα κατὰ μοῖραν, de nave exornanda, δ, 783. θ, 54. et de Cyclope mulgente et procurante pecudes suas, ι, 245, 309, 342. et 352, ἐπεὶ οὐ κατὰ μοῖραν ἔρεξας, non egisti uti decet. ὅπως οἱ (i. e. αὐτῷ) κατὰ μοῖραν ὑποκρίναιτο, ut ei recte responderet, ο, 170, sic ut ad rem pertineret: imo et, secundum verum fatum quod portendebatur hoc augurio. conf. ὑποκρίνομαι. et 203, ὅπως αὐτῷ ὑποσχόμενος κατὰ μοῖραν τελέσσειε, ut, et quomodo, ei pollicitus id, dextre efficeret. οὐδὲ κατὰ μοῖραν ἐπέρασον πάλιν, neque ordine bono transierunt fossam retro, Π, 367, i. e. ἀτάκτως, δυσδαιμόνως, ἀκόσμως. εἵατο σιγῇ Ἀργεῖοι κατὰ μοῖραν ἀκούοντες βασιλῆος, sedebant Græci, sic ut par erat, cum silentio audientes regem, Τ, 256. μηρία ἐξέταμνον, πάντα κατὰ μοῖραν, i. e. rite omnia, γ, 497. θάνατος καὶ μοῖρα κραταιὴ, mors et potens fatum, irresistibile fatum, Ε, 83. Τ, 477. Π, 334, 853, σοὶ ἄγχι παρέστηκε, tibi prope adest. sic et Ω, 132. Τληπόλεμον ἐπῶρσε Σαρπηδόνι μοῖρα κραταιὴ, fatum, quo morti destinabatur, impulit eum adversus Sarpedonem, Ε, 629. θεός τε μέγας καὶ μοῖρα κραταιὴ, Apollo et fatum, sc. in causa sunt, cur Patroclus perierit, Τ, 410. ἀλλά με μοῖρα ὀλοὴ καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱὸς, inquit Patroclus moribundus, Π, 849, coll. 845. Ἕκτορα δ' αὐτοῦ (ibi) μεῖναι ὀλοὴ μοῖρα ἐπέδησεν, quasi compede constrictum coëgit, Χ, 5. nam est et alia μοῖρα salutaris et bona, a qua est ἡ εὐμοιρία, et ὁ μοιρηγενὴς, i. e. εὐδαίμων. μοῖρα ὀλοὴ θανάτοιο, β, 100. αὐτὸν ἦγε μοῖρα κακὴ πρὸς τέλος θανάτου, Ν, 602. πρόσθεν (ante) γάρ μιν μοῖρα δυσώνυμος ἀμφεκάλυψεν ἔγχεϊ Ἰδομενῆος, Μ, 116, ad differentiam alterius μοίρας εὐωνύμου καὶ ἀγαθῆς. θάνατος καὶ μοῖρα κιχάνει τὸν, Ρ, 672, mors et fatum consequitur eum, μοῖρα ἡ κατὰ θάνατον. ἔνθα αὐτὸν μοῖρα ἐπέδησεν, ibi eum fatum suum constrinxit. Δ, 517, i. e. mortuus est ex letali vulnere. apte tamen verbum πεδᾶν h. l. positum: nam vulnus accepit in tibia, ut effugere non posset. ἀλλ' ὅτε δή μιν μοῖρα θεῶν ἐπέδησε δαμῆναι, γ, 269, ubi μὶν pertinet ad Κλυταιμνήστρην, et sensus est: ὅτε μοῖρα ἦν, αὐτὴν ὑπὸ τῷ Αἰγίσθῳ γενέσθαι, cum ita fatum ejus cogeret, ut subjiceret se Ægistho: nam τὸ δαμῆναι ponitur de fœmina, quæ corporis sui potestatem facit viro; et poëta omnia ad consilium deorum refert. est tamen h. l. μοῖρα κακὴ, infortunium ejus, *als ihr unglück wollte, dass sie dem Ægisthus sich ergab, (as her unhappy fate decreed that she should resign herself to Ægisthus.)* et quæ sequuntur, ipse Ægisthus fecit, non defendente amplius Musicum illum Clytæmnestra: is enim fuerat ab Agamemnone additus ei custos pudicitiæ. οὔ πω γάρ σοι μοῖρα, θανεῖν, nondum enim tibi fatale est, mori, Η, 52, inquit Helenus, vates egregius, ad Hectorem. ὦ φίλοι, εἰ καὶ μοῖρα, παρὰ ἀνέρι τῷδε δαμῆναι πάντας ὁμῶς, Ρ, 421, si vel in fatis esset ut omnes simul juxta hunc virum interficiamur. μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰσαφίκηαι, Υ, 335, ubi μοῖρα est, tempus fato constitutum: ne et præter fati constitutionem moriaris, ne citius quam tibi fato decretum erat. ἡμῶν δ' ὁποτέρῳ θάνατος καὶ μοῖρα τέτυκται, τεθναίη, Γ, 101, utri nostrum mors et fatum ultimum paratum est, is moriatur. ἀλλά ἑ μοῖρα ἦγε ἐπικουρήσοντα μετὰ Πρίαμον, sed eum fatum suum malum duxit auxiliaturum ad Priamum, Ε, 613, *sein unglück führete ihn dahin, (his evil fate carried him thither.)* μοῖραν δ' οὔτινα φημὶ (arbitror) πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν, neminem effugisse unquam mortem, quicunque natus sit, Ζ, 488, ubi est ὁ ἐξ ἀνάγκης θάνατος: *ein jeder muss sterben, es geschehe auf was art es wolle, (every one must die in some way or other.)* τεῒν (tibi) δὲ ἐπέθηκε μοῖραν, sc. Ζεὺς, et imposuit tibi fatalem mortem, λ, 559, τὴν τοῦ θανάτου. ἐπὶ ἑκάστῳ γάρ τοι ἔθηκαν ἀθάνατοι θνητοῖς μοῖραν, in qualibet re sane posuerunt dii hominibus certam constitutionem et partem, τ, 592, ubi notatur ἡ κατὰ εἱρμὸν βίου διανέμεσις, in nexu vitæ distributio consecutionum; ut post vigilias sequatur somnus, post somnum vigiliæ, &c. et ut homo ex quavis re capiat quantum necesse est. ὁ μὲν ἐν μοίρῃ πέφαται, hic quidem jure cæsus est, χ, 54, i. e. δεόντως πεφόνευται. et 413, τοὺς μοῖρα ἐδάμασε θεῶν, i. e. δίκη θεοῦ, qua deus attribuit cuique partem suam meritam: hos retributoria justitia deorum subegit. ἀλλ' ἔτι οἱ μοῖρα ἐστὶ, φίλους ἰδεῖν, sed adhuc ei fatale est, videre suos, ε, 114, *es ist ihm noch bescheret die seinen wieder zu sehen: (Fate has decreed that he should yet see his family.)* et ponitur, sicut ἡ αἶσα, ἐπὶ τοῦ πεπρωμένου, de constitutione fatorum. αἳ (ἡμίονοι) δή οἱ καὶ ἔπειτα φόνος καὶ μοῖρα γένοντο, φ, 24, quæ mulæ tamen ei etiam deinde occasio fuerunt ut occideretur; ubi notat τὴν θανάσιμον μοῖραν. εἴπερ μοι καὶ μοῖρα, Διὸς πληγέντι κεραυνῷ, κεῖσθαι

ἐμοῦ νεκύεσσι, Ο, 117, si vel maxime fatale mihi sit, percusso mihi fulmine Jovis, jacere inter mortuos. ὅτε μοῖρα, Σαρπηδόνα, φίλτατόν μοι ἀνδρῶν, δαμῆναι ὑπὸ Πατρόκλου, quando fatale est, ut is occidatur ab eo, Π, 434. ἀλλά ἑ (eum, Herculem) μοῖρα (mors et fatum) δάμασσε, Σ, 119. et 120, εἰ δή μοι ὁμοίη μοῖρα τέτυκται, simile fatum paratum est mihi. ἀλλὰ Ζεὺς καὶ μοῖρα, καὶ ἠεροφοῖτις Ἐριννὺς, sed Jupiter et fatum, et in caligine multa accedens error mentis furorque animi, Τ, 87, inquit Agamemnon: et μοῖρα καὶ Ζεὺς est, infortunium divinitus immissum; Ἐριννὺς vero est affectus vehemens, obnubilans mentem. nam ita loquitur rex de facto suo contra Achillem, pœnitentia ductus. νῦν αὖ (nunc rursus) με τεαῖς χερσὶν ἐνέθηκε μοῖρα ὀλοὴ, infortunium meum, Φ, 83, *nun hat mich das unglück dir wieder in die hände geliefert, (adverse Fate has again delivered me into thy hands.)* ἀλλά τοι (sed certe) κἀμοὶ θάνατος καὶ μοῖρα κραταιὴ ἐπέσσεται, etiam mihi mors aderit, Φ, 110, ut ἐπὶ ad καὶ ἐμοὶ pertineat. νῦν αὖτέ με μοῖρα κιχάνει, nunc vero me mors consequitur et apprehendit, Χ, 303. et 436, νῦν αὖ θάνατος καὶ μοῖρα κιχάνει, sc. σέ. καὶ δέ σοι αὐτῷ μοῖρα, ἀπολέσθαι, sed et tibi fatale est, perire hic, Ψ, 80. ὁπότε κεν δὴ μοῖρα ὀλοὴ θανάτου καθέλῃ μιν, quando eum fatum perniciosum mortis corripuerit, γ, 238. sic, εἰσόκε κέν μιν, τ, 145. ω, 134. et 29, καὶ σοὶ παραστήσεσθαι ἔμελλε μοῖρα ὀλοὴ, ἣν οὔτις ἀλεύαται, ὅς κε γένηται, mors, quam nemo effugit. οὐ γάρ σοι πρὶν μοῖρα φίλους ἰδέειν καὶ ἱκέσθαι οἶκον, δ, 475, sic ἀλλ' εἴ οἱ, ι, 532, fatis constitutum est. et, ὣς γάρ οἱ, ε, 41. et 345, ἔθι (ubi) σοὶ μοῖρα ἐστὶ ἀλύξαι, effugere omnes miserias et pericula. χαλεπὴ δὲ θεοῦ μοῖρα κατεπέδησε, gravis fortuna a deo immissa constrinxit eum, λ, 291, infortunium. Ἄργον (canem hujus nominis vetulum) κατέλαβε μοῖρα θανάτου, ρ, 326. Ζεὺς εὖ οἶδεν ἅπαντα, μοιράν τ' ἀμμορίην τε ἀνθρώπων, υ, 76, ubi notat τὴν εὐδαιμονίαν καὶ εὐτυχίαν. sed, λ, 533, μοῖραν καὶ γέρας ἐσθλὸν ἔχων, bonam prædæ portionem habens, et egregium honoris præmium præcipuum. sic ὁ δὲ ἕζετο ᾗ παρὰ μοίρῃ, et ille considebat ad suam portionem cibi, ξ, 448, sc. Eumæus, *sezte sich zu seinem stücke essen. (sat down to his portion of victuals.)* τῶ κρειῶν (carnium) μοῖραν παρέθηκαν, ρ, 335. δασάμενοι κτήματα κατὰ μοῖραν ἐφ' ἡμᾶς, dividentes bona per æquas partes inter nos, π, 385. οὐδὲ αἰδοῦς μοῖραν ἔχουσιν, υ, 171, neque pudoris partem aliquam habent, *haben gar keine schaam im leibe, (are utterly devoid of shame.)* παρῴχηκε νὺξ τῶν δύο μοιράων, τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται, Κ, 253, nam nox dividebatur apud antiquissimos in tres tantum partes et vigilias; sicut et dies in matutinum meridianum et vespertinum tempus. μενέτω τριτάτῃ ἐνὶ μοίρῃ, Ο, 195, inquit Neptunus: maneat Jupiter in tertia sua portione. nam mundus inter Jovem Neptunum et Plutonem in tres partes divisus fuit, ut l. c. apparet. ὧν ὄφελον τριτάτην περ μοῖραν ἔχων, quorum utinam possem, vel tertiam partem habens, δ, 97. χώρης ὀλίγην ἔτι μοῖραν ἔχοντες, spatii exiguam adhuc partem habentes, Π, 68, quæ est περίφρασις τοῦ στείνους, angustiarum spatii. αἴκε θάνῃς, καὶ μοῖραν ἀναπλήσῃς βιότοιο, portionem vitæ expleveris, Δ, 170, i. e. τὸν βίον. ἴση μοῖρα, æqua portio, Ι, 318. τλητὸν γὰρ Μοῖραι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποισιν, Parcæ dederunt hominibus vitam hac lege ut mala ferant, Ω, 49. et 209, αὐτῷ οὕτως Μοῖρα κραταιὴ γεινομένῳ ἐπένησε, ei Parca sic nascenti adnevit, *das mächtige schicksal hat ihm so den faden gesponnen: (mighty Fate has so spun his thread.)* et id κλῶσμα τοῦ λίνου Parcarum notum. ἔδωκε δὲ σπλάγχνων μοίρας, in sacrificio dedit hospitibus suis partes de visceribus gustandas: γ, 40. coll. 66. μερίδας. sic, παρετίθει σπλάγχνων μοίρας, υ, 260. et 280, δασάμενοι. ἤδη μοίρας ἔνεμον, jam dividebant portiones, Θ, 470, coll. 475, sqq. ubi de portione sua mittit alteri partem. nam apud antiquos cuique apponebatur sua portio satis magna: et confer historiam Josephi, epulantis cum fratribus, in Genesi. κρέατα δαίετο (secabat) καὶ ἔνεμε (distribuebat) μοίρας, ο, 140, portiones. sic, δάσαντο, τ, 423. παρέθεσαν Ὀδυσῆϊ μοῖραν, υ, 281, portionem. et 293, μοῖραν ὁ ξεῖνος ἔχει, ὡς ἐπέοικε, ἴσην. recentiores τὴν μοῖραν ponunt etiam ἐπί τινος τάξεως, de numero aliquo militum aut populi. hinc est nomen proprium ὁ Μοίριχος, quasi fatalis. Vide sub γέρας, prope finem, Αἶσα, δίκη, et Κλωθὼ, in R.

μοιρηγενὴς, έος. ὁ ἡ. (Γάω) est ὁ ἐν εὐμοιρίᾳ καὶ ἐν ἀγαθῇ τύχῃ γεννηθεὶς, ὁ μέτοχος μοίρας ἀγαθῆς. ad felicitatem natus. ubi ἡ μοῖρα, in bonam partem sumitur: et μοῖρα, δαίμων, τύχη, ταυτοδύναμα Græcis. ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, μοιρηγενὲς, ὀλβιόδαιμον, Γ, 182, O beate, læto fato nate, fortunate. *du glückskind. (thou favourite of fortune.)*

μοιχάγρια, ίων. τά. (Ῥέω) pretium, quod mœchus deprehensus pœnæ loco solvere debet. μοιχάγρια ὀφέλλει, adulterii mulctam debet, Mars Vulcano, Θ, 332, τὰ ὑπὲρ ἀγρεύσεως (i. e. συλλήψεως) μοιχοῦ ἐκτινύμενα.

μολέω, vide μόλω.

μόλιβος, ου. ὁ. (Μίλω) plumbum, *bley. (lead.)* a μολεῖν dictum, quia gravitate sua cupide petit inferiora. dicitur idem nomen et ὁ μόλιβδος et μόλυβδος. αἰχμὴ ἐτράπετο ὡς μόλιβος, Λ, 237, cuspis retundebatur sicut plumbum, *die spitze legte sich um wie bley; (the point turned aside like lead;)* ut notetur τὸ ἀχρεῖον τῆς ἐπιδορατίδος, ἢ μολίβου δίκην ἐνετράπη ἐν τῷ ἀπαμβλυνθῆναι.

μόλις, (Χάω) adverb. ægre, vix, cum difficultate, quasi cum gemitu. idem ac μόγις. λαοὶ μὲν γέροντα μόλις εἶχον, cives quidem vix retinere poterant senem ne exiret ex urbe, Χ, 412. *sie konnten den alten herrn mit vieler mühe kaum zurück halten, (they had great difficulty to detain the old man.)* μόλις δ' ὑπάλυ-

ὖξεν ἀέλλας, ægre evasit procellas, σ, 189. hinc est ὁ μόλος, qui idem est qui ὁ μόγος et μόθος.

μολοβρός, οῦ. ὁ ἡ (Βοῦς) est ὁ ἀγύρτης, καὶ μολὼν αὐτὸς εἰς βορὰν, *ein landstreicher, ein betler, der sein futter bey andern suchet, (a vagabond, a beggar, one who sponges other, for a subsistence.)* parasitus, *ein schmarotzesr (a parasite.)* qui cibi causa ventitat ad alios. est a μόλω vel μολέω, advenio, eo; et ἡ βορὰ, vel ὁ βορὸς, per syncopen. *ein herumläufer, der zu fressen suchet, (a vagabond, one who seeks something to eat.)* πῆ δὴ τόνδε μολοβρὸν ἄγεις; ρ, 219, quo tandem ducis istum sectatorem ciborum? ὡς ὁ μολοβρὸς ἐπιτροχάδην ἀγορεύει, σ, 26, quam promte et volubiliter loquitur iste mendicus! hinc est ὁ μολοβρίτης, ου, ὁ ἐπὶ τὴν βορὰν ἐρχόμενος, *der auf den frass ausgehet, (one who goes in quest of food.)* qualis et simpliciter ὁ βορὸς dicitur. et ὁ μολοβρίτης ὗς, sus fera, pastum exiens: et τὰ νέα αὐτῶν dicuntur τὰ μολόβρια, *fresslinge, (greedy eaters,)* quæ una cum matre pastum exeunt; et corrupte κολόβρια. *die anfangen selber zu fressen, und mitgehen, wenn die alte fressen gehet, (which begin to eat themselves and accompany the mother when she goes in quest of food.)* ex hac analogia debet esse ὠμοβρὸς pro ὠμοβόρος, qui crudas carnes vorat, ut vocatur Cyclops apud Eurip. Troad. 436, ubi legitur ὠμόβρος. idem dicitur ὠμοβρὼς sicut ἀνδροβρὼς, παιδοβρὼς, quod postremum est epitheton Saturni. genit. est ῶτος. et notant talia active.

μολπὴ, ῆς. ἡ. ("Επω) cantus festivus cum tripudio. οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο, Α, 472, cantu et tripudio placare studebant; ad differentiam aliorum jam peractorum ἱλασμῶν, e. c. sacrificiorum, et redditæ Chrysidis, πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος, καὶ μολπῆς γλυκερῆς καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο, Ν, 637. τοὶ δὲ ῥήσσοντες ὁμαρτῇ μολπῇ τ' ἰυγμῷ τε, ποσὶ σκαίροντες ἕποντο, Σ, 572, illi autem pulsantes terram simul, cum cantu et exclamatione læta, *mit freudengesang und mit juchen, (with joyful songs and shouts;)* et differunt ambo sicut λόγος ἐμμελὴς a βοῇ ἀμελεῖ, ut cantus musicus a clamore non musico. nam μολπὴ est μεμελισμένον ἔπος, ἰυγμὸς vero est φωνή τις ἄσημος, *ein jauchzen für freude, (a shouting for joy,)* ὁποῖος καὶ ὁ συριγμός. et 605, δοιὼ κυβιστητῆρε, μολπῆς ἐξάρχοντες, cantui cum tripudio præfecti et præitores. sic et δ, 19. μολπή τ' ὀρχηστύς τε, α, 152. quæ duo juncta faciunt unum, saltatio ad concentum musicæ, ἡ μετὰ ᾠδῆς παιδιὰ, ἡ τῷ μέλει ἑπομένη, *ein tanz nach der music, (a dancing to music.)* ταῖσι δὲ Ναυσικάα ἤρχετο μολπῆς, ζ, 101, præibat illis cantu et saltatione, et ancillæ suæ imitabantur eam. ἑψιάασθαι μολπῇ καὶ φόρμιγγι, φ, 430, ludere cantu saltante et cithara. ἐν δέ σφισιν ἵμερον ὦρσε μολπῆς τε γλυκερῆς καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο, ψ, 145. nomen est a præt. m. μέμολπα, a μέλπω, i. e. μέλος ἔπω.

μολύβδαινα, ης. ἡ. (Μέλω) est ὁ πρὸς τῇ ὁρμιᾷ *(am angelfaden) (to the line)* καὶ τῷ ἀγκίστρῳ περιθέμενος μόλυβδος, *bley onweit des angels unten, (lead attached to the line near the hook,)* πρὸς τὸ θᾶττον καθικνεῖσθαι τὸ ἄγκιστρον, ut hamus celerius in aqua subsidat. μολυβδαίνῃ ἰκέλη ἐς βυσσὸν ὄρουσε, Ω, 80, sicut plumbeus globulus in fundum irruit Thetis.

μόλω et μολέω, f. ήσω. (Μέλω) volo aliquo, peto locum, propero, accedo. est a μέλω, ejusque præt. perf. medii μέμολα. πρὶν δωδεκάτη μόλῃ ἠὼς, antequam adventet duodecima aurora, Ω, 781, et est aor. 2. conj. act. λέων, μολὼν ἐν νυκτὸς ἀμολγῷ, cupide accedens noctu, Λ, 173. ἡ δὲ μολοῦσα πρὸς μέγαρα, properans domum, Ζ, 286. νῆες, δεῦρο μολοῦσαι, naves quæ huc accesserunt, Ο, 720. δεῦρο μολὼν, cum huc venisset, profectus esset, ω, 334. sic, δεῦρο μολόντες, γ, 44. præt. perf. a. μεμόληκα solet mutari in μέμβλωκα: νῦν ἴομεν, (ionice pro ἴωμεν, eamus jam) δὴ γὰρ μέμβλωκε μάλιστα ἦμαρ, maxime enim dies jam processit, ρ, 190, *es ist schon hoch am tage, (the day is already far advanced;)* et ejusmodi dies in autumno, mense Novembri nostro, qui tunc re vera erat, non diu moratur occasum. confer ejusmodi syncopen et in μέλω, ut appareat magis cognatio horum verborum. sic Eurip. Rhes. 629, πολεμίων μεμβλωκότων, hostibus profectis et venientibus.

μονὰξ et μουνὰξ, ("Εω) adverb. solum, singulariter, *einzeln. einfach, (alone, by one's self.)* μουνὰξ ὀρχήσασθαι, *solo zu tanzen, einer nach dem andern, (to dance singly, one after another.)* θ, 371, μόνους, καθ' ἕνα ἰδίως, coll. 379. ἀνδρῶν μουνὰξ κτεινομένων, λ, 416, si singuli viri interficiuntur.

νείφω, f. 2. νιφῶ, aor. 2. ἔνιφον, perf. m. νένοιφα, ut a λείπω λέλοιπα, a λείβω λέλοιβα, a πείθω πέποιθα, etc. (Φάω) ningo, *ich schneie, (I snow.)* est a νέφω, obscuro; cujus perf. m. est νένοφα, apud Aristophanem, ut a λέγω est λέλογα. notat et, βρέχω, humefacio, compluo. ἤματι χειμερίῳ, ὅτε ὤρετο Ζεὺς νιφέμεν (pro νιφεῖν) ἀνθρώποισι, M, 280, coll. 278, die hiberno, quando ordiri solet aër ningere hominibus.

νεκὰς, άδος. ἡ. (Κῶ) strages mortuorum, acervus cæsorum, τάξις τῶν νεκρῶν. ἐν αἰναῖς νεκάδεσσιν, E, 886.

νεκρὸς, ὰ, όν. (Κῶ) mortuus. conf. ἀκήριος in fine. est ergo per syncopen pro, νηκήριος, qui vita caret, *ohne leben, entseelet, (without life, dead.)* vocatur mortuus apte, κωφὴ γαῖα, quas duas voces confer. cæterum Aristophanes, Ran. 423, chorum beatorum apud inferos inducit, qui *vivos in terra homines* vocat τοὺς ἄνω νεκρούς. νυνὶ δὲ κεῖνος δημαγωγεῖ ἐν τοῖς ἄνω νεκροῖς, rem publicam administrat inter mortuos superne. et id ob miserias vitæ, et stoliditatem viventium. conf. Luc. ix, 60. οἱ ἐπὶ νεκροῖς πενθοῦντες (?) sumebant atratam vestem; quod imitatur Thetis, ob filium proxime moriturum, Ω, 93, s. funere militari efferebatur mortuus illustris vir, non feretro aliquo, sed manibus virorum: hinc Achilles tenet caput Patrocli, cum ita efferretur a sociis, ut pedes præcederent, Ψ, 136. custoditur a putredine, partim in umbra positus, partim inunctus quibusdam oleis: quorum utrumque figuratur per Thetin, quæ amat umbras frigidas et est humida, T, 37—39, coll. 28, seqq. corpus mortuum viri illustris quomodo procuratum sit, describitur, ω, 43—94. anima non poterat recipi inter cœtum aliarum animarum, nisi præcesserit ταφὴ σώματος legitima, Ψ, 71—74. post ταφὴν autem anima non amplius vagatur, nec apparet vivis. conf. πρόθυρον. sæpe ὁ νεκρὸς simpliciter est, corpus mortuum, *die leiche, der leichnam, (a corpse:)* potest id et τὸ νεκρὸν, sc. σῶμα, dici. ἐν πυρῇ ὑπάτῃ νεκρὸν (τὸν τοῦ Ἕκτορος) ἔθεσαν, Ω, 787, circa quem locum funus illustre describitur. ὄφρα τάχιστα πυρὶ φλεγέθοιντο νεκροὶ, Ψ, 197. ἐξοπίσω ἀνεχάζετο, ἔλειπε δὲ νεκρὸν, P, 108. et 13, χάζεο (cede retro) λεῖπε δὲ νεκρὸν, corpus mortuum relinque hic, *lass den körper liegen, (let the body lie.)* νεκρὸν ἐρύειν, corpus mortuum ad se trahere, Δ, 467, 492, 493, 506, νεκρούς. E, 298, 573. P, 235, 713. nam studebant potiri corpore occisi a se illustris hostis; sui autem tale corpus defendebant. ἐκ νεκροῦ (e corpore mortuo hostis) ἐσπάσατο ἔγχος, E, 621. νεκροῦ χωρήσουσι, Π, 629. περὶ νεκροῦ δηριάασθαι, P, 734. νεκροῖο ἄποινα, redemtionem corporis mortui, quo hostis potitus erat, Ω, 137. et 139, τῇδ' εἴη ὃς ἄποινα φέροι καὶ νεκρὸν ἄγοιτο. et 655, ἀνάβλησις λύσιος νεκροῖο γένηται. πρηνὴς ἐπὶ νεκρῷ κάππεσεν, Π, 579. P, 300. νεκρὸν ἀείραντες φέρετε ἐκ πόνου, P, 718. et 722, νεκρὸν ἀπὸ χθονὸς ἀγκάζοντο ὕψι μάλα μεγάλως, coll. 724, 735. ἀεικίσσωσι δὲ νεκρὸν, indignis modis tractent corpus mortuum, Π, 545. et 641, περὶ νεκρὸν ὁμίλεον, pugnabant conferti. sic et 644. εἴ πως ἐρυσαίμεθα νεκρὸν, P, 104. μὴ μυῖαι (muscæ) ἀεικίσσωσι νεκρὸν, T, 26. νεκρὸν Ἀχαιοῖς δώσω πάλιν, reddam iis tuum corpus, X, 259. τρὶς περὶ νεκρὸν ἤλασαν ἵππους, Ψ, 13. et 51, ὡς ἐπιεικὲς νεκρὸν ἔχοντα νέεσθαι ὑπὸ ζόφον, ut solemne est ut mortuus accipiat et sic abeat sub Tartara. et 165, ἐν πυρῇ ὑπάτῃ ἔθεσαν, circa quem locum quoque est funus illustre Patrocli. νεκρὸν ἄγοι αὖτις προτὶ ἄστυ, Ω, 151, 180. ἔπιπτον νεκροὶ ὁμοῦ Τρώων καὶ Δαναῶν, P, 362. χάσσατο (cedebat) ὀπίσω νεκρῶν (ἀπὸ) ἀμφοτέρων, N, 194. νεκροὺς τεθνειῶτας, corpora mortuorum, Z, 71. ἐπενήνεον πυρκαϊῆς, H, 428, 431. et 332, κυκλήσομεν, convehemus plaustris. et 377, κήομεν, comburemus. εἰρύσαντο δὲ νεκροὺς, P, 317, trahebant ad se. νεκρούς τ' ἀλλήλων ἔρυον (ad se trahere studebant) κατατεθνειῶτας, Σ, 540. ὦσε δὲ νεκροὺς, ὁ ποταμὸς, propulit, Φ, 235. et 343, ἔκαιε. et 348, κατέκηεν. νεκρὸν Ἐλ-

πήνορα τεθνειῶτα, μ, 10. et 13, ἐπεὶ νεκρός τ' ἐκάη καὶ τεύχεα νεκροῦ, τύμβον χεύαντες, καὶ ἐπερύσαντες στήλην. etiam νεκροὶ placantur muneribus, non solum dii, κ, 518—523. et 526, κλυτὰ ἔθνεα νεκρῶν. sic et λ, 34, s. ubi ista supplicatio mortuis facta fiebat in honorem dominorum illius regui emortualis, Plutonis et Proserpinæ: nam ipsi mortui nihil sentiunt, nisi biberint sanguinem, i. e. nisi redeant in vitam, quæ est in sanguine. ἄϊδόσδε κατελθεῖν, ἔνθα νεκροὶ ἀφραδέες ναίουσι, λ, 474, s. ubi conf. Ecclesiastem, c. ix, versu 10. τὰ κενέβρεια, ων, sunt carnes ex mortuo cadavere, *aas, (carrion,)* Aristoph. Aves, 538, et est factum nomen per transpositionem literarum, quasi νεκρέβια vel νεκριμαῖα. Vide sub ἐρύω, ad initium.

νέκταρ, αρος. τό. (Κάρα) potus deorum, Nectar. τ est littera interserta: ergo est cum μάκαρ ejusdem originis, sc. ex particula inseparabili negante νὴ, cujus longa vocalis est correpta; et ἡ κὴρ, mors, adversitas fati: ut notet potum immortalitatis et supremæ felicitatis. quod sit ποτὸν θεῖον, obtinuit ex Homero apud plures: recentiorum tamen quidam ex eo fecere ξηρὰν θείην τροφήν. Sappho, Alcman, aliique recentiores, dixere, θεοὺς ἐσθίειν νέκταρ, καὶ πίνειν ἀμβροσίην. cum utrumque nomen ab immortalitate sit appellatum; rei ipsi perinde est, utrum dicas. nam utrumque innuit, frui deos suavissime immortalitate sua, eamque esse invariabilem. circa Olympum Lydium fiebat ex vino et κηρίοις μιλισσίοις admixtis potus, quem quoque vocabant νέκταρ. etiam ἄνθη quædam εὐώδη sic vocabantur. Πατρόκλῳ (mortuo) νέκταρ ἐρυθρὸν ἔσταξε κατὰ ῥινῶν, ἵνα οἱ χρὼς ἔμπεδος εἴη, Τ, 38, ubi sermo est de Thetide, curante corpus occisi Patrocli, ne cito contabesceret. describitur ergo ibi nectar ὡς οἰνῶδες τὴν χρόαν, colore vini rubri simile; ἵνα καὶ οἰνοχοεῖσθαι λέγοιτο πιθανῶς. sic de Calypso, Mercurium accipiente, ε, 93. ἐκέρασσε (infudit in poculum) νέκταρ ἐρυθρόν. et 199, de eadem, τῇ δὲ παρέθηκαν δμωαὶ ἀμβροσίην καὶ νέκταρ. ἀλλὰ τόδε νέκταρός ἐστιν ἀποῤῥὼξ, ι, 359, inquit Polyphemus de vino generosissimo et suavissimo, cujus sapor et odor omnibus sibi notis vinis præstabat: at hoc est nectaris descendentia. Ἥβη νέκταρ ἐφνοχόει, Δ, 3, diis reliquis.

νεκτάρεος, έα, εον. (Κάρα) pro νεκτάρειος, præstantissimus, divinus, θεῖος. Iota abjicitur, et ob metrum, et ionice. νεκταρέου ἑανοῦ, Γ, 385, i. e. θείου: fortasse et εὐώδους, nam nectar est valde suaveolens et fragrans. νεκταρέῳ χιτῶνι, Σ, 25. sic alibi, præstantes et tenues tunicæ vocantur ἄμβροτα εἵματα. sic et de aliis rebus præstantibus; e. c. λόγος ἀμβρόσιος. Vide sub ἑανός.

νεκυια, ἡ, vide sub νέκυς, ad finem.

νέκυς, υος. ὁ. (Κῶ) mortuus. idem qui ὁ νεκρός. facta etiam inde vox, abjecto ρ, et æolice mutato ο in υ, retractoque accentu. τὸν δὲ νέκυν ἀποδώσω, mortuum corpus reddam, Η, 84, coll. 79, ubi idem dicitur σῶμα. νέκυν ἐρύοντο, ad se trahere conabantur, Ρ, 277, sc. τὸν τοῦ Πατρόκλου. νέκυς ᾐσχυμμένος, Σ, 180, fœde tractatum corpus mortuum. κεῖται νέκυς ἄκλαυστος ἄθαπτος, Πάτροκλος, Χ, 386. οἷς μάλιστα κήδεός ἐστι νέκυς, quibus maxime ad sepeliendum curandus est mortuus, quos proxime contingit necessitudine, Ψ, 160. et 168, δημὸν (adipem) ἑλὼν ἐκάλυψε νέκυν, ut facilius arderet in rogo. et 190, χῶρον, ὅσον ἐπεῖχε νέκυς ὁ τοῦ Ἕκτορος, locum omnem ubi jacebat corpus. ἐκ νέκυος ἐσπάσατο ἔγχος, Ν, 509. στὰς πρόσθεν νέκυος, quod alibi dixit περιβὰς, Π, 321, consistens ante eum, defensurus. et 577, ἀπτόμενον νέκυος, capere et trahere volentem. νέκυος ἀμφιμάχονται γυμνοῦ, pugnant de corpore armis spoliato, non vero vestibus, Σ, 20, sc. Ἀχαιοὶ καὶ Τρῶες. et 173, ἀμυνόμενοι νέκυος περὶ τεθνειῶτος, pugnantes pro corpore mortuo, et defendentes id. κήδονται θεοὶ καίπερ νέκυος ἐόντος, Ω, 423, curam ejus, etsi mortui jam, tamen habent. ἀμφὶ νέκυϊ κατατεθνειῶτι μάχωμαι, pro mortuo pugnem, Π, 526. et 565, Τρῶες καὶ Ἀχαιοὶ συνέβαλον (irruerant in se invicem) ἀμφὶ νέκυϊ κατατεθνειῶτι μάχεσθαι. Ἕκτορος ἀμφὶ νέκυϊ, de mortuo corpore Hectoris, Ω, 108. νέκυν ἑτέρωσε ἐρύοντα, corpus mortuum in adversam partem trahere volentem, Δ, 492. αἴκε νέκυν περ Ἀχιλλῆϊ προφέρωμεν γυμνὸν, si mortuum saltem Achilli ferre possimus armis spoliatum, Ρ, 121. et 127, νέκυν κυσὶ δοίη, et 724, ὡς εἴδοντο νέκυν αἴροντας Ἀχαιούς. et 735, ἔφερον ἐκ πολέμοιο, auferebant corpus e pugna. sic et 746. γαστέρι δ' οὔπως ἐστὶ νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιοὺς, fieri non potest, ut Achæi lugeant mortuum ventriculo, i. e. abstinendo a cibis, Τ, 225. μυρομένοις ἀμφὶ νέκυν ἐλεεινὸν, flentibus circa mortuum miserandum, Ψ, 110. et 135, θριξὶ (comis suis sibi abscissis) δὲ πάντα νέκυν καταείνυον, tegebant. τὸν οὐκ ἔτλητε νέκυν περ (saltem) ἐόντα σαῶσαι, Ω, 35. et 581, νέκυν πυκάσας, contegens vestibus. et 697, ἡμίονοι δὲ νέκυν φέρον, currus cui muli juncti erant, vehebat mortuum corpus. αἰεὶ δὲ πυραὶ καίοντο θαμειαὶ νεκύων, Α, 52. οὐ γάρ τις φειδὼ νεκύων κατατεθνειώτων γίνεται, mortui non sunt adservandi, Η, 409. et hæc vox, κατατεθνειῶτες, non est abundans ad νέκυας: possunt enim esse νέκυες, qui nunquam sub sole vixerunt, e. c. infantes nati mortui. possunt et esse νέκυες, ζῶντες μὲν, ἀλλὰ κακῶς, μὴ καλῶς: nam et mali coloris homines, quos Terentius vocat cadaverosa facie, dicebantur νεκροί. hinc aliquis, ludens in civitatem insalubrem, dixit: πῶς ἂν πόλιν ταύτην ἐρεῖ τις νοσώδη, ἔνθα καὶ οἱ νεκροὶ περιπατοῦσι. tales vocabantur et, χλωροὶ ἄνθρωποι, et πύξινοι, διὰ τὸ κατ' ὄψιν ὠχρόν. possunt et esse civiliter mortui, e. c. æternis vinculis traditi. imo ὁ νέκυς est in genere, corpus morti obnoxium. denique per hoc additum demonstratur, νέκυς dici in sensu proprio: nam est et tropicus significatus, e. c. Matthæi c. viii. v. 22. νεκύων διεφαίνετο χῶρος πιπτόντων, Κ, 199, spatium apparebat inter stragem cadaverum. ἐναύλους

πλήσειαν νεκύων, fossas implessent cadaveribus, Π, 72. et 661, κείμενον ἐν νεκύων ἀγύρει, in acervo cadaverum; quod alibi dicitur ἐν νεκάδι. πλήθει νεκύων ῥέεθρα, alveus fluvii plenus est cadaverum, Φ, 218. et 220, στεινόμενος νεκύεσσιν, angustatus alveus corporibus. et 325, μορμύρων (ὁ ποταμὸς) ἀφρῷ τε καὶ αἵματι καὶ νεκύεσσιν. sed, ἐν νεκύεσσιν, apud inferos, Ε, 397, ubi mortui habitant. κεῖσθαι ὁμοῦ νεκύεσσι, jacere inter cæsos, Ο, 118. νέκυας ἄγειν, cæsos in pugna convehere, ad sepulturam, Η, 418, 420. unde postea factum est τὸ, νεκραγωγεῖν, comportare mortuos ad sepeliendum. ἂν (pro ἀνὰ, per, super) φόνον ἂν νέκυας, ibant, Κ, 298, et vide ἀνά. στείβοντες (calcantes equi) νέκυάς τε καὶ ἀσπίδας, Λ, 534. sic, ἔστειβον, Υ, 499. καὶ δή ἔγωγ' ἐφάμην (putabam) νέκυας (inferos) καὶ δῶμα 'Αΐδου ἤματι τῷ ὄψεσθαι, Ο, 251, i. e. moriturum me esse. sic Horatius Lib. II. Ode. 13, versu 21, seqq. γουνούμην νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα, personas viribus omnibus carentes mortuorum apud inferos suppliciter rogabam, λ, 29. et 37, ψυχαὶ νεκύων κατατεθνειώτων. sic 540, 563, et 604, κλαγγὴ νεκύων ἦν, οἰωνῶν ὡς πάντοσε ἀτυζομένων, ubi strepitus ex solo volatu avium ortus significatur, non vero clamore, *es war ein rauschen, (a rustling noise.)* νεκύων δ' ἐξ (ex cadaveribus) ἔγχεα ἕλοντο, χ, 271. χοὴν (libationem) χεῖσθαι πᾶσιν νεκύεσσι, κ, 518. et 521, πολλὰ δὲ γουνοῦσθαι νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα. et 530, πολλαὶ ψυχαὶ ἐλεύσονται νεκύων κατατεθνειώτων. χοὰς ἐχέομεν νεκύεσσι, λ, 26. et 484, νῦν αὖτε μέγα κρατέεις (emines inter) νεκύεσσι. et 490, πᾶσι νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν, rex esse, et non modo κρατεῖν, eminere tanquam principalis aliquis. et 568, Μίνωα, θεμιστεύοντα νέκυσιν. δύσομαι εἰς 'Αΐδαο, καὶ ἐν νεκύεσσι (in regione mortuorum) φαείνω, μ, 383, inquit sol iratus. μετὰ κταμένοισι νέκυσι, apud cæsa cadavera, χ, 401. ψ, 45. νέκυας ἐφόρεον (portabant ex domo) κατατεθνειῶτας, χ, 448, ubi id epitheton etiam de cæsis vi ponitur: nam sermo est de ancillis noxiis, exportantibus cadavera cæsorum procorum. ὄφρα ἴδης νέκυας καὶ ἀτερπέα χῶρον, locum mortuorum, λ, 93. νέκυς (pro νέκυας) ἐξ οἴκων ἐφόρεον, ω, 416. ex narratione de Ulysse mortuos interrogante, facta est ἡ νεκυία vel νεκύα, quæ est ἡ πραγματεία κατὰ τοὺς νέκυας, quando de mortuis agitur vel mortui agentes inducuntur; vel quando manes evocantur ut respondeant de futuris: qualis percontatio fuit regis Saulis ex defuncto Samuele, ubi a præ stigiatrice mire ludebatur rex credulus et male sanus.

νεμέθω, (Νέμω) pasco pecus in pascuo. δοιαὶ πελειάδες χρύσειαι ἐνεμέθοντο, pascebantur, Λ, 634, i. e. adeo artificiose factæ erant istæ aureæ columbæ, ut præ se ferrent gestum, quasi pascerentur.

νεμεσάω, f. ήσω. (Νέμω) indignor, reprehendo, improbo. *ich verdenke einem was, bin unwillig auf etwas ungerechtes, (I am displeased with a person for something, am angry with him for doing something amiss.)* νεμεσᾶν τινὶ notat οὐ μόνον χολοῦσθαι τὴν ἁπλῶς χολὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν μετὰ δικαίας μέμψεως, irasci alicui ex justa aliqua improbatione factorum ejus. οὐ γὰρ ἐγὼ νεμεσῶ 'Αγαμέμνονι, Δ, 413, non improbo eum, *ich verdenke es ihm nicht, (I do not find fault with him for it.)* καὶ δ' ἄλλῃ νεμεσῶ, ἥ τις τοιαῦτά γε ῥέζοι, et aliam improbo, quæcunque forte talia faciat, ζ, 286, et loquitur ibi virgo regia de nuptiis clandestinis. μὴ νεμέσα, ne succense nobis, *nimm es nicht übel, (take it not amiss,)* Κ, 145, *deute es bestens, (construe it favourably.)* sic et Π, 22, ubi id maxime spectat reprehensionem sequentem; sed tamen et lacrimas: fleo enim eos quibus tu irasceris. Διΐ δὲ κρατερῶς ἐνεμέσσα, pro ἐνεμέσας, Ν, 16, et Jovem valde improbabat, Neptunus. sic et 353. πᾶσιν δὲ νεμέσσα μνηστήρεσσιν, φ, 147, ubi sermo est de uno procorum cordato et probo, qui petulantias et injurias aliorum magnopere improbabat. μή νῦν μοι τόδε χώεο μηδὲ νεμέσσα, ne nunc mihi propter id irascere aut succense, ψ, 213, *sey deshalb nicht ungehalten auf mich, (be not angry with me for it.)* et est ibi imperativus. determinatur autem τὸ χώεσθαι, quod sæpe cum injuria fieri potest, per sequens νεμεσᾶν, quod semper σὺν τῷ δικαίῳ ἐστίν. μὴ νῦν μοι νεμεσήσετε θεοί, ne nunc mihi succenseatis, O dii, Ο, 115, et videtur hæc forma esse futuri imperativi activi; cujus exempla quoque sunt Ε, 109, ὄρσεο, καταβήσεο, nisi ibi contendere velis, a futuro factum esse novum verbum, a quo et imperfectum formetur. nam etsi id non negamus, ideo tamen futura imperativa negari non possunt. νεμέσησε (ἐνεμέσησε) δ' 'Απόλλων, indignabatur, Δ, 507, *er ward unwillig, (he became angry.)* sic et, Ἥρη, Θ, 198, nam μισεῖ θεὸς τὰς ἄγαν προθυμίας, si quis nimis acriter urget. οἱ δ' ἄρα πάντες ὑπερφιάλως (supra modum) νεμέσησαν, indignabantur, ρ, 481, ob injuriam mendico seni factam. sic et, φ, 285, timentes nimirum, ne hic mendicus, ut videbatur, arcum tenderet, quod ipsi nequirent. μή πού τις ὑπερφιάλως νεμεσήσῃ, ne forte quis magnopere improbet nos, Ν, 293. μή τίς μοι 'Αχαιϊάδων νεμεσήσῃ, β, 101. τ, 146. ω, 135. καὶ δ' ἄλλῳ νεμεσᾶτον, ὅ, τις τοιαῦτά γε ῥέζοι, Ψ, 494, nam et alium improbaretis, quicunque talia faceret; pro νεμεσάητον, dualis præs. conj. forma *media* eodem significatu ponitur. ὑμῖν δὲ νεμεσσῶμαι περὶ κῆρι, vos autem improbo serio, *euch verdenke ich es herzlich, (I am seriously offended with you,)* Ν, 119. νεμεσσῶμαί γε μὲν οὐδὲν κλαίειν, ὅς κε θάνῃ, nequaquam sane improbo, deflere eum, quicunque mortuus sit, δ, 195. νεμεσσῶμαι δὲ καὶ ἄλλῳ, ο, 69, nam improbo et alium, qui sic facit; ergo ipse sic non fecerim. οὐ νεμεσῶμαι, κεχολῶσθαί σε τοῦτο, i. e. διὰ τοῦτο, σ, 226, non improbo, te irasci ob hoc, *ich verdenke es nicht, dass du darüber zürnest, (I find no fault with you, for being angry on that account.)* νεμεσσῶμαί γε μὲν οὐδὲν, equidem nequaquam improbo, τ, 264. sic, νεμεσσῶμαι δέ τ' ἀκούων

namque indignor audiens id, φ, 169, *ich verwundere mich mit unwillen darüber, (I am astonished and indignant at it:)* coll. 153. νεμεσσᾶται δ' ἐνὶ θυμῷ, δ, 158, in animo suo improbat ipse se si ita faciat, *er scheuet sich vor sich selber, er verdenket es sich, er hällt es sich für übel, (he is ashamed of himself, he reproaches himself, he condemns himself.)* μάλιστα νεμεσσᾶται (διὰ) κακὰ ἔργα, ξ, 284, i. e. ἐπὶ κακοῖς ἔργοις, *er ist unwillig über das böse wesen, (he is angry at the misconduct.)* νεικέσω, εἴπερ μοι νεμεσήσεαι, reprehendam et objurgabo te, si vel succenseas mihi ob id, Κ, 115. et 129, οὔτις οἱ νεμεσήσεται, nemo ei succensebit. μήτις μοι Δαναῶν νεμεσήσεται, ὅς κεν ἴδηται, Ρ, 93, sc. δείδω, vereor, ne quis me improbet quicunque viderit id. et 100, οὔ τις μοι, nemo vitio dabit mihi. εἰ καί μοι νεμεσήσεαι ὅ, τι κεν εἴπω; α, 158, an et succensebis mihi ob id quod dixero? *wirst du mir es auch wohl übel nehmen was ich etwa sagen werde? wirst du es mir verdenken, oder zur last legen? (wilt thou take amiss what I am going to say? will you be angry with me for it?)* nam narraturus est rem, de qua quæri possit; cur vero tu id pateris? an tu adeo ignavus es, ut nullo modo obsistas? μή τίς μοι δμωῶν νεμεσήσεται, τ, 121, ne aliqua domesticarum mihi id vitio det. νεμεσήσαιτό κεν ἀνὴρ, vir bonus valde id detestaretur, α, 228, et indignaretur ob id. imo et *passiva* forma eodem sensu: ad indignationem et stomachationem commoveor. νεμεσσήθη (ἐνεμεσήθη) δ' ἐνὶ θυμῷ, nam indignabatur, α, 119. αὐτῷ Ἀχαιοὶ ἐκπάγλως κοτέοντο νεμέσσηθέν τ' ἐνὶ θυμῷ, Β, 223, pro ἐνεμεσήθησαν, mirum quantum aversabantur eum et indignabantur animo: δικαίως ἐπεμέμφοντο: τάχα δὲ καὶ οἰκτείρουσι τὸν βασιλέα, σκοπούμενοι, ὡς αἱ τῶν μεγάλων δυστυχίαι ὑψοῦσι τοὺς ταπεινοὺς, miserantur regem, animadvertentes, quomodo infortunia magnorum hominum extollunt et superbos faciunt humillimos quosque. μὴ, ἀγαθῷ περ ἐόντι, νεμεσσηθῶμέν οἱ (i. e. αὐτῷ) ἡμεῖς, Ω, 53, inquit Jupiter de se et de diis, ne ei, Achilli, quamvis egregio viro, succenseamus nos, eumque improbemus, *dass wir ihm das nicht etwa ser übel nemen müssen, (we must not take it much amiss in him.)* hinc facta est ἡ Νέμεσις recentiorum, justa indignatio deorum. νεμεσσήθητε (imperat. a. 1. pass.) δὲ θυμῷ, et sentite indignationem animi, Π, 544, *verdenket euch selbst die schande, (reproach yourselves with the disgrace.)* sic, β, 64, νεμεσσήθητε καὶ αὐτοὶ, *schæmet euch vor euch selber, es so zu machen, und scheuet das urteil der vernünftigen welt, (be ashamed to do so, and have respect for the opinion of sensible men:)* collatis sequentibus, nam post αὐτοὶ, sequuntur et ἄλλοι, et θεοί. νῦν μέν κε νεμεσσηθεὶς ὑποείξω, nunc quidem, indignabundus licet, retro cedam et obsequar imperio, Ο, 211, vel potius, reveritus actionem indignam me ipso. et 227, ὅτι, νεμεσσηθεὶς, ὑπόειξε χεῖρας ἐμὰς, et sermo ibi est de Jove imperante, et de Neptuno, invito licet, obtemperante tamen: εὐλαβηθεὶς τὴν νέμεσιν, reveritus judicium aliorum de se et facto suo. et 103, πᾶσιν δὲ νεμεσσηθεῖσα μετηύδα, i. e. μεμψαμένη πάντας, sc. Juno: possit tamen πᾶσιν ad μετηύδα pertinere, ut participium sit, reverita.

νεμεσσητὸς, ή, όν. (Νέμω) indignatione dignus, *was zu verargen ist, (worthy of reproach.)* nam proprie hoc nomen est δηλωτικὸν πάθους, notatque passive, ut μεμπτὸς, ποιητὸς, etc. reperitur tamen et active, pro νεμεσῶν, indignans, sicut recte dicitur ἄνθρωπος λαλητὸν ζῶον, pro λαλοῦν. νεμεσσητὸν δέ κεν εἴη, nam iniquis aliorum oculis intuendum sane esset, *denn es wäre mir mit recht zu verargen, (for I should lay myself open to just censure,)* Γ, 410, coll. 412, πᾶσαι Τρωαὶ μωμήσονταί με. notat ergo τὸν ἐκ πάντων δίκαιον μῶμον. sic et Ξ, 336. et Ω, 463, indignum, invidendum esset. et χ, 489, reprehendendum. οὐ μὲν γάρ τι νεμεσσητὸν, Τ, 182, haudquaquam enim indigne ferendum. οὔτι νεμεσσητὸν κεχολῶσθαι, vitio tibi vertendum nequaquam erat, te irasci, Ι, 519. χ, 59. αἰδοιὸς, νεμεσητὸς, venerandus mihi et reverendus est is, Λ, 648, inquit Patroclus de Achille suo: ubi ergo est in bono sensu, suspiciendus, cujus dignitatem et amicitiam revereri debeo: ut sit eo sensu, quo νεμεσίζειν θεοὺς loco suo ex α videbimus. alii minus bene explicant active, quod Achilles sit vir, qui facile indignetur, pronus ad accusandum et indignandum, (coll. 653.) ἑτοιμομεμφὴς, φιλομεμφὴς, μεμψίμοιρος, ὁ νεμεσητής. sed ea explicatio contextui primo repugnat, et melioribus displicet: nec collatus sequens locus vituperatorie, sed reverenter, est intelligendus. cæterum forma nominum in της talis, est et in καθηγητὴς, διαιτητὴς, ποιητὴς, etc. quæ notant ἐνέργειαν, et active.

νεμεσίζομαι, vide sequens, et sub μεγαίρω.

νεμεσίζω, (Νέμω) indignor, reprehendo, improbo. idem ac νεμεσάω. media forma apud poëtam occurrit sola. οὐ νεμεσίζομαι, ἀσχαλάαν Ἀχαιοὺς, Β, 296, i. e. οὐ μέμφομαι δικαίως, *ich verdenke es ihnen nicht, dass sie — (I find no fault with them, because they)* Ζεῦ, οὐ νεμεσίζῃ Ἄρηϊ (διὰ) τάδε καρτερὰ ἔργα, Ε, 757, i. e. διὰ τὰ ὑπ' αὐτοῦ πραττόμενα κακά: Atticus homo diceret, τῷδε. Ἥρῃ δ' οὔτι τόσον νεμεσίζομαι, Θ, 407, ubi loqui- ἔργων, vel, ἕνεκεν ὧν ποιεῖ. sic et 872, ὁρῶν τάδε. tur Jupiter ex persona magni principis, cui est conjux irrequieta et morosa, quæ rebus gerendis sese immiscere ubique studet. et sic dicere potest ὁ ἀπεγνωκὼς διόρθωσιν φαύλου προσώπου, quicunque desperat emendationem capitis male sani: nam Jupiter desperat emendationem Junonis suæ, et loquitur ὡς οἷα ἐθισθεὶς τὴν ἐκείνης ἀπόνοιαν, velut adsuetus jam ferre amentiam ejus. et 421, eadem verba, cum νεμεσίζεται, nam Iris ibi nuntiat verba Jovis. νεμεσιζέσθω δ' ἐνὶ θυμῷ, indignator animo, Ρ, 254 *er habe eine empfindung von der unanständigkeit der sache, er schäme sich ins herz, (let him be sensible of the impropriety of the thing —let him be ashamed of it in his heart.)* ὑμεῖς-

ρος δ' εἰ μὲν θυμὸς νεμεσίζεται αὐτῶν, β, 138, *aber wenn ihr einige ere im leibe habet, einige empfindung von dem unbilligen das ihr thut, (but if you have any sense of honour, any feeling of the injustice ye do.)* et 239, νῦν δ' ἄλλῳ δήμῳ νεμεσίζομαι, jam vero populo reliquo succenseo, *ich verdenke es dem volke, bin empfindlich und habe es ihm für übel, (I find fault with the people, am angry and take it amiss of them.)* ἐπεί ῥα θεοὺς νεμεσίζετο, reverebatur enim deos eorumque de se judicium, α, 263, turpe sibi putabat, deos non colere et vereri. ubi vides, νεμεσίζεσθαι notare et, δεδιέναι, καὶ δι' ἐπιστροφῆς ἔχειν, *sich woran keren, wofür sich scheuen, (to care for something, to be afraid of something.)* cæterum ut a προκαλέω fit προκαλίζω, a σέβω σεβίζω, sic a νεμεσάω νεμεσίζω.

νέμεσις, εως. ἡ. (Νέμω) justa indignatio, justa reprehensio, *eine gerechte übelnemung und übelempfindung, einer unbilligen handlung des andern, (a just indignation at and reprehension of the misconduct of another.)* est nomen a νέμω, a quo νεμέω, f. ήσω, et έσω, attribuo: quando aliqua culpa attribuitur alicui, quando pœna attribuenda dignus judicatur, vel quando nimium alicui tributum a fortuna arbitramur. οὐ νέμεσις, Τρῶας καὶ 'Αχαιοὺς τοιῇδε ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν, αἰνῶς θεαῖς εἰς ὦπα ἔοικεν, Γ, 156—158, non vitio verti potest illis, οὐ νεμεσητόν ἐστι, οὐ δικαίως μεμπτὸν, *es ist ihnen gar nicht zu verdenken, (no fault can be found with them.)* hos tres versus pronuntiabat olim aliquis de regina, valde pulcra sed probris oppleta; et donabatur ab ea magnis muneribus. οὔτι ἐγὼ Τρώων τόσον χόλῳ οὐδὲ νεμέσσει (poëtice pro νεμέσει, sicut τόσσον est in textu pro τόσον) ἥμην ἐν θαλάμῳ, Ζ, 335, coll. 326, non ego tantopere ex ira et indignatione adversus Trojanos meos sedebam in thalamo et morabar domi, sed potius volebam dolori me tradere: et loquitur ibi Paris. et 351, ὃ ῥ' ἤδη νέμεσίν τε καὶ αἴσχεα πολλὰ ἀνθρώπων, qui quidem sciret indignationem et multa probra hominum, i. e. qui intelligeret, quam ob rem alii indignari propter eum debeant, et quam juste ei turpia multa exprobrarent: et loquitur ibi Helena de Paride. nam is non intelligere videbatur, quæ sit justa νέμεσις, et cui νεμέσει aliorum ipse irasci non debeat: et non εἰδέναι νέμεσιν (non moveri indignatione aliorum) est χαρακτὴρ ἤθους θρασέος, καὶ οὐδὲ ἔμφρονος: nam ὁ νεμεσῶν (indignans) ἐπὶ αἰσχροῖς νεμεσᾷ, καὶ ὁ αἰσχυνόμενος (pudibundus) τὸν νεμεσῶντα αἰσχύνεται. *ich wollte, ich hätte einen mann, der da einsahe, was die leute ihm mit recht verdenken könnten, und der sich vor leuten zu schämen gelernet hätte, (I wish I had a husband who was sensible of what was justly censurable in him, and had some feeling of shame.)* ἐν φρεσὶ θέσθε ἕκαστος αἰδῶ καὶ νέμεσιν, Ν, 122, in pectore ponite quisque reverentiam et reprehensionem, i. e. cavete reverenter et honeste, ne quis vos reprehendere jure possit. οὐ γάρ τις νέμεσις, φυγέειν κακὸν, Ξ, 80, non succenseri ei potest, si quis fugiat malum: nam vir fugiens necessario tempore, iterum pugnat; occisus vel captus, nihil ultra potest. τούτῳ δ' οὐ νέμεσις, Δαναῶν κακὸν οἶτον ἀείδειν, α, 350, hic reprehendi non potest, quod canit infortunium Græcorum. νέμεσις δέ μοι ἐξ ἀνθρώπων ἔσσεται, β, 136, *die welt wird es mir gar ser verdenken, (the world will take it highly amiss of me.)* τόφρα οὔτις νέμεσις, μενέμεν τε, ἦν, ἴσχειν τε μνηστῆρας, υ, 330, tamdiu nulla erat reprehensio, tamdiu reprehendi non poterat, exspectare, et protelare procos, *so lange war es nicht zu verdenken, zu warten und die freier aufzuhalten, (so long, there was no fault to be found for waiting and detaining the suitors.)* οὔτε τινὰ ἀνθρώπων νέμεσιν κατόπισθεν ἔθεσθε, neque ullam futuram hominum reprehensionem proposuistis animo vestro, χ, 40, *ihr stelletet euch keine folgende bestrafung von menschen vor, (nor did ye anticipate any future punishment from men.)* nam νέμεσις proprie est, ἡ ἐξ ἑτέρων μέμψις (quando alii aliquem improbant) πρὸς τὸν κακόν τι πράσσοντα, εἴτε διορθοῖτο ἐκεῖνος εἴτε καὶ μή. αἰδὼς δὲ, ἡ, διὰ νέμεσιν γενομένην πρός τινων εἴτε καὶ ἐλπιζομένην, ἐπιστροφὴ καὶ διόρθωσις τοῦ κακοῦ: καὶ, εἴ τις ἑαυτῷ νεμεσῶν διορθοῖτο, καὶ ἡ τοιαύτη νέμεσις, τῆς ἐλπιζομένης ἐξ ἑτέρων νεμέσεως ἥττηται, καὶ εἰς αἰδῶ ἀποτελευτᾷ. hæc innuit poëta, β, 64—67. cæterum νέμεσις est justa, χόλος vero potest esse injustus.

νέμομαι, vide sub ΝΕ'ΜΩ, paullo ab initio.

νέμος, εος. τό. (Νέμω) locus pascuus umbrosus, τόπος δασὺς (densus arboribus et arbustis) ἐπιτήδειος εἰς νομὴν, *eine schattige viehweide, (a shady pasture.)* ἐν νέμεϊ σκιερῷ, Λ, 480, ubi ad differentiam τοῦ λειμῶνος additum σκιερόν.

ΝΕ'ΜΩ, f. εμῶ. tribuo, adtribuo, distribuo. pasco pecus. habito, habitare facio. possideo, possidendum do. colo, colendum assigno. *ich nehme, mache dass jemand etwas nimt oder einnimmet, (I take, cause some one to take or receive something.)* prima et propria hujus verbi notio est, pascere, *weiden, (to feed.)* Ζεὺς νέμει ὄλβον ἀνθρώποις, ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ, ζ, 188, distribuit felicitatem, *theilet einem jeden zu, (dispenses to each.)* νέμε (ἔνεμε) δὲ κύπελλα, distribuebat pocula, κ, 357, *gab die becher herum, (handed round the goblets.)* κρέα ἐδαίετο, καὶ νέμε μοίρας, ο, 140, secabat carnes, et dabat portiones. hinc deinde dictus est ὁ κρεανόμος, et κρεανομία. οἱ δ' ἤδη μοίρας ἔνεμον, θ, 470, *sie theileten die portionen aus, (distributed the portions.)* conf. Geneseos xliii, 34. κρέα νεῖμεν (ἔνειμε) 'Αχιλλεὺς, carnes distribuit ille, Ι, 217, i. e. ἐμέρισε κατὰ μοίρας: coll. 216, σῖτον ἐπένειμε τραπέζῃ, *legte brodt auf, (laid bread on.)* hinc est ὁ τραπεζονόμος recentiorum. sic et Ω, 626, 625. κήρυκες νεῖμαν (ἔνειμαν) ἀρίστοις Τρώων καὶ 'Αχαιῶν, Γ, 274, distribuebant principibus, cuique partem suam. ἐμοὶ οἰκία ἔνειμαν, attribuebant mihi habitationes, ξ, 210, *sie theileten mir wonungen zu, ein gütchen, (they gave me habitations, an estate.)* et

436, τὰς δ' ἄλλας (μοίρας κρεάτων) νεῖμεν ἑκάστῳ, reliquas carnium portiones distribuebat cuique suam. et 449, σῖτον σφίσιν ἔνειμε, panem. κύπελλα δὲ νεῖμε συβώτης, υ, 253, pocula vini dabat ille, cuique unum ebibendum: coll. 252, ubi eodem sensu est ἐνώμων, distribuebant. μέθυ νεῖμον πᾶσιν, distribue omnibus vinum, η, 179. ν, 50. *gieb ihnen wein, (give them wine.)* ἕως ἐπῆλθε νέμων, donec advenit pascens pecora, *biss er vom viehweiden herzu kam, (till he returned from the pasture,)* ι, 233. forma *media* eodem modo in usu est, sed intransitive. σὺ, ὦ κριὲ, (aries) νέμεαι (pasceris) ἄνθεα ποίης, ι, 449, *du nimmest zu dir, frissest, (thou mayest crop, feed on.)* τεμένη νέμεται Τηλέμαχος, λ, 184, fruitur portionibus suis agrorum, *hat seine güter im besitz und genuss, (is in full possession and enjoyment of his lands.)* ἐν εἰαμενῇ ἕλεος νέμονται μυρίαι βόες, pascuntur, Ο, 631. Νύμφαι ἄλσεα καλὰ νέμονται, inhabitant et fruuntur, habent pro parte sua sibi attributa, Υ, 8. hinc intelligis, quæ sint αἱ ἀγρονόμοι Νύμφαι, i. e. αἳ νέμονται ἀγρούς. σύες νέμονται, ν, 407, pascuntur sues. Ὑρίην ἐνέμοντο, inhabitabant, possidebant fruendam, Β, 496, ubi, de Bœotis loquens, ter ponit ἐνέμοντο, quater εἶχον, sæpius ναίειν, quæ tria notant idem. et hæc tria deinde in omnibus populis reliquis repetit, e. c. 531, 633, etc. ὄφρα νέμηαι τὸ τέμενος, ut pro parte tua propria habeas et colas partem illam, Υ, 185, et est præsens conj. m. ὄφρα σὺ πατρώϊα πάντα νέμηαι, habeas et fruaris, υ, 336. τέμενος νεμόμεσθα μέγα, Μ, 313, *wir besitzen und geniessen ein grosses gehage, (we possess and enjoy a large domain.)* οἳ νεμόμεθα Ἰθάκην, qui incolimus, β, 167. οἳ ἀμφὶ Τιταρήσιον ἔργα ἐνέμοντο, rura colebant et possidebant fruentes, Β, 751. et 780, ὡσεί τε πυρὶ χθὼν πᾶσα νέμοιτο, quasi terra omnis igne depasceretur; ubi est in notione *passiva.* sed eadem forma est Ζ, 195, τέμενος, ὄφρα νέμοιτο, ut haberet et frueretur; intransitive. hinc intelligis, quid sit τὸ νέμος, locus sc. attributus nobis ad possidendum, maxime ad pecus ibi pascendum. τοῖσιν δ' (ἵπποις Ἥρης) ἀμβροσίην Σιμόεις ἀνέτειλε νέμεσθαι, Ε, 777, iis equis divinis fluvius crescere fecit ambrosiam ut pascerentur. ἐνῆκε πυρὸς μένος, ὄφρα νέμοιτο, immisit ignis robur, ut depasceretur rogum, Ψ, 177, i. e. κατεσθίοι, *verzehren möchte, (might consume.)* αὐτοὺς (σιάλους σύας) εἶασι κατὰ ἕρκεα νέμεσθαι, ad septa aulæ interiora pasci, υ, 164. alibi τὸ νέμειν notat et, regere, administrare; unde est χειρονομεῖν, manus apte regere et movere: quod et καταχρηστικῶς de pedibus ponitur, ἐχειρονόμησε σκέλεσιν. sic, νίκταρ ἐμνοχόει, ἵπποι ἐβουκολοῦντο, etc.

νεοαρδής, ἐος. ὁ ἡ. (Δίω) recens rigatus et perfusus aqua. Βορέας νεοαρδέα ἀλωὴν αἶψα ἂν ξηράνῃ, Φ, 346, recens rigatum hortum celeriter sane siccaverit. et quia terra, humida pluviis, inquinat pedes: hinc ἡ ἄρδα est, cœnum, lutum, sordes; et ἀρδαλόω est, inquino.

νεογιλὸς, ὴ, όν. (Γέω) est ὁ νεωστὶ γινόμενος, recens natus. deberet esse νεογινὸς, a quo per syncopen in usu est νεογνὸς, sed ν sæpe mutatur in λ. sic πλεύμων est pro πνεύμων, τὸ ἄϊκλον pro ἄϊκνον, i. e. εἰς ὅ τις λίαν ἱκνεῖται, ad quod quis cupide vadit: notat enim cœnam, maxime in dialecto Laconica, et dicitur quoque τὸ αἶκλον: unde sunt τὰ ἐπάϊκλα, i. e. τραγήματά τινα δείπνου, de quibus vide Athenæum. et hæc mutatio τοῦ ν in λ est Attica. τῆς φωνὴ μὲν ὡς σκύλακος νεογιλῆς γίνεται, μ, 86, de Scylla, quam conf. in R. Vide sub μεταμώλιος.

νεόδαρτος, ου. ὁ ἡ. (Δέρω) recens excoriatus vel detractus. τέσσαρα φωκάων δέρματα, πάντα νεόδαρτα, δ, 437, *frisch erst abgezogene häute, (hides recently taken from the animals.)* ἀμφὶ δὲ δέρμα ἕστο βοὸς νεόδαρτον, χ, 363, circum indutus erat corium bovis recens detractum, ut ob humorem talis recentis corii totum se contegeret et involveret.

νεοθηλὴς, έος. ὁ ἡ. (Θάλω) recens protrusus, recens virens aut florens. χθὼν ἔφυεν νεοθηλέα ποίην, Ξ, 347, recentes herbas virides et floridas.

νεοίη, ης. ἡ. (Νέω) est fere idem quod ἡ νεότης, juvenilis ætas, ἡ νεωτερικὴ κατάστασις. a νέος fit νεοῖος, νεοίη, ut ab ἄλλος fit ἀλλοῖος, ἀλλοίη. et quemadmodum ἠοῖος, ἠοίη, ἠοῖον (quod est ab ἡ ἠώς, τῆς ἠόος) non solum notat tempus orientis, sed et locum, vel id quod tempori vel loco illi convenit: sic et ἡ νεοίη sæpe est ἡ νηπιέη, ὁ νεωτερικὸς νοῦς καὶ ἡ νεάζουσα φρὴν, temeritas juvenilis. νῦν αὖτε νόον (mentem saniorem) νίκησε νεοίη, Ψ, 604, coll. 589, nam hæc est περίφρασις τοῦ, ὑπερβασίαι νέου, *die jugendhitze, (youthful ardour.)*

Νέομαι, (Ἔω) eo, abeo, adeo, redeo. pro contracto νοῦμαι dicitur ionice νεῦμαι. est manifesto ab ἔω, vado, proficiscor; et initiale ν videtur esse ex præpositione ἐν. ἐπεὶ οὐ νέομαί γε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν, Σ, 100, *da ich wohl nicht wieder ins vaterland komme, (since I shall not return to my native land.)* sic et Ψ, 150. ἠῶθεν γὰρ νεῦμαι ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι, mane redeo una cum sole oriente, Σ, 136, ὑπονοστήσω, παλιννοστήσω: nam præsens est pro certissime futuro. ὁπότε Τηλέμαχος νεῖται ἐκ Πύλου; δ, 633, quando redit inde? ὅγε τερψάμενος νεῖται, μ, 188, ille delectatus abit. ὡς νεῖται Ὀδυσεὺς, quod venturus et rediturus est ille, ξ, 152. σαώτερος ὥς κε νέηαι, ut abire possis salvus, Α, 32, ἀπειλῆς. οἴκαδέ περ σὺν νηυσὶ νεώμεθα, domum revertamur, Β, 236, i. e. νοστήσωμεν. ἡμεῖς δ' ἐν νήεσσι νεώμεθα, Γ, 283, *wir wollen nach hause gehen zu schiffe, (we will return home in our ships.)* ὅταν αὖτε νεώμεθα (εἰς) πατρίδα γαῖαν, Η, 335, quando revertemur in patriam. φρασόμεθα, ἤ κε νεώμεθα ἐφ' ἡμέτερα, ἦ κε μένωμεν, Ι, 615. ὁπότε κεν ἐκ Τροίης σὺν νηυσὶ νεώμεθα, Ξ, 505. sic, οἴκαδε, Π, 205. νηυσὶν ἔπι νεώμεθα, ad naves revertamur, Χ, 392. βουλῆς ἐξ ἦρχε νέεσθαι, Β, 84, abire ex concilio principum. et 290, οἶκόνδε, domum abire. et 291, πόνος ἐστὶν ἀνιηθέντα

νέεσθαι, dolor gravis est, molestia conflictatum frustra, abire, *es ist ein leiden, wieder nach hause zu gehen, wenn aller vortheil des aussenseyns sonst nichts als plage gewesen, und man nichts damit gewonnen hat, (it is mortifying to return home, after struggling abroad with misfortune, and gaining nothing by it.)* nam vis hujus dicti est in ἀνιηθέντα. et 298, αἰσχρόν τοι, turpe sane et pudendum, δηρόν τε μένειν κενέον τε νέεσθαι, diu manere extra domum, et vacuum redire. et 354, μή τις πρὶν ἐπειγέσθω οἴκόνδε νέεσθαι. et 357, ἐκπάγλως ἐθέλει. et 453, πόλεμος γλυκίων γένετο ἠὲ νέεσθαι ἐν νηυσί. sic et Λ, 13. καλεῖ σὲ, οἴκόνδε, Γ, 390. ἕνα δ' οἶον ἵει, οἴκόνδε νέεσθαι, Δ, 397, unum solum dimisit domum. εἰ δέ σοι αὐτῷ θυμὸς ἐπέσσυται, ὥστε, Ι, 42, si tibi ipsi lubido est reverti. ποταμοὺς δ' ἔτρεψε νέεσθαι κὰρ ῥόον, Μ, 32, fluvios convertit ut redirent in alveum ordinarium; pro κατὰ ῥόον, cum antea omnia inundassent. οὐδέ σε φημὶ ἄπρηκτόν γε νέεσθαι, non puto te infecta re reversuram vel abituram, Ξ, 221. οὐκ ἔμελλον ἀναιμωτί γε νέεσθαι, Ρ, 497, et quidem αὖτις, retro, non sine sanguine. ἠέλιον Ἥρη πέμψεν ἐπὶ ὠκεανοῖο ῥοὰς ἀέκοντα νέεσθαι, Σ, 240, sc. νέεσθαι ἐπὶ ῥοὰς, abire ad fluenta oceani, i. e. occidere, δῦναι, *ins meer hineinzugehen, (to descend into the sea.)* notat ergo νέεσθαι in genere πορεύεσθαι, etiam ἐπανελθεῖν. σὲ Φθίηνδε νέεσθαι, Τ, 330. Θέμις κέλευσε Διὸς πρὸς δῶμα νέεσθαι θεοὺς, Υ, 6, convocavit eos, ut irent ad concilium habendum. πέμψειν εἰς Ἀΐδαο καὶ οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι, Φ, 48, etiam nolentem eo subire: ut paullo ante de sole positum. et 598, πολέμου μιν ἔκπεμπε νέεσθαι, ex pugna dimitte eum ut abeat. ἐμὲ κατακτείναντα τὸν νέεσθαι, ut ego, occiso a me illo, abirem, Χ, 109. νεκρὸν νέεσθαι ὑπὸ ζόφον, ut mortuus abeat sub tenebras, Ψ, 51. et 229, οἱ δ' ἄνεμοι πάλιν αὖτις ἔβαν οἴκόνδε νέεσθαι. αὖθις πρὸς δῶμα Διὸς μεγάλοιο νέοντο, Ε, 907, pro ἐνέοντο, abibant. τοὶ δ' οὔτι πάλιν οἴκόνδε νέοντο, non revertebantur domum, Ζ, 189, οὐκ ἐπαλιννόστησαν εἰς τὰ οἰκεῖα. οὐκ ἂν ἔγωγε τεὸν πρὸς δῶμα νεοίμην, Ξ, 335, non sane redirem ad domum tuam. αὖτις πρὸς δῶμα νεοίατο, Σ, 377, pro νέοιντο, domum redire possent. ἐν νηυσὶ νέεσθω, navibus revertatur, Γ, 159, sc. Helena ista pulcra. νεέσθω, ἄγων κλισίηνδε ἡμίονον, abeat, ducens ad tentorium suum mulum, Ψ, 662, quem præmium accepit. τοὶ δὲ νεέσθων Ἄργος ἐς, et hi revertantur eo, Γ, 74, attice pro νεέσθωσαν. αὐτὰρ ἐγὼ νέομαι, ν, 61, ego abeo, ut revertar in patriam, *ich reise heim, (I am returning home.)* ὀψὲ κακῶς νεῖαι, λ, 113, sero male redibis; ubi præsens est pro futuro. a νέομαι est νέεσαι, νέεαι, νεῖαι: ubi εε contractum est in ει: sed Attici contrahere solent εαι in ῃ, ut fiat νέῃ, quæ forma secundæ singularis communiter a grammaticis exhibetur, sed minus accurate: est enim Attica contractio; fundamentalis vero terminatio secundæ singularis est in εσαι, quod Sigma extrudunt Iones, ut fiat εαι. et sic in reliquis modis et temporibus medii aut passivi hæc persona terminatur regulariter in σαι. eadem verba sunt, μ, 141. νόστον αὐτοῦ, ὥσκε νέηται, reditum ejus, ut sane redeat, α, 87. et 205, φράσεται ὥς κε νέηται, meditabitur id, ut redeat. prioris loci verba sunt et, ε, 31. ἀλλὰ μάλ' ἦρι νέονται, υ, 156, sed admodum mane redibunt; præsens pro futuro. ταῦτα τελευτήσας νεόμην, pro ἐνεόμην, δ, 585. ρ, 148, hoc perfecto, abii. ἢ καθύπερθε Χίοιο νεοίμεθα, ἢ ὑπένερθε, γ, 170. οἴκόνδε νέεσθαι, ut domum rediret, α, 17. πατρὸς μὲν ἐς οἶκον ἀπερρίγασι νέεσθαι, horrent ire in domum patris, β, 52. sed 238, τὸν δ' οὐκ ἔτι φασὶ νέεσθαι, non putant eum esse rediturum. δός με πρήξαντα νέεσθαι, γ, 60, da ut redeam, quando perfeci id quod volui. et 336, ἀλλὰ νέεσθαι, domum abire decet tempestive ex convivio sacro. et 344, ἐπὶ νῆα, ad navem abire. τὴν ἔπεμπε νέεσθαι Μυρμιδόνων προτὶ ἄστυ, δ, 8, deduci curavit eam ut veniret eo: ubi notat iter novæ nuptæ ad sponsi domum remotam. sed 260, νέεσθαι ἄψ οἴκόνδε. et 351, ἐμὲ δεῦρο μεμαῶτα νέεσθαι, me cupientem huc redire. πάλιν οἴκόνδε, ζ, 110. μὲ ἐκέλευεν, η, 262. οὐδὲ, ι, 95, non voluit reverti ab Lotophagis. ἐμὲ δ' οὐκ ἔτι φασὶ, de me putant, me non esse reversurum, λ, 175. εἴ τις (θεῶν) μοὶ φήνειε ὁδὸν νέεσθαι, an aliquis mihi ostenderet viam ad revertendum, μ, 334. δὴ γὰρ μενέαινε, nam sane cupiebat reverti, ν, 30. et 206, ὅς κεν μὲ ἔπεμπε. οὐκ ἐθέλουσι νέεσθαι ἐπὶ σφέτερα, nolunt abire ad sua, ξ, 91, coll. 87. et 261, ὀπτῆρας δὲ κατὰ σκοπιὰς ὤτρυνα νέεσθαι, speculatoresque ad speculas jubebam ire, πορεύεσθαι. sic et ρ, 430. εἰ πλέονας παρὰ ναῦφιν ἐποτρύνειε νέεσθαι, ξ, 498, si plures velit a navibus huc mittere. ὀτρυνέουσα νέεσθαι, hortatura ut revertatur, ο, 3. et 72, ὅστε οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι ξεῖνον ἐποτρύνῃ, qui nolentem abire hospitem impellat. et 456, νηῦς ἤχθετο τοῖσι νέεσθαι, navis satis onerata erat ab his, ut possit proficisci inde. σὺ δὲ δεῦρο νέεσθαι, π, 132, tu autem huc reverti, sc. memento; nam est inf. pro imperativo. et 350, θοῶς οἴκόνδε. ὀτρυνέουσα νέεσθαι, incitatura ad eundum, σ, 185. et 240, οὐδὲ νέεσθαι οἴκαδε, ὅπη οἱ νόστος, *noch nach hause zu gehen wo er hin gehörete, (nor yet to return home to the place to which he belonged.)* στυγερῶς τινὰ ἐγὼ πέμψαιμι νέεσθαι ἡμετέρου ἐξ οἴκου, φ, 374. abire. sic fere, ψ, 23, στυγερῶς μιν ἐγὼν ἀπέπεμψα νέεσθαι αὖτις ἔσω μεγάρων, duriter eam dimisissem ut rediret in cellas ancillarias. ὀτρυνέουσα, hortatura, jussura, ut irent, χ, 434, 496. et 484, πάσας δ' ὄτρυνον δμωὰς κατὰ δῶμα, νέεσθαι, incita omnes ancillas in domo, ut veniant. τὸν δ' οὐκ ἔτι φάντο νέεσθαι, hunc non putabant reversurum esse, ω, 459. βούλομαι ἤδη νεῖσθαι (pro νέεσθαι) ἐφ' ἡμέτερα, ο, 88, volo jam reverti domum. est ergo in genere, ire, proficisci, venire: ire ut simus in aliquo loco, quod præfixa cum aphæresi præpositio ἐν innuit. talis aphæresis ab ἔρα est in, νέρθε, νέρτεροι, etc.

νεοπενθὴς, έος. ὁ ἡ. (Πήθω) recenti et primo luctu. παρθενικαί τ' ἀταλαὶ νεοπενθέα θυμὸν ἔχου-

σαι, virgines teneræ, habentes animum primo et juvenili luctu oppressum, λ, 39, nam vetulæ mulieres habent θυμὸν παλαιοπενθέα.

νεόπλυτος, ου. ὁ ἡ. (Λύω) recens lotus. εἵματα νεόπλυτα, ζ, 64.

νεόπριστος, ου. ὁ ἡ. (Πέρα) recens sectus et politus. κολεὸν δὲ νεοπρίστου ἐλέφαντος, vagina e recens secto ebore facta, θ, 404, nam ad enses elegantiorum hominum tales erant vaginæ.

νέος, α, ον. (Νέω) novus, recens. est a νέω, congrego, moveo; ut notet integrum viribus et statu, vel, recens congregatum et auctum. in ætate notat adolescentiam viridem et vegetam. ἦ μὴν καὶ νέος ἐσσὶ, ἐμὸς δέ κε καὶ πάϊς εἴης, I, 57. ἢ νέος ἠὲ παλαιὸς, Ξ, 108, *jung oder alt, (young or old,)* sive sit junior sive senior, modo ut melius consilium proferat isto. οὔτ' αὐτὸς νέος ἐσσὶ, Ω, 368, *du bist auch kein jüngling mehr, (nor art thou thyself young.)* et 725, ἀπ' αἰῶνος νέος ὤλεο, vita excidisti juvenis, periisti a vita. νέος πάϊς, δ, 665. αὐτὸς μὲν νέος εἰμὶ, π, 71. et 99, αἲ γὰρ ἐγὼν οὕτω νέος εἴην τῷδ' ἐπὶ θυμῷ, i. e. αἰ ἐγὼν νεάζοιμι κατά σε, ἔχων ὃν ἔχω θυμὸν, *wenn ich bey diesem meinem muthe so jung wäre wie du, (if I, possessing the courage I do, were as young as thou.)* χήρωσας δὲ γυναῖκα μυχῷ θαλάμοιο νέοιο, P, 36, ubi θάλαμος νέος notat γυναῖκα νεόνυμφον, recens nuptam uxorem. alii opinantur quidem, ad νέου subintelligi ἀνδρὸς, qui genitivus regatur ab, ἐχήρωσας, viduasti uxorem in conclavi interiori sedentem viro suo juvene: sed ea expositio postponenda est priori simpliciori. οἶσθα οἷαι νέου ἀνδρὸς ὑπερβασίαι, Ψ, 589, 590. ubi φύσις τοῦ νέου describitur paucis verbis. μοὶ νέῳ πόλεμόνδε κιόντι, Λ, 683, quod miraculi causa additum, quod valde adolescens tam multa obierit et acquisierit bellando. νέῳ δέ τι (κατὰ) πάντα ἐπέοικεν, X, 71, juvenem in omnibus decet ea res. εἰ δή σοι νέῳ ὧδε (adeo juveni) θεοὶ πομπῆες ἕπονται, γ, 376, id enim unum miratur senex, quod tam adolescentulo comes sit dea: nam ipsam ἐπιφάνειαν τῆς Ἀθηνᾶς per se non miratur, utpote qui in tam longa vita plures viderat ejusmodi ἐναργείας θεῶν. sed quæso, lector bone, ne obliviscaris, tibi rem esse cum poëta; et historicum sic narraturum fuisse: si tu adeo adolescens jam tam sapis et tanta prudentia simul et magnitudine animi regeris. nam hæ duæ virtutes sunt personificatæ in Minervæ πρόσωπον poëticum. si resolvis, lector, poëticas fictiones in simpliciores ideas: multarum quæstionum tibi compendium feceris, et cum voluptate poëtam leges. ἀνδρὶ δέμας εἰκυῖα νέῳ ἐπιβώτορι μήλων, ν, 222, ubi rursus Minerva adsimilabat se juveni regio, pastoribus præfecto: i. e. Ulysses ipse secum perpendebat singula caute; et ejusmodi prudentia debet esse vegeta et animosa, si effectus bonus sequi debet: hinc comparatur prudentia Ulyssis adolescenti delicato et splendido. ἐτάνυσσε νέῳ ἐπὶ κόλλοπι χορδὴν, φ, 407, *auf einem neuen wirbel spannete er die saite, (stretches a chord on a new pin.)* ἀνδρὶ νέῳ καὶ καλὰ περὶ χροῒ εἵματα ἔχοντι, π, 210, coll. 208, 209. σοὶ δ' αὖ νέον ἔσσεται ἄλγος, Z, 462, *neuer kummer, (fresh sorrow, grief.)* μέμνημαι τόδε ἔργον ἐγὼ πάλαι, οὔτι νέον γε, ὡς ἦν, I, 523, *ich erinnere mich der sache von alters her, sie ist nichts neues mer, wie sie beschaffen gewesen, (I recollect that affair of old—it is not of recent date—how it was.)* possit tamen νέον h. l. esse adverbialiter. σὲ νέον περ ἐόντα, Ψ, 306. νέον ἄνδρα ἐξερέεσθαι γεραίτερον, αἰδώς ἐστι, γ, 24, reverentiæ repugnat, si adolescens senem quæstionibus fatigat, *ein junger mann scheuet sich, einen alten mit fragen zu beschweren, (a young man should avoid annoying an old one with questions.)* et 367, χρεῖός μοι ὀφέλλεται οὔτι νέον γε οὐδ' ὀλίγον, debitum debetur mihi neque recens neque parvum. φοίνικος νέον ἔρνος, ζ, 163, *ein neuer aufschuss eines palmenbaums, (the fresh shoot of a palm-tree.)* ῥηϊδίως θείη νέον ἠδὲ γέροντα, facile facere possit juvenem et senem, π, 198, sub persona nimirum, senem; demta persona, juvenem, qualis re vera erat. *neutrum* vero, νέον, sæpissime ponitur *adverbialiter*, ut notet, nuper, modo, jam, *kürzlich erst, neuerlich, jetzo, (lately, recently, just now.)* μελισσάων, πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων, B, 88, semper recens, et novo quasi examine, ex cavo saxo prodeuntium: i. e. οὕτω πολλαὶ, ὥστε συνεχῶς προϊοῦσαι νεωστὶ ἐδόκουν ἐξέρχεσθαι, *die menge so gros, das es immer schiene, als fienge der schwarm erst an hervor zu quellen, (in such numbers that it seemed all along as if the swarm was but just beginning to pour forth.)* possis quidem per νέον intelligere τὸ ἔαρ, τότε γὰρ μάλιστα τῶν σίμβλων ἐξέρχονται μέλισσαι: sed prior explicatio simplicior, et poësi aptior. χοροῖο νέον λήγοντα, Γ, 394, a chorea modo desinentem. νέον συνορινόμεναι φάλαγγες, Δ, 332, copiæ recens concurrentes, conf. συνορίνω. ζεφύρου ὀρνυμένου νέον, H, 64, recens insurgentis, *der sich alleweile erst erhebet zu wehen, (just beginning to blow:)* nam brevi post fiunt, non φρίκες, sed κύματα: φρὶξ enim est τὸ προοίμιον κύματος. et 421, ἠέλιος νέον προσέβαλλεν ἀρούρας, sol recens percutiebat arva radiis, *beschien aufs neue die felder, (shone anew upon the fields,)* i. e. oriebatur mane. sic et τ, 433. ἐμὲ θήσειν νέον ἡβώοντα, me facere velle recens juvenem, *er wolle mich wieder jung machen, (that he will make me young again,)* I, 446. τοῦτον δ' ἄλλον ἐγὼ νέον ἤγαγον ἐκ πολέμοιο, Λ, 662, et hunc alium ego modo eduxi ex prœlio, *jetzo erst, (just now.)* sic, M, 336, νέον κλισίηθεν ἰόντα, N, 211, 364. O, 240, 538, νέον φοίνικι φαεινὸς, i. e. λάμπων φοινικῷ νεαρῷ χρώματι. Ω, 444, 475. α, 175, ἠὲ νέον μεθέπεις, ἦ καὶ πατρώϊός ἐσσι ξεῖνος; an recens, nunc primum, accedis ad nos, an et paternus es hospes. γ, 318, ἄλλοθεν νέον εἰλήλουθε. δ, 112, νέον γεγαῶτα, recens natum sibi filium. sic et 144. θ, 13, ἵκετο δῶμα. et 289, παρὰ πατρὸς ἐρχομένη. νέον ἄλλοθεν ἔνδον ἐόντα. π, 26, denuo aliunde domi existentem, *dass du aus der fremde wieder zu*

hause bist seit heute, (that thou art this day returned home from abroad.) et 181, ἀλλοῖός μοι ἐφάνης νέον ἠὲ πάροιθεν, *jetzo anders als vorher, (thou appearest to me now a different man from what thou wert formerly.)* est ergo sæpe Germanorum, *nun, (now,)* nunc, jam. et 199, ἤτοι νέον (modo, paullo ante) ἦσθα γέρων, et sequitur νῦν, 200. est ergo ibi Romanorum *modo, vor einem augenblicke, (a moment since.)* ρ, 112, ἐλθόντα νέον ἄλλοθεν. σ, 308, νέον κεκεασμένα ξύλα, modo fissa ligna. τ, 400, παῖδα νέον γεγαῶτα. et 519, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο, vere recens orto. υ, 191, ξεῖνος νέον εἰλήλουθε, et 360, ἀφραίνει ξεῖνος νέον ἄλλοθεν εἰληλουθώς, quasi dicat, si diutius nobiscum versatus esset, plus saperet. Τηλέμαχος νέον μὲν ἀέξετο, χ, 426, modo adolevit, *ist erst kürzlich mannbar worden, erwachsen, (is just grown up.)* νέοι εἶχον πεμπώβολα χερσὶν, Α, 463, coll. 470, ubi κοῦροι dicuntur. sic et γ, 460, ergo juniores ministrabant in sacrificio, sicut et in convivio. νεωτέρων γὰρ αἱ τοιαῦται ὑπηρεσίαι. hinc dicuntur tales etiam παῖδες juvenili nomine καὶ παιδίσκαι, οἱ καθυπουργοῦντες ἐν τοιούτοις. ὁμηγερέες, ἠμὲν νέοι ἠδὲ γέροντες, Β, 789, juniores et senes, equites et senatores ad atria regis congregati. ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταὶ, Θ, 102, certe sane valde te premunt adolescentes milites. ταῦτα ἴσασι (sciunt) ἠμὲν νέοι ἠδὲ γέροντες, Ι, 36. et 258, τίσωσί σε ἠμὲν νέοι ἠδὲ γέροντες. αἰδὼς, Ἀργεῖοι, κοῦροι νέοι, Ν, 95, ubi id vult: estis juvenes validi, et tamen tam imbelles et invalidi videmini. ἄλλοι πολλοὶ, νέοι ἠδὲ παλαιοὶ, α, 395, ubi hoc dicit: vos proci soli non estis, qui ad regnum possint adspirare. ergo tecte μυκτηρίζει Ἀντίνοον. πολλοὶ δ' ἔσαν νέοι ἠδὲ παλαιοὶ, θ, 58. et 110, ἀνίσταντο νέοι πολλοὶ καὶ ἐσθλοὶ, multi et nobiles juvenes. et 202, τοῦτον νῦν ἀφίκεσθε, νέοι, ad hunc terminum nunc pertingite, juvenes, respectu mei senioris et tamen tantum valentis. ἤ μέν μιν λοχόωσι νέοι, i. e. proci, ν, 425. ὅτε ἐπικρατέωσιν ἄνακτες οἱ νέοι, ξ, 61, et sic dicit Eumæus τοὺς μνηστῆρας, dicitque id dolenter, violentiam eorum notans per ἐπικρατέουσι. νέοι χλαίνας εὖ εἱμένοι, juvenes bene induti vestibus, ο, 330, 331, ubi describuntur delicati adolescentes et luxuriosi, pulchelli ministri ad mensas lautiorum hominum. ἀγίνεσκον αὐτὸν (canem venaticum) νέοι ἄνδρες ἐπὶ αἶγας, juvenes nobiles, ρ, 294. et 479, μή σε νέοι (*die jungen herren, [the youths,]* proci) διὰ δώματα ἐρύσωσι, per triclinium trahant: maxime ipse, ita loquens, respectu hospitis, ut videbatur, senis, coll. 482. Ἶρον δὲ νέοι κίκλησκον ἅπαντες, σ, 6, nam γέροντες non solent esse σκωπτικοὶ nec utuntur nuntiis clandestinis ad res e. c. amatorias. αὐτὸν αἶψα, νέοι, δόμου ἐκπέμψασθε, vos O proci, υ, 361, comitate eum et educite e triclinio et domo, quia putat jam esse tenebras nocturnas; ut viam inveniat, coll. 375. ὄφρα νέοι θάλποντες, i. e. proci, φ, 179, 184. ζώννυνται τε νέοι, ω, 89. νέων δ' ἀλάπαζε φάλαγγας, juvenum vastabat ordines, Λ, 503, in prœlio. ὧδε δέ τις εἴπεσκε νέων ὑπερηνορεόντων, *von den muthigen jungen herren, (of the spirited youths,)* β, 324, 331. δ, 769. ρ, 482. υ, 375. φ, 361, 401. ἠὲ νέων ἀνδρῶν, ἢ οἱ προγενέστεροί εἰσι, β, 29. οὔτε νέων τινὰ οὔτε γερόντων, π, 362. ἔταμνε νέους ὄρπηκας, *schnitt junge schösslinge ab, (cut off the young shoots,)* Φ, 38. νέους ποσὶ πάντας ἐνίκα, Ψ, 756. νέην γυναῖκα, puellam recentem, Β, 232, *eine junge neue, (a young girl.)* νύμφην νέην, recens nuptam juvenculam, λ, 446. πολλαὶ ἐν Ἰθάκῃ νέαι ἠδὲ παλαιαὶ, β, 293, ubi de navibus sermo est. hinc Comicus navem prorsus novam dixit παρθένον, mare nondum passam et vectores. δμωαὶ πᾶσαι, νέαι ἠδὲ παλαιαὶ, δ, 720. ab hoc significatu τοῦ, νέος, juvenis, sit ὁ νεὰν, ᾶνος: unde est ὁ νεανίας, ου, et ἡ νεᾶνις, ιδος. pro νέος dicitur et νεοχμὸς et νεωχμός. Theocr. Id. 24, 65, χρέος νεοχμὸν, rem magnam recens oblatam, quæ sollicitos habebat parentes.

νεόσμηκτος, ου. ὁ ἡ. (Μάω) recens detersus et politus. νεοσμήκτων θωρήκων αὐγὴ, Ν, 342, splendor thoracum politorum.

νεοσσὸς, οῦ. ὁ. (Νέω) pullus, recens nata avis. est simpliciter a νέος, cum paragoge. nam qui fingunt compositum ex νέον i. e. νεωστὶ, modo, et ὄσσεσθαι i. e. βλέπεσθαι, videre; vel a νέον et σεύεσθαι i. e. κινεῖσθαι, moveri, mutato ν in σ, ii ambages nimis quærunt. στρουθοῖο νεοσσοὶ, νήπια τέκνα, Β, 311, ut notentur τὰ νεογνά. ὡς ὄρνις ἀπτῆσι (implumibus) νεοσσοῖς προφέρῃσι μάστακα, os plenum, Ι, 323, quibus comparat Græcos et regem. qui contendunt, esse compositum νεοσσὸς a νέον ὀσσόμενος, i. e. νεωστὶ φῶς βλέπων, afferunt exempla, quibus τὸ ν mutatur in Sigma; ut in πασσυδίῃ pro πανσυδίῃ, et in σύσσιτος pro σύνσιτος. Attici dicunt νεοττὸς, et per syncopen νοττός.

νεόστροφος, ου. ὁ ἡ. (Τρέω) recens tortus. νευρὴν νεόστροφον, Ο, 469, coll. 463, nervum arcus recens tortum ex loris.

νεότευκτος, ου. ὁ ἡ. (Τέκω) recens factus. κνημὶς νεοτεύκτου κασσιτέροιο, Φ, 592, ocrea ex recens elaborato stanno facta.

νεοτευχὴς, έος. ὁ ἡ. (Τέκω) idem. δίφροι νεοτευχέες, currus recens fabricati, Ε, 194.

νεότης, ητος. ἡ. (Νέω) juvenilis ætas, pueritia. οἷς Ζεὺς ἐκ νεότητος ἔδωκε καὶ εἰς γῆρας τολυπεύειν πολέμους, pugnare, Ξ, 86. ἄμφω γὰρ ἀτέμβονται νεότητος, ambo carent juventute, Ψ, 445, *beyde sind nicht mehr jung, (neither of them is now young.)*

νεούτατος, ου. ὁ ἡ. (Τῶ) recens et modo vulneratus. a νέος. ἄλλον ζωὸν ἔχουσα νεούτατον, ἄλλον ἄουτον, Σ, 536, de pugna. αἷμα κατέῤῥει νεουτάτου χειρὸς, Ν, 539.

νέπους, οδος. ὁ ἡ. (Πάω) qui est sine pedibus; vel, qui est exiguis et brevibus pedibus, ut pæne similis sit carenti iis, ὀλιγόπους, μικρόπους, καὶ διὰ τοῦτο ἐγγὺς ἄποδος. nam α privativum, et νη στερητικὸν, quod correpte νε scribitur, ponuntur etiam ἐπὶ ὀλιγότητος. quæ observatio etiam locum habere potest ad ἀνιπ-

πόποος, ut notetur is, qui raro et sine apparatu delicatiore pedes lavat. φῶκαι νέποδες καλῆς Ἁλοσύδνης, phocæ humilibus pedibus, quibus in terra ægre utuntur, et quæ sunt peculium pulcræ Halosydnæ, deæ maris. δ, 404, ubi ergo est epitheton *der meerkälber, (of seals.)* hinc quidam potius a νέω, nato, vocem compositam esse volunt, ut νέπους sit ὁ νήχων ποσί, ὁ νηξίπους, qui pedibus ad natandum magis uti potest quam ad gradiendum in sicco, *schwimmfüssig. (web-footed.)* sunt tamen quoque, quibus νέποδες sunt, τέκνα, ut istæ phocæ dictæ sint, natæ illius deæ, i. e. maris ipsius: nam κατά τινα γλῶσσαν, νέπους est ὁ ἀπόγονος, unde Latinorum est nepos. sed præstat prius. de posteriori significatu vide Theocritum Id. 17, 25, ubi notat nepotes: non vero, ut ridicule quidam vertunt, sine pedum usu.

νέρθε, et νέρθεν, (Ἔρα) adv. in terra. infra. idem ac ἔνερθε. νέρθε δὲ ποσσὶν ἤϊε, pedibus infra ibat, Η, 212. ῥαίνοντο (ἵπποι) δὲ νέρθε κονίῃ, adspergebantur infra pulvere, Λ, 282. et 538, αἵματι δ' ἄξων νέρθεν ἅπας πεπάλακτο. sic et Υ, 500. νέρθε δὲ ποσσὶν ἔσσυμαι, pedibus infra moveor, Ν, 78, coll. 75. Κρόνον Ζεὺς γαίης νέρθε καθεῖσε, Saturnum infra terram sedere fecit, Ξ, 404. νέρθεν ὑπ' ἐγκεφάλου, sub cerebro, Π, 347. νέρθε δὲ γοῦνα πήγνυται, Χ, 452, genua subtus torpent. οἳ (Castor et Pollux) καὶ νέρθεν γῆς τιμὴν πρὸς Ζηνὸς ἔχουσιν, λ, 301, qui et sub terra honorem a Jove habent. νέρθε τε γοῦνα, υ, 352.

νέρτερος, α, ον. (Ἔρα) inferior. idem ac ἐνέρτερος. q. v. per aphæresin. οἵπερ νέρτεροί εἰσι θεοί, qui dii sunt sub terra degentes, veluti pœnæ causa, Ο, 225.

νευρά, (ionice νευρή) ᾶς vel ῆς. ἡ. (Νέω) nervus in arcu, *die sehne am bogen, (the string of a bow.)* dicta a τὸ νεῦρον, ex quo antiquitus fieri solebat. ἐπὶ νευρῇ κατεκόσμει πικρὸν ὀϊστὸν, Δ, 118, ad nervum apte ponebat sagittam amaram. et 123, νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασεν, cum attraheret nervum. et sic jaculabantur antiquissimi, etiam αἱ Ἀμαζόνες: sed, μέχρι καὶ εἰς τὸ δεξιὸν οὖς αὐτὴν ἐντανύειν, recentiorum sagittariorum erat conf. τανύειν. *die alten hielten den bogen vor der brust, und die sehne ward gegen die rechte brust gezogen; die neuern hielten ihn gegen den kopf, besser zu zielen, und da zog sich die sene beym abschiessen gegen das rechte or: und die rede ist vom schützen selber, und von seiner stellung, (the ancients held the bow before the breast, and the string was drawn towards the right breast: the moderns held it before the head for the purpose of taking better aim, and the string in shooting was drawn towards the right ear: and the matter relates to the protection of the body, and the position of the bow.)* ὀϊστὸν θῆκεν ἐπὶ νευρῇ, pro ἐπέθηκεν, Θ, 324, i. e. τὰς τοῦ ὀϊστοῦ γλυφίδας ἐπέλασε τῇ νευρᾷ. et 328, ῥῆξε δέ οἱ νευρὴν, lapide magno conjecto versus eum, disrupit ei nervum in arcu. coll. 325, ubi αὖ ἐρύειν est retro trahere nervum: et παρὰ ὦμον cum sequentibus, notat locum quem destinabat sagittarius feriendum, et quo dirigere sagittam volebat. ὃν ἔβαλε ἀνὴρ ἰῷ ἀπὸ νευρῆς, Λ, 476. et 663, ἰῷ ἀπὸ νευρῆς βεβλημένον. αὐτῷ ἐϋστρεφέα νευρὴν ἐν ἀμύμονι τόξῳ ῥῆξε, ἐρύοντι (quod pertinet ad οἱ, i. e. αὐτῷ) ἐπὶ ἐκείνῳ, contra illum, Ο, 463, ubi vides, contortum fuisse ex nervis bubulis. et 469, νευρὴν δ' ἐξέρρηξε νεόστροφον. νευρὴν ἐντανύσαι, φ, 587, nimirum extra usum nervus ad unum tantummodo cornu alligatus erat; ad usum vero nervus debebat alteri cornu circumponi: et hoc est ἐντανύειν. ad id efficiendum in magno et valido arcu viribus opus erat, ut sic curvaretur genu imposito, ut nervus huic alteri cornu posset circumdari, vel cornu nervo inseri. sic φ, 97, ἐώλπει νευρὴν ἐντανύσειν. et 127, ἐπιελπόμενος. et 410, πειρήσατο νευρῆς, (sc. cum jam esset circumposita cornu alteri, et arcus sic contentus) ἡ δὲ καλὸν ἄεισε, tentabat nervum manu, et is sonabat acute, utpote acriter tensus. et 419, εἷλκεν νευρὴν γλυφίδας τε. οὔτις ἐδύνατο βιοῦ νευρὴν ἐντανύσαι, ω, 170, *dran spannen die sehne an das andre horn des bogens, und auf solche art den bogen spannen, (stretch the string to the other horn of the bow and thus bend it.)* ὀϊστὸν ἀπὸ νευρῆφιν ἴαλλεν, Θ, 300, 309, pro ἀπὸ νευρῆς, a nervo misit sagittam. priscorum tamen quibusdam placet, νευρῆφιν adverbialiter quasi positum intelligere, et ἀπὸ ad verbum trahere, ἀπίαλλεν, *er schoss ab, mit der sehne, (he shot the arrow from the string.)* sic, Ν, 585, ὁ μὲν ἔγχεϊ ἵετο ἀκοντίσαι, ὁ δὲ ἀπὸ νευρῆφιν ὀϊστῷ, ubi tamen satis clare apparere videtur, νευρῆφιν esse cum paragoge pro νευρῆς, et subintelligitur βάλλειν, coll. 586. nisi quod quidam ὑφὶν legi jubent, ἀπονευρῆφι, ut tamen adverbialis positio defendatur. sic Ο, 313, ἀπὸ νευρῆφι δ' ὀϊστοὶ θρῶσκον, saliebant. et Π, 773, ἰοὶ πτερόεντες ἀπὸ νευρῆφι θορόντες, ruentes. et Φ, 113, βαλὼν ἀπὸ νευρῆφιν ὀϊστῷ. et λ, 606, ἔχων ἐπὶ νευρῆφιν (νευρῆς) ὀϊστὸν, ubi alii adverbialiter legunt ἐπινευρῆφιν.

νεῦρον, ου. τό. (Νέω) nervus, *eine sehne, (a sinew.)* robur, *die stärke, beste kraft, (strength, greatest vigour.)* filum ex nervo factum, *ein starker faden, (a strong string.)* est a νεύω, nam nervi sunt fons omnis motus corporei in animalibus. ὡς δ' εἶδεν νεῦρόν τε καὶ ὄγκους ἐκτὸς ἐόντας, ut vero vidit nervum et hamos extra vulnus esse, Δ, 151, ubi sic dicit nervum illum bubulum, quo circumligata erat sagitta superne, ut ferrum arundini sagittæ affixum eo firmius sederet, νεῦρον, τὸ κύκλῳ σφίγγον τὴν τοῦ σιδήρου τοῦ βέλους ἐμβολὴν, *der band von sehnen, der um das holz gewunden war oben wo das eisen sass, (the string that bound on the iron barb of an arrow.)* et quia hami in ferro erant infra cuspidem prominentem, retro reflexi: hinc intelligis, hoc ligamen nerveum in superiori parte sagittæ fuisse proxime infra hamulos illos. igitur non alte penetrarat sagittæ cuspis, et facili negotio poterat extrahi; quæ si altius penetrasset, ut hami acuti una subiissent carnem cum nervo illo subligato, exscindenda

fuisset, ampliato vulnere per cultrum chirurgicum. ἔγχειος αἰχμῇ νεῦρα διεσχίσθη, nervi disscissi sunt a cuspide hastæ, Π, 316, sc. nervi in sura pedis. εἷλκε δὲ, ὁμοῦ γλυφίδας τε λαβὼν καὶ νεῦρα βόεια, traxitque, simul capiens digitis crenas sagittæ et nervum bubulum, Δ, 122, ubi nervus arcus sic vocatur, ex nervis bubulis factus: ut sit περίφρασις τῆς νευρᾶς, ἥ ποτε ἐκ τῶν νεύρων ἠρτύετο. κατακρουόμενα γὰρ βόεια νεῦρα, εἶτα ξαινόμενα καὶ κλωθόμενα, συνεστρέφοντο καθὰ καὶ σχοῖνος, καὶ οὕτως ἐχρησίμευον εἰς ῥαίβωσιν τόξου. post Homerum adhibiti sunt ἱμάντες βόειοι contorti. his locis ergo proprie positum nomen. metaphorice notat robur, ut, si quis pecuniam dicat νεῦρα πραγμάτων.

νευστάζω, (Νέω) nuto frequenter, caput firmum tenere non possum vel non teneo, caput demitto. Αἰνείας ἐβεβήκει, νευστάζων κόρυθι, Υ, 162, nutans conum in galea. ὀφρύσι νευστάζων, oculis frequenter innuens et signum dans, μ, 194. ἔβη, νευστάζων κεφαλῇ, σ, 153, motitans caput; ut solent, quibus displicet aliquid, et qui curarum ancipitium sunt pleni: vel et, vergens caput versus terram, ut solent cogitabundi. et 239, Ἶρος ἧσται (sedet) νευστάζων κεφαλῇ, capite demisso et nutante, coll. 236. id verbum, extruso ε, dicitur νυστάζω, f. άξω, dormito sic ut capite frequenter nutem. quod deinde metaphorice notat, negligens et non attentus sum. hinc est ὁ νυστακτὴς ὕπνος, Aristoph. Vesp. 12, coll. Aves, 639, οὐ νυστάζειν ἔτι ὥρα ἐστὶν ἡμῖν, jam non tempus nobis est dormitandi et negligenter agendi.

Νεύω, f. εύσω. (Νέω) nuo, capite moto nutum do. est a νέω, moveo, interserto υ, *ich nicke, (I nod.)* νεύσω μέν σοι ἐγὼ κεφαλῇ, innuam tibi capite, π, 283. coll. φ, 431. δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν, terribiliter crista galeæ superne nutabat, Γ, 337. Λ, 42. Π, 138. Ο, 481. χ, 124. λόφον ἱππιοχαίτην, δεινὸν (neutrum adverbialiter) ἀπ' ἀκροτάτης κόρυθος (a summa galea) νεύοντα, Ζ, 470. ἱππόκομοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοισι (splendentibus conis) νευόντων, Ν, 133. Π, 217, qui genitivus participii pendet ab omisso ἀνδρῶν, vel λόφων, nutantium capite virorum, vel, nutantibus galearum cristis. νεῦσε (ἔνευσε, sc. Ζεὺς, nutu suo confirmavit) δέ οἱ λαὸν σόον ἔμμεναι, Θ, 246, ubi simplex est pro composito ἐπένευσε, annuit ei. νεῦσε Αἴας Φοίνικι, Ι, 223, nutu capitis signum ei dedit. νεῦσε, ἐπί οἱ καλέσας, nutu capitis eum ad se vocabat, ρ, 330, i. e. προσεκαλέσατο νεύματι. οὕτω νῦν μνηστῆρες νεύοιεν κεφαλὰς, ita nunc utinam proci nutarent, quod attinet capita eorum, nec possint ea erecta ferre, σ, 236, coll. 238, 239.

νεφέλη, ης. ἡ. (Φάω) idem quod νέφος. notat etiam retis subtilioris speciem, sicut νέφος. ἐκ νεφελάων Διὸς, i. e. ἀέρος, Β, 146, ex quibus venti vehementiores oriri videntur. hinc et Jupiter, quia ejus dicuntur nubes, vocatur νεφεληγερέτης, i. e. νεφέλας ἀγείρων, καὶ οὐκ εὔδιος ἢ εὐδίαν ποιῶν, quando aër non est serenus. νεφέλαι Διὸς possunt ergo esse simpliciter αἱ ἀέριαι. quoniam tamen Ζεὺς simul est nomen supremi dei, hinc per νεφεληγερέτης etiam suprema potestas divina indicatur, quoniam per nubes et pluvias alitur terra, et hominibus in nubes nihil juris est. νεφέλῃ εἰλυμένος ὤμους, Ε, 186, de deo aliquo, invisibiliter præsente. sic Apollo, εἱμένος ὤμοιϊν νεφέλην, indutus humeris nubem, Ο, 308. et dii, ἀμφιέσαντο ἄῤῥηκτον νεφέλην ὤμοισιν, Υ, 150. τὸν ἐρύσατο Φοῖβος κυανέῃ νεφέλῃ, Ε, 345, eum servavit atra nube, i. e. ex ardore solis sicca erat planities, et hinc densissimus pulvis excitabatur a pugnantibus, ut in ista caligine feliciter evaderet hostem. et 522—526, νεφέλαις ἐοικότες, ubi pugnatores firmiter stantes, nec cedentes, comparantur nubibus, tempore tranquillitatis in aëre nihil motis. ἐφέσαντο νεφέλην καλὴν χρυσείην, induti erant, Jupiter et Juno, Ξ, 350, coll. 343. σὺ ἐκρέμω (pendebas) ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλαις, Ο, 20. et 192, Ζεὺς δ' ἔλαχε (in portionem suam accepit) οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν, inquit Neptunus. κινήσει πυκινὴν στεροπηγερέτα Ζεὺς, submovere solet densam nubem fulgurum congregator Jupiter, Π, 298. πορφυρέῃ πυκάσασα ἑαυτὴν, de Minerva in terras descendente, Ρ, 551. et 591, τὸν δὲ ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα, doloris atra nubes. sic et Σ, 22. ω, 314. et de moriente, νεφέλη δέ μιν ἀμφεκάλυψε κυανέη, Υ, 417, coll. Π, 315. δ, 180. συνῆγεν νεφέλας ἐτάραξε δὲ πόντον, ε, 291. ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμέναι, νῆες Phæacenses, θ, 562, ubi utrumque est idem, caligine multa involutæ, i. e. invisibiliter. sic de Cimmeriis, habitantibus sub cœlo nebuloso, κεκαλυμμένοι, λ, 15. νεφέλη δέ μιν (scopulum illum) ἀμφιβέβηκε (circumdat) κυανέη, μ, 74, et sequitur τὸ μὲν, pro ὅ, quasi præcessisset νέφος. et 405, κυανέην ἔστησε Κρονίων ὑπὲρ νηός. sic et ξ, 303, nubem fulminibus prægnantem atram.

νεφεληγερέτης, ου. ὁ. (Ῥέω) nubes congregans et conjungens. est epitheton solius Jovis, ab ἡ νεφέλη, et ἀγείρω. physice autem Jupiter est aër superior, in quo nubes pendent. terminatio, accentu manente, sæpe est νεφεληγερέτα in nominativo. Α, 511, 560. Δ, 30. Ε, 888. Η, 280. Ξ, 293, 341, atque ibi maxime apposite, quia sermo est de nube. Ο, 220. Υ, 19. Χ, 182. Ω, 64. α, 63. νεφεληγερέταο, genitivus Æolicus, Ε, 631. Υ, 10. Φ, 499. præterea competit hoc epitheton Jovi, quatenus in sensu theologico est Deus summus. Vide supra.

νέφος, εος. τό. (Φάω) nubes densa, *eine dicke wolke, (a thick cloud.)* est a particula negandi νὴ, et τὸ φάος, lux: nam νέφος est στέρησις φάους, privatio vel impeditio claræ lucis diurnæ. inde est ὁ νόφος, γνόφος, δνοφερὸς, et τὸ κνέφος et κνέφας, et ὁ ζόφος, et νείφω, etc. ἐπήγαγεν αὐτῷ κυάνεον νέφος Φοῖβος, Ψ, 188, super induxit ei sol nigricantem nubem, sc. cadaveri Hectoris, ne a calore deformaretur. et huic κυανέῳ oppositum est νέφος χρύσειον, Ξ, 243, 244, quo contexit se Junonemque Jupiter, coll. 350, 351, et est nubes in supremo aëre, quæ ab æthere

inficitur rufo colore. tales sunt maxime *αἱ ἐαρινὰ* nubes. fabula de Jove postea ficta ex hoc epitheto, quod ex aurea nube Rhodiis fuderit divitias die Minervæ natalitio, ut narrat Pindarus, Ol. 7, 62, ad quam fictionem Homerus ansam præbuit Β, 670. re vera, per artificiosa opera lucrati sunt Rhodii magnas opes. *ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέφος ἔστεφε χρύσεον*, Σ, 205, 206, i. e. *φλογῶδες*, nam fulgor cassidis ejus præstringebat intuentium oculos, ut ipsum adspicere nequirent, quasi involutus esset nube ignea. sicut et terror eum comitabatur quacunque vaderet; qui terror est *ἡ αἰγὶς*, 204. *ἀπὸ σκοπιῆς εἶδεν νέφος ἐρχόμενον κατὰ πόντον*, Δ, 275—278, *eine schwarze gewitterwolke, (a black thunder-cloud,)* actam a Zephyro, nigram et horribilem visu, ferentem secum imbres. et ibi parabola est de tali nube ad exercitum hostilem venientem. *ἀπ' Ὀλύμπου νέφος ἔρχεται οὐρανὸν εἴσω*, Π, 364, vide *οὐρανός*. *ἀμφὶ αὐτὸν ἐστεφάνωτο θυόεν*, Ο, 153, circa ipsum (Jovem) circumdata erat nubes odora, i. e. aër a floribus, et herbis erat *εὔοδμος ἢ εὐώδης*, simulque paullo crassior. observant physici Græci, *τὰ ὀκτὼ σταδίοις ὑπερέχοντα τῆς γῆς ὕψη οὐ νεφελίζεσθαι*, ultra octo stadia a terra non adscendere nubes. et h. l. sermo est de cacumine montis, quod solet sæpe esse nebulosum. *τοῖσι δ' ἀπ' ὀφθαλμῶν νέφος ἀχλύος ὦσεν Ἀθήνη θεσπέσιον*, Ο, 668, nubem caliginis divinitus factam depulit iis ab oculis, i. e. nebulam. coll. Ρ, 372, *νέφος οὐ φαίνετο πάσης γαίης*, sed erat *αὐγὴ ἠελίου ὀξεῖα*, et pugnabant viri *ὑπ' αἰθέρι*: ut ad *γαίης* desit *ὑπὲρ*, nulla erat nubes super terra. *κονίη ἀειρομένη ὥστε νέφος*, pulvis excitatus in altum velut nubes, Ψ, 366. *ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος ἠδ' ἐπιθεῖναι*, aut aperire densas nubes aut concludere, Ε, 751. Θ, 395, ubi nubes velut januæ ædium dicuntur aut expandi aut obdi. *ἴριδας ἐν νέφεϊ στήριξε Ζεὺς*, Λ, 28. *ὑπαὶ νεφέων*, sub nubibus, quæ premunt aërem et excitant ventos, Ο, 625. alio sensu, sub nubes, in altum, Π, 375. et, in alto aëre, Ψ, 874. *ἐκ νεφέων φαίνεται ἀὴρ ἐρεβεννὴ*, ex nubibus apparet caligo atra, Ε, 864, nubes atra fulminibus prægnans. *οἷος ἐκ νεφέων ἀναφαίνεται οὔλιος ἀστὴρ παμφαίνων, τοτὲ δ' αὖτις ἔδυ νέφεα σκιόεντα*, Λ, 62, 63, qualis ex nubibus mox apparet magna stella tota lucens, mox rursus subire solet umbrosas nubes: sicut id accidit, quando nubes multæ vagantur per cœlum. *ὅταν ἐκ νεφέων πτῆται νιφὰς*, quando ex nubibus volat nix, Ο, 170. *αἰετὸς εἶσιν πεδίονδε διὰ νεφέων ἐρεβεννῶν*, Χ, 309, aquila vadit versus campum et descendit ex atris nubibus, quippe antea altissime volans. *ὁμοῦ νεφέεσσιν ἰὼν εἰς οὐρανὸν*, Ε, 867, Mars, simul cum nubibus iens in cœlum: ubi nubes pulveris a pugnantibus excitata in altum aërem intelligitur. *ἄκρῳ Ὀλύμπῳ ὑπὸ χρυσέοισι νέφεσσιν ἧστο*, Ν, 523, ubi ob metrum duplex Sigma, pro *νέφεσιν*. *Ἴδην νεφέεσσιν* (ionice et poëtice, pro *νέφεσιν*) *κατεκάλυψε*, Ρ, 594. sic, *συνεκάλυψε γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον*, ι, 293. et 303, *οἷοις περιστέφει οὐρανὸν Ζεύς*. *γαῖαν*, ι, 68. et 145, *κατείχετο γὰρ νεφέεσσιν*, sc. *ὁ οὐρανὸς*, vel, *ἡ σελήνη*, detinebatur ne luceret. *συνεκάλυψε γαῖαν*, μ, 314. *ὕψιπερ ἐν νεφέεσσι καθημένω*, in alto habitantes ambo, Jupiter et Minerva, π, 264, i. e. majestas principalis et sapientia. *ἄνεμοι νέφεα σκιόεντα διασκιδνᾶσι*, Ε, 525. *στυφελίζει Ζέφυρος*, Λ, 305, agitat. *δονήσας σκιόεντα*, Μ, 157, agitans opacas nubes. *κλονέοντες*, Ψ, 213, agentes. *σφαῖραν ῥίπτασκε ποτὶ*, pilam jaciebat ad nubes umbrosas, θ, 374. sic de ramis arborum Tantali, λ, 591. *ἐβρόντησεν ὑψόθεν ἐκ νεφέων Ζεὺς*, υ, 104, coll. 114, *οὐδέ ποθι νέφος ἐστὶ*, ex quo apparet, *ἐκ νεφέων* attice dici *τόπον τῶν νεφέων*, i. e. *τὸν οὐρανὸν*, vel *τὰ ἄνω* in genere: nam tonitru hoc fiebat præter naturam, sudo cœlo, 103, et Attici ponere solent rem in loco contentam, pro loco continente eam: e. c. *οἱ ἰχθύες*, i. e. forum in quo pisces veneunt. cæterum oraculum monuit aliquando, ne ponatur urbs eo loco, ubi *ἐν αἰθρίᾳ ὑετὸς* (sudo cœlo pluvia) esset visus: intelligebat autem lacrimas sine causa fusas. *αἱ μὲν (ὄρνιθες) ἐν πεδίῳ ἵενται* (vadunt, *εἰς* vel *πρὸς*) *νέφεα, πτώσσουσαι*, χ, 304, aves in campo, quando falcones et accipitres ex montibus eas invadunt, properant ad *νέφεα*, per quæ Eustathius intelligit speciem *δικτύων*, retium, ab Aristophane (in Avibus, 195, et 528.) *νεφέλας* vocatam. nam comparantur h. l. *μνηστῆρες* aviculis, quæ, *λίνων αὐταῖς ἱσταμένων*, i. e. *δικτύων*, (quando retia iis sunt statuta) *εἶτα αἰγυπιῶν ἐπιόντων*, (invadentibus eas accipitribus, qui dicuntur *ἐξ ὀρέων*, quia ibi habitant et nati sunt, non vero quia nunc præcise inde veniunt) *πτήξασαι, ἐπὶ νέφεα ἵενται*, i. e. *δικτύοις ἐμπελάζουσι*, ubi capiuntur et exhilarant venantes. ab his retibus, expansis contra aviculas, dicitur *ἡ νεφελοστασία* locus ille, ubi retia sunt constituta. apparet ergo, venationem per aves rapaces ab hominibus institutam, jam Homeri ævo notam fuisse. nisi tamen per *νέφεα* intelligitur cœlum altum: solent enim aviculæ, e. c. alaudæ, nubes altas petere, si conspiciunt accipitrem. sed prius longe præstat. *θανάτου μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψεν αὐτὸν*, Π, 350. δ, 180. *νέφος πεζῶν*, nubes, i. e. densa multitudo, peditum, Δ, 274, quæ metaphora est audax, sed lenitur sequentibus. sic Livius de Antiocho dicit, (Lib. 35. c. 49.) regem jactare *nubes* peditum equitumque. habet et faceti nonnihil hæc metaphora: nam *νέφος* est *οὐράνιον, τοῦτο δὲ περιπέζιον*. sic, *νέφος πεζῶν, μυρίοι*, Ψ, 133. *κυάνεον νέφος Τρώων*, Π, 66, nigricans nubes Trojanorum, *ἡ στρατιωτικὴ πύκνωσις, καί μελανία τις ἐκ πυκνώσεώς τι πολλῆς καὶ ἐκ τῆς σιδηρέας ὁπλίσεως*. nam gregariorum militum galeæ et thoraces erant plerumque nigricantes. cæterum apta h. l. dictio, quia *Τροίη ἠνεμόεσσα* et in alto sita ibi dicitur: ex alto autem veniunt nubes. *ψαρῶν νέφος ἠὲ κολοιῶν*, Ρ, 755, i. e. *πολὺ πλῆθος*: nam tanta multitudo nigrarum avium volans obfuscat aërem, et est nubi similis. et 243, *πολέμου νέφος* (pugnæ nubem, nam est accusativus) *περὶ πάντα κα-*

λύπτει Ἕκτωρ, i. e. pugnam late diffusam et acrem: nisi malis in nominativo per appositionem ad Ἕκτωρ intelligere, et περὶ avulsum a καλύπτει putare, sicut Amphiaraus vocatur πολέμου νέφος, Ne. 10, 16, Pindar. propter fortitudinem suam qua ingruebat velut tempestas aliqua in hostes, et propter magnitudinem exercitus. sed tamen ejusmodi dithyrambicæ locutiones Homero sapienti familiares non sunt.

νεφρὸς, οῦ. ὁ. (Φέρω) ren, *die niere, (the kidneys.)* deinde improprie et ἀστείως, etiam οἱ ὄρχεις, testiculi, vocantur νεφροί. est nomen compositum ex νέον, novum, recens, et φέρω, quia renes semper novam secernunt et in vesicam deferunt urinam, imo fortasse etiam semen. hinc est νεφρίδιος, ία, ιον, ad renes pertinens.

ΝΕ΄Ω, f. νήσω et νεύσω. est, ex notione prima, *moveo*, κινέω, factumque ex sono jubentium ut quid fiat, vel operantium strenue. deinde in specie est, *acervo, glomero*, σωρεύω. it. *nato*, fluctuo, *ich schwimme, (I swim,)* in quo significatu maxime futurum est νεύσω. notat et *eo, ich gehe, (I go.)* et si accuratius inquiras, existimes, hanc radicem pertinere ad ἝΩ, vado, ad cujus familiam etiam νέομαι, in notione vadendi, jam retulimus. sed quia nimis multa ab hoc νέω descendunt, noluimus hoc non separatim ponere. nam hinc est et νάω, i. e. ῥέω, fluo; et ἡ ναῦς, in quam multa σωρεύονται, ἣν σωρὸς ἐγκείμενος βαρύνει, et quæ ipsa natat moveturque: et ὁ ναὸς, et ναίω, habito, et τὸ νᾶμα, fluentum, et αἱ Νηΐδες, et νεύω, nuo, etc. οἱ δ' ἀλαλητῷ ἔννεον (pro ἔνεον, ob metrum) ἔνθα καὶ ἔνθα, Φ, 11, i. e. ἐκολύμβων, natabant; et sermo est de fugientibus, et in flumen compulsis, hostibus. χείρεσσι νέων, manibus natans et promovens se in mari, ε, 344. et 442, ποταμοῦ κατὰ στόμα ἷξε νέων, ad ostium fluminis advenerat natans. νεῖν γε μαθοῦμαι, natare sane discam, Theocr. Id. 11, 60. hinc est compositum ἐπινέομαι. Herodot. II, 101, δηλώσω τοῦτο, καὶ ἐπινήσομαι, indicabo id, et adjungam scribendo.

νεώτατος, άτη, ατον. (Νέω) recentissimus, minimus natu. *der neueste, der jüngste, (the latest, youngest)* γενεῇ (natu) δὲ νεώτατος ἔσκεν ἁπάντων, H, 153. sic, γενεῆφι νεώτατός εἰμι μεθ' ὑμῖν, inter vos, Ξ, 112. νεώτατος ἔσκε γόνοιο, Υ, 409, sc. τοῦ Πριαμικοῦ γόνου, *des Priamus jüngster son, (Priam's youngest son.)* οὔτε νεώτατος ἐσσὶ μετ' Ἀργείοισι τοσοῦτον, Ψ, 476, non adeo es minimus natu inter Græcos: nam erat μεσαιπόλιος τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσι ἄνθρωποι, ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται, α, 352, nam novis capiuntur homines, decies vel centies decantata fastidiunt. sic Ἀθηναίοις ἀεὶ ἦν ἔφεσις καινόν τι ἀκούειν. ἁπλῶς ἀοιδαῖς χαίρουσιν ἄνθρωποι, μᾶλλον δὲ τῇ νέᾳ, καὶ μάλιστα τῇ νεωτάτῃ. et Τιμόθεος ὁ Μιλήσιος scripsit, οὐκ ἀείδω τὰ παλαιά, καινὰ γὰρ κρείσσω: νέος ὁ Ζεὺς βασιλεύει, (κατὰ) τὸ παλαιὸν δὲ ἦν Κρόνος ἄρχων: ἀπίτω Μοῦσα ἡ παλαιά. Ἐλπήνωρ δέ τις ἔσκε νεώτατος, κ, 552, et hinc maxime improvidus.

νεώτερος, έρα, ερον. (Νέω) recentior, junior. οὔτις σεῖο νεώτερος ἄλλος Ἀχαιῶν, Ο, 569, de Antilocho. σὺ γὰρ γενεῇ νεώτερος, natu minor, Φ, 439, et vide, ἐμπειρίαν καὶ σύνεσιν ἐπιμαρτύρεται (adjudicat testimonio suo) τῇ πολυχρονιότητι. πολλὸν γὰρ ἔγωγε νεώτερός εἰμι σεῖο, Ψ, 587, ubi modestus adolescens regius id pro causa adfert, cur cedere debeat seniori Menelao. reperitur idem comparativus in sensu fero positivi, sic tamen ut comparatio involvatur, quam Germani efferunt per, *ziemlich jung, (rather young.)* πειρᾷ ἐμεῖο, γεραιὲ, νεωτέρου, Ω, 433. ἀλλὰ νεώτερός ἐστιν, γ, 49, coll. 50, 52, 53. ἠὲ νεώτερός εἰμι, φ, 132, *oder ich bin noch zu jung dazu, (or I am yet too young for that.)* νεωτέρῳ ἀνδρὶ μάχεσθαι, cum juvene pugnare, σ, 52. et 31, πῶς σὺ νεωτέρῳ ἀνδρὶ μάχοιο. αἴκε νεώτερον ἄνδρα, si forte tam adolescentulum impuleris verbis tuis, β, 188. οὐδέ κε φαίης (non sane putares) ἄνδρα νεώτερον ὧδε ἐοικότα μυθήσασθαι, virum adolescentem sic apta loqui posse, γ, 125, *ein so junger mann so geschickliche dinge vortragen werde, (that so young a man should discourse so discreetly.)* ὡς οὐκ ἂν ἔλποιο νεώτερον ἀντιάσαντα ἐρξέμεν: αἰεὶ γάρ τε νεώτεροι ἀφραδέουσι, η, 293, 294, ut non sane sperare possis, juvenem occurrentem facturum fuisse: semper enim juniores sunt incogitantes. νῦν αὖτε νεώτεροι ἀντιοώντων ἔργων τοιούτων, Ψ, 643, nunc vero juniores subeunto opera talia. αἰχμὰς αἰχμάσσουσι νεώτεροι, Δ, 324, hastas vibrabunt juniores. οὔ νυ καὶ ἄλλοι ἔασι νεώτεροι υἷες Ἀχαιῶν; an non sunt alii juniores? K, 165. ἄλλοι φιλότητι νεώτεροι ἄνδρες ἕπονται, γ, 363, alii juvenes ex caritate ejus sequuntur eum, *gehen aus freundschaft mit, (accompany him out of friendship.)* νεώτεροι, ἢ πάρος ἦσαν, κ, 395, coll. 396, et hic est fructus τρυφῆς μετρίας: sermo enim ibi est de mutatis a Circe, et deinde restitutis in integrum. ἄμφω δὲ νεωτέρω ἐστὸν ἐμεῖο, A, 259, inquit Nestor ad Agamemnonem et Achillem. confer superlativum, et locum ex α, 352.

νή, (Ναὶ) est particula adseverandi, idemque quod ναί. quidam codices eam legunt pro νὺ, Γ, 164. est vero et particula inseparabilis, partim negans vehementer, e. c. νηλεὴς, minime misericors. partim intendens, e. c. νήχυτος, valde diffusus et effusus. conf. τύνη, sub ΣΥ. necnon μὰ, et νέπους.

νηγάτεος, έα, εον. (Γάω) est vel νεωστὶ γινόμενος, quasi νεήγατος, noviter factus; vel alibi est ex νὴ στερητικῷ, et τὸ γατὸν, i. e. γεγεννημένον, quasi ἀγέννητος, non factus, ἀχειρότευκτος. nam ut a τείνω (ex τάω) fit τατὸς, sic a γείνω (ex γάω) fit γατὸς, natus, factus. χιτῶνα καλὸν, νηγάτεον, B, 43, ubi notat tunicam novam. κρηδέμνῳ καλῷ νηγατέῳ, Ξ, 185.

νήγρετος, ου. ὁ ἡ. (Ἄω) non excitatus, non ad vigilandum erectus. est hoc factum ex ἀνήγρετος, quod est pro ἀνήγερτος, adjectivo formato ex tertia sing. præt. perf. pass. et α privativo, interserto ν euphonico. qui non excitatur.

est ergo νήγρετος per aphæresin, et transpositionem litterarum. ἵνα νήγρετον εὕδοι, ν, 74, sc. ὕπνον, ut dormiret non excitatus e somno. et 80, νήγρετος ὕπνος, *ein schlaf, daraus man nicht erwachet biss man völlig augeschlafen hat, ein fester schlaf, (a sleep, from which one does not awake till he is refreshed, a sound sleep.)*

νηδύϊα, ίων. τά. (Νέω) intestina quæ in alvo continentur, τὰ κατὰ νηδὺν σπλάγχνα, quæ et τὰ ἐντόσθια et τὰ ἔνδινα dicuntur, et τὰ νήδυα, ύων. ἔγχος αὐτῷ ἐν νηδυΐοις κραδαινόμενον, Ρ, 524, hasta in visceribus ei tremens, postquam ibi hæserat. Vide sub ἔντερον.

νήδυμος, ου. ὁ ἡ. (Ἥδω) dulcis, suavis, delectans. idem quod ἡδὺς, cum paragoge et præfixo ν. recentiores dixere νηδύμιος, et ἥδυμος, quod posterius etiam propius est origini suæ. est in poëta epitheton somni dulcissimi et alti. Β, 2. Κ, 91, 187. Ξ, 253, 242, 354, nam nihil somno dulcius est fessis. Π, 454. Ψ, 63. δ, 793. μ, 311, 366. ν, 79. qui hanc vocem a δύω vel δύνω, subeo, cum particula negativa νὴ, compositam esse volebant; explosi sunt ab antiquis: sicut et illi, qui a νὴ ἐπιτατικῷ, quasi esset ὁ ἄγαν δύνων.

νηδὺς, ύος. ἡ. (Νέω) alvus. *der bauch, (the belly.)* notatque in specie, vel ventriculum, in quem cibi ingeruntur et recipiuntur, vel uterum, qui impletur fœtu. ponitur et alibi de cavitate qualibet, in quam quid congeritur. est a νέω vel νηέω, coacervo, congero, impono. ἢ στέρνων ἢ νηδύος ἀντιάσειε, Ν, 290, vel pectori vel ventri occurrerit telum missum. αὐτὸν βάλε μέσον ἄκοντι, ἐπάγη δὲ ἐν νηδύϊ χαλκὸς, Υ, 486, hunc percussit medium jaculo, et ferrum infixum est alvo. υἱοὶ ἐννεακαίδεκα μέν μοι, ἰῆς ἐκ νηδύος, ἦσαν, inquit Priamus, Ω, 496, filii novemdecim mihi erant ex uno eodemque utero, Hecubæ scilicet. ἐπεὶ Κύκλωψ μεγάλην ἐμπλήσατο νηδὺν, ι, 296, postquam implevit cibo et potu magnam alvum, quæ erat πολυχανδής. cæterum hinc est ὁ ἡ ὁμονήδυος, ου, uterinus frater vel soror. ἔτι οἱ πάρα νηδὺς ἐκείνη, Callimach. in Dian. 160, de Herculis voracitate, *der wanst, (a paunch.)*

νηέω, f. νηήσω. (Νέω) acervo, congrego, compono, consuo. est a νέω, f. νήσω: et Germanorum *nehen, (to sew,)* suere, est ejusdem originis. η ergo est littera interserta, Ionico more. νῆα ἅλις χρυσοῦ καὶ χαλκοῦ νηησάσθω, navem multo auro et ære onerato, Ι, 137, i. e. σωρευσάτω, *er mag häufig beladen, (he may heavily load:)* et hæc figura est etymologica; nam ναῦς sic dicitur διὰ τὸ σωρεύεσθαι ἐν αὐτῇ τὰ ἀγώγιμα. est imperat. a. 1. m. pro νησάσθω, a νέω, f. νήσω, pro quo ionice est νηέω. et 279, νῆας νηήσασθαι ἅλις χρυσοῦ. et 358, νηήσας εὖ νῆας, i. e. σωρεύσας, φορτίσας, *wenn er die schiffe voll geladen, (when he had completely loaded the ships.)* νήεον (pro ἐνήεον) ὕλην, coacervabant ligna, *sie legten holz auf einander, (they piled up wood,)* ut construerent rogum, Ψ, 139, 163. et 169, περὶ δὲ δρατὰ (excoriata) σώματα νήει, pro ἐνήει, circumque mactata corpora accumulabat, περιεσώρευε, imponebat rogo. ἐπὶ ἀπήνης νήεον (ἐνήεον) Ἑκτορέης κεφαλῆς ἄποινα, Ω, 276, in curru componebant redemtionis pretia pro Hectore, ἐσώρευον, *luden reichlich auf, (loaded it.)* πῦρ εὖ νηῆσαι, ο, 321, ignem bene accumulare, i. c. candentes carbones sub acervo cineris abscondere, ut ad usum posteri diei adsit ignis. res ipsa ergo convenit cum εὐνῆσαι πῦρ, i. e. κατευνάσαι καὶ ζωπυρῆσαι ἐν σποδιᾷ. potest et l. c. esse, bene accumulare, impositis lignis, ut ardeat luculenter. sic, τ, 64, νήησαν (ἐνήησαν) ξύλα πολλὰ, coacervabant ligna multa, ut esset ignis ad lucendum clare, et ad calefaciendum corpus, ἐσώρευσαν. quidam codices locis ex Ψ adductis legunt νήνεον, eodem sensu: nam est et verbum νηνέω, novo ν interserto, et dorice νανέω.

νήθω, f. νήσω. (Νέω) neo, fila agglomero. est a νέω, acervo, sicut a κνάω fit κνήθω, et a μάω i. e. ζητέω fit μήθω, a quo est ὁ Προμηθεύς. πείσεται (patietur) ἅτινά οἱ Αἶσα Κατακλῶθές τε βαρεῖαι γεινομένῳ νήσαντο, pro ἐνήσαντο, nascenti adneverunt, η, 198, *was die schicksale ihm gesponnen haben, (what the fates have spun for him,)* ut notetur nexus rerum a prævisione divina constitutus.

νήϊος, ΐα, ϊον, (Νέω) est ionice distractum ex νεῖος, navalis. a νεὺς, ἡ, factum adjectivum. ad naves vel ædificandas vel administrandas utilis. νήϊον δόρυ, trabem ad navem ædificandam, Γ, 62, ἐπιτήδειον εἰς νῆα, *zum schiffbau dienlich, (proper for ship-building.)* estque ea res magnæ artis. νήϊον εἶναι, ut ad navem struendam adhibeatur, Ν, 391. Π, 484. στάθμη δόρυ νήϊον ἐξιθύνει, trabem navalem, Ο, 410. δόρυ μέγα νήϊον, Ρ, 744. *ein grosses holz zum schiffbau, (a large timber for a ship.)* sic, δόρυ, ι, 384. et 498, νήϊα δοῦρα, ligna navalia, i. e. navem. mons in insula Ithaca dicebatur τὸ Νήϊον, quia inde ligna ad naves struendas apta petebantur.

νῆϊς, ιδος. ὁ ἡ. (Εἴδω) nescius. a νὴ, particula negante, et ἴσημι, scio. ἄπειρος, ἀνεπιστήμων, ἄϊδρις. ἐπεὶ οὐδ' ἐμὲ νήϊδα οὕτως ἔλπομαι, adeo rudem, Η, 198, coll. 237. nam priore loco loquitur Ajax modeste, et ἀποφατικῶς, non sum rudis: altero loco vero Hector καταφατικῶς et confidenter loquitur, εὖ οἶδα. ἐγὼ δ' οὐ νῆϊς ἀέθλων, θ, 179, non sum ignarus certaminum. notat ergo νῆϊς, στέρησιν τοῦ εἰδέναι, ὁ μὴ εἰδὼς, ἄτεχνος.

νηκερδὴς, έος. ὁ ἡ. (Χάω) non prudens, non commodus. νηκερδέα βουλὴν, i. e. ἀσύνετον, Ρ, 469, nam τὸ κέρδος est ἡ σύνεσις. οὐδέ τι παρὰ μοῖραν ἔπος νηκερδὲς ἔειπες, ξ, 509, nec ullum præter rem verbum inscitum dixisti: et judicat Eumæus κερδαλεόφρονα τὸν ξεῖνον, τοιοῦτος γὰρ ὁ μὴ ἀκερδῆ λαλῶν. sensit Eumæus, ficta eum, sed tamen apta, locutum; hinc lucratur etiam hospes τὸ, χλαῖναν ἐπὶ σκέπῃ λαβεῖν. festive ergo respondet narranti, nullum verbum non commodum locutus es, et olim et nunc.

νηκουστέω, f. ήσω. (Ἄω) non audio, non obsequor. idem ac ἀνηκουστέω. οὐδ' Ἐνοσίχθων νηκούστησε θεᾶς, Υ, 14, i. e. οὐκ ἀνήκοος γέγονε.

νηλεὴς, έος. ὁ ἡ. (Ἔλω) non miserans, non misericors, non parcens. it. metaphorice, durus, obstinatus, non cedens. οὐδέ σε χρὴ νηλεὲς ἦτορ ἔχειν, Ι, 493, non te decet immisericors et durum cor habere, *ein hartes nicht zu bewegendes herz, (an obdurate heart that is not to be moved,)* quale est τοῦ ᾅδου, coll. 158. ἀμύνετο (defendebat) νηλεὲς ἦμαρ, Λ, 484, et 587, ἀμύνετε: i. e. τὸν θάνατον, ἦμαρ θανάσιμον. ἐς σταδίῃ μὲν (in pugna stataria) ἀμύνετο νηλεὲς ἦμαρ, Ν, 514. ἄμυνον, Ὀλύμπιε, νηλεὲς ἦμαρ, arce, prohibe, Ο, 375. νῶϊν δὲ ζωοῖσιν ἀμύνετε, Ρ, 511. et 615, καὶ τῷ μὲν φάος (salus) ἦλθεν, ἄμυνε (ἤμυνε) δὲ νηλεὲς ἦμαρ, et arcuit, sc. is superveniens socius. ὑποφυγὼν, Φ, 57, effugiens mortem. sic et ι, 17. ἄστεϊ καὶ τεκέεσσιν ἀμύνων, a civitate et liberis arcens interitum, θ, 525. νηλεὲς, in vocativo masculino, dure, immisericors, Π, 33, ubi hæc vox præcedit sequens σκῶμμα de mari et saxis, οἷς οὐκ ἔστιν ἐλεεῖν. sic et 204, coll. 203.

νηλὴς, έος. ὁ ἡ. (Ἔλω) idem quod νηλεής. ἀνηλεής. νηλὴς, Ι, 628, ubi attice nominativus pro vocativo. ἐμὲ δήσαντες νηλέϊ δεσμῷ, Κ, 443, me vincientes vinculo non parcente, non remittente. sic, ἐμὲ ἐκοιμίσατε (sopiistis) νηλέϊ ὕπνῳ, μ, 372. νηλέϊ χαλκῷ, Γ, 292. Δ, 348. Μ, 427. Ν, 501, 553. Π, 345. Τ, 266. δ, 743. θ, 507. λ, 45. ξ, 418. et sic dicitur de gladio, hasta, cultro, securi. νηλέϊ θυμῷ, in malo sensu, ι, 287, 272, 368. Sed in bono sensu, νηλέα θυμὸν, Τ, 229, ubi sermo est de mortuo cremando, quem oportet cremare habentes animum firmum, postquam eum defleverunt unum diem. apparet ergo, quod ὁ ἔλεος et de parcendo et cedendo ideam adhærentem habeat.

νηλιτὴς, έος. ὁ ἡ. (Λάω) non peccaminosus, non sceleratus, non deflectens ab officio. αἵτε σὲ ἀτιμάζουσι, καὶ αἳ νηλιτεῖς εἰσὶν, π, 317. τ, 498. sic, μὲ, χ, 418, coll. 421—425, 432. et duæ ibi fiunt classes ancillarum, quæ herum absentem honorant officiose, et hæ sunt νηλιτεῖς, quæ et νηλίτιδες alibi dicuntur; et quæ honorant eum ejusque domum. est compositum nomen a νὴ, negandi particula, et ἀλείτω, pecco. qui κατ' ἀντίφρασιν vocem hanc positam autumant, pro, valde scelestus; ii et analogiæ vim adhibent, et contextum Homericum minus attendunt.

νῆμα, ατος. τό. (Νέω) filum, *ein faden, (a thread.)* est vox generis, cujus species sunt πηνίον, μίτος, etc. μή μοι μεταμώλια νήματα ὄληται, β, 98. τ, 143. ω, 132. τάλαρον νήματος ἀσκητοῦ (elaborati, perite facti) βεβυσμένον, plenum, δ, 134. sic Hesiodus de araneo, νεῖ νήματα ἀράχνης. nam verbum est et νέω, fila jungo. in genere τὸ νῆμα, dorice νᾶμα, est id quod nendo est effectum, *das spinnwerk, gespinste, (any thing that has been spun.)* Theocr Id. 15, 27, 30. coll. Id. 24, 74.

νημερτέως, (Ῥέω) adverb. cum terminatione Ionica. ἀληθῶς. ἐγώ σοι νημερτέως τὸν μῦθον ἐνισπήσω, ε, 98. νημερτέως γάρ σοι μυθήσομαι, οὐδ' ἐπικεύσω, τ, 269.

νημερτὴς, έος. ὁ ἡ. (Ῥέω) non vanus, non aberrans a vero et certo, non mentiens, scopum contingens. etiam, qui facit ne ego errem et scopo excidam. est a particula negativa νὴ, et ἁμαρτάνω, ejusque aor. 2. ἥμαρτον. γέρων ἅλιος νημερτὴς, senex marinus omnia rectissime conjectans, i. e. Proteus, δ, 349, 384, 401. ρ, 140, optimus ἐν μαντικῇ τέχνῃ. ἵνα εἴπῃ νημερτέα βουλὴν, ut nuntiet ei certissimum consilium et decretum deorum, α, 86. ε, 30, et id nuntiat Mercurius. ἐπειδὴ τῶν γε νόον νημερτέα ἀνέγνω, postquam horum sententiam animi certissimam agnovit, φ, 205, quod possit tamen et neutrum plurale esse adverbialiter, certissima ratione. νημερτὲς ἔνισπε, dic certum, γ, 101, coll. 327, ἵνα ἐνίσπῃ. δ, 314, 331, 642. μ, 112. χ, 166. ψ, 35. νημερτὲς μὲν δή μοι ὑπόσχεο καὶ κατάνευσον, Α, 514, inquit Thetis ad Jovem. μάλα τοῦτο ἔπος νημερτὲς ἔειπες, Γ, 204, *dieses ein wahres wort, (this is a true word.)* φράζεο, Πουλυδάμα, καί μοι νημερτὲς ἔνισπε, Ξ, 470. ἄγε μοὶ, δμωαὶ, νημερτέα μυθήσασθε, Ζ, 376. ὅπως νημερτέα εἴπῃ, γ, 19. δείδω, μὴ δὴ πάντα θεὰ νημερτέα εἶπεν, ε, 300. ἵνα σοὶ εἴπω, λ, 95. et 136, εἴρω, dico. et 147, ἐνίψει, dicet. εἰπέ μοι εἰρομένῳ (interroganti, *mir der ich mir will sagen lassen, (me who wish to be informed)* νημερτέα, ο, 263. αἶψά κε ἐγὼ νημερτέα πάντα ἐνέποιμι αὐτῇ, ρ, 561, *lauter wahres, (nothing but the truth.)* et quidem mox, i. e. cras, post μνηστηροφονίαν, sed eum sensum nunc occultat, et mendacic utitur. coll. 549, αἴ κ' αὐτὸν γνώω νημερτέα πάντα ἐνέποντα. et 556, εἰ δέ κέ σε γνοίῃ.

νηνεμία, ίας. ἡ. (Ἄω) tranquilla serenitas aëris. νηνεμίης, sc. οὔσης, vel, καιρῷ, Ε, 523. talis genitivus elliptice attice ponitur. sic νυκτὸς, ἡμέρας, θέρους, χειμῶνος, sc. καιρῷ. potest et præpositio omissa subintelligi, ἐπὶ νηνεμίης, *bey einer windstille, (during a calm.)* ἠδὲ γαλήνη ἔπλετο νηνεμίη, ε, 392, ex quo loco apparere videtur, esse adjectivum: nisi est appositio. masculinum tamen νηνέμιος est inauditum. sic et μ, 169. hinc est verbum νηνεμέομαι, ventis non agitor.

νήνεμος, ου. ὁ ἡ. (Ἄω) ventis non turbatus, *wo kein wind ist, (where there is no wind.)* a particula negativa νή. νήνεμος αἰθὴρ, Θ, 552, tranquilla serenitas cœli.

νηὸς, ὁ, vide ναός.

νηπενθὴς, έος. ὁ ἡ. (Πένθω) non lugens, luctum non admittens. φάρμακον νηπενθὲς, δ, 221, τὸ στερίσκον πένθους, quod mœrorem expellit. alibi potest notare passive, τὸ ἐστερημένον πένθους.

νηπιάα, ας. ἡ. (Πνέω) stultitia, hebetudo, ἀφροσύνη, *unvernunft, unverstand, (stupidity,*

want of understanding.) deinde et, status infantiæ, *unmündigkeit, (the state of infancy, minority.)* νηπιέας ὀχέειν, stultitias et puerilia perferre, α, 297, i. e. νήπια φρονεῖν, vel potius hoc loco, νηπιοφροσύνας φέρειν, stultitias aliorum ferre; es enim regis filius et hæres. sed confer ὀχέω.

νηπιαχεύω, f. εύσω. (Ἴα) pueriliter clamo: non semper præ dolore, sed et præ lascivia. παύσαιτό τι νηπιαχεύων, Χ, 502.

νηπίαχος, ου. ὁ ἡ. (Ἴα) puerilem clamorem edens. differt a νηπίῳ: nam νήπιος signat vel ἡλικίαν vel ἦθος: νηπίαχος vero συνεμφαίνει τῇ ἡλικίᾳ καὶ τὴν βρεφικὴν φωνὴν, ἥτις ἐστι κλαυθμυρισμός. est ergo a νήπιος et ἰάχειν composita vox. παισὶν ἐοικότες νηπιάχοις, Β, 338, stulte clamantibus. οὐδ' ἐλεαίρεις παῖδά τε νηπίαχον καὶ ἐμὲ ἄμμορον, Ζ, 408, coll. 468. et valde dolens ibi loquitur mater. παῖδες νηπίαχοι, pueri insulse et præter rationem clamantes, Π, 262. non ergo simpliciter infantes lactentes, sed in genere pueri ætate et animo indicantur.

νηπιέη, ἡ, vide sub νηπίη.

νηπίειος, είη, ειον. (Πνέω) infantilis, *unmündig, (in a state of infancy.)* insipidus, incogitans, puerilis. ionice extruditur Iota, ut sit νηπίεος, έη, εον. νηπιέαις, sc. φρεσὶ, i. e. ἀφροσύναις, ἀσυνεσίαις, Ο, 363. Τ, 411. ω, 468. ἐν νηπιέῃ ἀλεγεινῇ, in infantia, curæ indiga, ἐν ἡλικίᾳ βρέφους, Ι, 487.

νήπιος, ία, ιον. (Πνέω) est idem, per syncopen ex νηπύτιος. non astutus, non callidus, imperitus. deinde est et ætatis nomen, infans, *unmündig, (an infant, a minor,)* quia ea ætas, ob defectum experientiæ multæ, deficitur prudentia omni fere. νήπιος υἱὸς, Ε, 480, 688, filius infans. Ζ, 366, 400. παῖς δέ τι (vel, δ' ἔτι) νήπιος ἦα, nam adhuc puer eram tunc, φ, 95, antequam Ulysses ad bellum proficisceretur. σὲ νήπιον, οὔπω εἰδότα πολέμου, te puerum, nondum peritum pugnandi, Ι, 440, ubi utraque notio inest: et sermo de Achille, qui quatuordecim vel quindecim annorum erat, cum pater eum mitteret Agamemnoni ad bellum. nam in apparando bello Græci consumserant annos decem, alios decem in gerendo; et hic erat is decimus, cum Phœnix senex hæc loqueretur. κούρη νηπίη, puella infans, Π, 8. νήπια τέκνα, de hominibus et brutis, Β, 136, ubi sic dicuntur nati, quales fuerant tempore τοῦ ἀπόστλου ad bellum. 311, de passerculis. Δ, 238. Ζ, 95, et dicuntur sic omnes nati, nondum ad pubertatem deducti, imperitique rerum. Λ, 113, de catulis cervi. Ρ, 133, 134, de leonis. et 223. Σ, 514. Χ, 63. παῖς δ' ἔτι νήπιος αὔτως, Χ, 484. Ω, 726, coll. 730. μ, 42. ξ, 264. ρ, 433. et his locis est nomen ἡλικίας fere. sed in proprio suo sensu est, Β, 38, νήπιος, οὐδὲ τὰ ᾔδη, ἅ ῥα Ζεὺς μήδετο ἔργα, de Agamemnone, qui τὸ νῦν, πλατικῶς (in lato sensu) dictum, ἀντὶ τοῦ, αὐθημερὸν, (hoc ipso die) ἐνόησε: debuisset referre τὸν χρησμὸν τοῦτον (effatum hoc divinum) ad aliquem vatem, aut alio modo eum examinare: ergo erat jam μὴ βουλευόμενος ἢ νοῶν καλῶς, ergo νήπιος, in molli sensu. et 873, ubi νήπιος dicitur de bellatore, exornato ἠΰτε κούρη. νήπιος, οὐδὲ τὸ οἶδε κατὰ φρένα Τυδέος υἱὸς, Ε, 406. γνωτὸν δὲ, καὶ ὃς μάλα νήπιός ἐστιν, ὡς ἤδη — manifestum enim, etiam ei qui valde hebes acumine mentis est, quod jam Trojanis fatum instet, Η, 401, etiam ei qui valde imperitus rerum est. sic, γνοίη, Ρ, 629, 630. porro, νήπιος, Μ, 113. et 127, νήπιοι, *die unweisen, (foolish:)* nam non paruerant consilio salutari, et præter rationem nimia sperabant. λισσόμενος, μέγα νήπιος, de Patroclo, Π, 46, valde ignarus futuri; rogabat enim sibi rem, in qua erat periturus. et 686, de eodem, ubi ex 685 τὸ μέγα repetendum. ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω, factum enim jam malum etiam stultus agnoscere potest, Ρ, 32, prudentis autem est, providere. conf. ῥέζω. sic et Υ, 198. νήπιος, οὐδ' ἐνόησε, ὡς, Υ, 264, incogitans, qui non intelligebat, quod — de Achille, dubitante de firmitate armorum Vulcani. docet ergo poëta, differentiam divinorum et humanorum operum nunquam esse ex oculis dimittendam; simulque eum, qui divinitus quid habet, de eo nunquam dubitare debere. et 296, de Æenea, nimis fidente sibi. et 466, de Troë, qui tam longo tempore non melius cognoverat mores Achillis: *der einfältige, der unbedachtsame, (the silly, thoughtless.)* νήπιος, οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθεὶς, Ψ, 88, ubi simul ætate inprovidum notat, nam sermo est de puero, qui alium puerum in lusu occiderat ictu infelici. νήπιε, inquit Hector ad occisum Patroclum, Π, 833, coll. 842, σοὶ φρένας ἄφρονι. νήπιε, μηκέτι ταῦτα νοήματα φαῖνε, *bringe vor den tag, (manifest,)* Σ, 295, inquit Hector ad Polydamantem, prave ut videbatur suadentem. sic, Φ, 99, ad Lycaonem Achilles, quod is non intelligeret nihil se juvari, quod Hecuba mater ei non sit, lædique potius quod Hector frater, Χ, 333. νήπιοι, Θ, 177, de Achæis Hector: sc. εἰσί. Ο, 104. Ρ, 236, 497. α, 8. τοὶ δὲ μέγα νήπιοι οὐκ ἐπίθοντο, ι, 44. νήπιοι ἀγροιῶται, stulti rustici, φ, 85. τὸ δὲ νήπιοι οὐκ ἐνόησαν, ὡς — χ, 32, qui putabant per errorem jaculantis id accidisse. et 370, οἱ δὲ νήπιοι οὐδὲν ἴσιον, proci, futurorum improvidi. νήπιος, de Agamemnone, γ, 146, qui putabat numen esse leve, et nimis facile placandum. οὐ μὲν νήπιος ἦς τὸ πρὶν, δ, 31. coll. 32, νῦν γε παῖς ὣς νήπια βάζεις. et 371, νήπιος εἰς, ὦ ξεῖνε, λίην τόσον, ἠὲ χαλίφρων, ἦ ἑκὼν μεθίεις, ubi vides tres causas possibiles, cur aliquis non curet utilia sibi: vel ob hebetudinem mentis, vel ob insitam negligentiam, vel consulto jam alia nolens habere. et 818, νήπιος, οὔτε πόνων εὖ εἰδὼς, οὔτ' ἀγοράων, i. e. τῶν κατ' ἄνδρα πράξεων ἔτι ἄπειρος: ubi Telemachum absentem sic materne increpat Penelope, dolens, quod is peregre et per mare, se inscia, abierit. νήπιος εἰς, ὦ ξεῖν', ἢ τηλόθεν εἰλήλουθας, ι, 273. et 419, οὕτω γάρ με νήπιον εἶναι ἤλπετο ἐνὶ φρεσίν: αὐτὰρ ἐγὼ βούλευον, ὅπως ὄχ' ἄριστα γένοιτο. et 442,

τὸ δὲ νήπιος οὐκ ἐνόησεν, ὥς. et ita respondendum ad omnes alias quæstiones, cur Polyphemus non ita vel ita egerit potius? ν, 237. de ætate, respectu simul ad imperitiam habito, est νήπιος, β, 313. ζ, 301. λ, 448. σ, 228. τ, 19, 530, coll. 532. υ, 310, coll. 309. βίη δέ τι νηπίη αὐτῶν, Λ, 560, nam robur eorum est puerile, ἀσθενὴς καὶ νηπίοις παισὶ πρέπουσα, ut notetur ἀδυναμία. νηπίη, οὐδὲ ἐνόησε, de Andromache, parante balneum viro reversuro, qui jam erat interfectus, Χ, 445, ubi ergo miserans poëta hoc nomen ponit, quod ignara et simplex non cogitet, quantum malum jam acciderit. ponitur ergo proprie ἐπὶ τῶν μὴ βουλευομένων ἢ μὴ νοούντων καλῶς, ἢ πταισάντων τι λόγου ἄξιον.

νήποινος, ου. ὁ ἡ. (Φάω) nulla data satisfactione; pro quo satisfactio non datur, nullo soluto pretio aut mercede aut remuneratione. in specie, cujus cædes ultionem aut satisfactionem non habet. νήποινοί κεν ὄλοισθε, sine ultione certe pereatis, α, 380. β, 145, quam imprecationem postea eventus comprobavit. ergo est νήποινος proprie, ὁ ἀνεκδίκητος, qui occiditur sic, ut ultionem non habeat. neutrum adverbialiter ponitur; notatque, sine retributione et satisfactione. ἀλλότριον βίοτον νήποινον ἔδουσι, alienum victum, alienam rem familiarem, edendo et bibendo absumunt, nullo restituto pretio æquivalente, *umsonst, (for nothing, gratuitously,)* α, 160, 377. β, 142. ξ, 377. σ, 279. ἄλλοι δ' ἡμέτερον κάματον, alii nostrum gravem laborem absumunt convivando, nullo soluto pretio et nulla data satisfactione: ξ, 417. confer Jobi xxxi, 39. ποινὴ est quævis remuneratio. syllaba negandi insepar. νή.

νηπύτιος, ου. ὁ ἡ. (Πνέω) non prudens, non callidus, non edoctus usu, ineptus. est a νὴ, negandi particula inseparabili, et πινύω, quasi νηπίνυτος. νηπύτιον ὥς, quasi aliquem imperitum rerum et animo non satis constantem, Υ, 200, 431. et 211, ἐπέεσσι νηπυτίοισι, verbis ad rem nihil pertinentibus. et 244, ἀλλ' ἄγε, μηκέτι ταῦτα (talia) λεγώμεθα, νηπύτιοι ὥς, velut inepti homines; et prævidens id posuit Homerus, fore quosdam qui reprehenderent, hos heroas quasi ἀκαίρως loqui factos esse talia tam multa: hinc et 251, seqq. ipse velut reprehendit se. νηπύτιε, inepte, incogitans, Φ, 410, 441, ubi additur, ὡς ἄνοον κραδίην ἔχεις, quam nihil sapiens cor habes. et 474, 585, *du unverständiger, einfältiger, (thou stupid, silly fellow.)* μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα, Ν, 292, i. e. ὡς μὴ φρονοῦντες τὰ δέοντα, ὡς ἐστερημένοι τοῦ πεπνῦσθαι καὶ πινυτῆς ἢ πινυτότητος i. e. φρονήσεως. comicus opponit τῷ νηπυτίῳ τὸν τρίβωνα, veteratorem, *einen alten practicus, (a crafty knave,)* qui est ἐντριβὴς περὶ πράγματα, quem alii vocant τὸν τριβακόν. ut ergo appareat, νηπύτιον esse imperitum.

νήσαντο, pro ἐνήσαντο, vide sub νήθω.

νῆσος, ου. ἡ. (Νέω) insula. est a νέω, nato, quia innatat aquis; et ab eodem verbo est et ἡ νῆσσα, ης, anas, *die ente, (a duck.)* πολλαῖς νήσοις καὶ Ἄργεϊ παντὶ ἀνάσσειν, Β, 108, ubi accuratiores per νήσους intelligunt κώμας χερσαίας τοῦ Ἄργους, vicos agri Argivi. sed fortasse sunt intelligendæ insulæ adjacentes parti illi Peloponnesi. et 625, Ἐχινάων ἱεράων νήσων. et 677, νήσους τε Καλύδνας. et 721, ἐν νήσῳ κεῖται ὅγε, Φιλοκτήτης. νήσῳ δ' ἐν κραναῇ, Γ, 445, ubi vide κραναός. τηλόθεν ἐκ νήσου, Σ, 208. νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ, α, 50, 198. et 51, νῆσος δενδρήεσσα, ubi est ἐπανάληψις, etsi impar casibus. et 85, νῆσον ἐς Ὠγυγίην, coll. η, 244, 254, quæ insula ab ipso Homero fingitur ἔκτοπος καὶ ἀοίκητος ἀνδράσι: vates tamen, qui circa versum 198 loquens inducitur, ut de habitata a viris loquitur, ut oraculum suum reddat obscurum, simulque verisimile. et 245, ὅσοι γὰρ νήσοισιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι. sic et τ, 130. νήσου ἔπι Ψυρίης, γ, 171. et 270, τὸν μὲν ἀοιδὸν ἄγων ἐς νῆσον ἐρήμην, quod fecit, ne videretur vim τῷ ἀοιδῷ attulisse, siquidem vivum in terram exponens. sic defossæ sub terram virgini nonnihil cibi, ne ab hominibus necata videretur. νῆσός τις ἔπειτα ἐστὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ, Αἰγύπτου προπάροιθε, δ, 354, ubi de Pharo insula sermo. et 373, ὅς δὴ δηθὰ ἐνὶ νήσῳ ἐρύκεαι, diu detineris. et 556. (ρ, 142) τὸν δ' ἴδον ἐν νήσῳ δάκρυ κατακχέοντα, ἐν μεγάροις Καλυψοῦς. et 607, (collato ι, 21—27.) οὐ γάρ τις νήσων (circumjacentium Ithacam) ἱππήλατος οὔτε εὐλείμων, αἵτε ἁλὶ κέκλινται, Ἰθάκη δέ τε καὶ πέρι πάντων, plus quam omnes reliquæ: et loquitur de insulis suæ ditionis, et ἁλὶ intelligendum de mari illo Ithacensi. nam de insulis simpliciter omnibus absurdum esset dictum. et 844, ἔστι δέ τις νῆσος, μέσσῃ ἁλὶ, πετρήεσσα, Ἀστερίς. ὁ μὲν ἐν νήσῳ κεῖται, ε, 13, νῆσοι πολλαὶ ἀμφὶ Ἰθάκην, ι, 22. et 116, νῆσος ἔπειτα Λάχεια παρὲκ λιμένος τετάνυσται γαίης Κυκλώπων, ὑλήεσσα, usque ad 160: ubi θαυμαστὴ, prope Siciliam et ejus regionis portum, sed deserta, ad quam Ulysses magno suo bono noctu venit, et deinde, relictis ibi undecim navibus, cum sua una nave in majorem insulam transiit. nomen ejus dubitatur an sit Λάχεια, nam potest id esse epitheton, quod confer. si tamen est nomen proprium, revelatum id Ulyssi a Circe postea fuit. et 543, ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἀφικόμεθα, ubi articulus est δεικτικῶς positus. πλωτῇ ἐνὶ νήσῳ, in insula quæ quasi innatat mari, κ, 3, ex quo loco apparet etymologia nominis. et 135, Αἰαίην ἐς νῆσον. sic et λ, 70. μ, 3, νῆσον, ἣν πέρι πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται, κ, 195. et 308, ἀνὰ ὑλήεσσαν. Θρινακίῃ νήσῳ, λ, 106, quæ est denominatio Siciliæ. sic, Θρινακίης ἀπὸ νήσου, τ, 275. νῆσον Σειρήνοιιν, μ, 167. nam duas tantum Sirenas novit poëta. et 261, θεοῦ ἐς ἀμύμονα νῆσον, i. e. in Siciliam, soli sacram. et 269, νῆσον Ἠελίοιο. et 276, παρὲκ τὴν νῆσον, ubi articulus est δεικτικῶς, pro ταύτην. et 351, ἐὼν ἐν νήσῳ ἐρήμῃ. νήσῳ προσεπίλνατο νηῦς, ν, 95. et 234, τὶς νήσων εὐδείελος. ἑκὰς νήσων ἀπέχειν νῆα, ο, 33. et 298, νήσοις θοαῖς ἐπιπροέηκε, sc. τὴν νῆα, et conf. ibi Θοαὶ in R, et 402, νῆσος τὶς Συρίη. ὅσοι νήσοις πρὸς Ἤλιδος κοιρανέουσι, φ, 347. Vide sub ναίω.

νῆστις, ιος. ὁ ἡ. (Σέω) qui non edit, jejunus, ἄγευστος σίτου. fit a particula negandi inseparabili νὴ, et ab ὁ σῖτος vel τὸ σῖτον, cibus: ut sit per syncopen pro νήσιτις, ιος, ὁ ἡ. ergo est idem quod ἄσιτος, etiam quod ἄπαστος ἐδητύος. νήστιες ἄχρι μάλα κνέφαος, σ, 369, nihil comedentes usque ad multam noctem, sc. post jentaculum prima luce sumtum. νήστιας, ἀκμήνους, Τ, 207, ubi utrumque notat idem. est ἔντερόν τι μεταξὺ κοιλίας καὶ στομάχου, quod dicitur ὁ νῆστις, intestinum jejunum. νήστιες sunt et εἶδος τι κεστρέων (ab ὁ κεστρεὺς, piscis quidam) οἳ καὶ πλῶτες vocantur: et isti κεστρεῖς abstinere dicuntur ab esu omnium piscium, sicut et ipsos alii pisces non vorant; et abierunt in proverbium de famelicis. apud Siculos fuit et dea, ἡ Νῆστις, vel Νᾶστις dorice.

νητὸς, ὴ, όν. (Νέω) coacervatus, conglomeratus, σεσωρευμένος εἰς πλῆθος, a νέω, f. νήσω, coacervo. ὅθι νητὸς χρυσὸς καὶ χαλκὸς ἔκειτο, β, 338.

νήχω, f. ήξω. (Νέω) nato. est a νέω vel νάω, nato, per paragogen. νηχέμεναι μεμαὼς, pro νήχειν, ε, 375, conans natare. et 399, νῆχε pro ἔνηχε, natabat. sic et 439. et 364, νήξομαι, natabo. ἐγὼ νηχόμενος τόδε λαῖτμα διέτμαγον, η, 276, ego natans has undas emensus sum. et 280, νῆχον (ἔνηχον) πάλιν, retro nabam. χερσὶ διήρεσα ἀμφοτέρῃσι, νηχόμενος, remigavi ambabus manibus, natans, ξ, 352, ubi posterius est explicatio prioris. ὅτε ἂν ἀσπασίως γῆ νηχομένοισι φανείη, ψ, 233. et 237, παῦροι ἐξέφυγον ἁλὸς ἤπειρόνδε νηχόμενοι. hinc est ἡ νῆσσα, anas.

νίζω, (Νίπτω) lavo, in specie manus vel pedes. deinde et, vasa quædam; abluo, eluo. per dialectum est pro νίπτω. Æoles dicebant νίσσω, quidam Dores vero solebant verba in σσω efferre per ζω. e. c. πλάσσω πλάζω, ἀνάσσω ἀνάζω. id tamen ab antiquissimis sic fieri solitum, testis est Homerus: ut ergo ex νίπτω factum sit νίσσω, et inde νίζω. ἀπ' αὐτοῦ δὲ αἷμα νίζε (lava) ὕδατι λιαρῷ, aqua tepida, Λ, 829; 845, quo loco posteriori νίζε est pro ἔνιζε, lavabat: priori est imperativus. οἱ δὲ σπόγγοις τραπέζας νίζον, pro ἔνιζον, α, 112. οὐκ ἐάσεις (pro ἐᾷς ex ἐάεις sinis) νίζειν, lavare tibi pedes, τ, 374. et 392, νίζε (ἔνιζε) ἄνακτα ἑὸν, herum suum. ἐκ ποταμοῦ (κατὰ) χρόα νίζετο, totum corpus lavabat sibi, ζ, 224.

νόστιμος, ου. ὁ ἡ. (Ἔω) ad reditum pertinens. αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ, α, 9, i. e. τὴν οἴκαδε ὑποστροφήν. et 168, τοῦ δ' ὤλετο νόστιμον ἦμαρ, i. e. reditus ejus periit. et 354, οὐ γὰρ Ὀδυσσεὺς οἶος ἀπώλεσε νόστιμον ἦμαρ. οἴκαδε ἐλθέμεναι καὶ νόστιμον ἦμαρ ἰδέσθαι, γ, 233, ubi alterum eleganter explicatur per alterum. sic et ε, 220. θ, 466. ἵνα νόστιμον ἦμαρ ἴδηαι χαίρων, ζ, 311, ut reditum tuum consequaris gaudens. πατρὸς ἐλοίμεθα νόστιμον

ἦμαρ, *π*, 149, sc. si homines ipsi possent fortunæ dona sumere, tunc sumeremus nobis præ omnibus aliis reditum patris ad nos. *Ὀδυσῆϊ γε τηλοῦ ἀπώλετο νόστιμον ἦμαρ*, *ρ*, 253. et 571, *καὶ τότε μὲ εἰρέσθω πόσιος πέρι νόστιμον ἦμαρ*, et tunc me interroget de marito, quod attinet illius reditum. *νῦν δέ σε πάμπαν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ*, *τ*, 369. *ἐπεὶ ἔτι νόστιμός ἐστι σὸς παῖς*, est is qui redibit, *δ*, 806, *er kömt gewiss wieder nach hause*, *(he will certainly come back.)* *εἰ δὲ ὁ μὲν ἀπόλωλε καὶ οὐκ ἔτι νόστιμός ἐστιν*, *τ*, 85. *νῦν δ' ἤδη τόδε δῆλον ὅτι οὐκ ἔτι νόστιμός ἐστιν*, *υ*, 333. Vide sequens.

νόστος, *ου. ὁ.* (Ἔω) reditus, *die rückkehr, rückkunft, (the return.)* fit a *νέομαι*, ejusque tertia persona *νεῖται*, cum interserto Sigma, ut differat ab *ὁ νότος*, qui est venti species. apud recentiores *ὁ νόστος* notat *ἡδύτητα*, suavitatem, dulcedinem, *διὰ τὸ ἡδὺ τοῦ Ὁμηρικοῦ νόστου*, quia in Homero reditus ad suos tam dulcis traditur. hinc est, *βρῶμα νόστιμον*, cibus suavis. bene tamen se habet hæc metaphorica notio: nam qui comedit talem cibum, optare solet, ut redeat alio tempore ejusmodi cibus; et Germani dicunt, *es schmecket nach mehr, (it makes one long for more,)* vel *komm wieder so, (come again thus.)* porro, *ἡ εὔνοστος*, erat vile simulacrum deæ, molarum præsidis, et maxime mensuræ farinarum, *θεὸς ἐπιμύλιος, δοκοῦσα ἐφορᾶν τὸ μέτρον τῶν ἀλεύρων.* nam farina dulce quid est. *νόστον τε φυλάσσοις*, B, 251, reditumque captes, *darfst nicht auf die rückreise lauren, (nor snatch at an excuse for returning.)* et 155, *ὑπέρμορα νόστος ἐτύχθη αὐτοῖς*, præter fatum reditus (*die rückreise*) *(the return)* illis accidisset. *ὄφρα τάχιστα ἐκ κλισίης νόστοιο μεδοίατο*, pro *μέδοιντο*, I, 618, ut eo celerius de reditu vel abitu ex tugurio cogitarent, sc. reliqui legati, si viderent, sterni jam lectum dormitorium Phœnici. et 413, *ὤλετο μέν μοι νόστος*, periit mihi reditus. *νόστου δὴ μνῆσαι*, cogita de receptu in castra, K, 509. *φίλον δ' ἀπὸ νόστον ἕλωνται* pro *ἀφέλωνται*, Π, 82, eripiant nobis reditum. *ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων*, reditum suorum in patriam, *α*, 5. et 13, *τὸν δ' οἶον νόστου κεχρημένον*, privatum reditu. et 87, *νόστον Ὀδυσσῆος.* et 77, *ἡμεῖς δὲ περιφραζώμεθα πάντες νόστον, ὅπως ἔλθῃ*, sc. Ulysses; ubi *νόστου* explicatio addita, est enim *ἐπανάλευσις, ἐπάνοδος.* et 287, *εἰ μέν κεν πατρὸς βίοτον καὶ νόστον ἀκούσῃς*, vitam ejus, et reditum sperandum, vel reditum a Troja in aliquam Græcam terram. et 326, *ὁ δ' Ἀχαιῶν νόστον ἄειδε λυγρὸν*, reditum a Troja. et 413, *νόστος ἀπώλετο πατρὸς ἐμεῖο. νόστον πευσόμενος πατρὸς φίλου, ἤν που ἀκούσω*, *β*, 360. *λυγρὸν νόστον Ζεὺς μήδετο Ἀργείοις*, *γ*, 132, 142, 160. et 241, *κείνῳ δ' οὐκ ἔτι νόστος ἐτήτυμος*, ei jam non est reditus verus, *es ist nicht wahr dass er wieder kömmt, (it is not true that he is returning.)* *δ*, 172, 381, 390, 424, 470, 497, 519, *νόστος ἀπήμων*, 714. *ε*, 31, *νόστον Ὀδυσσέος, ὥς κε νέηται.* et 108, *ἐν νόστῳ Ἀθηναίην ἀλίτοντο*, offenderunt graviter eam. et 153, *νόστον ὀδυρομένῳ.* et 344, *ἐπιμαίεο νόστου. νόστον ἐμὸν πολυκηδέα*, *ι*, 37. et 97, *νόστου τε λαθέσθαι*, 102. *κ*, 15, 540. *νόστον δίζηαι μελιηδέα*, *λ*, 99, reditum in patriam quæris dulcissimum. et ex hoc loco sumsere recentiores suum nominis hujus significatum metaphoricum. et 349, *νόστοιο χατίζων.* et 383, *ἐν νόστῳ δ' ἀπόλοντο κακῆς ἰότητι γυναικός. νόστου τε μέδηαι*, *μ*, 137. et 419, *θεὸς δ' ἀποαίνυτο νόστον.* sic et *ξ*, 309. *νόστον δ' οἱ οὔποτ' ἀπηύρων*, *ν*, 132. et 379, *σὸν αἰεὶ νόστον ὀδυρομένη. τοῦγε θεοὶ νόστον κατέδησαν*, *ξ*, 61. et 366, *νόστον ἐμοῖο ἄνακτος. νόστου ὑπομνήσουσα τὸν*, *ο*, 3. et 69, *ἱέμενον νόστοιο.* et 111, *νόστον, ὅπως μενοινᾷς, ὥς σοι Ζεὺς τελέσειε.* *ρ*, 106. *οὐδὲ νέεσθαι οἴκαδε, ὅπῃ οἱ νόστος*, quo ei reditus erat, *σ*, 241, ergo est *ὁ νόστος ἡ εἰς οἶκον ὑποστροφή.* *τ*, 270. *τηλοῦ ἐμοὶ νόστοιο τέλος γλυκεροῖο γενέσθαι*, ut longe mihi sit perfectio dulcis reditus domum, *χ*, 323, en alterum locum, ubi dulcis dicitur reditus. *ὤλεσε νόστον Ὀδυσσεὺς*, *ψ*, 68. et 351, *ἐμὸν πολυκηδέα νόστον. ἐν νόστῳ*, *ω*, 96, *bey der rückkunft, (in the return.)*

Νόσφι, adverb. et *νόσφιν.* (Ἕπω) separatim, seorsum. *abgesondert, von, (separately, apart.)* est a particula negandi *νη* vel *νο* inseparabili; et ab *ἕπω*, sequor, adjungo me: ut separationem notet, non continuum quid aut sectans aut adhærens. *ἄφαρ ἕζετο νόσφι ἑτάρων λιασθεὶς*, A, 349, deinceps sedit proripiens se a suis procul. *οἵ κεν νόσφιν Ἀχαιῶν βουλεύωσι*, B, 347, quicunque separatim a reliquis principibus Græcorum, sibi consilium capiunt: *die anders als andre fürsten denken, (who incline differently from the other princes.)* *ἀλλ' ἤτοι ταὶ νόσφι καθήμεναι, εἰσορόωσαι τέρπεσθον*, Δ, 9, sed tamen istæ (deæ duæ) *aliquanto spatio separatæ ab eo* sedent, adspicientesque delectantur. et sequitur: contra vero illi alteri semper *prope* adstat Venus. *ὅτε ἤλυθε, νόσφιν Ἀχαιῶν, ἄγγελος ἐς Θήβας*, E, 803, cum ivit, solus et sine aliis Achæis, nuntius et legatus ad Thebas. *αἴκε κακὸς ὣς* (velut ignavus) *νόσφιν ἀλυσκάζω πολέμοιο*, Z, 443, prœlium, separatus ab eo, divito: nam genitivus pertinet et ad verbum et ad adverbium. *νόσφι νεῶν ἀγαγὼν*, procul a navibus ducens eos, Θ, 490, *da er sie auf einige entfernung vom Griechischen lager geführet, (having conducted them to some distance from the Grecian camp.)* *μάλα πολλὰ πονήσατο νόσφιν ἐμεῖο*, I, 348, jam permulta effecit sine me, dum ego ei non adsum et opitulor. *νόσφι θεῶν*, sine diis, M, 466, *ohne beystand der götter, (without the aid of the gods.)* *νόσφι φίλων πάντων*, procul separatum eum ab omnibus suis, Ξ, 256, ergo sola Herculis navis ejecta erat, nulla sociorum. *αἲ γάρ μιν θανάτου νόσφιν ἀποκρύψαι δυναίμην*, Σ, 465, utinam eum a morte prohibere et abscondere possem, ne ea ad eum accederet aut eum sequeretur. *ἐνθάδε ὀλέσθαι νόσφι φίλου πατρὸς καὶ μητέρος*, Τ, 422, hic perire, procul a meo patre et matre. *οὓς ἐπὶ νηυσὶν ἐπέφνετε νόσφιν ἐμεῖο*, Φ, 135, quod apud naves

occidistis, cum ego non adessem iis, sed separatum me ab iis tenerem. *νόσφι τοκήων*, te procul a parentibus tuis, X, 508. *οἱ δ' ὦκα διέπρησσον πεδίοιο νόσφι νεῶν ταχέως*, Ψ, 365, et illi (equi, juncti curribus in certamine curuli) ocyus percurrebant campum a navibus celeriter, *von den schiffen oder dem lager weg, (away from the ships or the camp.)* *ἠρύκακεν ἵππους νόσφιν ἀπὸ φλοίσβοιο*, tenuit equos semotos a tumultu pugnantium, E, 322, *hielt mit den pferden, abgesondert vom gedrange, (stopped with the horses at some distance from the contest.)* sic et, *βουλὰς βουλεύει, νόσφιν ἀπὸ φλοίσβου*, K, 416, consilia agitat, semotus a multitudine castrensi. *τίη δὲ σὺ νόσφιν ἀπ' ἄλλων ἧσο*, O, 244, cur tandem tu, semotus ab aliis, sedes? *ὁ δὲ, νόσφι λιασθεὶς, τῶν ἄλλων ἀπάνευθε καθέζετο*, Λ, 80, ille autem (Jupiter) qui secesserat, sedebat solus ab aliis, *da er sich bey seite gemachet, (having withdrawn.)* et 284, *ὡς ἐνόησε Ἀγαμέμνονα νόσφι κιόντα*, cum animadvertit quod Agamemnon abierit, *ἀναχωρήσαντα, οἰχόμενον*. sic et, *Ἕκτορα*, Ξ, 440, ubi *σεμνῶς* ea phrasis ponitur, etsi *οὐκ ἀληθῶς*, nam graviter erat vulneratus, nec sponte abierat. *πάλιν τρέπεν ὄσσε νόσφιν ἐπὶ Θρηκῶν αἶαν*, retro vertit oculos ab inde, ad terram Thracum, N, 4. *νόσφιν ἐμαρνάσθην*, procul inde, alio loco, pugnabant hi duo, P, 382. et 408, *πολλάκι γὰρ τόγε μητρὸς ἐπεύθετο νόσφιν ἀκούων*, sæpe enim hoc ex matre didicerat et rescierat in secreto audiens, *χωρὶς, καὶ ἰδίᾳ, μυστηριωδῶς*, *als etwas ins or gesagtes, nicht in gegenwart andrer, (as a matter whispered in the ear, not in the presence of others.)* *ἐμὲ δ' οὐδὲν ὀπίζεο νόσφιν ἐόντα*, me non præsentem ei minime respectabas, X, 332. *νόσφιν ἀειράσας αὐτὸν δμωὰς*, Ω, 583, ancillas quæ eum portarent in locum secretum, *wenn sie den körper bey seite getragen, (when they had carried the body away.)* *οὔτε τὶς οὖν ποταμῶν ἀπέην, νόσφι Ὠκεανοῖο*, Y, 7, nullus fluviorum (velut numinum) absens erat in consilio deorum, si excipias Oceanum ipsum. *θεοὶ ἐλέαιρον ἅπαντες, νόσφι Ποσειδάωνος*, α, 20, dii miserabantur eum omnes, excepto Neptuno. et 185, *νηῦς ἕστηκεν ἐπ' ἀγροῦ νόσφι πόληος*, navis stat ad oram agri, procul ab urbe. sic et ω, 307. *καὶ αὐτοὶ ἀκούετε, νόσφιν ἐόντες*, γ, 193, et ipsi audiebatis, qui procul ab eo habitatis. *ὄφρα σε νόσφιν ἀπήγαγε Παλλὰς Ἀθήνη*, donec te inde abduxit Minerva procul, δ, 289. *ἥ μοι οἴῳ συνήντετο νόσφιν ἑταίρων*, quæ mihi soli occurrit, semoto a meis sociis, δ, 367. ut sc. sine arbitris loqueretur cum eo. *ὡς ἴδεν Ἥφαιστον νόσφι κιόντα*, ut vidit Vulcanum proficiscentem inde, vel profectum inde, θ, 286. *ὅτε που σύγε νόσφι γένηαι*, si forte aliquando tu non ades, κ, 486. *οἴη δ' Αἴαντος ψυχὴ νόσφιν ἀφεστήκει*, procul remota stabat, λ, 543. *ὁ δὲ νόσφι βεβήκει*, ille vero abibat inde, ν, 164. *νόσφιν δεσποίνης καὶ Λαέρταο*, sine ope dominæ et Laërtæ, ξ, 9. et 147, *ἠθεῖον καλέω καὶ νόσφιν ἐόντα*, etiam absentem eum appello fratrem venerabilem. et 451, *νόσφιν δεσποίνης καὶ Λαέρταο*, sine interventu et ope. et 527, *νόσφιν ἐόντος*, non præsentis, sc. *αὐτοῦ τοῦ Ὀδυσσέως*. *ἐπ' ἀγροῦ νόσφι πόληος*, in agro, procul ab urbe, interficiamus eum, π, 383. sic et ω, 211, in villa bene curabat eum anus. *ὁ νόσφιν ἰδὼν ἀπομόρξατο δάκρυ*, ρ, 304, ille eminus videns eum canem, detersit lacrimam: nisi potius est, ille vultum aliorsum vertens, *da er das gesichte auf die andre seite gewendet, (turning his face another way,)* ne Eumæus videret lacrimas. Vide sub *ἄτερ*.

νοσφίζω, f. *ίσω*. (Ἕπω) separo, semoveo. *νοσφίζομαι*, separor, separo ipse me, *χωρὶς γίνομαι ἢ ἀφίσταμαι*, *trete fern von etwas, trenne mich wovon, bin nicht nahe dabey, (I go to a distance from something; keep apart from it.)* recentiores ponunt *νοσφίζεσθαι* pro *ἰδιοποιεῖσθαι*, quod et *σφετερίζεσθαι* dicitur, *in seinen beutel stecken, sich was fremdes zueignen, (to put into one's pouch, to steal something:)* sed hic significatus Homericus non est. *νοσφιζοίμεθα*, B, 81, i. e. *χωριζοίμεθα, πόῤῥω γενοίμεθα*, non accederemus huic sententiæ, abhorreremus ab hac re, fidem non adhiberemus. sic et Ω, 222. *τίφθ'* (cur tandem) *οὕτω πατρὸς νοσφίζεαι, οὐδὲ παρ' αὐτὸν ἑζομένη*, ψ, 98, i. e. *νόσφι γίνῃ, χωρίζῃ*, sejungis te, elonginquas te ab eo: et expositio statim addita a poëta. nam *παρά τινα ἕζεσθαι* est oppositum *τοῦ νοσφίζεσθαι*, sicut *τὸ παρὰ, τοῦ νόσφι*. *ὅτε πρῶτον Κρήτης ὄρεα νοσφισάμην ἐπὶ νηὸς ἰὼν*, τ, 339, i. e. *ἀφῆκα, νόσφιν ἐποιησάμην*. *ἡ δὲ κυνῶπις νοσφίσατο*, λ, 424, subduxerat se, recesserat a me, procul erat. *παῖδα ἐμὴν νοσφισσαμένη, θάλαμόν τε πόσιν τε*, sc. *ἐμὲ*, δ, 263, inquit Helena de Venere, filiam meam segregans a me et thalamum et maritum, cum me duceret ad Trojam. *τῷ κεν ἅμ' ἑσποίμην, νοσφισσαμένη τόδε δῶμα κουρίδιον*, τ, 579, eum sane sequar conjux, relinquens hanc domum in quam virgo olim nupsi, *ἀφεῖσα*. apparet ergo, hoc medium nunc active (ut l. c. ex δ) nunc intransitive, ut h. l. notare. sic et φ, 77, 104. *νοσφισθεὶς*, λ, 73, i. e. *νόσφι γενόμενος, χωρισθεὶς, ὑποχωρήσας*, profectus hinc et procul constitutus. olim igitur *τὸ, νοσφίζεσθαί τι*, ἦν *τὸ, νόσφι τινὸς ἑαυτὸν ἀπάγειν, καὶ οὕτω χωρίζειν, εἴτε λόγος ἦν ἐκεῖνο εἴτε πρᾶγμα*: sed apud recentiores *νοσφίζεταί τις, εἰς ἑαυτὸν ἐπισπώμενος τὸ ἀλλότριον, καὶ νόσφι τοῦ ἔχοντος ποιῶν αὐτό*.

νότιος, ία, ιον. (Νέω) ad austrum pertinens. it. humidus, madidus. partim ergo hoc adjectivum respicit *νότον ἄνεμον*, ejusque regionem aut flatum; partim effectum ejus, *τὴν νοτίδα*. *μήκων* (papaver) *καρπῷ βριθομένη* (gravatum) *νοτίῃσί τε εἰαρινῇσι*, fructu et humidis vernis, sc. *πνοαῖς*, vel *ὑγρότησι, ταῖς ἐκ νότου*, Θ, 307. *κατέῤῥει νότιος ἱδρὼς ὤμων καὶ κεφαλῆς*, defluxit humeris et capite sudor madefaciens, Λ, 810, i. e. *ὁ πάνυ τὸ σῶμα ὑγραίνων*: *ἐκ τοῦ νότου ἀνέμου* ita dictus, utpote qui ventus est valde *ὑγρός*. alii quidem h. l. exponunt per, *ὁ ἐκ τοῦ νοσεῖν τὸ σῶμα*, quasi *νόσιος*, ab *ἡ νόσος*, sudor profluens quia corpus est ægrum et affectum, *ein matter kranker schweiss, (a sweat from weakness and sickness;)*

sed id quæsitum nimis est. sudabat quidem re vera h. l. vulneratus et vix corpus trahens: id tamen non impedit, quo minus nomen in suo naturali significatu humectandi largiter intelligatur. sic et Ψ, 715, ubi de luctantibus, et nihil minus quam infirmis aut ægris, sermo est; ὑγρός: etsi ibi alliteratio sit ad τὰ νῶτα, 714, nam ὁ νῶτος ejusdem est originis, ut videbimus. ὑψοῦ δ' ἐν νοτίῳ τήνγε (ναῦν) ὥρμισαν, δ, 785. Θ, 55, i. e. ἐν ὑγρῷ, in alto mari, et est fere idem quod, βένθοσδε ἔρυσαν, deduxerunt navem in aquam, in opp. ad subducere in siccum. conf. ὑψοῦ. possit tamen videri, sæpe pro νώτιος correpte positum nomen, ut notetur dorsum, velut h. l. dorsum maris alti: sed simplicius intelligitur de multa aqua.

νότος, ου. ὁ. (Νέω) notus, ventus australis versus orientem, *südost, (south-east,)* cui oppositus est ὁ ζέφυρος, ventus septentrionalis versus occidentem, *nord-west, (north-west.)* hic ventus in Græcia et Italia inferiori solebat esse humidus et nubilus valde, etsi nonnunquam tamen et serenitatem faceret, quod Horatius testatur Lib. 1. Od. 7, versu 15—17, ubi sensus est: etiam notus ipse nonnunquam serenum facit cœlum (quod *albus* innuit) neque semper ex more suo pluvius est. cæterum a more isto nubilo habet nomen, quia conglomerat nubes, et quasi natat imbribus: et hinc ab eo dicta est ἡ νοτὶς, ἴδος, humor, humiditas, *feuchtigkeit, (humidity)* νότος ἐπαΐξας πατρὸς Διὸς ἐκ νεφελῶν, Β, 145. et 395, ὅτε κινήσει νότος ἐλθὼν κῦμα. νότος κατέχευεν ὀμίχλην, nebulam densam, Γ, 10, nam ventus est humidus, et ὀμίχλη constat ex multis et densis humoribus in aëre: cæterum omnia verba h. l. ad naturam rei apte indicandam sunt exquisita. ἀργέστου νότοιο λαίλαπι, velocis noti procella nubila, Λ, 306. sic, θύελλαν, Φ, 334. Εὖρός τε Νότος τ' ἐριδαίνετον, Π, 765. νότος κῦμα ὠθεῖ, γ, 295. νότου δυσαέος, μ, 289. et 326, οὔτις ἄλλος ἀνέμων εἰ μὴ εὖρός τε γίνετο. et 325, ἄλληκτος (non desinens) ἄη νότος. et 427, ἐπῆλθε νότος ὦκα, cum cessasset ζέφυρος. αἱ πρὸς νότου (sc. μέρος) θύραι εἰσὶ θεώτεραι, ν, 111, coll. 109. Vide sub ὤθω ad initium, κυλίνδω, et Βορέας in R.

νὺ, (Ναὶ) adverb. certe, tamen, imo, igitur. inservit et interrogationibus. est enclitica, et adsciscit etiam novum ν in fine, νὺν, per ἔγκλισιν istam facile distinguendum a νῦν. ponitur pro δὴ, sane: frequentissime autem pro οὖν. conf. Theocr. 10, 10, ibique Heinsium. μή νύ σοι οὐ χραίσμῃ, ne sane tibi nihil prosit, Α, 28. οἱ δέ νυ λαοὶ ἔθνησκον, Α, 382, et milites moriebantur igitur, et 414, τί νύ σε ἔτρεφον, cur tamen vel igitur educabam te, *warum erzog ich dich doch, (why did I bring thee up.)* et 416, ἐπεί νύ σοι αἶσα, quia certe tibi fatum. et 566, μή νύ σοι οὐ χραίσμωσι θεοί. ὥς νύ περ ὧδε, pro ὥσπερ νυ, sicut fortasse sic, Β, 258. ἦ ῥά νύ σοι πολλοὶ, certe igitur sane, Γ, 183, et 373, καί νύ κεν εἴρυσεν, atque igitur certe pertraxisset. τί νύ σε Πρίαμος τόσα κακὰ ῥέζει, *was thut dir doch Priamus so ser viel zu leide, (in what now has Priam done so much ill to thee?)* Δ, 31. et 93, ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο; *gewiss, woltest du wohl etwa mir worinn folgen, (indeed wouldst thou at all obey me?)* et 155, θάνατόν νύ σοι ὅρκια ἔταμνον, pepigi igitur fœdus, tibi ad mortem. confer porro, exercendi judicii causa, Ε, 191, certe, *wohl, (certainly.)* et 311, καί νύ κεν, sequente εἰ μή. sic et 388, et certe sane, nisi. et 679. Ζ, 215, ἦ ῥά νυ, et 439, ἤ νυ, aut sane. Η, 48, 273, 352. Θ, 32, 39, 90, 104, 131, 201, 217, Ι, 116, certe. Κ, 165, οὔ νυ καὶ ἄλλοι εἰσὶ, an non sunt et alii? ubi interrogat. et 401. Λ, 311, Μ, 262. Ν, 257. Ο, 440, ubi interrogat. sic et 553, Π, 622, θνητὸς δέ (nam) νυ καὶ σὺ, mortalis enim certe et tu es. Ρ, 469, τίς σοί νυ θεῶν, quisnam tandem tibi deorum? et 647, ἐπεί νύ σοι, quandoquidem sane tibi. Σ, 165, 197, 269, 358, 392. Τ, 95, 169, 315, 421. Υ, 184. Φ, 509, interrogative. Χ, 9, 11, 183, 405, 420, 431. Ψ, 382, 490, 540, 733. Ω, 33, 205, 235, 239, 521, 540, 683, 713. α, 59, 60, 62, ubi ex affectu ter repetitur, et bis interrogative. et 195, 217, 244, 347, 407. β, 60, 320, 327. δ 110, 197, 363, 377, 462. ε, 299. ζ, 149, 277. ι, 79. λ, 170, 209. μ, 280. ξ, 275, 359. ο, 19, 239, 276. π, 28. σ, 330, 390. τ, 501. υ, 114, 193. φ, 86, 128, 226, 398. ω, 473, 513, 527. cum adfixo ν est Κ, 105, ὅσα πού νυν ἐέλπεται, quæcunque fortasse sane sperat. et Ψ, 485, δεῦρό νυν. σπεῦδέ νυν, festina sane, Aristoph. Plut. 414. cæterum caveant tirones, ne opinentur, ullam Græcam particulam esse mere expletivam otiose, nec quidquam ad sermonis elegantiam facere.

νυκτερὶς, ἴδος. ἡ. vespertilio, *eine fledermaus, (a bat.)* ἐχόμην ὡς νυκτερὶς, hærebam ad ramos arboris velut vespertilio, μ, 433, ea enim non sedet in arbore, sed adhæret. νυκτερίδες μυχῷ ἄντρου τρίζουσαι ποτέονται, ω, 6—8, ubi parabola de iis, simulque de historia earum naturali: dormiunt enim minimum et solent cohærere sibi invicem.

νύμφη, ης. ἡ. (Φάω) puella nubilis. it. sponsa, nova nupta. it. nurus. it. in genere, affinis mulier junior. it. rosæ incipientis aperire se osculum, a quo deinde pars quædam orificii vulvæ nomen habet. vox est a νέον, recens, et φάω, appareo, quasi νεόμφη: nubilis enim aut recens nupta puella apparet quasi flos novus et lucidus. δεῦρο ἴθι, νύμφα φίλη, Γ, 130, ubi soror Paridis sic compellat Helenam: huc accede, cara affinis: et terminatio est ex dialecto communi; η enim in fine est Ionicum. eadem compellatio est δ, 743, ubi sic alloquitur ἡ Εὐρύκλεια, nutrix Ulyssis, Penelopen, uxorem Ulyssis, quasi nurum suam. νύμφας δ' ἐκ θαλάμων, δαΐδων ὑπολαμπομενάων, ἠγίνεον ἀνὰ ἄστυ, sponsas ducebant per publicum, Σ, 492. vide plura in R. Vide sub νυὸς, et Νύμφη in R. ad finem.

νυμφίος, ία, ίον. (Φάω) ad sponsam pertinens.

masculinum substantive positum notat sponsum, novum maritum. ὡς δὲ πατὴρ οὗ παιδὸς ὀδύρεται ὀστέα καίων νυμφίου, Ψ, 223, sicut pater lamentatur, filii sui ossa comburens, sponsi, i. e. adolescentis, mox inituri matrimonium. τὸν μὲν, ἄκουρον ἐόντα, ἔβαλεν Ἀπόλλων, νυμφίον, μίαν οἴην παῖδα λιπόντα, η, 65, hunc, sine prole mascula, interfecit Apollo (i. e. mors subita) recens maritum, relinquentem unicam filiam: ubi ergo eum sic dicit, qui juvenis nondum diu vixit in matrimonio. Vide sub Νύμφη in R. ad finem.

νῦν, (Ναὶ) adverbium temporis, de præsenti, præterito, et futuro. cum paragoge Attica νυνὶ vero, semper de præsenti ponitur. quantitate sua, quia semper producitur hoc adverbium, facile discerni potest a νὺν, quod corripi solet. ἢ νῦν ἢ ὕστερον, A, 27. et 59, nunc, hoc tempore; et sequitur futurum. et 91, 127, 141, 272, οἳ νῦν βροτοί εἰσιν, quales nunc sunt homines, *wie sie jezt sind, (as they now are.)* nam decrescebant mortales jam Nestoris senis ævo. et 354, 417, 421, 445, 455, 456. 506, 522, 555. B, 12, ubi id νῦν, quia non præcise de hoc die intelligi debet, aptum est ad λοξότητα ὀνείρου. et 29, 114, ubi respicit τὸ, πρὶν, 112. 193, 242, ubi de præterito. 284, 330, 681, sc. ἔσπετέ μοι, ὦ Μοῦσαι. Γ, 67, 234, 241, 367, 403, 432, 439, 446. Δ, 179, 321, *jezt hingegen, (now, on the other hand.)* 347. E, 117, νῦν αὖτε, jam etiam. 124, 129, 279, 304, οἷοι νῦν βροτοί (sic et M, 383, 449.) 362, 410, 457, 604, 791, 881, modo, in opp. ad πρῶτον, antea, 883. Z, 68, sc. ἐν ταύτῃ τῶν πολεμίων διώξει, 125, 337, 340, 352, νῦν, sequente ὀπίσω, in posterum. 354, 431. H, 29, 226, 290. Θ, 141, 163, 186, 192, 234, coll. 230. 370, 374, 498, 500, 502, 524, 541, νῦν ἡμέρη ἤδε: ut accuratius determinetur τὸ νῦν, quod et laxius notare potest. sic et, νῦν σήμερον. eadem determinatio est N, 828. nam τὸ νῦν indeterminatum deceperat regem, B, 12, 29, ut id de eo die intelligeret falso. I, 259, 356, 380, impræsentiarum. 515, jam vero. K, 175, 280. Λ, 362, 363, 367, 651, 789. M, 215, 271, 326. N, 98, 222, 230, 276, 463, 772, 773, 784. Ξ, 95, 107, 198, 219, 262, 271, 309, 328, 508. O, 61, 115, 131, 138, 211, 221, 254, 258, 292, 493, 502, 719, 725. Π, 112, 207, 238, 422, estis *nunc* celeres, cum celeritate opus non est? celeres ad fugam, tardi ad pugnam? 492, 516, 538, 667. P, 34, 75, 153, 154, 156, 173, 206, 227, 478, 588, 670, 672, 710. Σ, 88, νῦν δὲ, sc. εἰς γάμον ἦλθες αὐτοῦ, conjux ejus facta es, ἵνα —. et 101, 111, 255, 261, 267, 290, 293, 298, 406, 435, ubi est aposiopesis, præ luctu. T, 23, 67, 148, 203, 206, 258, 275, 319. Υ, 18, 29, 89, 287, οἷοι νῦν βροτοί εἰσι. 307, 350, 354, 449, 450. Φ, 80, 82, 122, 155, 160, 281, 475, 533. X, 16, 18, 46, 104, 126, 172, 216, 219, 222, 235, 243, 252, 268, 271, 303, 391, 436, 482, 505, 508. Ψ, 48, 274, 333, 463, 492, 552, 587, 602, 604, 618. Ω, 35, 208, 223, 401, 560, 568, 614. α, 43, 82, 166, 182, 194, 200, 369. β, 28, 124, 176, 259, 281, 314. γ, 69, 101, 209, 366. δ, 32, 193, 685, 727, 817. ε, 184, 312. ζ, 243, 325, θ, 100, 156, 222, 330, 465. ι, 16, 264, 495, 515. κ, 457, 463, 472, 489, 548. λ, 440, 448, 484. ξ, 158, 193, 213, 407, 489, 493, 506, 512, ubi sensus est: ὡς νῦν μὲν, τεύξῃ ὧν ἐθέλεις (nunc quidem nanclsceris quæ cupis) ἕωθεν δὲ τὰ σὰ ἐνδύσῃ ῥάκεα (cras vero indues rursus tuos pannos) καὶ ἀποδώσεις τὸ ἐπίβλημα: causa nobis est, quia non multæ nobis sunt vestes. ο, 268, 370, 430, 519. π, 65, 431. ρ, 155, 217, 456, 460, 566. σ, 30, 78, 104, 122, 202, 216, 267, 402. τ, 66, 81, 82, 169, 215, 253, 532, 549, 572. υ, 63, 119, 135, 178, 200, 333. φ, 107, 157, 258, 279. χ, 6, 29, 41, 62, 195. ψ, 54. ω, 34, 259, 328, 352, 460.

νὺν, distinguendum a νῦν, vide supra, et sub νύ.

νὺξ, νυκτός. ἡ. (Νύσσω) nox. proprie est γῆς σκιά. improprie sic et vocatur σκότος νεφῶν ἐν ἀέρι καὶ στέρησις ἡλιακοῦ φωτὸς, cœlum nubilum, aër caliginosus; etiam si oculis nostris caligo offunditur ex debilitate virium. dicitur nox proprie sic dicta etiam ἡ εὐφρόνη, quia ἀγαθὴ ἐν νυκτὶ βουλὴ, conf. Plin. lib. 9, epist. 36. dividebatur antiquis in tres partes, εἰς ἑσπέραν, εἰς ἀμολγὸν, εἰς ἕω, sicut et dies in matutinum, meridianum, vespertinum tempus. pro quo recentiores habuere suas quatuor vigilias. nomen ipsum est a νύσσω, f. νύξω, et id vel ἀντιφραστικῶς, ἡ μὴ νύσσουσα εἰς ἔργον ἀλλὰ μᾶλλον καταθεῖσα, unde et θοὴ quibusdam dicta videtur, ἡ καταθετική: vel proprie, quia instigat ad somnum, et consulit τὰ πρὸς ἀνάπαυσιν, sicut dies oriens consulit esse laborandum. fortasse et, quia tenebris suis, percellit animum, et facile terret. νὺξ δ' ἤδη τελέθει, ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι, H, 282, 293, quæ verba abierunt in proverbium, et quibus nox ut πρόσωπον loquens inducitur, ad quietem adhortans. νὺξ ἐλθοῦσα διακρινεῖ μένος ἀνδρῶν, nox adveniens dirimet vim virorum, i. e. pugnam, B, 387. οὔπω ἠὼς, ἔτι δ' ἀμφιλύκη νὺξ, nondum aurora clara, sed jam tamen albescens nocturnum cœlum, H, 433. Ἀχαιοῖς ἀσπασίη τρίλλιστος ἐπήλυθε νὺξ ἐρεβεννὴ, Θ, 488, iis grata valde exoptata supervenit nox atra. νὺξ δ' ἥδ' ἠὲ διαῤῥαίσει στρατὸν, ἠὲ σαώσει, I, 78, hæc nox aut perdet exercitum et castra, aut salvum præstabit; utrum futurum sit, dubium est. ὅτε δὴ περὶ νὺξ ἐκάλυψε, pro περιεκάλυψε, K, 201, sc. τὴν γῆν καὶ τὰ περὶ γῆν, i. e. ὅτε νὺξ ἐγένετο, cum sane nox omnia circumtexisset. et 251, μάλα γὰρ νὺξ ἄνεται, ἐγγύθι δ' ἠὼς, ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε, παρῴχηκεν δὲ πλέων νὺξ τῶν δύο μοιράων, τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται, omnino enim nox ad finem properat, et aurora propinqua est, sidera enim processerunt, et præteriit major noctis pars duarum partium, et tertia adhuc pars jam reliqua est. nam nox apud antiquissimos erat τριφύλακτος, i. e. τριῶν φυλακῶν. dicit ergo, duæ

partes noctis præterierunt, una tantum est reliqua: et eo tempore securiores esse incipiunt φύλακες, hinc opportunum exploratoribus id tempus. sic et diem facit poëta τριμερῆ, dicens: ἔσται ἠὼς, ἢ δείλη, ἢ μέσον ἦμαρ, *früh, abends, mittags, (be it morning, evening, or noon:)* ut ἠὼς sit ab ortu usque ad horam nostram decimam: deinde μέσον ἦμαρ usque ad nostram tertiam vel secundam: reliquum tempus diei usque ad occasum solis sit δείλη. ἀμφεκάλυψε δὲ ὄσσε κελαινὴ νὺξ, cooperuitque oculos atra nox, E, 310, ubi noctem vocat τὴν τῶν ὀφθαλμῶν σκότωσιν. sic et Λ, 356, i. e. ἡ καλύπτουσα τὴν ὄψιν τινὸς σκότωσις, si quis deliquium patitur. nam νὺξ quatuor signat: 1, ἡ σωματικὴ δαίμων τοῦ μύθου; 2, ἡ κοινῶς οὕτω λεγομένη; 3, ἡ σκοτεινὴ ἐκ νεφῶν κατάστασις ἐν ἀέρι, ἢ ἡ ἐν ἀέρι παχεῖα ζόφωσις; 4, ὁ τῶν ὀμμάτων σκοτισμός. εἰσόκεν ἔλθῃ νὺξ ἀβρότη, donec venerit nox obscura, Ξ, 78. et 259, Νὺξ δμήτειρα θεῶν καὶ ἀνδρῶν, ubi loquitur somnus personificatus. et 261, ἅζετο γὰρ (reverebatur enim) μὴ Νυκτὶ θοῇ ἀποθύμια ἕρδοι, quibus locis Νὺξ ut πρόσωπον aliquod inducitur. Jupiter eam reveretur, quia est antiquissima rerum: nam nox et Chaos fuerunt ante quam quidquam esset aliud. sacra ergo habita est nox: et somnus se servatum ab ea dicit, nam natura dedit noctem ad somnum. docemur præterea exemplo Jovis, abstinendum esse ira et vindicta, si præsens est aliquis venerabilis. et 439, κὰδ δέ οἱ ὄσσε νὺξ ἐκάλυψε (pro κατεκάλυψε) μέλαινα, βέλος δ' ἔτι θυμὸν ἐδάμνα, et nox nigra operuit oculos ei, nam jactus jam vincebat vitam, i. e. moriebatur. est ergo νὺξ et, ἡ ἁπλῶς ἀορασία, status quo nihil cernimus, δι' ἣν ἡ ὄψις ὡς ἐν νυκτὶ καθίσταται. sic, τὸν δὲ κατ' ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νὺξ ἐκάλυψε, pro, κατεκάλυψεν αὐτὸν νὺξ ὀφθαλμῶν, E, 659. N, 580. X, 466. ὅτε δὴ δεκάτη μοὶ ἐπήλυθε νὺξ ἐρεβεννὴ, I, 470. νῦν μὲν νὺξ ἀπέπαυσε ποδώκεα Πηλείωνα ἀμβροσίη, Σ, 267, nox abstinere fecit eum a pugnando: et apte ἀμβροσίη h. l. nam innuit ἀληθῶς ἀμβροσίαν ἐπιγενέσθαι νύκτα τοῖς Τρωσὶν, καὶ οἵαν ἐποφείλεσθαι χάριτας, ὅτι ἐκρύψατε αὐτοῖς τὸν Ἀχιλλέα. ἐπήλυθεν ἀμβροσίη νὺξ, δ, 429, 574, quo tempore apparatur ὁ δόρπος, *das abendbrod, (supper.)* ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νὺξ, ε, 294. ι, 69. μ, 315, i. e. tenebricosa et diem obscurans tempestas. hinc οὐρανόθεν, i. e. ἐξ ἀέρος καὶ νεφῶν. sic et dies δυστυχὴς καὶ θανάσιμος dicitur ἡμέρα μέλαινα. ἀλλ' ἐπὶ νὺξ τέταται ὀλοὴ δειλοῖσι βροτοῖσι, λ, 19, sed nox damnosa superintenditur miseris illis mortalibus ; ubi νὺξ quoque notat ἀέρα ἐπινέφελον: nam naturalis nox non est ὀλοὴ, sed ἀμβροσίη καὶ ἀγαθή. et 329, νὺξ φθεῖται ἄμβροτος, nox perit divina. nam recreat vires et reficit hominem: hinc habet hoc epitheton; et dolendum sane, si nox vana abit, sine hoc effectu. et 372, νὺξ δ' ἥδε μάλα μακρὴ ἀθέσφατος: ergo Ulysses autumni tempore ibi fuit. νὺξ δὲ μάλα δνοφερὴ κάτεχε οὐρανὸν, ν, 269, nox erat valde obscura. ἐπῆλθε κακὴ σκοτομήνιος, ξ, 457, nox mala, illunis. et 475, κακὴ, πηγυλὶς, mala, gelida. νὺξ δ' ἔσται, ὅτε δὴ στυγερὸς γάμος ἀντιβολήσει οὐλομένης ἐμοῦ, σ, 271, nox enim erit, quando sane odiosæ nuptiæ occurrent mihi perditæ et ἀνόλβου. et potest id intelligi de nocte nuptiali: potest et abominose dictum videri, μὴ ἴδοι τοιοῦτον κακὸν γάμον ὁ ἥλιος. conf. γάμος. αὐτὰρ ἐπὴν νὺξ ἔλθῃ, ἕλῃσι δὲ κοῖτος ἅπαντας, τ, 515, at si nox accessit et cubile cepit omnes. ὁμίχλην, κλέπτῃ ἀμείνονα νυκτὸς, nebulam, furi commodiorem nocte, Γ, 11. μολὼν ἐν νυκτὸς ἀμολγῷ, invadens eas nocte intempesta, Λ, 173. sic, μελαίνης νυκτὸς ἀμολγῷ, O, 324. μετὰ ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ, X, 28, 317. ὄνειρον νυκτὸς ἀμολγῷ, δ, 841, conf. ἀμολγός. ἐγγὺς γὰρ νυκτός τε καὶ ἤματος εἰσὶ κέλευθοι, κ, 86, ubi conf. κέλευθος, et ἐγγύς. ἦμος δὲ τρίχα νυκτὸς ἔην, μ, 312. ξ, 483, conf. τρίχα. ἱκάνομεν ἐνθάδε νυκτὸς, ν, 278, qui genitivus est attice, pro κατὰ νύκτα, noctu. ὁ δὲ ἤϊε νυκτὶ ἐοικὼς, de Apolline, A, 47, i. e. vultu tristi et terrifico; etiam invisibilis. cæterum physice notatur sol luridus, ob intemperiem aëris, ex qua oriebatur pestilentia. ἐσάωσεν αὐτὸν, νυκτὶ καλύψας, i. e. ἀορασίᾳ, E, 23, i. e. subducens eum visui hostis sui: et Vulcanus h. l. historice, sunt arma, i. e. armati, protegentes eum, et recipientes inter se. νῦν μὲν πειθώμεθα νυκτὶ μελαίνῃ, Θ, 502. I, 65. μ, 291. conf. πείθομαι. Ἕκτωρ, νυκτὶ θοῇ ἀτάλαντος ὑπώπια, M, 463, διὰ τὴν δεινότητα, nocti similis vultu, i. e. terribilis. et ex h. l. apparet etymologia νυκτὸς, a νύσσειν, quia nox est horribilis naturæ. ἤέ τινα ἐρεβεννῇ νυκτὶ καλύψαι, N, 425, i. e. κτεῖναι, occidisse; quod alibi dixit, προϊάπτειν ἄϊδι, ut ἄϊς et νὺξ hoc sensu sit idem; status mortis in quo nihil cernitur oculis. ἰῇ δ' ἐν νυκτὶ γένοντο, una eademque nocte nati erant, Σ, 251, sc. Hector et Polydamas; sed non eadem hora: hinc tamen differens eorum et mens et fortuna, etsi amicitia arcta. δεκάτῃ δέ με νυκτὶ μελαίνῃ νῆσον ἐς Ὠγυγίην πέλασαν θεοὶ, η, 253. μ, 447. sic, γαίῃ, ξ, 314. ἐπὶ δὲ ἀμβροσίη νὺξ ἤλυθε, η, 283. ἐρεμνῇ νυκτὶ ἐοικὼς, λ, 605, i. e. terribilis vultu; nam sermo est de Herculis umbra apud inferos. hinc et de umbra sola potest intelligi, quod nocti similis sit. νυκτὶ δ' ὁμῶς πλείειν, ο, 34, noctu pariter naviga, et eodem modo ac interdiu: vetat eum ad insulas accedere, ad quas solebant nonnunquam navigantibus noctes peragi in littore. τῇ γὰρ νυκτί μοι παρέδραθεν, nam hac nocte dormivit mecum, υ, 88, sc. mihi somnianti. et 351, νυκτὶ μὲν ὑμῶν εἴλυνται κεφαλαὶ, capita vestra involvuntur tenebris; nam erat eclipsis solis. et 362, τάδε νυκτι ἐΐσκει, hæc nocti similia putat. τοὺς δὲ Ἀθήνη νυκτὶ κατακρύψασα, ψ, 372, faciens ne viderentur cuiquam: et re vera exibant, antequam esset clarum mane. ἀμβροσίην διὰ νύκτα, B, 57, i. e. γλυκεῖαν. sic et K, 41, 142. et 83, διὰ ὀρφναίην, 276, nam nox dici potest, si sol tegitur densa nube vel pulvere. et 297, διὰ μέλαιναν. μήπως καὶ διὰ νύκτα Ἀχαιοὶ φεύγειν ὁρμήσωνται, Θ, 510, i. e. κατὰ νύκτα. μὲ ἰόντα θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν, K, 394, 468. et dicitur θοὴ,

quia, ut umbra terræ, a sole circumacto perpetuo fugatur. est ergo nox semper in motu et fuga. præterea dormientibus videtur nox celerius abiisse quam dies. cf. θεός. Sophocles noctem vocat αἰόλαν, διὰ τὸ ἐν ἄστροις ποικίλον αὐτῆς: a quo et ποικιλείμων νὺξ (a ποικίλος, et τὸ εἷμα, vestis) ab Æschylo vocatur, *die buntröckige, (dressed in party-coloured robes.)* et 497, τὴν νύκτα, i. e. νύκτωρ, pro quo Attici dicunt νυκτὸς, noctu. et 188, νύκτα κακὴν φυλασσομένοις. et 312. οὐδὲ ἐθέλουσιν νύκτα φυλάσσειν, nocturnas vigilias agere. hinc φυλακαὶ νυκτὸς dictæ. Ἄρης νύκτα ἀμφεκάλυψε μάχῃ, Mars noctem circumtexit pugnæ, E, 506, ubi densissimus pulvis excitatus a pugnantibus vocatur νὺξ, sic tamen ut simul mortes cadentium innuantur. sic Π, 567, Ζεὺς ἐπετάνυσε νύκτα ὀλοὴν ὑσμίνῃ, Jupiter superinduxit noctem perniciosam pugnæ, ubi τὸ περὶ τὸν ἀέρα (qui est Ζεὺς physice) πολὺ πάχος ἐκ τῆς κονίας dicitur νὺξ, ἣν κονίαν καὶ ἀέλλῃ νεφώδει comparaverat paullo ante, et ὁμίχλῃ, 374, 364. ergo νὺξ h. l. est ἡ ἐξ ἀέρος ἐν ἡμέρᾳ ζόφωσις: et dicit eam ὀλοὴν, propter cædes in pugna. victoria comparatur serenitati, 297, labor in pugna et cædes, nocti. ἐνέπεσεν ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο, ἕλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν, Θ, 486. οὐδ᾽ ἀνὰ νύκτα, Ξ, 80, noctu. νύκτα μὲν εἰν ἀγορῇ σθένος ἕξομεν, Σ, 274, per noctem habebimus robur in concilio, i. e. consultabimus valide; vel, in foro tuti erimus. νύχθ᾽ ὑπὸ τήνδ᾽ ὀλοὴν, X, 102, pro, κατὰ νύκτα, hac nocte exitiali. θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν, Ω, 366. et 363, ἀμβροσίην. et 653, θοήν. νύκτα μὲν ἀέσαμεν, per noctem dormivimus, γ, 151. et 490, ἄεσαν (quieverunt.) ἐν ποταμῷ δυσκηδέα νύκτα φυλάξω, ad fluvium sollicitam noctem vigilabo, ε, 466. θεός τις ἡγεμόνευε (dux viæ erat) νύκτα δι᾽ ὀρφναίην, ι, 143. et 404, ἐβόησας δι᾽ ἀμβροσίην. διὰ νύκτα θοὴν ἀλάλησθαι, errare, μ, 284. νύκτα δὲ ἀμβροσίην μελεδήματα πατρὸς ἔγειρεν, ο, 8, per noctem, aliis ad dulcem quietem a natura datam et ad refectionem virium, curas de patre excitabat et vigilare eas faciebat Telemachus. et 40, ἔνθα δὲ νύκτα ἀέσαι, et ibi noctem quiesce. et 50, διὰ δνοφερὴν ἐλᾶν, per tenebricosam noctem vehi curru. et 188, ἄεσαν, quiescebant. sic, ἐπὶ ἠπείρου νύκτα ἄεσαμεν, τ, 367, in terra. διὰ νύκτα δινεύων (obambulans) κατὰ οἶκον, τ, 66. Μελάνθιε, νύκτα φυλάξεις, vigilabis per noctem, χ, 195. νύκτα μὲν ἐν περάτῃ δολιχὴν σχέθε Ἀθήνη, ψ, 243, ubi nox a Minerva extenditur, sicut alibi extensa fuisse narratur in generatione Herculis a Jove εἰς τριέσπερον μῆκος, et Musarum εἰς ἐννεάνυκτον: et h. l. poëtice hoc dicitur: nox longa visa est esse, quæ sufficeret tot narrationibus et amplexibus et somno sufficienti; vel potius, prudentia Ulyssis non exspectavit in lecto ortum auroræ, sed citius surrexit et abiit. conf. περάτη. ὀϊζυραὶ δέ οἱ (αὐτῇ, τῇ Πηνελόπῃ) φθίνουσι νύκτες, miseræque ei noctes absumuntur, λ, 182. ν, 338. π, 39. ὅσαι γὰρ νύκτες τε καὶ ἤματα ἐκ Διός εἰσι, *so veil Gott nächte und tage werden lässet, (as many nights and days as God sends,)* ξ, 93. αἵδε δὲ νύκτες ἀθέσφατοι, ο, 391, nam hæ noctes sunt valde longæ; erat enim mense novembri nostro. ἐκ νυκτῶν δ᾽ ἄνεμοι χαλεποὶ, μ, 286, i. e. ἐν αὐταῖς νυξί. νύκτας τε καὶ ἦμαρ, E, 490. X, 432. Ω, 73. β, 344. κ, 28, 80. ο, 475. ω, 63. νύκτας τε καὶ ἤματα, Σ, 340. Ψ, 186. Ω, 745, i. e. ἀεί. νύκτας ἀΰπνους ἴαυον, cubabam, I, 325. τ, 340. νύκτας τ᾽ ἀλλύεσκεν, retexebat noctu, β, 105. τ, 150. ω, 139. νύκτας μὲν ἰαύεσκεν (cubabat) ἀνάγκῃ (coactus) οὐκ ἐθέλων παρὰ ἐθελούσῃ, ε, 154. δύω νύκτας κύματι πλάζετο, ε, 388. ι, 74, errabat in fluctibus. φαίνοντες νύκτας, qui lucent noctu, η, 102. νύκτας δὲ παρὰ αἰδοίοις ἀλόχοις εὕδουσι, κ, 11. τρεῖς γάρ δή μιν εἶχον, ρ, 515, per tres noctes eum jam habui. πολλὰς νύκτας ἐν ἀεικελίῳ κοίτῃ ἄεσα, τ, 341, coll. 340. νύκτας δ᾽ ὕπνος ἔχῃσι, per noctes somnus occupet eum, υ, 85. cæterum quod νὺξ proprie sit σκιὰ γῆς, innuitur et illo sæpius repetito, ἐσκιόωντο πᾶσαι ἀγυιαί. νὺξ deberet habere genitivum νυχὸς, quod apparet ex compositis, ἔννυχος, πάννυχος, etc. sed postquam usus interseruit τ Atticum, asperata χ debuit mutari in κ. et iste usus obsoletum deinde fecit genitivum regularem et primarium. Vide sub πέρατος, et τρίχα.

νυός, οῦ. ἡ. est ἡ τοῦ υἱοῦ γυνή. (Νέω) respectu patris et matris, nurus, *die schwiegertochter, sohnes frau, (a daughter-in-law, son's wife.)* deinde et latius est nomen συγγενικὸν, affinitatem notans, *eine schwiegerin, (any female connected by marriage,)* ut et fratris uxor aut ejusmodi propinqua possit intelligi. modo adsit notio juventutis vegetæ. nam est a νέος, et hinc deinde est ἡ νύμφη, i. e. ἡ ἀναφανεῖσα νυὸς, nam νύμφη notat nurum, deinde et sponsam juvenculam. γυναῖκα εὐειδέα ἀνῆγες ἐξ ἀπίης γαίης, νυὸν ἀνδρῶν αἰχμητῶν, Γ, 49, inquit Hector ad Paridem; et notat ea vox συμβολικῶς, οὕτω προθύμως μαχήσασθαι τοὺς Ἀχαιοὺς ὑπὲρ Ἑλένης, ὡς ἀδελφοὺς ὑπὲρ νύμφης, οἷα τῷ Μενελάῳ προσφερομένους ἀδελφικῶς, διὰ τὸ φιλάλληλον. ἑλκομένας τε νυοὺς ὀλοῇς ὑπὸ χερσὶν Ἀχαιῶν, X, 65, ubi senex Priamus enumerat infortunium suum, et comprehendit sub hoc nomine τὴν Ἀνδρομάχην una. θυγατέρες δὲ ἠδὲ νυοὶ ὠδύροντο, Ω, 166. ὠλόλυξαν (carmen sacrum lætæ canebant) θυγατέρες τε νυοί τε καὶ παράκοιτις, cum fieret sacrum, γ, 451.

νύσσα, ης. ἡ. (Νύσσω) meta in certamine curuli, circa quam circumagebant currum. et duplex fuit ista νύσσα, vel ab initio cursus, quod Romani vocabant carceres; vel in ultimo circi, ad quam circumagendus erat currus. nomen est a νύσσω: nam antiquitus infigebatur terræ, sine magna arte. ἢ τόγε νύσσα τέτυκτο ἐπὶ προτέρων ἀνθρώπων, Ψ, 332, coll. 327—333. Aristarchus ibi scribi jubet, σκίρος ἔτυκτο: nam ὁ σκίρος (quem medici scribunt σκίῤῥος, et qui iis notat tumorem durum morbosum) est ἡ ῥίζα, radix cum eminente trunco, παρὰ τὸ ἐσκιάσθαι, quia obumbratur ramis, a quo est nomen Minervæ ἡ Σκιρὰς, άδος. deinde

σκῖρος est et, lapidis aut marmoris fragmentum: notat et γύψον ἢ γῆν γυψώδη, imo et τυροῦ ῥύπον, sordes exteriores casei, a quo est σκιροῦσθαι, duro cortice obduci. sed præstat lectio recepta. et 338, ἐν νύσσῃ δέ σοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω, ad metam. et 344, εἰ γάρ κ' ἐν νύσσῃ γε παρεξελάσῃσθα διώκων. est ergo ὁ καμπτὴρ δρόμου ἱππικοῦ. alibi autem est locus, unde cursus incipiebat, ut 758, τοῖσι δ' ἀπὸ νύσσης τέτατο δρόμος, ubi sermo est de viris, cursu pedum certantibus, quibus δολιχὸς ἦν ὁ δρόμος καὶ ἀκάμπιος. sic et Θ, 121, ut notetur meta a qua cursus incipiebat, et ubi sola pedum celeritas spectabatur.

ΝΥ΄ΣΣΩ, f. νύξω. pungo, fodico. proprie, acutum aliquod adhibeo ad rem agendam. deinde in genere est et, pulso. χείρεσιν ἀσπίδα νύσσων, manibus scutum feriens, Π, 704, ubi sermo est de Apolline. manibus suis Patrocli scutum feriente: i. e. de sole excœcante heroëm in eo loco, ut minus recte rem gerere posset; vel et de fato, impetum herois repellente. νύσσοντες ξυστοῖσι μέσον σάκος, Λ, 564, fodicantes hastis medium scutum Ajacis. νύσσοντες ξίφεσίν τε καὶ ἔγχεσι, fodicantes protensis gladiis et hastis, Ν, 147. Ο, 278. Ρ, 731. ἔγχεϊ νύξ' (ἔνυξε) αὐτὸν κατὰ ὦμον, hasta fodit eum in humerum, Ε, 46, i. e. ἐκέντησε, ἔτρωσε. et 579, κατὰ κληῗδα, ad jugulum. ἀσπίδα νύξεν, clypeum pupugit, Η, 260, coll. 258, ubi synonymica est phrasis, μέσον σάκος οὔτασε δουρί. sed differt, ἔῤῥηξε, 259, nam is est sæpe effectus consequens τὸ νύσσειν, qui autem effectus non semper sequitur. μετώπιον δουρὶ νύξε, Λ, 96, in fronte pupugit hasta. et 235, θώρηκος ἔνερθε, infra thoracem pupugit eum. et 252, νύξε δέ μιν κατὰ χεῖρα μέσην, ἀγκῶνος ἔνερθεν, in medium brachium infra cubitum. et 425, κατὰ πρότμησιν, in umbilicum. Ἀλκμάονα δουρὶ, Μ, 395. et 404, ἀσπίδα. αὐτὸν ὑπὸ οὔατος ἔγχεϊ, Ν, 177. κύμβαχον ἀκρότατον, conum summum in galea, Ο, 536. ἵππων ἐπιβησόμενον ἔνυξε κατὰ δεξιὸν ὦμον, Π, 343. et 346, κατὰ στόμα. et 404, γναθμὸν δεξιτερόν. κατὰ στομάχου θέμεθλα, Ρ, 48, guttur. κατὰ κρόταφον, Υ, 397. et 489, μετάφρενον, dorsum. κατὰ ἀσπίδα, Ψ, 819. quibus omnibus locis est νύξε pro ἔνυξε. Ὀδυσῆα προσηνύδων ἐγγὺς ἐόντα, ἀγκῶνι νύξας, cubito fodicans eum leniter, ξ, 485, nam de cubantibus sermo est: *da ich ihn mit dem ellenbogen anstiess, (jogging him with the elbow.)* νυσσομένων ξίφεσίν τε καὶ ἔγχεσιν, Ξ, 26, cum ferirentur gladiis et hastis: et ad præcedens σφίσι deberet esse νυσσομένοις. sic eadem verba, Π, 637, cum ferirent se in vicem: nam est forma media. Vide sub ὁμόργω.

νωθής, έος. ὁ ἡ. (Θέω) non celer et promtus ad currendum, tardus. est epitheton asini, sicut ταχὺς equi: compositum ex νὸ vel νω, particula inseparabili negativa, et θέω, curro, propero. ἐστερημένος τοῦ θέειν. ὄνος νωθὴς, Λ, 558, asinus tardus. notat deinde metaphorice et, stupidus animo. ab hac voce compositum est illud comicum, ὁ νώθουρος, ὁ νωθέα ἔχων τὴν οὐρὰν ἐν τῷ συγγίνεσθαι, cujus membrum non alacriter erigitur: cujusmodi homo etiam dicebatur ἄστυτος, qui non posset στύεσθαι, i. e. arrigere, in rigorem adduci.

νωΐτερος, ἔρα, ερον. (Ἔω) idem quod ἡμέτερος, noster, nisi quod proprie duos notat. νωΐτερον λέχος αὐτῶν, noster amborum torus, Ο, 39. νωϊτέρην ὄπα, nostram vocem, μ, 185, inquiunt duæ Sirenes.

νωλεμέως, pro νωλεμῶς. (Λέπω) adverb. indesinenter, sine cessatione aut defectu aliquo, nihil reliqui faciendo. ἐκίνυντο φάλαγγες νωλεμέως πόλεμόνδε, movebant se et progrediebantur summo studio ad pugnam, Δ, 428. νωλεμέως ἔχειν, ut sine cessatione aut intermissione perseverent et contendant, Ε, 492, *dass sie ohne ablassen anhalten und stand halten wieder den feind, (that they may persevere without intermission, and make head against the enemy.)* et hoc tu debes precibus efficere, non vero minis. πόνον ἔχειν καὶ ὀϊζὺν νωλεμέως, Ν, 3, laborem et ærumnam habere continuam. et 780, ὁμιλέομεν Δαναοῖσιν νωλεμέως, manus conserimus cum iis et collatis signis pugnamus indesinenter. μάστακα (os, *den mund) (the mouth)* χερσὶ ἐπιέζε (comprimebat ei) νωλεμέως, non remittendo, δ, 288. νωλεμέως ἐχόμην, adhærebam non remittendo, ι, 435. μ, 437. et narrat his locis, se, complectentem manibus id cui adhærebat, non remisisse manus, *nicht los lassend, (not loosing his hold.)* ἑταῖροι νωλεμέως κτείνοντο, λ, 412, ad unum omnes, sic ut nullus relinqueretur. αὐτῷ μάλα ἐν πείσῃ (in continentia) ἔμενε κραδίη νωλεμέως, υ, 24, *er hielt feste an sich, und sagte oder that nichts, (he restrained himself, and neither said nor did any thing.)*

νωλεμής, έος. ὁ ἡ. (Λέπω) adsiduus, non desinens, non cessans. est ex negativa particula νὼ, et λείπω, pro νωλεπής, *nicht nachlassend, immer fortfahrend, (not desisting, continuing.)* in poëta solum neutrum, adverbialiter positum, occurrit: *ohne ablassen, (without ceasing).* μάρνασθαι νωλεμὲς αἰεὶ, Ι, 317, pugnare sine requie interposita; ubi prius explicatur per posterius: et hic pleonasmus synonymicus est Atticus, ut, λίην πάνυ, etc. sic et Ρ, 148. et 385, καμάτῳ δὲ καὶ ἱδρῷ νωλεμὲς αἰεὶ γούνατα καὶ πόδες καὶ χεῖρες καὶ ὀφθαλμοὶ παλάσσετο (ubi singularis verbi respicit neutrum plurale γούνατα, quod primum positum erat) μαρναμένοιϊν, et duo illa adverbia pertinent ad μαρναμένοιν, assidue et indesinenter pugnantium duorum exercituum. μάχην ἀλίαστον ἔχουσι νωλεμὲς, pugnam vehementem sustinent incessanter, Ζ, 58. μαχώμεθα (pugnemus) νωλεμὲς αἰεὶ, Τ, 232. πάρος δ' ἔχε νωλεμὲς αἰεὶ, π, 191, sc. τὸ δάκρυον, antea enim cohibuerat lacrimas perpetuo, nec fleverat. conf. ἔχειν. ἐμάρναο νωλεμὲς αἰεὶ, χ, 228, pugnasti perpetuo.

νωμάω, f. μήσω. (Νέμω) tribuo, attribuo, παρέχω. moveo, administro, agito, κινέω. notat

et, observo, specto oculis in omnes partes conversis sollicite. est a νέμω, unde νόμος, inde νωμάω: sicut a στρέφω fit στρόφος et στρωφάω, τρέπω τρόπος τρωπάω, τρέχω τρόχος τρωχάω, πέλω πόλος πωλάω et πωλέω, i. e. ἀναστρέφομαι. νηὸς οἰήϊα νωμᾷς, gubernacula navis administras et moves, μ, 218. ἐνὶ φρεσὶ κέρδεα ἐνώμας, in mente versutias agitabas, σ, 215. σκῆπτρον δ' οὔτε ὀπίσω οὔτε προπρηνὲς ἐνώμα, ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔχεσκεν, Γ, 218, omnino non movebat: nullos gestus manu faciebat. ἐν παλάμαις ἔγχος ἐνώμα, hastam in manu quassabat, E, 594, huc illuc movebat. λαιψηρὰ δὲ γούνατα ἐνώμα φεύγειν, celeriter genua alternabat et motitabat ad fugiendum, K, 358, ubi neutrum adjectivi est adverbialiter, pro λαιψηρῶς. sic et O, 269, λαιψηρὰ πόδας καὶ γούνατα ἐνώμα, coll. 263, 264, de Hectore suos obeunte et adhortante. et 677, ἐνώμα ξυστὸν μέγα ἐν παλάμαις, versabat contum magnum in manu. Ἀχιλλεὺς λαιψηρὰ (adverbialiter) πόδας, X, 24. et 144, Ἕκτωρ. τόξον μετὰ χερσὶν ἐνώμα, φ, 245, arcum inter manus versabat et tractabat. et 400, ἐν χερσὶ νωμᾷ ἔνθα καὶ ἔνθα, in manibus versat arcum huc illuc ad inspiciendum. et 393, ὁ δ' ἤδη τόξον ἐνώμα, πάντη ἀναστρωφῶν, ubi posterius est explicatio prioris, nam νωμᾷν idem est quod ἀναστρωφᾷν. ἄλεισον μετὰ χερσὶν ἐνώμα ὄφρα πίοι, χ, 10, poculum manibus tractabat et movebat, ut biberet. κέρδεα νωμῶν, astutias volvens animo, υ, 257, i. e. κινῶν, στρέφων εἰς νοῦν. αἰεὶ ἐνὶ στήθεσσι νόον πολυκερδέα νωμῶν, ν, 255, semper in præcordiis mentem perastutam agitans, huc illuc volvens, adhibens. αἰεὶ γὰρ πόδα νηὸς ἐνώμων, semper enim ipse administrabam gubernaculum navis, κ, 32. οἶδα ἐπὶ δεξιὰ οἶδα ἐπὶ ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν, novi ad dextram novi ad sinistram bene versare et tenere clypeum, H, 238. νώμησαν δ' ἄρα πᾶσιν, distribueruntque igitur omnibus, sc. vinum in poculis, A, 471, i. e. παρεῖχον. sic et I, 176. γ, 340. φ, 272. sic et, νώμησιν (παρεῖχε) δ' ἄρα πᾶσιν, η, 183. et, ἐπισταδὸν, ν, 54. σ, 424. σπλάγχνα ὀπτήσαντες ἐνώμων, υ, 252. i. e. παρεῖχον, coll. 253. ubi ἔνειμε eodem sensu. ὁ εὐνώμης, ου, i. e. εὐκίνητος, est epitheton χρόνου apud Sophoclem. ὁ ἱππονώμης, ου, agitator equorum, i. e. sol, Aristoph. Nub. 571. Vide sub ἐπινέμω.

νώνυμνος, ου. ὁ ἡ. (Νέμω) idem ac ἀνώνυμος. cujus nomen non citatur nec celebratur. nam poësis interserit τὸ ν, eodem significatu cum νώνυμος manente, ἀνονόμαστος: et in genere, ἀκλεής, ἐστερημένος ὑμνεῖσθαι. possit videri, inesse huic voci τὸν ὕμνον, qui per syncopen et æolice factus est ex ὄνομα, notatque proprie, celebrationem nominis; in specie, post mortem, ut sæpe sit idem qui ὁ θρῆνος: et in hac composita voce præfixam esse particulam negandi inseparabilem νη. νωνύμνους ἀπολέσθαι Ἀχαιοὺς, M, 70. N, 227. Ξ, 70, sic ut nomen celebre nullum sequatur eos post mortem, ἀθρηνήτους, et ut ne nomen quidem eorum postremum cieatur, ex more antiquo. οὐ μέν σοι γενεήν γε θεοὶ νώνυμνον ἔθηκαν, α, 222, non celebrem: alii tamen, eodem sensu, ibi legunt νώνυμον.

νώνυμος, ου. ὁ ἡ. (Νέμω) idem. οὐδὲ οὕτω νώνυμός ἐστιν, non adeo ignobilis est fama, ν, 239. ὅπως ἀπόληται φῦλον νώνυμον Ἀρκεισίου, ξ, 18, ut intereat stirps ejus sic ut ne nomen quidem sit reliquum.

νῶροψ, οπος. ὁ ἡ. (Ὄρω) fulgens, fulgidus; qui ob fulgorem suum se adspici non patitur, λαμπρὸς καὶ στερίσκων τοῦ ὁρᾷν, qui præstringit oculos adspicientium fulgore suo: a νὼ, particula negativa, et ὁράω. est epitheton χαλκοῦ. ἐνεδύσατο νώροπα χαλκὸν, B, 578. Λ, 16. Ξ, 383. Π, 130, et sic vocat arma splendide polita. de clypeo, N, 406, coll. 340, 341, ubi explicatur quid sit νῶροψ, sc. cujus ἡ αὐγὴ ἀμέρδει ὄσσε, ὡς ἀποστερεῖν τοῦ ὁρᾷν. κορύσσετο νώροπι χαλκῷ, H, 206, i. e. λαμπρῷ. ἕσσαντο περὶ χροῒ νώροπα χαλκὸν, ω, 466, 499. alibi etiam de homine hæc vox poni potest, quem vocamus ἰλλὸν, παραβλῶπα, στραβόν.

νῶσαι pro νοῆσαι, νωσάμενος pro νοησάμενος, vide sub ἐπιβοάω, et νόεω ad initium.

νῶτος, ου. ὁ. et τὸ νῶτον, ου. (Νέω) dorsum, tergum. est ab eodem νέω, contr. νῶ, quia acervantur et componuntur onera in tergo. nam maxime de tergo jumentorum, deinde et maris, et montium, et hominum, ponitur. ὦμον ἀπὸ αὐχένος ἠδὲ ἀπὸ νώτου ἐέργαθε, E, 147, humerum a cervice et a tergo abscidit, *hieb ihm die schulter weg, (cut off his shoulder.)* ἐγχείη δ' ὑπὲρ νώτου ἱεμένη, hasta super tergum transvolans, Υ, 279, nam inclinaverat se, jactum prævidens. sic et Φ, 69. νώτου ἀποπροταμὼν, de tergo abscindens partem, θ, 475, *vom zimmer, (from the haunch,)* τοῦ αὐτῷ παρατεθειμένου βασιλικώτερον, apposito ei regaliter: nam ea pars animalis, tergum, *das zimmer, (the (haunch,)* principibus viris apponebatur, quemadmodum τὰ μηρία offerebantur diis. cæterum desecat de eo sic, ut sibi maximam partem relinquat. οὐκ ἂν ἐν αὐχένι ὄπισθε πέσοι βέλος οὐδ' ἐνὶ νώτῳ, N, 289, non averso vulnere vulneratus fueris. ἐνέθηκε νῶτον ὄϊος καὶ πίονος αἰγὸς, I, 207, coll. 208, ubi non differt ab ἡ ῥάχις, spina dorsi. simulque ibi, *a parte* illa nobili, *tota* ovis aut capra aut sus, paullo ante mactata, indicatur, de qua Achilles abscidit assandas carnes. σῦς φρίσσει νῶτον ὕπερθεν, N, 473, *erhebet die borsten auf dem rücken, sonderlich gegen den hals hin, (erected the bristles on his back, and especially those towards the neck.)* nam νῶτος præcipue est pars illa dorsi inter duos humeros. hinc ρ, 463, βάλε δεξιὸν ὦμον, πρυμνότατον κατὰ νῶτον, ad extremum dorsum, ubi cohæret cervici. εὐρέα νῶτα θαλάσσης, B, 159. Θ, 511. Υ, 228. γ, 142. δ, 313. i. e. τὴν ἐπιφάνειαν, superficiem. sic et νῶτα πεδιάδος dicuntur, dorsa campi et planitiei. δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινὸς, B, 308. πῆ φεύγεις, μεταβαλὼν νῶτα (terga vertens) ὡς κακὸς, Θ, 94, tanquam ignavus et pavidus. φλέβα πᾶσαν ἔκερσεν, ἥτε ἀνὰ νῶτα θέουσα διαμπερὲς, αὐχέν' ἱκάνει, N, 547, nam

accuratus fuit Homerus anatomicus; ut vel ex vasta ejus scientia omnium fere rerum apaprere possit, non tenuem, aut ignobilem natalibus, eum fuisse. ἔβαλε τὸν μέσον (κατὰ) νῶτα, Υ, 414, coll. 416, ubi discis, νῶτα quoque dici adversam umbilico partem corporis. τετρίγει δ' ἄρα νῶτα, *der rücken knackete, (the back cracked,)* Ψ, 714, ubi luctatores describuntur. νῶτα βοὸς πίονα παρέθηκε, δ, 65, hospiti nobili, ad sacrificium occurrenti forte. et vides ibi, hanc partem regi dari solitam. ἄλμην, ἥ οἱ νῶτα καὶ ὤμους ἄμπεχεν, ζ, 225. τοῦ καταλαβὼν νῶτα, ι, 433, ubi de ariete, quem Ulysses ex antro Cyclopis fugiens, apprehendit; paullo latiori sensu, ut notet id quod Romani tergora vocant. et 441, οἴων ἐπεμαίετο νῶτα, pertrectabat. κατὰ ἄκνηστιν μέσα νῶτα ἔβαλλον, κ, 161, *ich traf ihn, den hirsch, ihn den rückgrad recht in die mitte, (I hit him, the stag, just in the middle of the back.)* νώτοις Αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρε, Η, 321, Ajacem, tergo toto eum honorabat, sc. bovis assati; in symbolum, quod νῶτα οὐκ ἔκλινε τῷ πολεμίῳ, quod tergum suum in prœlio non verterit. simul sibi ipsi apposita rex dabat victori: nam solebant τοῖς ἐν ὑπεροχῇ τὰ νῶτα παρατίθεσθαι. hinc Herodotus scribit: γέρα εἶναι τοῖς βασιλεῦσιν ἐν Σπάρτῃ, τῶν θυομένων τὰ δέρματα καὶ τὰ νῶτα λαμβάνειν, καὶ πρώτους ἵζειν ἐπὶ τῷ δείπνῳ, καὶ διπλάσια νέμειν αὐτοῖς τὰ πάντα. et vide, vilia præmia magni laboris temporibus heroicis. sic ξ, 437, νώτοισι Ὀδυσσῆα διηνεκέεσσι ἐγέραιρεν ὑὸς, tergo suis, quia hæc erat portio βασιλικὴ, quam hospiti concedit.

νωχελία, ας. ἡ. (Κέλω) tarditas, ἡ βραδυτής. est a particula inseparabili negante νὴ et νὼ, et verbo κέλλω, i. e. currere facio, curro; mutata tenui in asperam, per usum. οὐδὲ γὰρ ἡμετέρῃ βραδυτῆτί τε νωχελίῃ τε, Τ, 411, inquit equus ad Achillem: et utrumque nomen notat idem. adjectivum est νωχελὴς, ὁ ἡ, segnis, tardus, ut apud Eurip. Orest. 797, πλευρὰ νωχελῆ νόσῳ, corpus tardum et gravatum morbo. Vide sub βραδυτής

Ξ

Ξαίνω, f. ανῶ. (Ξέω) pecto, carmino, pectine rado et complano. est a ξέω, a quo et ξάω. εἴριά τε ξαίνειν, χ, 423, lanasque carpere et dividere, *wolle zu kämmen, (to comb wool;)* quæ est species ἔργων muliebrium, 422 in genere positorum: et in mente est addendum, *et cætera*, vel, *et similia*. nam hoc unum opus est exempli causa positum. apud recentiores ξαίνειν notat et, jacere, injicere, conjicere: it. percutere, cædere, concidere, τύπτειν. unde est τὸ ἐπίξηνον, mensa coquinaria in qua conciduntur carnes, *ein hack-block, hack-brett, (a chopping-block, mincing-board,)* Aristoph. Ach. 317, coll. 319. et 354, 357, 364. potest et dici ὁ ἐπίξηνος, sc. κορμός.

ὀδύρομαι, (Δύω) sentio dolores in animo, eumque sensum prodo ploratu et gemitu. *ich thue sehr kläglich, (I deplore bitterly.)* est ab ὀδύνη, quasi ὀδύνομαι, et ρ loco ν gravitatem aliquam magnam hujus dolentis sensus exprimit. foveo profundos dolores in animo. notat enim hoc verbum non levem aliquem στεναγμὸν, sed et λύπην βαθεῖαν ἐνδιάθετον, καὶ ἐπίτασιν τοῦ ἄχους. τῶν πάντων οὐ τόσσον ὀδύρομαι, ὡς ἑνὸς, sc. ἕνεκα, X, 424, vel et omissa præpositione, ὑπὲρ ἑνός. τοῦ δὴ ἐγὼ καὶ μᾶλλον ὀδύρομαι ἤπερ ἐκείνου, δ, 819. οὐδέ τι τῶν ἔτι τόσσον ὀδύρομαι ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι, ξ, 142, ubi τὶ τῶν pertinet ad ἰδέσθαι, et ὀδύρομαι est, lamentor cum desiderio gravi. et 174, νῦν αὖ παιδὸς ἄλαστον (sine fine) ὀδύρομαι. οὔτι γάμου τοσσοῦτον ὀδύρομαι, φ, 250. ὀδύρεαι ἔνδοθι θυμῷ Ἀργείων, Θ, 577, i. e. ὑπὲρ Ἀργείων, et post Ἀργείων est comma, pertinet enim ad ὀδύρεαι, non ad ἀκούων. ὡς δὲ πατὴρ οὗ παιδὸς ὀδύρεται ὀστέα καίων νυμφίου, Ψ, 222, ubi genitivus pertinet ad ὀστέα, simul tamen et ad verbum. et 224, ὡς Ἀχιλεὺς ἑτάροιο ὀδύρετο ὀστέα καίων. ergo res, propter quam dolemus graviter, poni solet in genitivo. sed dativus, cui dolorem illum indicamus. ἐξελθὼν λαοῖσιν ὀδύρεται, δ, 740, egressus in publicum, populo indicat dolorem animi sui. ἐκπάγλως γὰρ παιδὸς ὀδύρεται οἰχομένοιο, ο, 354. καὶ γάρ τίς τ' ἀλλοῖον ὀδύρεται ἄνδρα ὀλέσασα κουρίδιον, ἢ Ὀδυσῆα, τ, 265, ubi verbum sine casu positum, et ad ὀλέσασά τις γυνὴ pertinet ἄνδρα ἀλλοῖον, i. e. virum alia indole præditum, non tam præstantem quam Ulysses fuit. ἀλλήλοισιν ὀδύρονται, sibi mutuo dolorem et desiderium suum indicant, B, 290. λαοί μιν ὀδύρονται κατὰ ἄστυ, Ω, 740, lugent eum, *beklagen ihn herzlich, (deeply lament him.)* regit ergo et accusativum personæ, propter quam luctus est. ὀδύρονται αὐτὸν Λαέρτης καὶ Πηνελόπεια, δ, 110. et 104, τῶν πάντων οὐ τόσσον ὀδύρομαι, ὡς ἑνός. et 100, ἔμπης πάντας μὲν ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων. Ἀντίλοχος δ' ἑτέρωθεν ὀδύρετο, pro ὠδύρετο, lamentabatur, Σ, 32. μήτηρ δ' αὖτ' ἑτέρωθεν ὀδύρετο δακρυχέουσα, X, 79. νυοὶ ὠδύροντο, lamentabantur, Ω, 166. et 714, Ἕκτορα δακρυχέοντες ὀδύροντο. ὁ δ' ὀδύρετο πατρίδα γαῖαν, ν, 219, cum luctu desiderabat patriam suam, *sehnete sich mit grosser betrübniss nach seiner heimath, (he longed with painful solicitude to return to his native country.)* μηδὲ ἀλίαστον ὀδύρεο, Ω, 549, est imperat. nec perpetuo mœre. sic et ι, 160, μὴ ἔτι ὀδύρεο, ne amplius lamentare et desiderio te macera in animo tuo. μή μοι σύγχει θυμὸν ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων, I, 608, ne conturba mihi animum lamentando et dolendo. ἧσται ὀδυρόμενος ἕταρον φίλον, T, 345. κλαύσας καὶ ὀδυρόμενος μεθέηκε, postquam flevit et lamentatus est, remittere solet de luctu, Ω, 48. τίνος μέχρις ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων σὴν ἔδεαι κραδίην; Ω, 128. τοῦ θυγάτηρ δύστηνον ὀδυρόμενον κατερύκει, α, 55. et 243, οὐδ' ἔτι κεῖνον ὀδυρόμενος στεναχίζω οἶον. ἀλλ' οὐδ' ὧς τοῦ λήθετο ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων, β, 23. οὐ γὰρ ἔγωγε τέρπομαι ὀδυρόμενος μεταδόρπιος, δ, 194. κατείβετο, consumebatur, αἰὼν νόστον ὀδυρομένῳ, reditum in patriam desideranti lugubriter, ε, 153. coll. 160. ἐνθάδε, ὀδυρόμενος, δηρὸν μένει, Θ, 33, hic diu exspectat, cum luctu desiderans missionem. ὄφρα ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στοναχίζω, ι, 13. λ, 213. π, 195. ut magis lamentans ingemiscerem. ἀντιθέου γὰρ ἄνακτος ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων ἧμαι, ξ, 40. στοναχῇ τε γόῳ τε ἧσται ὀδυρόμενος, π, 145. et 214, ἀμφιχυθεὶς πατέρα ἐσθλὸν ὀδύρετο δάκρυα λείβων, circumfusus patri egregio, clare testabatur desiderium lacrimas fundens. ut ergo h. l. acrem sensum affectus subiti notet. nam Telemacho non speranti exhibetur pater desideratissimus. et 220, καί νύ κε ὀδυρομένοισιν ἔδυ φάος ἠελίοιο. sic et φ, 226. et Ψ, 154. ἑταῖροι εἵατο (εἶντο, sedebant) ὀδυρόμενοι, cum lamentatione desiderantes me, ι, 545. κλαῖον ὀδυρόμενοι, κ, 454, ubi sermo est de sociis Ulyssis, se mutua miseratione et gaudio post desiderium excipientibus. et 486, ἀμφὶ ἐμὲ ὀδυρόμενοι, qui mihi luctum suum testantur et desiderium patriæ. καί νύ κε ὀδυρομένοισι φάνη ἠώς, ψ, 241, narrantibus sibi invicem dolores exantlatos et præ gaudio lacrimantibus clare. μήτηρ ὀδυρομένη, B, 315, de passere flebiliter clamante, cum devorarentur pulli sui a dracone. Μελέαγρον ἐλίσσετο παράκοιτις ὀδυρομένη, I, 587. εἴπως Πηνελόπειαν ὀδυρομένην γοόωσαν παύσειε κλαυθμοῖο, δ, 800, lamentantem cum desiderio et lugentem. et 828, σὲ δ' ὀδυρομένην ἐλεαίρει. σὸν αἰεὶ νόστον ὀδυρομένη κατὰ θυμὸν, cum luctu desiderans tuum reditum, ν, 379. καί οἱ ὀδυρομένη βλεφάρων ἄπο δάκρυα πίπτει, ξ, 129. ἵνα μηκέτι ὀδυρομένη κατὰ θυμὸν αἰῶνα (vitam) φθινύθω, σ, 202. ἡ δέ μοι, ὀδυρομένη, εἰρήσεται ἀμφὶς ἕκαστα, τ, 46. et 513, ἤματα μὲν γὰρ τέρπομαι ὀδυρομένη γοόωσα. et 517, μελεδῶναι ὀδυρομένην ἐρέθουσιν, sollicitant. notat ergo lamentationem affectuosam valde.

ὀδύσσομαι, f. ὀδύσομαι, aor. 1. ὠδυσάμην. (Δύω) succenseo, invideo, cum dolore aliquo intueor alium. nam est ab ἡ ὀδύνη. τί οἱ τόσον ὠδύσαο (pro ὠδύσασο, quod Attici contrahunt in ὠδύσω) Ζεῦ, α, 62, inquit Pallas ad Jovem de Ulysse: et id pæne ἀστείως. nam quia Ὀδυσσεὺς nomen suum ab hoc verbo habet; id videri potest Pallas dicere: vere Ὀδυσσεὺς hoc suum nomen gerit, si quidem tu, O Jupiter, tantopere ὀδύσσῃ αὐτῷ. et h. l. positum active, succenses, odium foves dolorificum, adversus eum. τί σοι ὧδε Ποσειδῶν ὠδύσατο ἐκπάγλως; cur te sic vehementer odit Neptunus, ε, 340. et 423, οἶδα γὰρ, ὥς μοι ὀδώδυσται κλυτὸς Ἐννοσίγαιος, novi enim, quam me odio prosequatur Neptunus: et hoc præt. pass. deponentialiter positum, cum reduplicatione Attica primæ syllabæ, pro ὤδυσται. ὀδύσαντο (sine augmento ionice) γὰρ

αὐτῷ Ζεύς τε καὶ ἥλιος, τ, 275, irati fuerant ei. et 407, πολλοῖσιν γὰρ ἔγωγε ὀδυσσάμενος (pro ὀδυσάμενος, ob metrum) τόδε ἱκάνω, venio huc invisus multis, μισηθείς. et h. l. passive positum: nisi quod tamen et medii quid inest, qui odium et indignationem a multis mihi conciliavi, *der ich mich bey vielen verhasst gemacht habe, (who have rendered myself odious to many.)* et hoc loco rationem reddit avus Autolycus, cur nepotem suum recens natum vocari velit 'Οδυσσεύς. in memoriam nimirum, διότι πολλοὶ αὐτῷ, τῷ Αὐτολύκῳ, ὠδύσαντο. ἐπεὶ μέγας ὠδύσατο Ζεύς, Σ, 292. τῷ μὲν ἔπειτα ὀδύσαντο θεοί, Ζ, 138. ὡς μὴ πάντες ὄλωνται, ne omnes pereant, ὀδυσαμένοιο τεοῖο, te irato, postquam tu irasceris, O Jupiter, Θ, 37, σοῦ ὀργισθέντος, *da du zürnest, (when thou wast angry.)* et 468, ὀδυσσαμένοιο (ob metrum duplici Sigma) θεοῖο, irato deo. aptius etiam hoc verbum a δύω, f, δύσω, præfixo ο, deducitur: nam subit animum adverso sensu id cui ὀδυσσόμεθα.

ὄδωδα pro ὦδα, ὀδώδειν pro ᾤδειν, vide sub "ΟΖΩ.

ὀδώδυσται, pro ὤδυσται, vide sub ὀδύσσομαι.

-όεις, terminatio, vide sub κηώεις.

ὄζος, ου. ὁ. ("Εω) ramus, surculus. *ein ast, ein zweig, (a bough, a branch.)* est ab ἕζω, nam sedem præbet avibus, aliisque, et ipse insidet quasi trunco. dicitur sic et nodus in arbore. ex quo exit ramus. ὄζῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ, in summo ramo, Β, 312. ὄζῳ ἐνὶ βλαφθέντε (ἵππω) μυρικίνῳ, Ζ, 39, impediti ad surculum myricinum. μυρίκης τ' ἐριθηλέας ὄζους, Κ, 467. ὄζοι ἐπ' ἀκροτάτῃ (αἰγείρῳ, populo) πεφύασι, Δ, 484, nam ὄζοι sunt ex trunco arboris enascentes; αἴγειρος vero procerum habet truncum, ad cujus supremum demum rami nascuntur. ὄζοις εἰλατίνοις, Ξ, 289, coll. 287. πυκινοῖς, Φ, 245. σκῆπτρον οὔποτε ὄζους φύσει, scipio nunquam ramulos gignet, Α, 234. αἵτε πρὸς ἀλλήλας ἔβαλον τανυήκεας ὄζους, i. e. μακρούς, Π, 768, et sermo ibi est de multis arboribus propinquis sibi invicem. ἀπήωροι δ' ἔσαν ὄζοι μακροί τε μεγάλοι τε, μ, 435. metaphorice dicitur aliquis ὄζος "Αρηος, 'Ελεφήνωρ, Β, 540. et 663, Λικύμνιος. et 704. Ποδάρκης. et 745, Λεοντεύς. et 842. Πύλαιος. 'Ικετάων, Γ, 147. Λεοντεὺς, Μ, 188. Ψ, 841. 'Ικετάων, Υ, 238. "Αλκιμος, Ω, 474. et ὄζος notat aliquem ex posteris illius, sicut in sacris litteris. σπέρμα vero est, filius. ὄζους δρυὸς, Py. 4, 468, conf. δρῦς.

"ΟΖΩ, et 'Οζέω. f. ὀζήσω et ὀζέσω. oleo, exhalo odorem. vox facta ex sono halitus quem emittimus, vel ex sono narium quando odorem attrahimus: estque cum Germanorum, *athem, (breath)* ejusdem originis; qui spiritus apud homines adolescentes. et recte valentes mundosque, suavissime olet. ὀδμὴ κέδρου καὶ θύου ἀνὰ νῆσον ὀδώδει, per insulam olebat, ε, 60. ὀδμὴ ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει, a cratere olebat odor suavis. est plusqu. medii. nam ὄζω habet in f. 2. ὀδῶ. aor. 2. ὦδον. præt. perf. m. ὦδα, attice ὄδωδα, per reduplicationem prioris syllabæ: hinc plusquamperf. ὀδώδειν. scribitur idem et ὤδωδα, ὠδώδειν. ista præterita medii autem sæpe in notione præsentis et imperfecti ponuntur. Doribus hoc verbum est ὄσδω. ὄζω κρονίων, redoleo saturnalia, Aristoph. Nub. 397, sum ex prisco orbe fatuus aliquis, nec novis sententiis elegantibus imbutus.

ὅθεν, ('O) unde, *woher, (whence,)* sine interrogatione. ὅθεν ῥέεν ὕδωρ, sub nemore platanis consito, ex quo fluebat aqua, Β, 307. et 852, ἐξ 'Ενετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος, unde est genus mulorum; ex qua regione muli egregii veniunt. et 857, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη: et videri possit, h, l. esse pro ὅπου, ubi argenti est nativitas, i. e. ubi egregiæ argentifodinæ. γένος δέ μοι ἔνθεν, ὅθεν σοι, sum ex eadem nobili stirpe, Δ, 58, inquit Juno ad Jovem. ὅθεν αὖτις ἀπετράπετο "Εκτωρ, unde retro aversus fuerat, Κ, 200. sic et Λ, 757, ὅθεν αὖτις ἀπέτραπε λαὸν 'Αθήνη, unde Minerva copias retro avertit. ὅθεν ἐλθεῖν οὐκ ἔλποιτό γε, unde redire non sane speraret, γ, 319. et 321, ὅθεν τέ περ οὐδ' οἰωνοὶ αὐτόετες οἰχνοῦσι, unde et ne aves quidem magnæ eodem anno redeunt, si eo hinc profectæ sunt. ὅθεν νῆας ἀποβάλλουσιν ἐς πόντον, unde naves deducunt in mare, δ, 358. ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται, unde aquabantur oppidani, η, 131. ρ, 206. ψεύδεα ἀρτύνοντας, ὅθεν κέ τις οὐδὲ ἴδοιτο, λ, 365, mendacia condientes et concinnantes, unde sane nemo videre possit, sc. quomodo ea composuerint. ἐς Σικελοὺς πέμψωμεν, ὅθεν κέ σοι ἄξιον ἄλφοι, υ, 383, unde, ex qua terra, tibi pretium inveniri possit. ἀρξάμενοι τοῦ χώρου, ὅθεν τέ περ οἰνοχοεύει, φ, 142, incipientes a loco, unde is, qui solet, vinum ministrat etiam. ἐν στείνει, ὅθεν οὔπως ἦεν ἀλύξαι, χ, 460, in angusto loco, unde nequaquam licitum erat effugere. poeta ergo hanc vocem de *loco* ponit.

ὅθι, ('O) ubi. ὅθι "Αδρηστος πρῶτα ἐμβασίλευεν, ubi is primum regnabat, Β, 572. et 722, ὅθι μιν λίπον 'Αχαιοί, ubi eum reliquerant. et 783, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς, ubi dicunt ejus esse cubile. et 861, ὅθι περ Τρῶας ἐκεραΐζε, trucidabat. ὅθι Σκαιαὶ πύλαι ἦσαν, ubi eæ portæ erant, Γ, 145. πόλιν, ὅθι σοι φίλοι ἀνέρες ἐγγεγάασι, Δ, 41, i. e. φιλουμένην σοὶ πόλιν. et 132, ὅθι ζωστῆρος ὀχῆες σύνεχον, ubi baltei annuli constringebant. et 210; ὅθι Μενέλαος ἦν. et 217, ἴδεν ἕλκος, ὅθι ἔμπεσεν οἰστός, vulnus, ubi inciderat sagitta. et 516, ὅθι μεθιέντας ἴδοιτο, ubi remittentes et cessantes videret. sic porro, Ε, 8, 446, 780. Ζ, 516. Η, 143. Θ, 83, 491. Ι, 382. Κ, 199, 326, 504, 520, 526, 568. Λ, 148, 358, 722. Μ, 22, sc. μεταξὺ Σκαμάνδρου καὶ Σιμόεντος. Μ, 66. Ν, 229. Ξ, 284. Π, 285. Ρ, 54. Σ, 263, 520, 521. Υ, 320, 391, 414. Χ, 154. Ψ, 61, 138, 148, 206. Ω, 615. α, 50, 425. β, 338. γ, 100, 220, 326. δ, 127, 243, 426, 517, 564, 627. ε, 238, 241, 280, 345, 359. ζ, 35, 42. θ, 277, 512. ι, 50, 301. κ, 82. λ, 189. μ, 3, 11, 336. ν, 159, 275. ξ, 73, 141, 291, 397, 532. ο, 101, 297, 403, i. e. supra Ortygiam, sed occidentem versus; et hæc Ortygia est Delus. si

ex Delo spectas septentriones, tunc tibi ista insula Syria vel Syrus est versus sinistram paullo, *gegen nordwest von Delus aus, (to the north-west of Delos.)* π, 472. ρ, 169, 211, 523. τ, 58, 188, 411. χ, 109. ω, 27, 149, 303, 430. semper ergo locum notat.

ὀθόμαι, vide sub ʺΟΘΩ.

ὀθόνη, ης. ἡ. (ʺΟθω) linteum, in specie tenue. inter vestes sic vocatur, quod nos vocamus indusium: et hoc solo sæpe induti antiqui, maxime fœminæ, procedebant in publicum. nomen est ab ὄθομαι, i. e. κινοῦμαι, quia levis est, εὐκίνητος, et motui valde obnoxium: fortasse et, ἧς ὀθόμεθα, i. e. ἐπιστρεφόμεθα, qua visa movemur, maxime si indutum ea est corpus pulcrum pellucens. ἀργεννῇς καλυψαμένη ὀθόνῃσι, Γ, 141, ubi pluralis est loco singularis, candido indusio velata: et sermo est de Helena formosa. hinc oritur de ea, sic conspecta, sermo, 157, 158, cum et senes commoverentur hac specie amabili. αἱ μὲν (παρθένοι) λεπτὰς ὀθόνας εἶχον, οἱ δὲ (ἠΐθεοι, adolescentes mares) χιτῶνας, virgines saltantes in choro gestabant indusia tenuia, pueri vero tunicas, Σ, 595, ubi vides, ὀθόνας λεπτὰς esse ἱμάτια γυναικεῖα, ob tenuitatem suam pellucentia, qualia Romæ erant multitia: χιτῶνες vero sunt viriles non λεπτοὶ ἢ διαφανεῖς, sed densiores. καιροσέων δ' ὀθονέων (pro ὀθονῶν, ionice) ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον, η, 107, ubi per epitheton determinantur lintea, tenuia quidem filis, at ita dense et arcte contexta, ut ne oleum quidem per ea penetret, sed defluat. cf. καιρόεις adject. a καῖρος, *der einschlag am gewebe, (the woof,)* formatum, et notans tramam arcte et dense insertam. aliæ ergo sunt αἱ λεπταί.

ὄθριξ, ὄτριχος. ὁ ἡ. (Θέρω) similibus pilis. est epitheton equorum jugalium, quorum color si est idem, laudantur. ὄτριχας ἵππους, Β, 765, pro ὁμοιότριχας, per syncopen, et mutato spiritu ob sequens τ.

ʺΟΘΩ, f. ὄσω. moveo, molior. verbum factum ex sono molientium rem gravem. media forma, ὄθομαι, moveo me, moveor aliqua re, rationem multam habeo alicujus rei, *lasse mich wodurch bewegen, empfinde einen stos, (I am moved, impelled.)* hinc est ἡ ὄθη, res quæ me movet et impellit. idem verbum scribitur et ὀθέω, moveo. οὐκ ὄθομαι κοτέοντος, non moveor tua simultate, Α, 181, i. e. οὐκ ἐπιστρέφομαι καὶ μετακινοῦμαι, *ich lasse mich durch deinen zorn von nichts abtreiben, (I shall not be moved by thy anger to depart from my resolution.)* ὃς οὐκ ὄθετο (pro ὤθετο) αἴσυλα ῥέζων, Ε, 403, qui nullum motum animi sentiebat cum improba faceret, οὐκ ἐπιστρέφετό τινος ἀδικῶν, qui in injuria facienda neminis rationem et verecundiam habebat. et sic indignatur Dione contra Diomeden. αὐτοῦ δ' οὐκ ὄθεται φίλον ἦτορ, ejus cor nulla reverentia movetur, non repellitur ab ea sententia, Ο, 166, *sein herz empfindet keinen scheu, (his heart feels no repugnance.)* et 182, σέο. et 107, οὐκ ἀλεγίζει οὐδ' ὄθεται, non curat nec permovetur. hinc est ὠθέω, et ἡ ὀθόνη. multi et præt. m. ἐπενήνοθε ab ἐπενόθομαι deducunt, moveor super aliqua re: quod tamen aptius ad ἐπανθέω pertinet.

OIʺ. est particula, gemitum exprimens; nonnunquam et admirationem, et gaudium. similis est particulæ Germanicæ, *ey*, O. ponitur cum nominativo, accusativo, et dativo; et sæpe etiam cum genitivo rei: οἴ ἐγὼ, οἴ ἐμὲ, οἴ μοι, qui posterior casus est frequentissimus: οἴ μοι τῶν κακῶν! sc. ἕνεκα. loco hujus antiqui οἴ, attice dicitur ὤ cui quidam Iota subscribunt, sed præter consensum accuratiorum. inde est ὤ μοι. οἴμοι in gaudio, est apud Aristoph. Nub. 771, οἴμοι, ὡς ἥδομαι.

οἷ, pro ἕοι vel ἑοῖ, vide sub ἕ, ad initium et medium.

ὄϊ, pro ὤ μοι, vide sub ἐγὼ, aliquanto sub medio.

οἴαξ, ακος. ὁ. (Οἴω) clavus navis, gubernaculum; in specie ansa gubernaculi. deinde in genere notat, instrumentum per quod quid regitur in motu suo: e. c. extremitates lupati quibus annectuntur habenæ ad regendum equum; it. lupatum ipsum: temo in curru: annuli, per quos in jugo transeunt lora quibus reguntur equi juncti, nam nomen est ab οἴω, fero: per istud ὅπλον enim fertur et regitur aliquid. semel hæc vox in Homero occurrit, de re paucissimis litteratis satis cognita: ζυγὸν ἡμιόνειον, εὖ οἰήκεσσιν (ionice pro οἰάκεσσι, οἴαξι) ἀρηρὸς, Ω, 269, ubi notantur fortasse, Eustathio judice, κρίκοι (annuli) δι' ὧν ἐνείρονται αἱ τοὺς ἡμιόνους οἰακίζουσαι (regentes et gubernantes) ἡνίαι.

οἴγνυμι, (Οἴ) aperio, *ich öffne, (I open.)* πᾶσαι δ' ὠΐγνυντο πύλαι, aperiebantur portæ totæ, Β, 809, sc. αἱ τῆς πόλεως. sic et Θ, 58, pro ᾤγνυντο.

οἴγω, f. οἴξω. (Οἴ) idem. est verbum ex particula exclamandi οἴ factum, qua quis clamat οἶγε, ut aperiatur sibi ostium. Ἑρμείας ᾦξε γέροντι, aperuit seni portas, Ω, 457. οἴξασα κληῗδι θύρας δόμου, Ζ, 89. sæpissime autem id Iota non subscribitur augmento, sed adjungitur per diæresin. τῇσι θύρας ὤϊξε Θεανὼ, Ζ, 298. ἄφαρ δ' ὤϊξε πύλας, Ω, 446. ὤϊξεν δὲ θύρας θαλάμοιο, α, 436. οἶνον ἐνδεκάτῳ ἐνιαυτῷ ὤϊξεν ταμίη, γ, 392, aperuit vinum, i. e. dolium vini, πίθον: πίθος γὰρ, ὁ περιέχων τὸν οἶνον, ἀνοίγεται. ἐξελθοῦσα θύρας ὤϊξε, κ, 230, ubi est πρωθύστερον, pro, οἴξασα ἐξῆλθε. sic et 256, 312. ὤϊξεν δὲ θύρας μεγάρου, χ, 399. sic, ὤϊξαν δὲ θύρας, ω, 500. ψ, 370. ab οἴγω fit οἴγνω, οἰγνύω, οἴγνυμι: uti a θόρω (i. e. πηδάω) fit θόρνω, θορνύω, θόρνυμι.

οἶδα, vide sub εἴδομαι prope medium, et ΟΙʺΩ aliquanto a medio.

οἰδάνω, f. ανῶ. (Οἴ) tumeo, *ich bin geschwollen, (I am swollen,)* deinde et, intumescere facio. nam fere omnia verba Græca activæ formæ transitive et intransitive notare possunt. Μελέαγρον ἔδυ χόλος, ὅστε καὶ ἄλλων οἰδάνει ἐν στήθεσσι νόον πύκα περ φρονεόντων, Ι, 550, ubi metaphorice positum. et bene præcedit ἔδυ, nam ἅπασα ἐξοίδησις γίνεται δύντος ἔσω τινός: hinc et αὐτοῦ νοῦς ἐξῴδηκε δύντος αὐτὸν χόλου. et 642,

ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ. sic et pro μελαίνω dicitur μελάνω. vide sub οἰδέω.

οἰδέω, f. ήσω. (Οἶ) tumeo. est a particula οἶ, qua vel dolorem, vel admirationem, significamus. ᾤδει δὲ χρόα πάντα, tumebat enim toto corpore, ἐξώγκωτο, ε, 455. sine Iota subscripto alibi esse potest pro ὦζει, ab ὀζέω, f. έσω et ήσω, quia ζ facile transit in δ ob cognationem. idem verbum dicitur et οἰδάω, unde est οἰδάνω et οἰδαίνω. inde est et κοιλοδιάω et κυλοιδιάω, habeo cavitates sub oculis tumentes, Theocr. Id. 1, 38, a τὸ κοῖλον, aut ἡ κυλὰς, cavitas illa sub inferioribus oculorum palpebris.

οἶδμα, ατος. τό. (Οἶ) tumor, intumescentia. est per syncopen pro οἴδημα. ποταμὸς, οἴδματι θύων, intumescentia aquarum furens, Φ, 234. Ψ, 230, de mari, quando altos fluctus volvit a vento.

οἰέτης, εος. ὁ ἡ. ("Εω) est ὁμοέτης, ὁμόχρονος. æqualis, ejusdem ætatis, *von einerley alter und jahren, (of the same age.)* ab ὁμοῦ deberet esse ὁμοέτης, sed per syncopen est ὀέτης, et ob metrum οἰέτης, cum spiritu leni ionice. recentiores scribunt ὀετής. cum acuto in ultima ὄτριχας, οἰέτεας, σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐΐσας, ejusdem pili, ejusdem ætatis, et in dorso ad perpendiculum pares, B, 765, de equabus duabus.

ὀϊζυρὸς, ά, όν. (Οἶ) laboriosus, ærumnosus, miseria adfectus. ὁ θρήνων ἐπάξιος, lamentis dignus. ἅμα τ' ὠκύμορος καὶ ὀϊζυρὸς περὶ πάντων, simul et celeris fati et laboriosus es supra omnes alios, A, 417. ἐλπόμενοι παύσεσθαι ὀϊζυροῦ πολέμοιο, sperantes se cessaturos a misera pugna, Γ, 112. γίνεται "Αρης ἀλεγεινὸς ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι, N, 569, ferrum fit grave miseris mortalibus in prœliis. et miseratur ibi poëta sortem humani generis maxime in bello. nihil enim apertius insaniam humani generis, vel potius obnoxiam insaniis paucorum conditionem ejus, loquitur quam bellum. πέρι γάρ μιν ὀϊζυρὸν τέκε μήτηρ, γ, 95. δ, 325. et 197, τοῦτό νυ καὶ γέρας οἶον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι, nimirum defleri post mortem: quod unicum miseriæ perlatæ præmium ne contingit quidem omnibus. οὔπω παύσατο ὀϊζυροῖο γόοιο, ab ærumnoso luctu, Θ, 540, *vom kläglichen seufzen, (from painful grief.)* ὥς τις πάμπαν ὀϊζυρὸς καὶ ἄποτμος, υ, 140. ὀϊζυραὶ νύκτες, gemituum plenæ noctes, λ, 181. ν, 337, π, 38. οὔτι ἐστίν που ὀϊζυρώτερον ἀνδρὸς (homine) πάντων ὅσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε καὶ ἕρπει, nihil usque est miserius, ex omnibus quotquot animalia spirant repuntque super terra, P, 446. deberet scribi ὀϊζυρότερον, nam syllaba ζυ est longa, sed hanc regulam negligunt poëtæ ex usu Ionico. cæterum ὀϊζυρὸς est idem fere quod δύστηνος, coll. 445, quod fit a στενάζειν, sicut illud ab ὀΐζειν i. e. θρηνεῖν· φησὶ, σοι ἄνδρα παρεῖναι ὀϊζυρώτατον ἄλλων τῶν ἀνδρῶν, οἵ— ε, 105, dicit apud te esse et morari virum, laboriosissimum et ærumnosissimum aliorum illorum virorum, qui ad Trojam fuerunt.

ὀϊζὺς, ύος. ἡ. (Οἶ) miseria, ærumna, gemitus: status laboriosus et gemituum plenus. *noth, mühseligkeit, (pain, affliction:)* ἡ ἀξία θρήνων κακοπάθεια. est ab ὀϊζύω, quod ab οἴζω, ah! dico: et id ab οἶ. φαίην κεν φρένα ἀτέρπου ὀϊζύος ἐκλελαθέσθαι, Z, 285, putarem sane, cor meum obliturum esse ingratæ miseriæ, *so, dächt ich, könnte mein herz seines ungemachs vergessen, und nicht mehr seufzen, (thus, thought I, my heart may forget its afflictions, and cease to mourn.)* conf. ἄτερπος. τοὺς μὲν ἔα πόνον τ' ἔχειν καὶ ὀϊζὺν, N, 2, illos quidem Trojanos et Græcos, sivit habere laborem et ærumnam. οὐ θὴν οἴοισίν γε πόνος τ' ἔσεται καὶ ὀϊζὺς ἡμῖν, Ξ, 480, *wir werden ja doch wohl nicht alleine immer lauter noth haben, (we alone surely shall not be overwhelmed with affliction.)* σὺ, Φοῖβε, πολὺν κάματον καὶ ὀϊζὺν συνέχεας (confudisti, irritum fecisti) 'Αργείων, O, 365, multos toleratos labores et miserias. ἐπεί με ἔμνησας ὀϊζύος, ἣν ἀνέτλημεν. quandoquidem me recordari facis ærumnæ, quam pertulimus, γ, 103. αἴκε ποθὶ Ζεὺς παύσῃ ὀϊζύος, δ, 35, utinam Jupiter nos quiescere faciat a miseria. et 812, καί με κέλῃ παύσασθαι ὀϊζύος, et me jubes cessare a luctu, i. e. consolaris. ἔνθα οἱ αἶσα ἐκφυγέειν μέγα πεῖρας ὀϊζύος, ἥ μιν ἱκάνει, ε, 289, ibi ei fatale est effugere magnam metam ærumnæ, quæ eum pressit, vel, quæ ei destinata fuit. ἔμελλον ἔτι ξυνέσεσθαι ὀϊζύϊ πολλῇ, certe enim conflictaturus eram adhuc cum multa miseria, η, 270. et 211, ὀχέοντας ὀϊζὺν, portantes ærumnam: et ibi ἀνθρώπων pertinet ad præcedens οὕστινας, respicitque sequens τοῖσιν, i. e. τούτοις. πόνον τ' ἐχέμεν (ἔχειν) καὶ ὀϊζὺν, Θ, 529. ἀλλ' αἰεὶ ἔχων ὀϊζὺν ἀλάλημαι, sed vagor, semper habens miseriam, λ, 166. et 619, ἀλλ' ὀϊζὺν εἶχον ἀπειρεσίην, ærumnam infinitam; inquit umbra Herculis. *unendliche noth, (endless misery.)* οἵπερ ὀϊζὺν δὴν ἔχομεν, qui ærumnam diu habemus, ξ, 415. ὅτι με ἔπαυσας ἄλης καὶ ὀϊζύος αἰνῆς, quod me quiescere facis ab errore et miseria gravi, ο, 341. ὁμὴν δ' ἀνεδέγμεθα ὀϊζὺν, eandem pariter sustinuimus ærumnam, ρ, 563, ego et Ulysses: et id nunc dicit verissime: nam loquens id ipse erat Ulysses personatus. θεοὶ καὶ βασιλεῦσιν ἐπικλώσονται ὀϊζὺν, υ, 196. θεοὶ δ' ὤπαζον ὀϊζὺν, ψ, 210.

ὀϊζύω, f. ύσω. (Οἶ) lugeo, gemo præ mœstitia, miser sum, in miseriis versor. pro οἰζύω. notat in genere κακοπαθεῖν, et est a particula lugendi et exclamandi οἶ. proprie notat gemere, θρηνεῖν, *seufzen und klagen, (to sigh and groan,)* plorare. αἰεὶ περὶ κεῖνον ὀΐζυε, perpetuo apud eum plora, Γ, 408, ut notentur mala servitutis miseræ. ἧς εἵνεκα ὀϊζύομεν κακὰ πολλὰ, cujus causa misere exantlamus mala multa, Ξ, 89. ὅσα κεῖνος ὀϊζύσας ἐμόγησε ἀμφ' ἐμοὶ, δ, 152, quot mala ille gemens cum magno labore exantlavit propter me. sic et fere, ψ, 307, ὅσα τ' αὐτὸς ὀϊζύσας ἐμόγησε.

οἰήϊον, ου. τό. (Οἴω) clavus, gubernaculum. ionice pro οἰάκιον, ab ὁ οἴαξ, i. e. πηδάλιον. nec est deminutivum, sed derivativum. οἵ τε κυ-

βερνῆται, καὶ ἔχον (pro, καὶ οἵ εἶχον) οἰήϊα νηῶν, T, 43, gubernatores (nam id prius οἱ est articulus, accentus autem, quem sustinet, est ab enclitica τι) et qui habebant gubernacula navium; vbi per posteriorem phrasin explicantur tantum οἱ κυβερνῆται, qui sint. τυτθὸν ἐδεύησεν δ' οἰήϊον ἄκρον ἱκέσθαι, paululumque aberat, quin ad extremum clavum pervenisset saxum conjectum, ι, 483, coll. 482, προπάροιθε νεὼς, ante navem. ubi oritur quæstio, quomodo potuerit saxum, conjectum ante navem, et quod suo in aquis facto motu navem retro impulerit, pervenire pæne ad clavum, qui est in posteriori navis parte? hinc critici quidam prisci cum asterisco simul ὀβελίζουσιν hunc versum; ut asteriscus quidem sit signum boni versus in se, sed obelus signum positi non suo loco. contra versum 540, ubi eadem sunt verba, solo asterisco notant, ut bonum et suo loco positum. sed et in priori versu videtur sanatio locum habere, si imagineris, Ulyssem *convertisse* navem inter alloquendum, ne progrederetur interim ulterius; et sic primum quidem saxum cecidisse *ante* navem, si *destinationem* ejus spectes, quia navis eo volebat ubi saxum deciderat; simul tamen, ob *constitutionem* præsentem navis, tetigisse saxum pæne clavum extremum, eumque confregisse: deinde vero, rursus navi ad cursum suum restituta, alterum saxum etiam pæne ad eundem clavum pertigisse. ἐπεὶ νηὸς οἰήϊα νωμᾷς, quandoquidem clavum torques et administras, μ, 218.

οἴηξ, ὁ, vide οἶαξ, et sub πηδάλιον.

οἴκαδε, (Χάω) adverb. domum. idem ac οἶκόνδε. et hoc est communius; οἶκόνδε poëtis magis placet. sic, φυγήνδε et φύγαδε, in fugam. οἴκαδε ἱκέσθαι, in patriam venire, A, 19. I, 414. domum redire, Ω, 287. ἴμεν, ire domum, A, 170, 179. P, 155. ἀϋτὴ ἱεμένων οἴκαδε, clamor cupientium redire in patriam, B, 154. ἄγεσθαι, Γ, 72, 404. νοστεῖν, Δ, 103. Σ, 60. 90, 441. δοῦναι πάλιν, H, 79. X, 342. νεώμεθα, Π, 205. β, 176, 179, 343. γ, 160, 233. δ, 520. η, 188, 326. θ, 466. ι, 261, 530. κ, 35, 42. λ, 131, οἴκαδε ἀποστείχειν, et ψ, 219. ν, 132, 169. ξ, 163, 280. ο, 177, 430, 435. π, 370. ἀλλά σε δαίμων οἴκαδε ὑπεξαγάγοι, at te deus in domum tuam ex hac societate bonis modis educat, σ, 146. 407, in domos vestras. 418. τ, 258.

οἰκεὺς, έως. ὁ. (Χάω) domesticus, particeps domus, ὁ ἐν οἴκῳ. notat apud poëtam, quemvis in eadem domo versantem, sive servus sit sive liber, sive cognatus sive alienus. sic et οἱ οἰκέται (qui et οἰκῆται) non semper sunt servi apud antiquos, sed in genere omnes οἱ κατ' οἰκίαν. γοῶσα φίλους οἰκῆας ἐγείρῃ ἐξ ὕπνου, lugens suos domesticos excitet e somno, E, 413, ubi est circumlocutio luctus nocturni ex desiderio intolerabili. ὄφρα ἂν ἴδωμαι οἰκῆας (ionice pro οἰκέας) ἄλοχόν τε φίλην καὶ υἱὸν, ut videam domesticos meos, (*die meinigen,*) (*my family*) conjugemque meam et filium, Z, 366, ubi prius potest esse totum, quod deinde sequuntur partes: sed præstat tamen, in genere intelligi de tota familia et cognatis, quibus adduntur duæ præstantissimæ partes. τὰ μὲν οἰκῆες ἔδουσιν, ρ, 533, omnes in domo, cujuscunque sint conditionis. sed, οἰκῆϊ ἐοικὼς, servo adsimilatus, δ, 245. οἰκήων, οὓς ἐκτήσατο, servorum et operariorum, quos comparaverat sibi, ξ, 4. et 63, οἷα ᾧ οἰκῆϊ ἄναξ εὔθυμος, qualia suo servo herus benignus, sc. dare solet. μήτε τις οἰκήων, nec aliquis domesticorum in genere, π, 303. sic alibi: χρηστὸς (benignus) εἰς τοὺς δούλους ἐστι καὶ τοὺς οἰκέτας, *gegen die sclaven und alle hausgenossen, (to the slaves and all the domestics.)*

οἰκέω, f. ήσω. (Χάω) habito, domum vel domicilium habeo, *ich wohne, habe aufenthalt, (I dwell, reside.)* ᾤκεον ἐν Πλευρῶνι, Ξ, 116, habitabant ibi. ὑπωρείας ᾤκεον Ἴδης, Υ, 218, inhabitabant radices Idæ. οἰκέομεν ἀπάνευθεν ἐν πόντῳ, habitamus longe ab aliis hominibus in ponto, ζ, 204. ᾤκει γὰρ ἐν ἄλσεϊ, ι, 200. et 400, ᾤκεον ἐν σπήεσσι. τριχθὰ δ' ᾤκηθεν, pro ᾠκήθησαν, in tres partes divisi habitare facti sunt, B, 668, distincti erant habitationibus in tres tribus. οἰκέοιτο πόλις Πριάμου, habitetur Troja, Δ, 18, *mag bewohnet bleiben, (may continue to be inhabited.)*

οἰκίον, ου. τό. (Χάω) domus; habitatio; conclave. nomen generale habitationis et receptaculi. idem ac οἶκος. non enim deminutivum; qualia apud poëtam sunt nulla: sed παρώνυμον et derivativum. etiam in prosa usitatum, *eine wohnung, ein haus, (a dwelling-house, a house.)* quæ a recentioribus pro deminutivis sunt posita, non ideo etiam apud poëtam antiquissimum et accuratissimum sic exstant. sic τὸ θηρίον non est deminutivum, nec τὸ ἴχνιον, nec τὸ ἀργύριον; sed οἰκίδιον, ἀργυρίδιον, et ejusmodi, sunt deminutiva. περὶ Δωδώνην οἰκία ἔθεντο, B, 750, habitabant circa Dodonam. ὁδῷ ἔπι οἰκία ναίων, ad viam publicam habitans, Z, 15, ubi sermo est de viro hospitali et benigno, omnes libenter excipiente. sed de vespis est Π, 161, ὁδῷ ἔπι οἰκία ναίοντας, i. e. φωλεὸν, quem alibi vocat κοῖλον δόμον. Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων, in urbe Hyla habitans, H, 221. Κορινθόθι, in Corintho, N, 664. Ἀβυδόθι in Abydo, P, 584. Ἑλλάδι, in Hellade, Π, 595. Ἰθάκῃ ἔνι, δ, 555. et 798, Φέραις ἔνι Σάμῃ, υ, 288. Ἰθάκῃ, ω, 104. σφῆκες ἠδὲ μέλισσαι οἰκία ποιήσονται (facere solent) ὁδῷ ἔπι παιπαλοέσσῃ, οὐδὲ ἀπολείπουσιν κοῖλον δόμον, M, 167. et 221, αἰετὸς ἀφῆκε τὸν δράκοντα, πάρος φίλα οἰκία ἱκέσθαι, aquila omisit draconem ex unguibus in aëre, antequam ad nidum suum pervenisset. ergo et de avibus τὰ οἰκεῖν poni solet, et de avibus marinis, e. c. ὁ κύματα οἰκῶν ὄρνις, qui in fluctibus nidificat. proprio nomine nidus avium dicitur ἡ καλιά. sic de aquilis, δεξιὼ ἤϊξαν διά τ' οἰκία καὶ πόλιν αὐτῶν, β, 154, ad dextram avolarunt ad nidos et civitatem suam: ubi nidi isti magnifice vo-

cantur πόλις, quia sunt aves regiæ, et aquilæ sic dicuntur revertisse, in signum, Ulyssem et Telemachum libere usuros postea rebus suis. διὰ vero habet emphasin: nam non statim resident tales aves in nido, sed ante per regionem ejus se crebro circumagunt. ἐν Πανοπῆϊ οἰκία ναιετάασκε, Ρ, 308. μὴ φανείη οἰκία σμερδαλέα, εὐρώεντα, ne apparerent oculis omnium habitationes horribiles, sentæ situ, inferorum, Υ, 64, ubi perridiculum esset id nomen de tam capaci habitatione positum, si esset deminutivum; et poëta potius δώματα scripturus fuisset: sed nomen δώματα tribuit τοῖς ἄνω θείοις Ἡφαιστοτεύκτοις οἴκοις, non vero inferis. οἰκία μητρὶ δοῖμεν ἔχειν, ubi de domo regia sermo est, β, 335. π, 385. ut Penelope ibi resideat, et ut novus maritus ejus sit rex. Ἰθάκῃ ἔνι οἰκία ἔχοντα, habitantem ibi, habentem domicilium, ι, 505, 531. ὅθι Ἠοῦς οἰκία καὶ χοροί εἰσι, μ, 4, i. e. quæ valde lucida est et jucunda, in opposito ad loca tenebricosa ᾅδου, ex quibus jam redibat. ἐμοὶ μάλα παῦρα δόσαν, καὶ οἰκία ἔνειμαν, ξ, 210, mihi valde pauca dabant, et ædes attribuebant. οἰκία τ' ἐγγὺς ἐμεῖο τετυγμένα, et ædes prope ad meas ædificatas, φ, 215, pollicetur Ulysses servis fidelibus, si se adjuvent in pugna contra procos.

οἴκοθεν, (Χάω) adverb. inde a domo, *von hause, (from home.)* it. de meo, de proprio, *vom eigenen, (of my own.)* ἔτι οἴκοθεν ἄλλα ἐπιθεῖναι, adhuc alia de meo addere, Η, 364. et 391, de suo. δέπας, ὃ οἴκοθεν ἦγεν ὁ γέρων, Λ, 691, poculum, quod a domo secum portavit senex, *das er von hause mitgebracht, (which he brought from home:)* ut non ex præda Trojana fuisse indicetur, sed quod πλούσιος ὁ γέρων ἀνέκαθεν (ex longo tempore) ἐκ προγόνων fuerit. innuitur simul artificium et sapientia Græcorum, ut in Troade tam artificiosa reperiri non queant. οἴκοθεν ἄλλο ἐπιδοῦναι, Ψ, 558, coll. 592.

οἴκοθι, (Χάω) adverb. in domo, *im hause, (in the house.)* ὡς βέλος καὶ οἴκοθι πέσσῃ, ut ictum etiam in domo sua concoquendum habeat, i. e. ut vulnus etiam domi suæ diu curandum aut tolerandum habeat, Η, 513. τοιαῦτα αὐτῷ κεῖται, talia ei in domo sua reposita sunt, φ, 398. τ, 237, an tales vestes in domo sua habere solitus sit.

οἴκοι, (Χάω) adverb. Atticum. domi, *zu hause, (at home,)* quod et ἔνδον dicitur. βούλομαι αὐτὴν οἴκοι ἔχειν, Α, 113. οὔ νυ καὶ ὑμῖν οἴκοι ἔνεστι γόος, ὅτι μὲ ἤλθετε κηδήσοντες, inquit Priamus ad intempestive accedentes ad se cives nobiliores, Ω, 240, non etiam vobis domi est luctus, quod acceditis ad me curandum? οὐκ ἔχοντες πένθος, ἐμὲ παραμυθεῖσθε; vel et, ἐμοὶ συμπαθήσοντες ἥκετε, οὐχὶ δὲ ἕκαστος ἴδιον ὁρίζεται πένθος τὸν θάνατον Ἕκτορος; et vult, ut quisque domi suæ lugeat Hectorem, non apud regem. θεαὶ μένον αἰδοῖ οἴκοι ἑκάστη, deæ remanebant ex pudore domi quæque, θ, 324, *blieben aus schamhaftigkeit zu hause, (staid at home out of modesty,)* nec ibant ad spectandum Martem cum Venere colligatum. ἄκοιτιν εὕροιμι, uxorem inveniam domi, ν, 42. μητέρα, ο, 15. et 178, ἤδη, domi jam est, et in patria. sic, ἔσαν, α, 12, erant domi suæ.

οἶκόνδε, (Χάω) domum, *nach hause, (at home.)* ponitur adverbialiter. κακκείοντες ἔβαν οἶκόνδε, decubituri domum ibant, Α, 606, ubi conf. θεοί. sic, α, 424. γ, 396. η, 229. ν, 17. φεύξονται, Β, 158. et 354, νέεσθαι. Γ, 390. Δ, 180. Ζ, 189, 365. Ψ, 229, coll. 194, seqq. Ω, 581. α, 17. et 317, δῶρον οἶκόνδε φέρεσθαι. et 360, πάλιν οἶκόνδε βεβήκει, coll. 362, retro ivit ad conclave suum. δ, 261, ἄψ. ὅς κέ σε οἶκόνδε ἀγάγηται, ζ, 159, qui te sponsam suam domum suam duxerit. καλέσας, vocans me domum suam ad convivium, λ, 409. ξ, 87. π, 350. φ, 354, *in ihr zimmer, (to her apartment.)* sic et ψ, 292. ω, 417.

οἶκος, ου. ὁ. (Χάω) domus, *ein haus, (a house;)* habitatio, *eine wohnung, (a dwelling;)* conclave, *ein zimmer, (an apartment.)* est nomen generale habitationis et receptaculi; ab ἔχω, habeo, teneo; a quo ὁ ὄχος et οἶκος. ponitur sæpe etiam ut continens pro contento, ut notet rem familiarem, et familiam ipsam. οἶκος καὶ κλῆρος ἀκήρατος, Ο, 498, ubi utrumque fere idem, domus et patrimonium integrum. μέλλεν μέν ποτε οἶκος ὅδε ἀφνειὸς καὶ ἀμύμων εἶναι, ubi ἔμελλεν εἶναι est pro ἦν, α, 232, erat quidem aliquando domus hæc opulenta et nobilis. et 251, οὗτοι δὲ φθινύθουσιν ἔδοντες οἶκον ἐμὸν, isti vero absumunt edendo rem meam. coll. 248, τρύχουσι δὲ οἶκον, atteruntque rem. οὔτ' ἔτι καλῶς οἶκος ἐμὸς διόλωλε, neque jam res mea perit aliquo bono modo, β, 64. ἐσθίεταί μοι οἶκος, ὄλωλε δὲ πίονα ἔργα, δ, 318, res familiaris mea comeditur, et pingues res rusticæ meæ pereunt, i. e. pecora mea opima. αἶψα δὲ οἶκος ὀφέλλετο, et celeriter opes meæ augebantur, ξ, 233, et hinc oriebatur reverentia mei. αὐτὸν τρεῖς μῆνας ἀπόπροθεν οἶκος ἐρύκοι, ρ, 408, eum tres menses procul a se removeret domus hæc; ubi suaviter de ædibus dicitur quod sint prohibituræ eum a se. οἶκος μέν σοι ὅδε ἐστὶ, γυνὴ δέ σοι ἥδε ἐν οἴκῳ, ædes quidem tuæ istæ sunt, et uxor tua ista est in domo, υ, 34. et 265, οὐ δήμιός ἐστιν οἶκος ὅδε, ἀλλ' Ὀδυσῆος, non publicæ sunt hæ ædes. ἔνθα αὐτῷ ἦν, ibi erat ei habitatio, ω, 207. γέρων δ' ἰθὺς κίε οἴκου, Ω, 471, ubi de tabernaculo in castris. et 572. οἴκοιο θύραζε, ex tabernaculo exiit celeriter. ἄναξ οἴκου, herus, α, 397. ἀπερχομένη οἴκου, si excedit domo, β, 136. οὐ σύγε ἂν, ἐξ οἴκου, σῷ ἐπιστάτῃ οὐδὲ ἅλα δοίης, ρ, 455, non tu sane ex re tua roganti te ne salem quidem dares. et 538, οἷος Ὀδυσσεὺς ἔσκεν ἀρὴν ἀπὸ οἴκου ἀμῦναι, qualis ille erat damnum a domo arcere. οἴκου κήδεσθαι καὶ κτήματα πάντα φυλάσσειν, τ, 23, domus curam habere et possessiones custodire. et 161, ἤδη γὰρ ἀνὴρ, οἷός τε μάλιστα οἴκου κήδεσθαι, jam enim vir est, et maxime potest curam domus gerere. et 572, ἥδε ἠὼς ἀποσχήσει

μι οἴκου, hic dies separabit me ab hac domo. φήμην ἐξ οἴκου προίηκε γυνή, ominosam vocem e domo misit mulier, υ, 105. ἔβησαν, φ, 188, coll. 190. ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ, Α, 30, in nostra domo. sic et Γ, 233. α, 258. ᾧ ἐνὶ, Ζ, 500, in sua domo. et Η, 127, in qua sedebat ob senectutem. δ, 4. σῷ ἐνὶ, in tua habitatione, ι, 478, ubi τὸ σπήλαιον Cyclopis sic vocat. ὅ (ὅτι) μοι κακὸν ἔμπεσεν οἴκῳ, quod mihi malum incidit in domum meam, β, 45. et 186, σῷ (ἐν) οἴκῳ δῶρον ποτιδεχόμενος, tua in domo donum exspectans ab eo: nisi potius est dativus commodi, tuæ domui donum. ᾧ οὐ πολλὰ ἐνὶ, cui non sunt multa domi, γ, 349. ὅσα κειμήλια ἐν ἐμῷ, δ, 613. ο, 113. ἠείδει τὸν οἶνον οὔτις δμώων ἐνὶ, ι, 206, noverat istud vinum nullus servorum in domo. et 535, εὕροι δ' ἐν πήματα οἴκῳ, inveniatque calamitates in domo sua. sic, δήεις, invenies, λ, 114. et 189, εὕδει ὅθι δμῶες ἐνὶ, dormit ibi ubi servi sui domestici. σὺ δὲ τέρπεο τῷδ' ἐνὶ, ν, 61. χῆρα ἀτιταλλομένην ἐνὶ, ο, 174. et 374, ἐπεὶ κακὸν ἔμπεσεν. et 416, πατρὸς ἐμεῖο ἐνί. πῶς τὸν ξεῖνον ὑποδέξομαι οἴκῳ, π, 70, ubi deest ἐν. coll. 121. αὐτῶν μὲν γὰρ κτήματα ἀκήρατα κεῖται ἐνὶ, ξ, 532, ipsorum enim copiæ intactæ jacent in domo eorum. ἐν ἀλλοτρίῳ οὐ χρὴ γοῶντα ἧσθαι, τ, 119, in aliena domo non decet flentem et gementem sedere. et 314, οὐ σημάντορές εἰσιν ἐν, non rectores sunt. et 514, ἐνὶ, in conclavi meo. et 598, τῷδε ἐνὶ, in hoc conclavi, *in diesem saale, (in this hall.)* πῶς ξεῖνον ἐτιμήσασθε ἐνὶ, in domo nostra, υ, 129. et 171, ἐν ἀλλοτρίῳ ἀεικέα μηχανόωνται. ξεῖνον κατέκτανε ᾧ ἐνὶ, φ, 27. et 353, τοῦ γὰρ κράτος ἐστὶ ἐνὶ, hujus enim potestas est in domo. πάντας ἐτίσατο ᾧ ἐνὶ, ψ, 57, omnes punivit sua in domo. ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε, Ζ, 490, ubi sic dicit Hector ad conjugem in publico stantem; at in domum iens tua opera cura; quæ opera 491 enumerantur. eadem verba sunt Telemachi ad matrem, stantem in conclavi magno, ubi proci epulabantur, α, 356, coll. 362, 330, ut appareat per οἶκον intelligi h. l. habitationem mulierum in domo magna. in genere commendatur fœminis τὸ οἰκουρεῖν, servare domum: et hinc sunt τὰ οἰκούρια, i. e. οἰκοφυλάκια, τὰ ὑπὸ μητέρων παιδίοις ὑπολειπόμενα παίγνια, si matres dant pueris infantibus domi manentibus crepundia, quibus lusitent, ne absentia matris moveantur. τῶν ἥν κε ἐθέλῃ ἀγέσθω πρὸς οἶκον, harum filiarum quam voluerit, ducat domum et habeat uxorem, Ι, 147, 289. πολὺ μεῖζον, (κακὸν) ὃ δὴ τάχα οἶκον ἅπαντα πάγχυ διαρραίσει, β, 48, multo majus malum, quod certe celeriter domum omnem funditus destruet. et 52, 226, ἐπέτρεπεν αὐτῷ οἶκον ἅπαντα, commendavit ei proficiscens. et 238, κατέδουσι βιαίως οἶκον Ὀδυσσῆος, comedunt violenter rem familiarem ejus. ἀπώλεσα οἶκον εὖ μάλα ναιετάοντα, δ, 95, amisi domum valde bene habitatam; inquit Menelaus, loquens tecte de rapta sibi Helena, una cum multis opibus quas illa secum extulerat: et sequens ὧν, 97, respicit, non hæc solum πολλὰ, 96; sed præcipue illa κτέατα, 90, 93 memorata. et 476, ἱκέσθαι ἐϋκτίμενον, venire domum bene ædificatam. ἐς ὑψόροφον, alte contectam, i. e. altam, ε, 42. κ, 474. σοὶ δὲ θεοὶ ἄνδρα τε καὶ οἶκον καὶ ὁμοφροσύνην ὀπάσειαν, inquit Ulysses supplicans ad virginem regiam, ζ, 181, tibi vero dii largiantur virum et domum et concordiam, coll. 183, ut per domum intelligatur familia, ex liberis et re familiari reliqua constans. ὅσσαι νῦν γε γυναῖκες ὑπ' ἀνδράσιν οἶκον ἔχουσι, η, 68, *so viel als hausmütter und hauswirthinnen sind, (so many as are housewives, mistresses of families.)* et 314, οἶκον δὲ ἐγὼ καὶ κτήματα δοίην σοὶ, inquit rex Alcinous ad Ulyssem, offerens ei filiam suam modeste. πίονα ναίει, ι, 35, pinguem domum habitat. ἔδωκεν οἶκόν τε, ξ, 64, dedisset domum et portionem agri. et 141, οἶκον, ὅθι πρῶτον ἐγενόμην, ubi natus sum. et 167, ἐλεύσεται, domum veniet, *wird nach hause-kommen, (will come home.)* et 318, ἦγεν ἐς, duxit eum fatigatum in domum suam. κείνου βούλεται οἶκον ὀφέλλειν ὅς κεν ὀπυίοι, ο, 21, illius vult domum et rem augere, cui est in matrimonio; et sermo est de vidua ad nuptias secundas transeunte, quæ priores liberos suos negligit. τοὶ δὲ φθινύθουσιν ἔδοντες οἶκον ἐμὸν, π, 128. et 431, τοῦ νῦν οἶκον ἄτιμον ἔδεις, illius nunc rem familiarem absumis, nullo pretio restituto pro absumtis; τὰ ἐν οἴκῳ: ut positum sit τὸ περιέχον pro περιεχομένῳ. καὶ γὰρ ἐγώ ποτε οἶκον ἐν ἀνθρώποισιν ἔναιον ὄλβιος ἀφνειόν, ρ, 419. τ, 75. et 195, πολλῶν κατὰ οἶκον ἐόντων, i. e. in domo opulenta. οἳ δὴ οἶκον ἀτιμάζοντες ἔδουσιν ἀνδρὸς ἀριστῆος, φ, 332. ἐμοὶ κατερείπετε οἶκον, χ, 36. οἶκον ἱκάνεται ὀψέ περ ἐλθὼν, domum redit etsi sero rediens, ψ, 7, 27, 36, 108, coll. 259. ἴομεν προτὶ οἶκον, ω, 357, coll. 360, 361. μινύθουσι δὲ οἶκοι ἐν σέλαϊ μεγάλῳ, Ρ, 738, minuunturque ædes per fulgorem magnum, i. e. conflagrant ædes alia post aliam flamma maxima. pluralis iste scribitur cum circumflexo, at adverbium Atticum οἴκοι cum acuto. ἀμειβόμενοι κατὰ οἴκους, per vices in domibus vestris, α, 375. β, 140, *da ihr das schmausen in euren häusern reih um gehen lasset, ein kränzchen haltend, (give entertainments in your houses by turns.)* ἐδείματο οἴκους, ζ, 9. ἐκ δὲ νέκυς (pro νέκυας) οἴκων φόρεον, ω, 416, corpora mortua ex ædibus portabant ad sepeliendum. circa οἴκους novit Homerus πολυτέλειαν, *kostbarkeit, (costliness,)* etiam apud heroas. exemplo sit domus Menelai, δ, 72—75. et Alcinoi, η, 82—96. ab οἶκος est ὁ οἰκίσκος, ædicula, etiam cavea ad adservandas aves. τὰ οἰκοπορεῖα sunt τὰ κατ' οἰκίαν σκεύη, *hausgeräthe, (furniture.)* ὁ οἰκόσιτος est ὁ οἴκοθεν (i. e. τὰ ἑαυτοῦ) ἐσθίων, ἢ, μισθωτὸς τρέφων ἑαυτὸν, *der sich selbst beköstigen muss und nicht vom lohn herrn gespeiset wird, (one who is obliged to board himself, and is not fed by his master.)* ὁ οἰκουρὸς δράκων est φύλαξ τῆς Πολιάδος, vel, ἐν τῷ ναῷ τῆς Πολιάδος (Palladis) διαιτώμενος, qui et scribitur οἰκοῦρος. οἱ ἄγροικοι sunt qui procul urbe negotiisque urbanis ruri vivunt, ut Laërtes, Eumæus, alii; et horum

οἴκησις vocatur ἡ ἀγροικία: sed ὁ ἄγροικος est, ἀπαίδευτος, *ungezogen, grob, (rude, unmannerly;)* et hinc fit substantivum ἀμφίβολον, ut ἡ ἀγροικία possit etiam esse ἡ τοῦ τοιούτου φαύλη ἕξις.

οἰκτείρω, f. ερῶ. (Οἴ) miseror. τὸν δὲ ἰδὼν ᾤκτειρε Μενοιτίου υἱὸς, Λ, 813, coll. 814, 817. Ἀχιλλεὺς, Π, 5. Ψ, 534, coll. 535, 536. proprie enim οἰκτείρειν est, λαλεῖν λόγους, οἳ κινοῦσιν εἰς οἶκτον ἤτοι ἔλεον, et tales λόγοι sequuntur ll. cc. deinde et tacite miserari aliquem cogitatione. εἰ δέ μιν οἰκτείρεις, Ψ, 548. οἰκτείρων πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον, miserans canum caput et mentum, Ω, 516.

οἴκτιστος, η, ον. (Οἴ) miseratione dignissimus, maxime miserabilis. est superlativus a substantivo factus. comparativus deberet esse οἰκτίων, ὁ ἡ, sicut a τὸ αἶσχος est αἰσχίων, αἴσχιστος. τοῦτο δὴ οἴκτιστον πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι, Χ, 76. si a canibus senes mortui lacerentur. οἴκτιστον δὴ κεῖνο ἴδον ὀφθαλμοῖς, μ, 258. et 342, λιμῷ δὲ οἴκτιστον θανεῖν. ὣς (sic) θάνον (moriebatur) οἰκτίστῳ θανάτῳ, λ, 411. κτεῖναί με, ψ, 79. ἁλῶναι, ω, 34. ὅπως οἴκτιστα (adverbialiter neutrum plurale) θάνοιεν, ut maxime miserabiliter morerentur, χ, 472.

οἶκτος, ου. ὁ. (Οἴ) miseratio. est ἐπίτασις τοῦ ἐλέου, quando aliquem valde miseramur et plangimus, οἴ dicendo. οἶκτος δ' ἕλε λαὸν ἅπαντα, commiseratio cepit omnem populum, β, 81. Ἀχαιοὺς, ω, 437, *wurden von mitleiden sehr gerühret, (they were filled with compassion.)*

οἰκτρὸς, ά, όν. (Οἴ) miserationem ciens, miserabilis. per syncopen pro οἰκτηρός. οἴκτου ἄξιος. οἰκτρὸς, *der heklagenswürdige, (deserving compassion,)* Λ, 242, et poëta, ibi pluribus verbis οἰκτίζεται heroëm juvenem occisum misere. οἰκτρὰ (neutrum adverbialiter) ὀλοφυρομένη, quæ plorabat, ut omnes eam miserarentur, *die erbärmlich klagete, (who lamented piteously,)* δ, 719. sic, ὀλοφυρομένους, κ, 409. σ, 543. ω, 59. τούτων καὶ οἰκτρότερα ἄλλα κήδεα, his etiam miserabiliora infortunia, λ, 380. οἰκτροτάτην ὄπα Πριάμοιο θυγατρὸς, λ, 420. cæterum habet hæc vox ἀμφιβολίαν. nam notat miserabile in sensu affectuoso, ut his locis vidimus, et ut ponitur, si e. c. Tragicus ciet miserationem justam: ponitur autem et in sensu contemtus pleno, e. c. οἰκτρὸν ἀνδράποδον, mancipium miserum et vile. hinc ὁ Φιλόξενος, homo eruditus, cum legisset ei Dionysius tyrannus tragœdiam a se factam, interrogaretque qualia ei ista viderentur; οἰκτρὰ, respondit: nolens apertius neque laudare, neque reprehendere: idque tyrannus, placens sibi, non intellexit.

οἰκωφελία, ας. ἡ. (Ἕλω) cura domum et rem familiarem augens. *gute wirthschaft, (good management.)* ab, οἶκον ὀφέλλειν. ἔργον (illud primarium; agricultura nimirum) δέ μοι οὐ φίλον ἔσκεν, οὐδ' οἰκωφελίη, ἥτε τρέφει ἀγλαὰ τέκνα, ξ, 223, *die vermehrung des hauses und vermögens, (increase of wealth and property,)* ἡ οἰκουρικη οἰκονομία, ἡ οἰκουρία καὶ ἐπιμέλεια τοῦ οἴκου maxime διὰ γεωργίας: πορισμὸς βίου εἰρηναίου, ἤτοι τοῦ κατ' εἰρήνην κουροτρόφου. quando quis in pace gignit liberos eosque quærendo per operas rusticas victu alit. Vide sub Ὀφέλλω.

οἶμα, ατος. τό. (Οἴω) impetus quo fertur aliquis. est per syncopen pro οἴμημα, et est ab οἴω, fero. minus recte scribitur per spiritum asperum, nisi per usum Atticum. poëtæ nostro Ionico relinquendus est suus lenis, etymo conformis in hac voce. οἶμα λέοντος ἔχων, impetum vehementem leonis habens, Π, 752, *da er wie ein lœwe drauf los gieng, (rushing on with the fury of a lion.)* αἰετοῦ οἴματα ἔχων, aquilæ impetus celeres habens, Φ, 252, ubi male quidam legunt ὄμματα.

οἰμάω, f. ήσω. (Οἴω) impetu feror in aliquid. κίρκος ῥηϊδίως οἴμησε (ruere solet celeri suo volatu) μετὰ πέλειαν, in columbam, *wie der habicht leicht auf eine taube schiesset und stösset, (as a falcon darts and pounces upon a dove,)* Χ, 140. et 308, οἴμησεν δὲ ἀλεὶς ὥστε αἰετὸς, et irruit conversus vel connitens, sicut aquila; et sermo est de Hectore, coll. 311. sic et ω, 537, de Ulysse. proprie notat, contrahere se paullum ad impetum dandum, ἑαυτὸν συστρέψαντα ὁρμᾶν, si additum est ἀλείς.

οἴμη, ης. ἡ. (Οἴω) via, *ein weg, ein strasse, (a road, a street.)* metaphorice est, deductio ordinatæ narrationis, ἡ διήγησις: etiam ᾠδὴ, cantio, *ein lied, (a song.)* est itidem ab οἴω, fero. ἀείδειν κλέα ἀνδρῶν, οἴμης, τῆς τότε κλέος οὐρανὸν ἵκανε, Θ, 74, pro, ἀπὸ οἴμης ἐκείνης, ἧς, canere famas heroum, a narratione illa, cujus tunc fama celeberrima erat. incipiebat enim canere a narratione illa. et 481, οἴμας Μοῦσα ἐδίδαξε, i. e. τὰς ᾠδὰς, cantus et narrationes poëticas Musa docuit eos. θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας παντοίας ἐνέφυσεν, nam deus mihi in animum varias cantiones et enarrationes poëticas insevit, χ, 347, ideoque sum αὐτοδίδακτος, i.e. non ab aliis didici cantiones et edidici, sed ipse eas compono. nam alii sunt, qui canunt quæ alii composuere carmina; alii vero qui ipsi sunt poëtæ. ab hac voce est τὸ προοίμιον, quod ante narrationem aut cantionem præcedere solet, præambulum; quod et contracte φροίμιον dicitur. hinc et est ipsa ἡ φόρμιγξ.

οἶμος, ου. ὁ. (Οἴω) semita, via. it. linea directa, series, quæ et in circulum potest circumducta aut curvata esse. θώρηκος δέκα οἶμοι ἔσαν μέλανος κυάνοιο, δώδεκα χρυσοῦ, εἴκοσι κασσιτέρου, Λ, 24, quasi ζῶναι, ὁδοὶ, ῥάβδοι ὀρθαὶ, *streifen, (stripes,)*

οἰμωγὴ, ῆς. ἡ. (Οἴ) ejulatus, gemitus flebilis. ἐνθάδε ἅμα οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ (gloriatio sonora) πέλεν ἀνδρῶν ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων, Δ, 450. Θ, 64, et observa positionem duorum nominum et participiorum; nam posterius

participium pertinet ad nomen prius, gemitus clarus pereuntium. *κωκυτῷ καὶ οἰμωγῇ*, X, 409. et 447, *κωκυτοῦ δ' ἤκουσε καὶ οἰμωγῆς. οἰμωγῇ τε στοναχῇ τε*, Ω, 696. *οἰμωγὴ δὲ δέδηε*, ejulatus accensus est, *υ*, 353, qualis gemitus incenditur ab iis qui in pugna occiduntur.

οἰμώζω, f. *ξω*. (Οἴ) gemo, lamentor, ploro, deploro, ejulo factum est verbum ex *οἴ μοι*, lugentis particula. sicut enim ab *ὦ* fit *ὤζω*, i. e. *ὦ λέγω*: sic fit hoc verbum, pro *οἴ μοι λέγω*. et notat intentum luctum. factum est ergo verbum *κατ' ὀνοματοποιΐαν*. *Ἀτρείδης δ' ᾤμωξεν ἰδὼν εἰς οὐρανὸν εὐρὺν*, *er seufzete laut, und sahe gegen himmel, (he sighed aloud, and raised his eyes to heaven,)* Γ, 364. sic, *Πηλείδης*, Φ, 272. *ᾤμωξεν δ' ἄρ' ἔπειτα*, K, 522. Ψ, 178. Ω, 591. *δή ῥα τότ' ᾤμωξέν τε καὶ ὢ πεπλήγετο μηρὼ*, M, 162. O, 397. *ν*, 198. *σμερδαλέον δ' ᾤμωξε*, Σ, 35, de Achille. et *ι*, 395, de Cyclope. *ᾤμωξεν δ' ὁ γέρων, κεφαλὴν δ' ὅγε κόψατο χερσὶν ὑψόσε ἀνασχόμενος, μέγα δ' οἰμώξας ἐγεγώνει*, X, 33, 34. et 408, *ᾤμωξεν δ' ἐλεεινὰ πατήρ. οἱ δ' ᾤμωξαν ἀολλέες*, Ψ, 12, qui tamen in hoc suo claro ejulatu nihil articulate sunt locuti, sed *οἴ* et *ὦ* tantum resonabat. *ἦ κε μέγα οἰμώξειε γέρων*, H, 125. *γνὺξ δὲ ἔριπε οἰμώξας*, *er sank in die kniee mit einem lauten seufzer, (he sank on his knee with a deep groan,)* E, 68, vulneratus nimirum letaliter. sic et Υ, 417. *ἐν κονίαις κάππεσεν οἰμώξας*, Π, 290. *ὁ δὲ οἰμώξας ἀπὸ πύργου ἔβαινε*, de muro descendit, Φ, 529. *ἠμείβετό με μύθῳ*, cum gravi suspirio respondit mihi, *ι*, 506. *λ*, 59. *οἰμώξας δὲ θεοῖσι μετ' ἀθανάτοισι γεγώνευν*, *μ*, 370, ad deos clamabam. *ὅγε οἰμώξας πέσεν ὕπτιος ἐν κονίῃσιν*, *σ*, 397. sic *φεύζειν* est, *φεῦ λέγειν*, quemadmodum *οἰμώζειν* est *οἴ μοι λέγειν*. Vide sub *ὤ μοι*.

οἰνίζομαι, (Ὄνω) vinum peto. sic *ὑδρεύομαι* est, aquor, aquam peto. et hoc *οἰνίζεσθαι* est *ἄψογον*: *τὸ οἰνοῦσθαι* vero *οὐκ ἐπαινετόν. ἔνθεν ἄρα οἰνίζοντο Ἀχαιοὶ*, inde igitur vina sua petebant Græci ad Trojam sedentes, H, 472, collato 467—475, nam permutatione mercium id fiebat: *ἀμοιβαῖς γὰρ ἐχρῶντο οἱ παλαιοὶ, καὶ οὐ νομίσμασιν. οἶνον δὲ μελίφρονα οἰνίζεσθε*, Θ, 506. et 546, *οἶνον οἰνίζοντο*, quæ phrasis est Attica.

οἰνοβαρέω, f. *ήσω*. (Ἄω) sum gravis vino. it. sum aliis gravis ex nimio vino. *ἐρεύγετο οἰνοβαρείων*, eructabat et convomebat se, vino gravatus, *ι*, 374, pro *οἰνοβαρέων*, particip. præsens. *κατελέξατο οἰνοβαρείων*, decubuerat post haustum nimium vinum, *κ*, 555. *οἱ δ' αὐτῷ πρώτῳ κακὸν εὕρετο οἰνοβαρείων*, *φ*, 304, ubi de Centauro ebrio sermo est, qui aliis injuriam faciens sibi ipsi malum peperit. conf. *βαρέω*.

οἰνοβαρὴς, *έος*. ὁ ἡ. (Ἄω) vino gravis. qui, vino largiter hausto, aliis est gravis. *οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο*, A, 225, ubi notatur rex *δυσπειθέρως ἔχων εἰς τὰ κατὰ οἶνον, καὶ ἐπονειδίζων*, qui eo vitio laborabat, ut vino facile accenderetur ad inique loquendum aut agendum. cæterum ea est libera exprobratio, non a subdito, sed a socio et pari facta: *ungestüm vom wein, (flushed with wine.)* nec est contumeliose dictum, *kein scheltwort, (not used opprobriously,)* sed veritas irato et querenti expressa. conf. *ἔλαφος* et *κύων*. nam dicta aut facta, politioribus moribus adversa, in omni Homero quærenda nulla sunt. *man darf bey dem poëten nie was grobes oder pæbelhaftes suchen, (nothing coarse or vulgar is to be found in this poet.)* injustitiam solum, ex nimio vino oriundam, liberrime notat magnâ injuria adfectus Achilles magnus. est ergo: ebrius, et inde inique agens. Vide sub *ὄμμα*.

οἰνόπεδον, *ου*. *τό*. (Πάω) solum vineæ, *ἀμπέλων γῆ πεδινή*. *ein boden zum weinbau, ein weingarten, weinland, (land suitable for the vine, a vineyard.)* accuratiores deducunt ab *ἡ οἴνη*, vitis, *ein weinstock, (a vine,)* et *τὸ πέδον*: sicut a *τιμὴ* est *τιμόθεος*. et deberet sic esse *οἰνόπεδος, ὁ ἡ*, adjective, ut pleraque alia. *τέμενος*, (prædium) *τὸ μὲν ἥμισυ, οἰνοπέδοιο*, dimidiam ejus partem quod attinet, terræ ad vites ponendas aptæ, I, 575, *halb zum weinbau, (the half adapted to the culture of vines.)* *ἑρπύζοντα ἀνὰ γουνὸν ἀλωῆς οἰνοπέδοιο*, *α*, 193. *λ*, 192, reptantem per fertilitatem soli viniferi: quibus locis adjectivum satis manifesto apparet. sic et *τὸ στρατόπεδον* dicitur, locus ubi exercitus consedit, *ein platz zum heerlager, (the site of a camp.)*

οἰνοπληθὴς, *έος*. ὁ ἡ. (Πίλω) vino abundans, vini ferax, *weinreich, (abounding in wine.)* *νῆσος Συρίη, εὔβοτος, εὔμηλος, οἰνοπληθὴς, πολύπυρος*, *ο*, 405, ubi sunt laudes omnes terræ, armento, pecore, vino, frumento, abundantis.

οἴχομαι, (Ἔω) eo, abeo, proficiscor. est ab ἵκομαι, mutato κ in χ, et Iota in οι: vel est paragogicum verbum ab ἔω, contr. ὦ, vado. futurum deberet esse οἴξομαι, sed id in usu non est, ne confundatur cum verbo οἴγω, f. οἴξω: descendere tamen inde præter. pass. vides sub ἐποίχομαι. cæterum futurum οἰχήσομαι quasi ab οἰχέομαι, cum suis inde descendentibus, apud alios in usu est. est et forma Ionica, οἰχόω, cujus perf. act. οἴχωκα, abii, profectus sum: it. perii, actum de me est. et plusquamp. οἰχώκειν, ut: ὁ μὲν κῆρυξ οἰχώκεε ἀγγελέων ταῦτα Δαρείῳ, ibat nuntiaturus ista, Herodot. IV, 137. ex exemplis autem apparebit, præsens οἴχομαι habere plerumque notionem præteriti, ut significet continuationem rei. possit et sic concipi hoc verbum, quod ab ἔω, εἶμι, sit οἰχέω, f. ήσω. præter. pass. ᾤχημαι, unde novum sit verbum οἴχομαι, tenens quid ex sua origine præteriti. Ἕκτορ, πῇ δή σοι μένος οἴχεται, ὃ πρὶν ἔχεσκες, E, 472, i. e. ante inerat tibi μένος, impetus, vis; νῦν δὲ ἀπεδήμησεν αὐτό. ergo est sermo ἀστεῖος: quo abiit vis tua. οἴχεται ἀνὴρ ὤριστος, abit vir præstantissimus, Λ, 288. Ἐννοσίγαιος οἴχεται εἰς ἅλα δῖαν, O, 223. νῦν δ' οἴχεται, οἷος ἀείρας νεκρὸν, P, 588. οἴχεται ἵππον ἄγων, abducit equum, Ψ, 577. οἴχεται ἄϊστος ἄπυστος, α, 242, abest, nemo de eo quidquam novit, nemo de eo quidquam audit, et 410, ἀναΐξας ἄφαρ οἴχεται, exsiliens statim abiit. ἤδη γὰρ φάος οἴχεται ὑπὸ ζόφον, jam lux solis it sub tenebras, γ, 335. νῆα μοι οἴχεται ἄγων, abiit navem meam secum habens, δ, 634. et 665, ἐκ τόσσων δ' ἀέκητι νέος πάϊς οἴχεται, ex tot invitis abiit adolescens: ubi ἐκ ad verbum pertinet. et 707, τίπτε δέ μοι πάϊς οἴχεται, cur filius meus profectus est. et 821, τῶν ἐνὶ δήμῳ ἵνα οἴχεται, illorum in terra quo profectus est. ἐς Λῆμνον, abiit eo, Θ, 294. οἴχεσθον τετυμμένω ἀμφοτέρω κατὰ χεῖρα, absunt vulnerati ambo in manum, N, 782. et 627, οἴχεσθε ἀνάγοντες, abduxistis. et 220, ποῦ σοὶ ἀπειλαὶ οἴχονται, quo abeunt tibi minæ. ἄλλοι οἴχονται μετὰ δεῖπνον, T, 346, abierunt ad cibum matutinum sumendum. πῇ δή σοι φρένες οἴχονται, Ω, 201, quo pectus tuum prudens abiit. ὅτε ἂν αὖτε Ἀχαιοὶ οἴχωνται σὺν νηυσὶν ἐς πατρίδα, H, 460. O, 499. αἴκε σιωπῇ οἴχωμαι, si silentio abirem, Ξ, 311. μή τι μοὶ οἴχωνται ἐπὶ νηὸς ἄγοντες, ne forte abierint, asportantes mihi aliquid in nave sua, ν, 216, *ob sie mir was mit weggenommen haben, (whether they have carried off any thing of mine.)* εἴ κεν Ἄρης οἴχοιτο, si Mars abeat, Θ, 353, et 356, εἴπερ οἴχηται φεύγων, si forte fugiat. ergo et hoc verbum cum participio velut abundanter ponitur et periphrastice. αἴθε θύελλα οἴχοιτο προφέρουσά με, υ, 64, quod est idem ac, προφέροι μὲ, utinam turbo asportaret me in mare. sic Z, 346, ὥς ὤφελεν οἴχεσθαι προφέρουσά με εἰς κῦμα, utinam tulisset me turbo venti in mare; ut οἴχεσθαι προφέρουσα sit idem ac προφέρειν. ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο, per novem dies ierunt sagittæ dei per castra, A, 53. et 380, χωόμενος δ' ὁ γέρων πάλιν ᾤχετο, retro ibat. cæterum de sagittis contra hostes, et de texendo, solemniter ponitur hoc verbum. ᾤχετο ἀποπτάμενος, i. e. avolavit, B, 71, ἀπέπτη, sc. ὁ ὄνειρος. κατὰ στρατὸν ᾤχετο πάντη, E, 495, per exercitum undique ibat. sic et Z, 104. Λ, 212. et 357, μετὰ δούρατος ᾤχετο ἐρωὴν, ibat eo quo hasta ierat, *gieng dem geworfenen spiese nach ihn wieder zu holen, (went after the spear which he had thrown, to pick it up again.)* ἐς στρατὸν ᾤχετο Ἀχαιῶν, N, 38, ad exercitum. et 505, αἰχμὴ κατὰ γαίης ᾤχετο, cuspis in terram ibat, *fuhr in die erde, (stuck in the ground.)* sic et Π, 615. ὦκα δὲ θυμὸς ᾤχετο ἀπὸ μελέων, N, 672. Π, 607, i. e. ἔθανε. ὁ μὲν ἐπὶ φῦλα ἀνθρώπων, ad homines, Ξ, 361. αὐτὴ πρὸς πατρὸς δώματα, T, 356. εἰς ἀΐδαο, in Orci regnum, X, 213. ψυχὴ κατὰ χθονὸς, anima sub terram abiit, disparuit, Ψ, 101, coll. 65, s. et 564, ὁ δὲ ᾤχετο καὶ οἱ ἔνεικεν, illeque abiit et attulit ei. et 652, πολὺν καθ' ὅμιλον, ad multitudinem. ᾤχετο γὰρ κακεῖσε ἐπὶ νηὸς, profectus est et illuc, α, 260. κατὰ πτόλιν ᾤχετο πάντη, per urbem ibat ubique, β, 383. πότε, quando abiit, δ, 642. παρὰ Μενέλαον, ad eum ivit, ν, 415. εἰς Λακεδαίμονα, ο, 2. ἐξ οὗ εἰς Ἴλιον, ex quo tempore profectus est eo, ρ, 104. et 294, πάρος δ' εἰς Ἴλιον, ante profectus est eo. et 589, ὁ ὑφορβὸς εἰς ὅμιλον, ibat ad cœtum eorum. Ἴλιον εἴσω, τ, 183. et 260, ἐπὶ νηὸς ἐποψόμενος κακοΐλιον, visurus malum illud Ilium. sic et 597. ψ, 19. ἄγγελος κατὰ πτόλιν, nuntius et fama ibat per urbem undique, ω, 412. ἐπεὶ ᾤχεο νηῒ Πύλονδε, postquam navigaveras in Pylum, π, 24, 142. ρ, 42. et 109, ᾠχόμεθα ἐς Πύλον, proficiscebamur. sic, ἐς Θήβην, A, 366, i. e. ἤλθομεν. οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ᾤχοντο ἰδὲ πρὸ ὁδοῦ ἐγένοντο, cum proficiscerentur et viam carperent, Δ, 382, pro προεγένοντο ὁδοῦ: utraque phrasis eadem. ἐς Σιδονίην ἀναβάντες ᾤχοντο, versus Sidoniam ibant in altum provecti, ν, 286, i. e. navigabant. ᾤχοντο ἄλλυδις ἄλλος, ξ, 25, ibant alius aliorsum. αἱμασιὰς λέξοντες ᾤχοντο, ibant collecturi spinas, ω, 224, *wollten dornen sammlem, (went to gather thorns.)* πευσόμενος πατρὸς δὴν οἰχομένοιο, sciscitaturus de patre diu absente, α, 281. β, 215, ubi νόστον, reditum, ad πατρὸς, additum; ut appareat ellipsis priori loco. sic 264. ο, 270, ubi est illa ellipsis. ἄλγεα ἔχει πατρὸς πάϊς οἰχομένοιο, δ, 164, dolores habet filius de patre absente, coll. 166, ὁ μὲν οἴχεται, sc. πατὴρ, ille abest. et 393, οἰχομένοιο σέθεν δολιχὴν ὁδὸν, dum tu profectus es longinquum iter μὲ. Ὀδυσσῆος πόθος αἴνυται οἰχομένοιο, ξ, 144, me desiderium ejus capit absentis. (inesse tamen potest notio exitii, sicut et apud Platonem in

Phæd. § 34, ed. Fisch.) et 376, οἳ ἄχνυνται δὴν οἰχομένοιο ἄνακτος, qui dolent ob herum diu absentem. ἐκπάγλως γὰρ παιδὸς ὀδύρεται οἰχομένοιο, ο, 354, gravissime ob filium luget absentem et qui profectus est. δμωαὶ δὴν οἰχομένοιο ἄνακτος, σ, 312. sic, κτήματα δάσασθαι δὴν, υ, 216. δάμαρτα μνώμεθα Ὀδυσσῆος δὴν, ω, 124, uxorem ejus ambiebamus proci. οἰχομένῳ σὺν νηυσὶ Ἴλιον εἴσω, τ, 193, eunti cum navibus in Iliensem terram. μὲ οἰχόμενον, me profectum eo, ω, 332. οἰχόμενοι δ᾽ ἐπὶ πάντας, adeuntes eos omnes, Ξ, 381, et præpositio pertinet ad verbum. οἰχόμενοι κόμισαν δέπας, *sie trugen den becher davon, (they carried away the goblet,)* Ψ, 699, pro κομίσαντες ᾤχοντο, abibant reportantes. οἰχόμενοι Κίκονες, abeuntes, ι, 47. et 91, αἶψα οἰχόμενοι μίγεν, postquam ierant a nobis, statim immixti sunt illis. οἰχομένη Κίρκη, κ, 571, abiens. οἰχομένη πεπιθήσω τὸν, accedens persuadebo ei, X, 223, *will hingehen und ihn bereden, (will go and persuade him.)* ἐπεὶ ἴδεν Ἀθήνην οἰχομένην, postquam vidit eam abeuntem, E, 511. proprie ergo est, ire, abire, absentem esse. deinde ponitur ἐπὶ τῶν ἀφανῶν γινομένων, de disparentibus. deinde et de morte. cæterum οἴχεσθαι et φοιτᾷν sunt opposita: prius notat *abire*; posterius, *accedere, adire*: ut inter alia apparet ex Theocrit. XI, 22, 23.

ΟΙ῎Ω et οἴέω, f. οἴσω et οἰήσω. puto, existimo, credo, arbitror, auguror. it. scio, νοέω, *ich weiss, stelle mir vor, (I know, think.)* it. duco, porto, fero, *ich führe, trage, bringe, (I lead, carry, bring.)* verbum fictum ex sono adsentientium, aut et, cum conatu agentium. ἀλλά μιν οἴω κήδεσι μοχθήσειν καὶ πλείοσιν, sed eum puto ærumnis laboraturum etiam pluribus, *ich denke er wird noth genug bekommen mehr als wir izt, (I think he will be involved in greater distress than we now are,)* K, 105. οὔτε μὲ Ἀγαμέμνονα πεισέμεν (πείσειν) οἴω, i. e. οὐκ οἴω, non arbitror, αὐτὸν πείσειν με, quod is persuasurus sit mihi, I, 315. ἦτέ μιν οἴω πολλὰ μετακλαύσεσθαι, Λ, 762, certe quidem eum existimo multum postea fleturum. οὐδέ μιν οἴω νῦν ἴμεναι, P, 709, neque tamen eum puto nunc iturum huc. ἀλλά τινα οἴω ἀσπασίως αὐτῶν γόνυ κάμψειν, T, 71, sed quemque eorum credo cum voluptate resessurum esse. οὐδέ τινα οἴω Τρώων χαιρήσειν, neminem eorum puto gavisurum, Υ, 362. τῷ τ᾽ οἴω λοίγια ἔσεσθαι, ideoque existimo tristia futura, Ψ, 310, et cum amissione præmii conjuncta: *daher glaube ich es wird schlecht ablaufen, (I therefore think that it will terminate ill.)* οὐδέ μιν οἴω ἥβην ἵξεσθαι, Ω, 727, neque puto eum ad adultam adolescentiam perventurum, *ich glaube nicht, dass er wird gros werden; ich vermuthe es nicht, (I do not believe that he will live to grow up; I do not think so.)* et ex hac notione divinandi vel conjectandi futura, est ὁ οἰωνὸς, augurii avis. frequentius autem poëta, et metri et elegantiæ Ionicæ caussa, dissolvit diphthongum. νῦν ἄμμε ὀΐω ἄψ ἀπονοστήσειν, A, 59, *nun denke ich werden wir wohl zurück gehen müssen, (now I think we shall be obliged to return.)* et 171, οὐδέ σε ὀΐω ἄφενος καὶ πλοῦτον ἀφύξειν, nec te arbitror divitias hausturum esse hic. quæ est modesta minatio; cum ego hic a te tam vilis putor, sequetur inde id, ut nec tu sine me aliquid efficias. simul positum est consequens, prædas ex direptione urbis capere; pro antecedente, expugnare urbem. et 204, ἀλλ᾽ ἔκ τοι ἐρέω (pro ἐξερῶ σοὶ) τὸ (pro ὅ) δὲ καὶ τετέλεσθαι ὀΐω, sed palam dicam tibi quod et effectum iri arbitror: quæ est phrasis affectuosa, et de viribus suis vel veritate eventus confidentis, cujus opinari est certum scire. hic versus sæpissime repetitur apud poëtam. ἅ τινα οὐ πείσεσθαι ὀΐω, A, 289, ubi τινὰ est accusativus singularis, annexus ad ἅ, neutrum plurale, enclitice tantum, non vero ex ὅστις; ut sensus sit: quæ quemquam (Romanis cuiquam) persuasurum eum esse non arbitror, *ich achte nicht, dass er dessen jemand bereden werde, (I do not think that he will persuade any one to it:)* ut ἅ sit, quod attinet hæc. et 296, οὐ γὰρ ἔγωγε ἔτι σοὶ πείσεσθαι ὀΐω, non enim ego quidem porro tibi obtemperaturum me esse puto, *ich bin nicht sinnes, fenner unter deinem befehl zu stehen, (I think I shall not continue under your command.)* et 427, καί μιν πείσεσθαι ὀΐω, et eum auditurum me esse arbitror vel credo: *ich denke er wird sich bereden lassen, (I think I shall be able to persuade him.)* et 558, τῇ σε ὀΐω κατανεῦσαι, ei te arbitror adfirmasse aliquid, coll. 561. οὐδέ σε πεισέμεν ὀΐω, non existimo, te cuiquam esse persuasurum, E, 252, i. e. mihi certe non persuadebis. est ergo elegans circumlocutio in isto verbo ὀΐω, indignationis aut aliorum adfectuum plena. et 894, τῷ σὲ ὀΐω κείνης τάδε πάσχειν ἐνεσίαις, igitur te puto ista pati ex incitationibus illius, *daher kann ich leicht denken, dass dir auf ihr anreizen wiederfaren: sie hat dich aufgehetzet, und darüber bist du zu schaden gekommen, (I can therefore readily imagine that this has befallen thee owing to her instigation: that she has instigated at thee to that for which thou art now suffering.)* κιχήσεσθαι δέ σε ὀΐω, Z, 341, puto me consecuturum esse te, *ich denke ich werde dich wohl einholen, (I have no doubt that I shall overtake thee.)* τῷ κέν μιν ἐπαυρήσεσθαι ὀΐω, Z, 353, ideo credo eum fruiturum esse isto, *daher glaube ich, er wird es zu geniessen haben, es wird ihm zu hause kommen, (I therefore think that he will suffer for it, that it will come home to him,)* in sensu pœnali. ἐν πρώτοισιν, ὀΐω, κείσεται οὐτηθεὶς, Θ, 536, inter primos, auguror, jacebit confossus, *ich denke er wird einer von den ersten seyn, die auf der stelle liegen bleiben, (I predict he will be one of the first who will fall:)* quod fiduciæ plena oratione dictum. Ἕκτορα καὶ μεμαῶτα μάχης σχήσεσθαι ὀΐω, Hectorem, etsi valde cupidum, a pugna temperaturum credo, I, 651. sic, οὐκέτι μάχης σχήσεσθαι, N, 747. et, οὐκ αὐτὸν μένεος, P, 503, non eum a robore et vi tem-

peraturum puto. τινὰ θεὸν ὑμῖν δοῦναι αὐτοὺς ὀΐω, K, 551, puto aliquem deum dedisse eos vobis. νῦν ὀΐω περὶ γούνατα ἐμὰ στήσεσθαι Ἀχαιοὺς λισσομένους, Λ, 608, nunc auguror. στεῖνος γὰρ, ὅθι τρώσεσθαι ὀΐω, M, 66, angustiæ enim, ubi sauciatum iri puto. et 73, οὐκέτι ἔπειτα ὀΐω οὐδ' ἄγγελον ἀπονέεσθαι ἄψοῤῥον ποτὶ ἄστυ, tunc ne nuntium quidem ad urbem reversurum esse puto. ἀλλ', ὀΐω, χάσονται, sed, ut puto et certum habeo, cedent, N, 153. et 262, οὐ γὰρ ὀΐω, ἀνδρῶν ἑκὰς ἱστάμενος, πολεμίζειν, non enim in animo habeo eminus pugnare, sed comminus. et 272, σὲ δ' ἴδμεναι αὐτὸν ὀΐω, puto, i. e. certo scio, te ipsum scire id; ubi modeste positum est pro οἶδα. οὐκ ὀΐω ἅλιον πηδῆσαι ἄκοντα, Ξ, 454, non puto vanum exsiliisse e manu jaculum. et 456, καί μιν ὀΐω αὐτῷ σκηπτόμενον κατίμεν δόμον Ἄϊδος εἴσω, et credo eum nitentem eo (jaculo, quasi scipione) descendere ad domum Orci: quod facete dicitur de occiso hasta eminus. διακρινθέντας ὀΐω ἂψ ἴμεν, diremtos puto retro ituros, Υ, 141. οὐ γὰρ ὀΐω σὰς χεῖρας φεύξεσθαι, Φ, 92. et 399, σὲ νῦν ἀποτίσειν ὀΐω, ὅσα μὲ ἔοργας. et 533, νῦν ὀΐω λοίγια ἔσεσθαι, ubi tamen est οἴω. ἔνθα μὶν ἐκπεσεῖν ὀΐω, Ψ, 467, ibi eum excidisse reor. τάχα δ' ἄμμε διαῤῥαίσεσθαι ὀΐω, vereor facile eum nos perditurum, Ω, 355. ὡς τελέεσθαι ὀΐω, ut futurum puto, α, 201, i. e. νομίζω, στοχάζομαι, conjicio, auguror: nam ἡ μαντικὴ τέχνη est στοχαστική. sic et ο, 173. ἀλλ', ὀΐω, καὶ, δηθὰ καθήμενος, πεύσεται, β, 255, ubi mens est: sed, puto, etiam in Ithaca diutius sedens et morans, tamen resciscet aliquem nuntium de patris sui statu, nec faciet necessario hoc iter. et ita loquitur procus, irridens spem Telemachi, quasi vivat pater; vel etiam tacite minans, quod aliam accepturus sit Telemachus certiorem denuntiationem, mortem sc. suam ipsius, a manu procorum. οὐ γὰρ ὀΐω οὔ σε θεῶν ἀέκητι γενέσθαι, te natum esse diis iratis, γ, 27. et 226, οὔπω τοῦτο ἔπος τελέεσθαι, credo nunquam id effectum iri. vide et δ, 754. ζ, 173. ἀλλ' ἐν πρώτοισιν ὀΐω ἔμμεναι, θ, 180, verum inter primos fuisse me puto, i. e. vere dicere possum. λ, 100. μ, 212, καί που τῶνδε μνήσεσθαι ὀΐω, puto vos et horum memores futuros. ν, 5, 324, credo. 326, 394, ubi de probe gnaro. 427, ἀλλὰ τάγε οὐκ ὀΐω, at ista non credo, οὐ νομίζω. sic et ο. 31. et 277, διώκειν γὰρ ὀΐω, satis scio, insequi eos me. ἐμὸν θυμὸν καὶ ἔπειτα, ὀΐω, γνώσεαι, i. e. ὡς ὀΐω, ut puto, ut satis scio, π, 309, quod modeste dictum ab adolescente. et 311, ἀλλ' οὔτοι (non sane) τόδε κέρδος ἐγὼν ἔσεσθαι ὀΐω ἡμῖν, *aber ich sollte doch denken, das wäre uns kein vortheil, (but I should not think that this would be any advantage to us:)* et sequitur, σὲ, nisi tu melius pervides rem. et 377, οὔτι μεθήσειν μὶν ὀΐω. ρ, 7, 460, ubi καλὰ pro καλῶς. σ, 23, 148, 258. νῦν μὲν σεῦ, ξεῖνε, ὀΐω πειρήσεσθαι, *nun denke ich dich recht auszuforschen, (now I shall closely examine you,)* τ, 215. υ, 180, 205. φ, 91, 261, *es wird sie niemand wegnehmen, denke ich, (I should think no one will take her away.)* τόν περ ὀΐω, *und der glaube ich ist es, (and I think it is he,)* χ, 159. 215. ψ, 261. forma *media*, οἴομαι, prosaicis magis est in usu: quam poëta distrahit in ὀΐομαι, arbitror, judico, conjecto. ἦ γὰρ ὀΐομαι χολώσειν ἄνδρα, *denn ich glaube und weiss gewiss, der herr wird böse werden, (for I believe and indeed am certain that the hero will be angry,)* A, 78. οὐδέ σε Τρώεσσιν ὀΐομαι ἄλκαρ ἔσεσθαι, E, 644. sic porro, Λ, 833. M, 217, ubi est vox modesta. O, 292, coll. 298, ubi est οἴω, eodem significatu. P, 641. T, 334. Υ, 195. α, 173. ξ, 190. π, 59, 224. β, 198. γ, 47. θ, 203. κ, 193. ξ, 214, sed tamen, cum stipulam vides, puto te ex ea agnoscere posse plenam aristam (τὸ λήϊον, quod est omissum) qualis fuerit. et sic dicitur de sene, ex quo de adolescentia ejus conjectura potest fieri. et 363, ἀλλὰ τάδε οὐ κατὰ κόσμον ὀΐομαι, ubi τάδε sunt reliqua, exceptis aliis: at ista non pro decenti et justo ordine arbitror dixisse te. conf. κόσμος. τ, 568, coll. 562—567. 581. φ, 79. υ, 224, i. e. ἐλπίζω. χ, 67. αἰεὶ μὲν ὀΐεαι, semper quidem opinaris et conjectas, νοεῖς, A, 562, coll. 558. γ, 255, credis ipse. κ, 380, suspectas. ἀλλά μοι ὧδε ἀνὰ θυμὸν ὀΐεται, ὥσπερ ἔσεται, τ, 312, i. e. φαίνεται, sed mihi sic in animo videtur, sicut et sine dubio erit re ipsa. ubi ergo hæc forma est *passiva*. sed ρ, 586, οὐκ ἄφρων ὁ ξεῖνος ὀΐεται, ὅσπερ ἂν εἴη, non stultus iste hospes ita judicat, quisquis etiam ille est; coll. 580, μυθεῖται κατὰ μοῖραν, ἅπερ κ' οἴοιτο καὶ ἄλλος, loquitur rei ipsi convenienter, sicut et sane alius existimaturus esset. ubi utroque loco videtur esse active: nisi priore loco est pro φαίνεται, non stultus videtur esse hospes. οὔτι σὲ τόνδ' ἄξεσθαι ὀΐομεθα, nequaquam putavimus te istum adsumturam esse maritum, φ, 322, vel, istum ducturum esse te conjugem suam. κεῖνος δ' αὖτ' ἀΐδηλος ἀνὴρ, ὃν ὀϊόμεθ' αὐτοὶ, ἔρχεται ἐς θάλαμον, ille nimirum rursus pestilens vir, quem arbitramur nos, vel, quem conjectamus nos, it in conclave, χ, 165, et κεῖνος est loco nominis proprii. et 12, τίς κε οἴοιτο, quis tandem putaret. participium in sensu activo plerumque ponitur. κεῖνον ὀϊομένη τὸν κάμμορον, β, 351, i. e. ἐλπίζουσα, νομίζουσα, sc. ἐλθεῖν αὐτόν. τῷ ἑπόμην, ὀϊόμενός περ, ἀνάγκῃ, eum sequebar, etsi sentiens, necessitate coactus, ξ, 298, *ob ich es gleich merkete, und es mir ahnete, was er mit mir vorhabe, (though I well knew what he was about.)* σὲ, ὀϊόμενον θανεῖσθαι, te, existimantem, moriturum te esse ibi, υ, 21. ὀϊόμενος λαοσσόον ἔμμεν' Ἀθήνην, suspicans et sentiens, Minervam esse salvatricem: sciens et certo credens, χ, 210. οὐδέ τ' ὀϊομένοισι, sed non putantibus nobis, ω, 400. αὐτῷ κραδίη πατάσσει, κῆρας ὀϊομένῳ, cor ei palpitat, præsagienti mortem, N, 283, ubi docet, μὴ χρῆναι τὸν λοχῶντα κῆρας φαντάζεσθαι, ἀλλ' ἀγαθὴν ἐλπίδα προβεβλῆσθαι. ἀνεχάζετο τυτθὸν, ὀϊόμενος θανέεσθαι, putans se moriturum esse, O, 728. καὶ νῦν ἐξεσάωσεν (Venus Paridem) ὀϊόμενον θανέεσθαι, Δ, 12, ubi dubium videri possit, an in sensu activo vel passivo sit intelligendum, putantem credentemque et timen-

tem, vel, creditum ab aliis quod in media morte hæreat. prius sine dubio est verius. imperfectum medii *ὠϊόμην*, putabam, animo sistebam, imaginabar. *γόον δ' ὠΐετο θυμὸς*, κ, 248, luctum præsagiebat animus noster, quem iste nuntius ferret; *νόμισιν ἔδιδου καὶ ἐφάνταζε θρήνου δήλωσιν.* sic et υ, 349, *ἐφαντάζετο θρήνους ἡ ψυχὴ*, animus eorum præsagiebat sibi, etsi indistincte, luctum: *ihrer seele fieng an, was zu ahnen, und traurig zu werden, so dass auch die augen übergiengen, (their souls began to have forebodings, and to be melancholy, so that their eyes overflowed.)* *ὀΐσατο* (aor. 1. m. sine augmento) *γὰρ θεὸν εἶναι*, suspicabatur, sentiebat, deum esse eum, α, 323, vel potius, sciebat jam certo. *αὐτίκα γάρ μοι ὀΐσατο θυμὸς*, nam statim animus mihi præsagiebat, ι, 213, *denn mein herz trug es mir gleich zu, es ahnete mir gleich so was, (for my heart immediately foreboded, I had a presentiment.)* qui Sigma ibi duplex scribunt, rationem nullam habent, nam Iota hujus verbi ubique est longum. *αὐτίκα γὰρ κατὰ θυμὸν ὀΐσατο*, τ, 390, *denn er vermuthete es gleich, (for he immediately conjectured.)* illico enim suspicabatur. *ἤ τι ὀϊσάμενος*, aut præsagiens aliquid, *dass ihm entweder was ahnete, (because he either suspected something,)* ι, 339. sic, *δόλον εἶναι*, κ, 232, suspicans fraudem ibi esse. et 258. *ὁ δ' ὀϊσάμενος καταδήσῃ μὲ δεσμῷ*, et ne ille, suspicans aliquid et præsagiens, vinciat me, ο, 442. etiam aoristus 1. passivæ formæ deponentialiter poni solet. *οὐδέ τι θυμῷ ὠΐσθη δόλον εἶναι*, neque ullo modo sentiebat fraudem ibi esse, δ, 453. *καὶ σφέας ὠΐσθην τοὺς ἔμμεναι*, et eos suspicabar esse illos, π, 476, *ἐνόμισα.* differt ergo ab *οἶδα*, addito ibi: nam *οἶδα* est *πρὸς ἀκρίβειαν*, *ὠΐσθην* vero *πρὸς νόμισιν.* *πατὴρ αὐτίκα ὀϊσθεὶς πολλὰ κατηρᾶτο*, pater illico suspicans et sentiens valde detestabatur me hostili prece, I, 453, *γνοὺς*, resciscens. Quando autem hoc verbum notat *peto, ich hole, (I fetch;) fero, ich bringe, (I bring;) porto, ich trage, (I carry:)* forma futuri activi et medii in usu tantum est; ex quo futuro deinde, more Ionico, fit quasi novum verbum *οἴσω.* *ἄρνα οἰσέμεναι*, pro *οἴσειν*, ut peteret et adferret agnum, Γ, 120. et 103, *οἴσετε ἄρνε*, fertote agnos duos: ubi est vel imperativus futuri activi; vel præsentis a novo præsenti ex futuro facto. potest tamen etiam esse futurum indicativi, coll. 104, *Διὶ δ' ἡμεῖς οἴσομεν ἄλλον*, nos adferemus. *ἵπποι ἅρμα οἴσετον*, ferent currum equi, E, 232. *τεύχεα συλήσας οἴσω προτὶ Ἴλιον*, arma spolians feram ad urbem, H, 82. *ἵπποι σὲ πόλινδε οἴσουσι*, ferent te ad urbem, N, 820. sic, *μὲ ἐπὶ τραφερὴν*, me ferent super siccam pariter ac madidam, Ξ, 308. *οἴσετε πῦρ*, fertote ignem, O, 718. *παρὰ Ἡφαίστῳ οἰσέμεν (οἴσειν) ἔντεα*, Σ, 191, a Vulcano se petituram et allaturam esse arma, *wolle holen, (would fetch.)* *δῶρά σοι θεράποντες οἴσουσι*, adferent tibi, T, 144. et 173, *δῶρα οἰσέτω ἐς μέσσην ἀγορὴν*, ferto in mediam concionem, *mag bringen lassen, (bring.)* sic apud Aristoph. Ach. 1098, *οἶσε, παῖ*, adferto, puer. et 1100. *Σκάμανδρος οἴσει εἰς ἁλὸς κόλπον*, fluvius feret in medium mare, Φ, 125. *οἰσέμεναι (οἴσειν) κλισίηθεν*, Ψ, 564, ad petendum ex tentorio, *es zu holen, (to fetch it.)* *τὶς οἴσει χρυσὸν*, aliquis adferre debet, B, 229. *αὐτῷ Ἀχαιοὶ οἴσουσι κλέος εὐρὺ*, different famam latam de eo, γ, 204. et 429, *καὶ οἰσέμεν ὕδωρ*, ad petendum aquam. *τὶς φόρμιγγα οἰσέτω*, petito, ferto, θ, 255. et 257, *ὦρτο δὲ κήρυξ οἴσων φόρμιγγα*, surgebat petiturus citharam e domo. *δῶρα δ' οἰσέμεναι πρόεσαν κήρυκα*, mittebant præconem, ut adferret dona, θ, 399. σ, 290. *νεκρὸν οἰσέμεναι*, ut apportarent corpus mortuum, μ, 10. *οἴσω χρυσὸν*, ο, 447. *τίς σοι μετοιχομένη φάος οἴσει*, quænam tecum itura portabit lumen, τ, 24, *ἐν χερσὶ βαστάσει.* *μεθ' ὕδωρ ἔρχεσθε καὶ οἴσετε*, ad aquam ite et apportate, *gehet nach wasser und holet, (go and fetch water,)* υ, 154, ubi videtur esse imperativus novi præsentis Ionici. *ἤδη σοι σάκος οἴσω*, jam tibi afferam, χ, 101. et 162, *οἴσων τεύχεα*, petiturus et allaturus arma. et 106, *οἶσε θέων*, currens affer, *lauf und hole, (run and bring:)* ubi manifesto est imperativus novi illius verbi. sic et 481, *οἶσέ μοι θέειον, οἶσε πῦρ*, affer mihi sulfur, affer ignem. *οἰσόμενος δόρυ*, petiturus sibi hastam, N, 168. nam *οἴσων* est *ἑτέρῳ τινὶ*, *οἰσόμενος δὲ ἑαυτῷ*: *οἴσων ἀπ' ἄλλου εἰς ἄλλον κινεῖ τὴν ἐνέργειαν τοῦ χρησίμου, οἰσόμενος δὲ ἑνὶ προσώπῳ ἐμπεριγράφει αὐτήν.* sed hæc differentia non ubique valet. nam τ, 504, *οἰσομένη ποδάνιπτρα*, allatura aquam ad pedes lavandos Ulyssi, est idem quod *οἴσουσα.* *οὐκ ἄτερ ὅρκου οἴσῃ* (pro *οἴσεσαι, οἴσεαι, οἴσῃ* contractione attice) *ἄεθλον*, auferes tibi præmium istud, Ψ, 441. et 663, 667, *νικηθεὶς δέπας οἴσεται*, feret sibi. sic et 858, *ἡμιπέλεκκα.* *ἔολπα νῶϊ οἴσεσθαι μέγα κῦδος Ἀχαιοῖς*, nos allaturos esse illis magnam gloriationem, X, 217. *τὸ συμφέρον* et *τὸ συνοῖσον* unum idemque notat, commodum utile. hinc est *δυσοίω*, et *δυσοίζω.* in malam partem accipio, ægre fero. vide Eurip. Rhes. 724. est et, suspicor. *δυσφορέω, δυσχεραίνω, ὑποπτεύω, φοβοῦμαι.* et in media forma, *δυσοίζομαι*, dubito, ibid. 805, differor, distrahor.

οἰωνιστής, *οῦ. ὁ.* (Οἴω) augur, auspex, qui ex avium volatu aut vocibus auguratur. *Ἔννομος*, B, 858. P, 218. *Κάλχας*, N, 70, ubi additur *θεοπρόπος*: nam *οἰωνιστὴς* est species *τοῦ θεοπρόπου ἢ μάντεως.* Vide sequens.

οἰωνοπόλος, *ου. ὁ ἡ.* (Πέλω) qui circa aves interpretandas versatur, qui avium volatus aut voces intelligit, augur. idem dicitur *ὁ οἰωνομάντις* et *οἰωνοθέτης* et *οἰωνιστής.* *Κάλχας, οἰωνοπόλων ὄχα ἄριστος*, A, 69. sic, *Ἕλενος*, Z, 76.

οἰωνὸς, *οῦ. ὁ.* (Οἴω) augurii avis, augurium, quo adfertur aliquid præsentiendum. *σύμβολον μέλλοντός τινος ἀγγελτικόν.* et quia ad auguria capienda maxime corvi et aquilæ spectabantur; hinc notat in genere, avem majorem carnivoram, *ein raubvogel, (a bird of prey.)* *ἑλώρια οἰωνοῖς πᾶσι*, prædam avibus carnivoris omnis generis, circa Trojam volantibus, A, 5. *Τρώων κορέει κύνας ἠδ' οἰωνοὺς*, Θ, 379. N, 831. P, 241. *φυγέειν* (ad affugiendum) *κύνας ἠδ' οἰω-*

νοὺς, B, 393. οἰωνοὶ δὲ περὶ πλέες (plures sunt circum eum) ἠὲ γυναῖκες, Λ, 395, conf. γύψ. et 453, οἰωνοὶ ὠμησταὶ ἐρύουσι, lacerabunt et effodient oculos ei, τὼ ὄσσε. σὲ μὲν κύνες ἠδ' οἰωνοὶ ἑλκήσουσι, dilacerabunt te, X, 335. et 354, ἀλλὰ κύνες τε καὶ οἰωνοὶ καταδάσονται σὲ πάντα, te totum discerpent. οὔπω τόνδε κύνες φάγον (comederunt) οὐδ' οἰωνοὶ, Ω, 411. sunt ergo σαρκοφάγα ὄρνεα. ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν, at non auguriis et avium spectationibus effugit mortem, B, 859. τύνη δ' (tu vero) οἰωνοῖσι τανυπτερύγεσσι κελεύεις πείθεσθαι, jubes avibus parere augurium volatu suo portantibus, M, 237, coll. 238—242. et 243, εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης, unum hoc augurium est præstantissimum, defendere patriam; hæc defensio satis admonere et incitare nos potest ad agendum e re: αὐτὸ τοῦτο, τὸ ἀμύνειν τῇ πατρίδι, ἐστὶν ἄριστος οἰωνός. impetus is defendendi patriam, est augurium illud quod sequitur et spectat vir bonus. conf. αἰετός. aliquis veterum, jocose imitatus hunc versum, dixit: εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνασθαι περὶ δείπνου. ἐπίαχε λαὸς, οἰωνῷ θάρσυνος, augurio et omine isto plenus fiduciæ factus, N, 823. αἴτει δ' (pete vero precibus a Jove) οἰωνὸν, ταχὺν ἄγγελον, sc. τοῦ μέλλοντος, Ω, 292. et 293, φίλτατος οἰωνῶν αὐτῷ, sc. aquila, quæ est Jovi carissima inter aves augurales. et 310, πέμψον δ' οἰωνὸν, ταχὺν ἄγγελον, ὅστε σοὶ αὐτῷ φίλτατος οἰωνῶν, etc. ubi aquila auguralis describitur, coll. 315—320. οὔτε τι μάντις ἐὼν, οὔτ' οἰωνῶν σάφα εἰδὼς, α, 202, ubi utraque phrasis notat idem. nam οἰωνὸς et ὄρνις in genere notat πᾶν σημαντικὸν τοῦ μέλλοντος ἢ τῆς τοῦ Θεοῦ βουλῆς: μάντις vero est, qui signa illa intelligit. οὔτι ἄνευ Θεοῦ ἔπτατο (volavit) δεξιὸς ὄρνις: ἔγνων γάρ μιν, ἐς ἄντα ἰδὼν, οἰωνὸν ἐόντα, ο, 531, ubi vides, οἰωνὸν esse, non simpliciter avem. sed et, σημεῖον μαντικόν: ἔγνων αὐτὸν σημαντικὸν καὶ μαντευτικὸν ὄντα. hinc οἰωνίζεσθαι, vaticinari. ergo h. l. ἔγνων, ὡς οἰωνίζεταί σοι ὁ ὄρνις οὗτος. τοῖον ἐγὼν οἰωνὸν ἐφρασάμην, animadverti, ρ, 160. τόνγε κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατέδαψαν, devorassent eum, γ, 259. et 271, αὐτὸν κάλλιπεν, οἰωνοῖσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι, ut fieret præda volucribus carnivoris post mortem suam. et 321, πέλαγος μέγα τοῖον, ὅθεν οὐδ' οἰωνοὶ αὐτόετες οἰχνεῦσι, mare tam latum, unde nec volucres uno anno redire possint. κλαγγὴ νεκύων ἦν, οἰωνῶν ὣς πάντοσε ἀτυζομένων, sonitus mortuorum erat velut avium undique agitatarum, λ, 604, sicut illæ volantes strepunt. ταχέες οἰωνοὶ, ξ, 133. ἔκλαιον (flebant) ἀδινώτερον ἢ τ' οἰωνοὶ φῆναι ἢ αἰγυπιοὶ, π, 216, ubi vides genus, cum additis duabus speciebus. θηρσὶ καὶ οἰωνοῖσιν ἕλωρ γένετο, ω, 291. collato 1 Samuelis xvii, 44. Vide sub ΟΙ'Ω, prope initium, ἀετὸς, et αἰγυπιός.

οἰωνοσκοπία, ας. ἡ. (Ὄφ) spectatio avium, augurium. ab ὁ οἰωνὸς, avis augurii, hoc vaticinandi genus extollit quidem poëta plurimis locis et exemplis; sed tamen et per obliquum illud deprimit, quod vides β, 180—183. nam contra omnia dici potest; et τὸ ἀμφοτερόγλωσσον est exercitium eloquentiæ et prudentiæ. sic et apud Sophoclem Jocasta contra μαντικὴν dicit.

ὄκεν, pro ὄσκεν, vide sub ὄσκε.

ὀκνέω, f. ήσω. (Ὄνω) piget me alicujus operæ, vel, præ lassitudine et defatigatione impar sum operæ. vel et in genere, supersedeo facere aliquid, omitto actionem. ὀκνείω (poëtice pro ὀκνέω) δ' ἵππων ἐπιβαινέμεν, non placet mihi jam conscendere currum, E, 255, ubi contextus ostendit, nolle eum jam id facere, non ob pigritiam aut lassitudinem, sed ex fiducia: coll. 249—256. ἄρχειν δὲ πολέμου ὤκνεον ἀμφότεροι, incipere pugnam cessabant ambo, supersedebant.

ὄκνος, ου. ὁ. (Ὄνω) ignavia, cessatio, gravatio. antiquissimis simpliciter notat desidiam, vel vitiosam illam animi, vel corporis naturalem et ex defatigatione ortam: vel et, si aliquam operam faciendam suscipere nolo, ob causas quaslibet. est enim nomen ab, οὐκ ὀνεῖν, i. e. μὴ ἐνεργεῖν καὶ ὠφελεῖν, recentiores deinde ὄκνον posuere pro φόβῳ, timore, metu: sed id nihil ad Homerum. οὔτε μὲ δέος ἴσχει ἀκήριον, οὔτε τὶς ὄκνος, E, 817, coll. 811. ἢ κάματος δέδυκεν γυῖα σοῦ, ἤ σε δέος ἀκήριον ἴσχει: ex qua collatione apparet, ὄκνον et κάματον h. l. esse idem, ut notetur cessatio ab opere faciendo et ab ulterius conando aut moliendo, ob lassitudinem virium et defatigationem corporis. οὔτε ὄκνῳ εἴκων, οὔτε ἀφραδίῃσι νόοιο, neque defatigationi alicui aut desidiæ cedens, neque inscitiæ consilii, K, 122, coll. 121, πολλάκι μεθίει καὶ οὐκ ἐθέλει πονέεσθαι, et 123, ἐμὴν ποτιδέγμενος ὁρμὴν, meam exspectans inceptionem et audaciam. nam ὄκνος est quasi imperans quis, lassitudo corporis exigit, ut sibi concedatur. πάντες ἐπιστάμεθα πολεμίζειν, οὔτε τινὰ δέος ἴσχει ἀκήριον, οὔτε τὶς ὄκνῳ εἴκων ἀνδύεται πόλεμον, N, 224, ubi sunt tres causæ, cur fugiat aliquis τὰ δεινά: si non habet scientiam operandi, si est timidus, si laborem vel non amat vel præ defatigatione non sustinet: horum trium nullum jam inest nobis.

ὄκνος, ου. ὁ. (Χάω) pigritia, ignavia, tædium, metus. est ab ὁ ὄγκος, quatenus pondus notat, ut ὄκνος sit, *schwerfälligkeit, trägheit, (heaviness, indolence.)*

ὀκριάομαι, f. ήσομαι. (Κάρα) durus et asper fio, exasperor, collidor aspere. πανθυμαδὸν ὀκριόωντο αὐτοὶ, pro ὠκριῶντο, σ, 33, i. e. ὁλοψύχως ἐτραχύνοντο, *geriethen sehr ernstlich an einander, (quarreled dreadfully.)*

ὀκριόεις, όεσσα, όεν. (Κάρα) acutas et duras extremitates habens, ὁ ἄκρας (i. e. ὀξύτητας) ἔχων καὶ τραχύς. *hart und eckig, (hard and pointed.)* est ab ἡ ἄκρα. αὐτὸν ἔβαλεν λίθῳ ὀκριόεντι, Θ, 327. λάζετο (prehendit) πέτρον μάρμαρον ὀκριόεντα, Π, 735, coll. 739, ubi idem vocatur λᾶς ὀξύς. ἡ ὄκρις, ιος, dicitur pro ἡ ἄκρις.

ὀκρυόεις, εσσα, εν. (Κάρα) est idem ac

ὀκριόεις, q. v. per æquivalentiam τοῦ ι et υ in quibusdam. putatur quidem, inesse huic adjectivo τὸ κρύος, frigus, horror; ut notet, horribilis, odiosus: sed ex Homero id non apparet. est ibi epitheton lapidis agrestis. μαρμάρῳ ὀκρυόεντι, saxo aspero, Μ, 380, quo jaculabatur in hostem. sic et ι, 499. confer tamen infra, hoc adjectivum iterum.

ὀκρυόεις, εσσα, εν. (Κρῶ) frigidus, frigere faciens. idem quod κρυόεις, præfixo ο. censent quidem multi, esse idem quod ὀκριόεις: (quod confer) sed quia multis id secus videtur, repetere hoc nomen placuit. ὀκρυόεν χειμάδιον, Δ, 518, saxum horribile, et quod frigus letale infert percusso, ipsum etiam omni calore per se carens. δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς κακομηχάνου ὀκρυοέσσης, Ζ, 344, inquit Helena ad Hectorem, levir mei, impudentis multa mala causantis, horrendæ, et πολλοὺς νεκρωσάσης πολέμοις, καὶ κρυερῷ ἅδη προπεμψάσης: ut sic ab effectu se vocet ipsa. et hoc sensu eadem dicitur ῥιγεδανὴ, horribilis, frigus letale inducens, cum horrore adspicienda. πολέμου ὀκρυόεντος, Ι, 64, pugnæ horrendæ.

ὀκτάκνημος, ου. ὁ ἡ. (Κνάω) rota octo radiis instructa. nam κνῆμαι quoque sunt αἱ ἀπὸ τῆς ἔσω χοινικίδος (nam ἡ χοινικὶς est modiolus rotæ interior, ex quo radii rotæ ad peripheriam tendunt) ἕως τῆς ἔξω περιφερείας ῥάβδοι, sic dictæ πρὸς ὁμοιότητα ζωϊκῆς κνήμης ὑπανεχούσης τὰ ἐπικείμενα μέρη τοῦ σώματος. κύκλα ὀκτάκνημα, Ε, 723, de curru Junonis, in quo erant rotæ ὀκτάραβδοι, διὰ πλείω στεῤῥότητα, et ob gravitatem corporis cœlestis. humanæ rotæ solebant esse ἑξάκνημοι.

Ὀκτὼ, (Τῶ) adverb. numerale. octo, *acht, (eight.)* est ab eodem τάω, a quo τάσσω: nam digiti manus utriusque juxta se positi, faciunt hunc numerum. ὀκτὼ νεοσσοὶ στρουθοῦ, Β, 313. ὀϊστοὺς, Θ, 297—299, octo sagittas emisi, qui singuli virum aliquem transfixerunt, at hunc canem rabidum non possum indipisci sagitta: quos versus applicuit aliquis veterum ad Diogenem Cynicum, et Fortunam sic loqui facit: quasi dicat ἡ Τύχη, πολλοῖς μὲν βέλεσι δυσπραγιῶν κατεστοχασάμην τοῦ φιλοσόφου τούτου κυνὸς, βλάψαι δὲ οὐκ ἴσχον αὐτόν. ὕας, octo porcos, Θ, 60. δούρατα, hastas, χ, 110.

ὀκτωκαιδέκατος, η, ον. (Δέκα) decimus octavus. ὀκτωκαιδεκάτῃ δὲ, sc. ἡμέρᾳ ἐφάνη ὄρεα γαίης, ε, 279. η, 268. ἕδομέν σε πυρὶ, ω, 65, combussimus te, post luctum septendecim dierum.

ὀλβιοδαίμων, ονος. ὁ ἡ. (Δάω) valde felix, felici numine natus et alitus. ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, μοιρηγενὲς, ὀλβιόδαιμον, Γ, 182, beate, magna sorte nate, felici fato et dignitate. Sic postea fictus est ὀλβιογάστωρ, et κοιλιοδαίμων, cujus dignitas et felicitas omnis est in ventre. simplicia in ων faciunt vocativum ut ὁ Μαχάων, ὦ Μαχᾶον: ὁ Ἰκετάων, ὦ Ἰκετᾶον: sed composita retrahunt accentum.

ὄλβιος, ία, ιον. (Ἴα) notat proprie eum, ᾧ ἐν ὀλαῖς (i. e. κριθαῖς, specie frumentorum posita pro genere) ὁ βίος, καὶ ὁ ἀπὸ γεωργίας πλοῦτος, cui victus est ex agricultura et frumentis. τὰς ὀλὰς poëta et οὐλὰς dicit; et per eas, ut partem, omnia ex terra capienda commoda innuuntur. *ein sich wohl nährender landwirth, (a thriving farmer.)* deinde notat in genere eum, ὁ τὸν ὅλον βίον ἤτοι τὸν τῆς ζωῆς πάντα χρόνον ἐν εὐδαιμονίᾳ διάγων. prisci mortales solas ex agricultura et re pecuaria ortas divitias noverunt; et his qui fruebatur, ὄλβιος dictus: donec accederent et aliæ, ut ὄλβιος in genere esset copiosus et fortunatus. ὄλβιος, ἦ γάρ τόνγε πατὴρ φίλος ὄψεται ἐλθὼν, λ, 449, felix (filius ille); certe enim eum suus pater veniens videbit. οἶκον ἔναιον ὄλβιος ἀφνειὸν, ρ, 420. τ, 76. καὶ γὰρ ἐγώ ποτε ἔμελλον ἐν ἀνδράσιν ὄλβιος εἶναι, σ, 137, nam et ego aliquando eram fortunatus inter nobiles. et 217, καί κέν τις φαίη γόνον ἔμμεναι ὀλβίου ἀνδρὸς, filium beati viri, *eines vornehmen herrns kind, (the son of a distinguished person.)* Ζεῦ ἄνα, (δὸς) Τηλέμαχόν μοι ἐν ἀνδράσιν ὄλβιον εἶναι, ρ, 354. καί σε, γέρον, τὸ πρὶν μὲν ἀκούομεν (pro ἠκούομεν) ὄλβιον εἶναι, inquit Achilles ad Priamum, Ω, 543, audiebamus olim, te esse fortunatum. ὄλβιε Πηλέος υἱὲ, ω, 36. et 191, ὄλβιε Λαέρτου παῖ. ἀμφὶ δὲ (σοῦ) λαοὶ ὄλβιοι ἔσονται, λ, 136. ψ, 284, i. e. εὐδαίμονες. et hæc magna principis laus et felicitas, circa se habere et moriens relinquere suum populum felicem. αὐτοῖς θεοὶ ὄλβια δοῖεν ζώειν, pro ὀλβίως, η, 148, et sequentia indicant, quid dicat ὀλβίως ζώειν, i. e. κτήματα satis ampla habere, eaque liberis suis relinquere; præterea honoratum satis esse. sic et θ, 413, θεοὶ δέ σοι ὄλβια δοῖεν, i. e. opes sat amplas, ne unquam egeas aliquo bono. οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε, θεοὶ δέ σοι ὄλβια δοῖεν, ω, 401. πομπὴ καὶ δῶρα, ἅ μοι θεοὶ ὄλβια ποιήσειαν, ν, 42, deductio in patriam et dona; quæ mihi dii bene fortunent. Vide sub οὐλαί.

ὄλβος, ου. ὁ. (Ἴα) opes, fortunæ, in specie, divitiæ ex agricultura. hinc ὄλβου ἀπάρχεσθαι, apud Theocr. Id. 7, 33, frugum primitias sacrificare. it. felicitas, status vitæ fortunatus, εὐδαιμονία. ὄλβῳ τε πλούτῳ τε μετέπρεπε Μυρμιδόνεσσι, excellebat inter eos, Π, 596, *an wolstande und reichthum, (in prosperity and wealth.)* πάντας γὰρ ἐπὶ ἀνθρώπους ἐκέκαστο (ornatus erat) ὄλβῳ τε πλούτῳ τε, Ω, 536. utrumque nomen notat fere idem. præcipue tamen ὁ ὄλβος notat τὴν τῶν ἀγρῶν κτῆσιν, ut sit ὁ περὶ ὀλὰς, i. e. κριθὰς, βίος, i. e. ὁ ἐκ τῆς γεωργίας. ἀλλ' οὔ μοι τοιοῦτον ἐπέκλωσαν θεοὶ ὄλβον, γ, 208, inquit Telemachus; coll. 205, s. sed non eam mihi dii attribuerunt felicitatem et facultatem. nam in ὄλβος inest etiam ἡ βία, vis, potentia. ῥεῖα δ' ἀρίγνωτος γόνος ἀνέρος, ᾧτε Κρονίων ὄλβον ἐπικλώσῃ γαμέοντί τε γεινομένῳ τε, δ, 208, potentiam et opes; in participiis vero inest πρωθύστερον. Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει (attribuit) ὄλβον Ὀλύμπιος ἀνθρώποισιν, ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ, ζ, 188,

i. e. εὐδαιμονίαν, et ἐσθλοὶ sunt honesti et nobiles, κακοὶ vero viles et humiles homines. multi tamen h. l. ἐσθλοῖς καὶ κακοῖς non in dativo masculini generis, sed in ablativo neutrius, posita intelligunt, hoc modo: deus dat fortunam cuique ut vult, non in solis ἐσθλοῖς perpetua serie, sed in permixtis ἐσθλοῖς καὶ κακοῖς: felicitas hominum semper habet multum amari admixtum. conf. πίθος Διὸς, sub κήρ. nam id minus placet, construere ὄλβον (ἐν) ἐσθλοῖς, καὶ ὄλβον (ἐν) κακοῖς, ut posterius videatur dictum abusive, sicut Œdipus apud Sophoclem se vocat κάλλος κακῶν, i. e. ἐν κακοῖς κάλλιστον, maxime ornatum malis rebus. ὅς ποτε, θεὸς ὥς, τίετο δήμῳ, ὄλβῳ τε πλούτῳ τε, sc. ἐν, ξ, 206, æstimabatur maximi a populo, propter opes et divitias suas. ὄλβον δὲ θεοὶ μέλλουσιν ὀπάζειν, σ, 19, fortunam autem solent dii præbere; hinc eam tibi non exprobrabo: at, quod manus attinet, iis ne provoca me. ergo h. l. tamen ὄλβος in dubio significatu positus videri possit. Sed necesse non est, id h. l. reperire: nam dicit, felicitatem dant dii, ergo tu in culpa non es, si eam non habes. et 122, γένοιτό σοι ἔσπερ ὀπίσω ὄλβος, ἀτὰρ μὲν νῦν γε κακοῖς ἔχεαι (teneris, constrictus es) πολέεσσι. sic et υ, 200. ἧς τε Ζεὺς ὄλβον ἀπηύρα, σ, 272, cujus Jupiter fortunatum statum abstulit, ἣν ἀφῆκεν ἄνολβον καὶ δυσδαίμονα. apud quosdam recentiores ὁ ὄλβος notat et τὴν φρόνησιν, *verstand, (understanding;)* sicut Germani dicunt, *er weiss zu leben, (he knows how to live:)* ὄλβιος iis sæpe est, prudens; et apud Sophoclem ὁ ἄνολβος est ὁ ἀπαίδευτος, *ungezogen, (uneducated.)* hæc notio inde orta, quia summæ felicitatis pars est prudentia; sicut stoliditas est magna infelicitas. ὀλβίζω, f. ίσω, ditem reddo. Eurip. Iphig. Aul. 51.

ὀλέθριος, ου. ὁ ἡ. (Ὄλω) exitialis, letalis. οἳ πάντες ὀλέθριον ἦμαρ ἐπέσπον, qui omnes letalem diem obierunt, Τ, 294. et 409, ἀλλά σοι ἐγγύθεν ἦμαρ ὀλέθριον, tibi prope est dies mortis.

ὄλεθρος, ου. ὁ. (Ὄλω) perditio, exitium, pernicies. *das verderben, der untergang, der verlust, (destruction, perdition.)* νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς, ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι, Κ, 174, nunc enim sane omnibus Græcis in novaculæ acie situs est, aut valde tristis interitus, aut incolumitas. τῇ δέ τ' ἰῇ (βοΐ) ἀναφαίνεται αἰπὺς ὄλεθρος, Λ, 174, uni certe vaccæ instat gravis mors, a leone interficiendæ. et 441, ἦ μάλα δή σε κιχάνεται αἰπὺς, certe quidem te adsequitur grave exitium. τάχα τῇδε (cito hic) τετεύξεται αἰπὺς, fiet gravis cædes, Μ, 345. νῦν τοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος, nunc sane plenum adest exitium, Ν, 773. sic, μοὶ, mihi, ε, 305. et σοὶ, tibi, χ, 28. ὄφρα ἡμῖν αἰπὺς ἐπιῤῥέπῃ, ut in nos vergat et inclinet se gravis mors, Ξ, 99, κάτω βαρύνῃ, et respicit τὰ τάλαντα Διός. σχεδόθεν δέ οἱ ἦεν ὄλεθρος, ex propinquo, in propinquo ei erat mors, Π, 800. ἡμῖν δ' αὖτ' ἀναφαίνεται αἰπὺς, Ρ, 244, nobis imminet et exoritur mors. ἵνα ψυχῆς ὤκιστος ὄλεθρος, ubi vitæ est celerrima destructio, Χ, 325, ubi amissio vitæ fit celerrime: et sic vocat τὴν ἀφάνειαν καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμὸν αὐτῆς. μνηστῆρσι δὲ φαίνεται ὄλεθρος, τ, 557, procis apparet cædes. ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείρατα ἵκηαι, Ζ, 143. Υ, 429, ut sane celeriter ad fines mortis pervenias, ad plenam et ultimam mortem. ἤδη Τρώεσσιν ὀλέθρου πείρατα ἐφῆπται, jam Trojanis fines mortis adjuncti sunt, i. e. τέλειος ἐπῆλθεν αὐτοῖς ὄλεθρος, exitium plenum et consummatum, Η, 402. Μ, 79. sic, σφὶν καὶ πᾶσιν, ipsis omnibus, χ, 33. et 41, ὑμῖν καὶ πᾶσιν, vobis, et quidem omnibus. καὶ λίην κεῖνός γε ἐοικότι κεῖται ὀλέθρῳ, α, 46, merita morte. ἧχι ἕκαστος ἀπώλετο λυγρῷ ὀλέθρῳ, γ, 47, coll. 88, κείνου δ' αὖ καὶ ὄλεθρον ἀπευθέα θῆκε Κρονίων, illius vero mortem incognitam fecit Jupiter. ὤλετο ὀλέθρῳ ἀδευκέϊ, δ, 489, periit morte ingrata. ἀπέφθιτο λυγρῷ, absumtus est tristi morte, ο, 268. κτεῖναί με οἰκτίστῳ, ψ, 79, interficere me miserrima morte. apparet ergo, ὄλεθρον maxime poni pro θανάτῳ. οὐδέ οἱ τόγε ἐπήρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον, Β, 873, neque ei id depulit acerbam mortem. sic, αὐτῷ οὔτις τῶνγε τότε ἤρκεσε λυγρὸν, Ζ, 16. et 57, τῶν μήτις ὑπεκφύγοι αἰπὺν, horum nullus effugiat gravem mortem. οὐ κορύνη οἱ ὄλεθρον χραῖσμε, non clava ferrea ei mortem arcebat, Η, 143. τοῖς οὔτις δύνατο χραισμῆσαι ὄλεθρον, his nemo poterat arcere mortem, Λ, 120. ἀλύξειν αἰπὺν, effugiturum esse, Κ, 371. ἀπὸ χροὸς ἤρκει, a corpore arcebat pestem, Ν, 440, de thorace. sic, ἤρκεσε, Ο, 534. δ, 292. τῷ γὰρ θεοὶ ἐβούλευσαν ὄλεθρον, statuerant ei, Ξ, 464. ὅπη φύγοι, quo effugere posset mortem, Ξ, 507. νῶϊν δ' ἐκδῦμεν ὄλεθρον, nobisque duobus effugere mortem liceat, Π, 99. et 283, ὅπη φύγοι. ἀμυνέμεν αἰπὺν, defendere, Σ, 129. σάκος αὐτῷ ἤρκεσε λυγρὸν, Υ, 289. et 296, οὐδέ τι αὐτῷ χραισμήσει. ῥίψει ἀπὸ πύργου (dejiciet de muro vel turri, εἰς vel κατὰ) λυγρὸν ὄλεθρον, Ω, 735. ὅσοι φύγον αἰπὺν, α, 11. et 37, εἰδὼς, gnarus gravis exitii. sic, τόνδε οὐκ εἰδότα ὄλεθρον, δ, 534, qui nihil de morte suspicaretur. ὄσσοντο δ' ὄλεθρον, omen de morte dabant hæ aquilæ, β, 152. κραδίη προτιόσσετο ὄλεθρον, suspectabat mortem, ε, 389. κείνου λυγρὸν ἐνισπεῖν, illius tristem mortem narrare, γ, 93. et 194, Αἴγισθος ἐμήσατο λυγρὸν, struebat is ei mortem. et 249, τίνα δ' αὐτῷ μήσατο ὄλεθρον; quamnam struxit ei mortem? et 297, σπουδῇ δ' ἤλυξαν, multo negotio vix effugerunt mortem homines. θεοὶ ἐπεκλώσαντο ἀνθρώποις, tribuere solent hominibus, θ, 579. δείσαντες, metuentes interitum, ι, 72. et 92, οὐ μήδοντο ἑτάροισιν, non parabant sociis meis interitum. et 286, ἐγὼ σὺν τοῖσδε ὑπέκφυγον αἰπύν. et 303, αὐτοῦ γάρ κε καὶ ἄμμες ἀπωλόμεθα αἰπὺν ὄλεθρον, ibi enim tamen etiam periissemus, *wir hätten doch auch da umkommen müssen, (for we should yet have perished there.)* et 455, ὃν οὔπω φημὶ πεφυγμένον εἶναι ὄλεθρον, quem nondum puto effugisse perniciem suam. τῶν ἄλλων ἑτάρων κατέλεξεν ὄλεθρον, nar-

ravit interitum eorum, κ, 250, sc. quod mutati sint in sues. ergo non simpliciter notat θάνατον. et 421, κατάλεξον, narra. τότε τοι τεκμαίρομαι ὄλεθρον νηΐ τε καὶ ἑτάροις, præfinio, indico, λ, 111. μ, 139. et 216, αἴκε Ζεὺς δώῃ τόνδε ὄλεθρόν γε ὑπεκφυγέειν καὶ ἀλύξαι, diesen tod doch, (this death.) et 244, δείσαντες. et 446, οὐ γάρ κεν ὑπέκφυγον αἰπὺν, non enim tamen effugissem mortem. φραζέσθην μνηστῆρσιν ὄλεθρον, deliberabant ambo iis exitium, ν, 373. ὑμῖν δ' ἐπιφράσσεται (pro ἐπιφράσηται) ὄλεθρον, et vobis constituat mortem, ο, 443. ἡμεῖς δ' ἐνθάδε αὐτῷ φραζώμεθα λυγρὸν, π, 371. et 448, τῷ δ' ἤρτυεν αὐτὸς ὄλεθρον, ei autem parabat ipse mortem. ἴσασι κείνου λυγρὸν, ξ, 90. et 300, Ζεὺς δέ σφιν μήδετο ὄλεθρον, consulebat contra eos. μοὶ φυγόντι περ αἰπὺν, ρ, 47. ἀλλά τινα οὐ φεύξεσθαι οἴομαι αἰπὺν, χ, 67. μοὶ Ζεὺς μήσατο λυγρὸν, ω, 96. πανωλεθρία hostilis, quando parcitur nemini, descripta Z, 55—60, et conf. γαστήρ. et Φ, 100—105.

ὀλέκω, (Ὄλω) idem quod ὀλέω. perdo, perire facio. ἀλλήλους ὀλέκουσι, cædem mutuam faciunt, Λ, 530. Σ, 172. οἱ δέ τε τὰς ὀλέκουσι, χ, 305. αὐτούς τ' ὄλεκεν (pro ὤλεκεν) καὶ ἵππους, cædebat, Φ, 521. πεζοὶ μὲν πεζοὺς ὄλεκον, Λ, 150. et 326, ὣς ὄλεκον Τρώων, ita occidebant eos. ὄφρα οἱ τοὺς ὄλεκον, κ, 125. Τρώων ὀλέκοντα φάλαγγας, Θ, 279. Τ, 152, cædentem. οὓς ἑτάρους ὀλέκοντα, suos socios cædentem, O, 249. ὀλέκοντας ἐνόησε, E, 712. H, 18, ubi Trojani erant cædentes, Græci vero cæsi: ut ergo præcedens τοὺς respiciat Τρῶας. ὡς ὀλέκονται, ut pereunt, Π, 17. ὀλέκοντο (pro ὠλέκοντο) δὲ λαοὶ, et milites moriebantur pestilentia subito, A, 10. est a perf. m. ὦλεκα etiam forma novi verbi ὠλύκω, perdo, crucio, eneco. fut. ὠλύξω. inde est ὠλύγιος et διωλύγιος, ὁ ἡ, enecans, perdens, crucians. διωλύγιος φλυαρία, Plat. Theæt. *beschwerliches geschwätz, (tiresome prate.)*

ὀλεσίκαρπος, ου. ὁ ἡ. (Κάρφω) fructus perdens et amittens. et in poëta ο initiale ob metrum producitur in ω. ἰτέαι ὠλεσίκαρποι, κ, 510, salices steriles; quæ sic dicuntur, quia ἀποβάλλουσι τὸ ἄνθος, quod quidem fructum promittere fuerat visum, sed nullus consequitur fructus: ἄγονοι.

ὀλετὴρ, ῆρος. ὁ. (Ὄλω) interfector, perditor. ὄφρα φίλης κεφαλῆς ὀλετῆρα κιχείω, Σ, 114, ut consequar interfectorem tam cari mihi capitis.

ὀλιγηπελέω, (Πέλω) non multum polleo, sum quasi paucus, parum valeo, *ich kann nicht viel. (I cannot do much ;)* ὀλίγον πέλειν, ὀλιγοῦσθαι διά τι πάθος φθινοπωρινόν, *ohnmächtig werden oder seyn, von kräften kommen, (to be infirm, reduced in strength.)* ὄφρα ἂν ἵκηται γῆν ὀλιγηπελέων, donec ad terram perveniret (dejectus de cœlo) exanimus, O, 24. et 245, τίη σὺ ἧσαι ὀλιγηπελέων, cur tu sedes hic sine ullo robore vitali. ὁ δ' ἄπνευστος καὶ ἄναυδος κεῖτο ὀλιγηπελέων, jacebat sine spiritu et sine voce exanimis, ε, 457, de Ulysse, post tridui natationem tandem in terram veniente. ἥ σε πόδας νίψει, ὀλιγηπελέουσά περ ἔμπης, τ, 356, quæ tibi pedes lavabit, etsi ipsa valde infirma, ἀσθενῶς ἔχουσα, καὶ ἤδη ὀλίγη πέλουσα κατὰ τὸ εἶναι.

ὀλιγηπελία, ας. ἡ. (Πέλω) infirmitas, paucum virium reliquum. ἐξ ὀλιγηπελίης δαμάσῃ κεκαφηότα θυμὸν, ε, 468, opprimat vitam jam demersam ex imbecillitate virium, ἐξ ὀλιγοψυχίας.

ὀλιγοδρανέω, f. ήσω. (Ὄρω) pauca facere valeo, *ich kann nicht viel mehr, (I can do but little.)* ab ὀλίγος, paucus, et δράω vel δραίνω, ago. τὸν δ' ὀλιγοδρανέων προσέφη Ἕκτωρ, defectus viribus, ὀλιγοθυμῶν, O, 246, coll. 245. Πατρόκλεις, Π, 823, ubi est, jam moribundus, πνέων τὸ λοίσθιον. sic et Ἕκτωρ, X, 337, qui priore loco hic citato tantum deliquium animi passus fuerat; h. l. vero moriebatur.

ὀλίγος, η, ον. (Λέγω) paucus, extremum reliquum. opponitur ei πολλὸς, et ὅλος: sæpe tamen et ὀλίγος est pro μικρὸς, sicut πολὺς est pro μέγας. proprie autem ὀλίγον τὶ est multitudine, μικρὸν longitudine, τυτθὸν mensura corporis minima, ut βρέφος τυτθὸν καὶ ἐπιτύτθιον. sed et τυτθὸς sæpe ponitur pro μικρὸς aut ὀλίγος. cæterum est a λήγω præfixo abundanti ο μικρῷ, ut sit, cito et facile desinens, ad cujus extremum facile pervenitur. ὀλίγος θυμὸς ἐνῆν, A, 593, non multum vitæ inerat, pæne exspiraveram. Ὀϊλῆος Αἴας, ὀλίγος μὲν ἔην, B, 529, non multi corporis erat, non crassus nec longus. ὀλίγος δ' ἔτι χῶρος ἐρύκει, K, 161, paululum spatii distinet eos. ἐὼν ὀλίγος τε καὶ οὐτιδανὸς καὶ ἄκικυς, ι, 515, et sic describit Polyphemus Ulyssem. ergo ὀλίγος οὐ μόνον ἐπὶ πλήθους, sed et ἐπὶ μεγέθους ponitur, notatque μικρός. sic Hesiodus νῆα ὀλίγην dixit, i. e. μικράν. et ἰχθὺς ὀλίγος est μικρός. ὦ γέρον, ἦ ὀλίγου σε κύνες διεδηλήσαντο, ξ, 37, i. e. διὰ ὀλίγου καιροῦ, pæne. recentiores idem elliptice dicunt μικροῦ, et μικροῦ δεῖ, *es fehlet wenig dran, bey nache, (it wants but little, almost.)* ὀλίγῳ ἐνὶ χώρῳ, in parvo spatio, M, 423, et ibi omnis vis parabolæ tendit ad hunc ὀλίγον χῶρον. σοὶ τὸ γέρας πολὺ μεῖζον, ἐγὼ δὲ ὀλίγον τε φίλον τε ἔχων ἔρχομαι ἐπὶ νῆας, A, 167, *was weniges, damit ich jedoch zufrieden bin, (but little, though I am content with it,)* abeo ad castra mea. ἦ ὀλίγον οἱ (αὐτῷ) παῖδα ἐοικότα ἐγείνατο Τυδεὺς, E, 800, certe non multum similem sibi filium genuit ille; et ὀλίγον in neutro positum ibi pro οὐδαμῶς, coll. 812, s. sic Sophocles: βαιὸν ἐντρέπεσθαι, i. e. οὐδ' ὅλως, *ganz und gar nicht, (not at all:)* μείων λόγος, i. e. οὐδείς. sic neutrum est, Δ, 52, ἱππῆες δ' ὀλίγον μετεκίαθον, sequebantur paullo post. et 546, ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων, lentis et brevibus passibus, *mit ganz kurzen schritten, (with very short steps.)* ὀλίγον δέ μιν ἄχθος ἐπεῖγεν, M, 452, non multum premit eum. et his locis neutrum est adverbialiter. sic et Ψ, 424, ὀλίγον δὲ παρακλίνας, paululum declinans. et 789, ἐμεῦ ὀλίγον προγενέστερός ἐστιν, non multum me ætate antecedit. ἔχει δὲ ὀλίγον σάκος

ὤμῳ, parvum scutum, Ξ, 376. *οὐκ ὀλίγον χρόνον*, per non breve tempus, Τ, 157. sic, *ὀλίγον χρόνον*, Ψ, 418. *χρέος οὐκ ὀλίγον*, debitum non exiguum, *nicht eine kleine schuld, (not a small debt,)* γ, 318. *κῦμα οὔτε μέγα οὔτε ὀλίγον*, fluctus neque magnus neque parvus, i. e. omnino nullus, κ, 94, ubi sermo est de portu tutissimo. *ὀλίγον δέ τι ἧσσον ἐτίμα ἐμὲ*, ο, 364, *und nur gar wenig geringer achtete sie mich, (and she paid me but very little less honour.)* *ὀλίγον προγενέστερος αὐτοῦ*, τ, 244, non multo senior, paullo senior eo. *δίσκον, στιβαρώτερον οὐκ ὀλίγον περ*, discum non sane paullo crassiorem, sed potius multo densiorem, Θ, 187. et 547, *ἀνέρι, ὅστε ὀλίγον περ ἐπιψαύει πραπίδεσσι*, qui vel paululum sapit; quanto magis multum sapienti. *ἵνα μήτι παραπνεύσῃ ὀλίγον περ*, κ, 24, ut ne quid exspiraret ne paululum quidem; et sermo est de sacco ventorum, ab Æolo dato, et superne accurate constricto. *καὶ εἴ κε ὀλίγον περ ἐπαύρῃ*, etsi vel paululum attigerit, sc. hasta corpus, Λ, 391. *κρείσσων εἷς ἐμέθεν* (pro *ἐμοῦ*) *καὶ φέρτερος οὐκ ὀλίγον περ ἔγχει*, Τ, 217, potentior et præstantior me es hasta non paululum sane, sed multum. *ἦ δὴ μὰν ὀλίγον γε, αὐτοῦ θανόντος, κῆρ μεθέηκα ἄχεος*, Ρ, 538, certe sane paululum quidem, post mortem illius, cor remisi a dolore. *ὀλίγη δὲ ἦν ἀμφὶς ἄρουρα*, non multum terræ interjacebat, Γ, 115, *wenig erdboden war dazwischen, (but little land lay between.)* *ἥτε ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται*, parva primum, sc. ἡ Ἔρις, Δ, 442. *ὀλίγη ἀνάπνευσις πολέμου*, parva respiratio a pugna, Λ, 800, ubi sensus est: ut respirent adflicti jam Græci; nam et parva ejusmodi respiratio a pugna, tamen proderit multum, quod posterius omittit festinans vel tristis. vel: respiratio illa erit parva res, nec invidenda nobis; non enim postulamus, ut omnino Trojanos per te vincamus: ut *ὀλίγη* sit prædicatum. et hæc expositio est optima, nihilque deest. nam iratus Græcis Achilles, qui tamen omnino perire nolebat Græcos, flecti ad opitulandum non poterat, nisi magno periculo proposito, et postulata exigua tantum ope. sic et Π, 43, ubi iisdem verbis Patroclus rogat Achillem: dicitque, non multum prodero illis, sed tantulum modo, ut respirent paulisper; et talis respiratio est sane non magna res. sic et Σ, 201. *δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε*, ζ, 208. ξ, 58, ubi pertinet ad *ἡμετέρῃ*, et *δὲ* est nam, enim. conf. *δόσις*. *πίδακος ἀμφὶ ὀλίγης*, ob fontem exiguum, ut duobus vel non sufficiat jam, vel tam arctus sit, ut simul duo bibere non possint, Π, 825, nam sermo est de apro et leone, convenientibus ad ejusmodi aquam ut bibant. *ὀλίγῃ ἐνὶ χώρῃ*, Ρ, 394. *φθεγξάμενος δ' ὀλίγῃ ὀπὶ*, loquens submissa et tenui voce, ξ, 492, ne alii audirent. dicit ergo sic, vocem *ἠρεμαίαν καὶ μικράν*. *χώρης ὀλίγην ἔτι μοῖραν ἔχοντες*, Π, 68, quæ est descriptio angustiæ, *περίφρασις τοῦ στείνους*. *ὀλίγην τε τράπεζαν*, υ, 259. *ἰχθύσι τοῖς ὀλίγοις*, parvis piscibus, μ, 252, i. e. *μικροῖς*. *ὀλίγιστος ἄμητος*, Τ, 223, messis admodum exigua; conf. *ἄμητος*.

ὀλισθέω, f. *ήσω*. (Ὄλω) labor in loco lubrico gradum fallente, *ich gleite oder glitsche aus, strauchele und falle, (I slip, stagger and fall.)* *ὁ ὄλισθος, ου*, lapsus in lubrico vestigium fallente. ab hac propria notione transfertur deinde verbum ad quemvis lapsum, et quamvis corruptionem; ut *ὀλισθεῖν* sit fere idem quod *βλάπτεσθαι*. est cum *λοῖσθος* et *λοίσθιος* ejusdem originis. *ἔνθα Αἴας μὲν ὄλισθε θέων*, ibi Ajax quidem lapsus est currens, *er gleitete im laufen auf dem glatten aus und fiel, (he slipped in running and fell,)* procidebat, Ψ, 774, pro *ὤλισθε*, aor. 2. et ibi proprie positum. idem verbum dicitur *ὀλισθαίνω*, labor.

ὀπυίω, (Ὕω) habeo in matrimonio, habeo uxorem. futurum hujus verbi nullum esse potest, quia post *υι* consona locum nunquam habet. factum est ab *ὕειν*, pluere, rigare, et *ὄπις*, cura, respectus; quia per congressum maritalem respicitur ad *τεκνοποιΐαν*, quæ conserendo et compluendo arvum genitale perficitur. nam maxime hoc verbum congressum illum ipsum notat. quidam antiquorum inesse *τὴν ὀπὴν* censent, ut sit *ὕειν διὰ ὀπῆς*. *π* autem *ionice* non mutatur in *φ*, etsi *ὕειν* habuerit asperum. *δοῖμεν δ' Ἀτρείδαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην, ὀπυίειν*, dare vellemus tibi eam formosissimam, ut haberes eam uxorem, N, 379. et 429, *πρεσβυτάτην δ' ὤπυιε θυγατρῶν*, maximam natu ex filiabus Anchisis in matrimonio habebat. *Χαρίτων σοι μίαν δώσω ὀπυίειν, καὶ σὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν*, Ξ, 268, ubi posterius additum synonymice, explicationis uberioris causa. *ὃς ἀναφανδὸν ὄπυιε*, ionice pro *ὤπυιε*, qui palam eam habebat conjugem, Π, 178, ubi adverbium determinat *τὴν νομίμην ὁμιλίαν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς*, cui opponitur *τὸ, λάθρα παραλέγεσθαι*, 184, i. e. *κλεψιγαμεῖν*. *Χάρις, τὴν ὤπυιε Ἀμφιγυήεις*, Σ, 383. *ἃς ἐπιεικὲς ὀπυίειν ἐστὶν ἑκάστῳ*, β, 207, quas liceret ducere et habere; et ibi quoque, ut semper, *ἐπὶ ἐννόμου γάμου* ponitur. *ὅστις ὀπυίοι*, β, 336, qui eam habuerit uxorem. sic et ο, 21. π, 386. *τὴν Εὔμηλος ὤπυιε*, δ, 798. *οἱ δύο ὀπυίοντες*, duo erant mariti, et habebant uxores, ζ, 63, qui opponuntur *τοῖς ἠϊθέοις*, cælibibus: *zwey söhne waren verheirathet, die andern waren noch junggesellen, (two sons were married, the others were still single.)* *ὀπυιομένη μήτηρ ἔτεκε τὸν*, Θ, 304, ergo maritus *ὀπυίει*, uxor *ὀπυίεται*.

ὀπωπὴ, *ῆς. ἡ.* (Ὄφ) visus, actio videndi. *das sehen, das gesichte, (sight, the act of seeing.)* *ἀλλ' εὖ μοι κατάλεξον ὅπως ἤντησας ὀπωπῆς*, at liquido mihi enarra, quomodo contigerit tibi visus ejus, quid de eo videris, γ, 97. δ, 327. et sermo ibi est de patre. generalius paullo idem versus, ρ, 44, quid videris, *τί εἶδες*. conf. *ἀντέω*. *ὅς μοι ἔφη, χειρῶν ἐξ Ὀδυσῆος ἁμαρτήσεσθαι ὀπωπῆς*, qui mihi dixit, a manibus illius me perditurum esse visum et oculum meum, ι, 512, *ich mein gesichte verlieren würde, (I should lose my sight;)* inquit Cyclops.

ὀπώρα, *ας. ἡ.* (Ὄρω) autumnus incipiens. est compositum nomen ab *ὁ ὀπὸς*, succus, in specie pomorum maturorum; et *ἡ ὥρα*, anni tempus: ut notetur id tempus, quo poma et ejusmodi arborum vel plantarum esculenta sunt matura ad fruendum, *ὥρα μεταξὺ κειμένη θέρους καὶ τοῦ μετ' αὐτὸ μετοπώρου*, tempus inter messem et autumnum deficientem; et idem fere, quod nos dies caniculares vocamus. est ergo *μέρος θέρους τὸ τελευταῖον* (extrema pars æstatis) *μεθ' ὃ τὸ μετόπωρον*. hinc et Sirius dicitur *ἀστὴρ ὀπωρινὸς*, qui illo tempore cum sole oritur. nonnunquam tamen etiam serior autumnus, propinquus jam solstitio hiemali, dicitur *ὀπώρα*, quæ alias *ἡ μετοπώρα* et *τὸ φθινόπωρον* vocatur. *ἀστὴρ, ὅς ῥά τ' ὀπώρης εἶσι*, stella, quæ etiam in autumno vadit, sc. una cum sole, X, 27, et ad genitivum deest *καιρῷ*. cæterum h. l. per hoc additum determinatur Sirius, ut distinguatur ab aliis stellis; non vero de ipso illo tempore h. l. sermo est. *αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθῃσι θέρος, τεθαλυῖά τ' ὀπώρη*, λ, 191, sed si adveniat æstas, et floridus primus autumnus, *ἡ μετὰ τὸ θέρος ὥρη*. *οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρῃ*, μ, 76. et his locis est in notione propria. *καὶ φάτο ἐλεύσεσθαι ἢ ἐς θέρος, ἢ ἐς ὀπώρην*, ξ, 384, ubi serior autumnus videtur intelligi; nam illo tempore re vera rediit domum Ulysses. proprie ergo est *ἡ ὥρα τῶν ὀπῶν*, anni tempus succi plenorum frugum et pomorum: et ex hac compositione apparet, spiritum asperum in *ὥρα* non esse necessarium semper. Vide sub *ὀπὸς*, et *οἰνάνθη*.

ὀπωρινὸς, ἡ, όν. (Ὄρω) autumnalis, statim post messem factam. deinde et, sero autumno. ἀστέρι ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον, Sirio similem, E, 5, vide ὀπώρα. et h. l. est in significatu primo. ἤματι ὀπωρινῷ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ Ζεὺς, Π, 385, tempore autumnali, quando plurimum fundit imbrem Jupiter: ubi per addita determinatur serus autumnus, quando incipit tempus pluvium continuum. nisi tamen potius h. l. est primus autumnus, quo tempore raræ solent esse pluviæ in illis terris; et ut talis largior pluvia sit signum θεομηνίας: ut ergo hoc sensu ipsa etiam messis et coctio pomorum ad maturitatem, comprehendatur ἤματι ὀπωρινῷ. sic et, ὀπωρινὸς Βορέης, Φ, 346, ubi manifestus est sensus de vento, flante primi autumni tempore. sic et ε, 328, i. e. ὁ θερινὸς, ὁ ἐτησίας κατὰ τοὺς Σικυωνίους, quo tempore sunt hi venti ἰσχυρότεροι καὶ ξηρότεροι.

ὅπως, (Ὁ) quomodo, *wie, (how.)* ut, *auf dass, (that.)* quum, *als, (when.)* et est fere idem quod ὡς. ὅπως ἀντάξιον ἔσται, A, 136, sicut ejusdem pretii erit; nisi ibi est divisim intelligendum, ὅ πως, ut πως sit enclitica ad ὅ, quod fere, *das etwa, welches, (that perhaps which.)* et 344, ὅππως (ob metrum duplicato π) μαχέοιντο, ut pugnare possint. ὅπως ἔσται τάδε ἔργα, B, 252. Δ, 14. Ξ, 3, 61. Υ, 116. ρ, 78, 274. ὅπως ὄχα ἄριστα γένηται, Γ, 110. γ, 129. ι, 420. ν, 365. ψ, 117. ἔρξον ὅπως ἐθέλεις, Δ, 37. ν, 145. π, 67. ω, 480. ὅπως ἀλεξήσεις Δαναοῖς κακὸν ἦμαρ, qua ratione depellas ab iis, I, 251. et 677, ὅππως κεν νῆάς τε σόοις καὶ λαὸν, qua ratione et naves serves et exercitum. ὅππως κέρδος ἔῃ, qua ratione proficuum esse possit, K, 225. et 545, ὅπως τούσδε λάβετον, quomodo vos ambo cepistis hos? ubi est pæne directa quæstio; nisi quod præcedit εἰπὲ, *sage mir doch, wie ihr sie bekommen habet, (tell me how you came by them.)* ὅπως ἴδον ὄφιν, ut viderunt anguem, M, 208. ὅππως ἐξαπάφοιτο Διὸς νόον, Ξ, 160. ἔσπετέ μοι, ὅπως πῦρ ἔμπεσε, quomodo, Π, 113. φράζεο νῦν, ὅπως πόλιν σαώσῃς, P, 144. et 713, ὅπως τὸν νεκρὸν ἐρύσομεν. ὅπως ἐθέλοι αὐτὸς, Σ, 473, de Vulcano. sic, ὅππως κεν ἐθέλῃσιν, sc. Ζεὺς, prout voluerit, Υ, 243. sic, ζ, 189, ἑκάστῳ. et α, 349. ὅπως παύσειε πόνοιο αὐτὸν, Φ, 137. et 548, θανάτου χεῖρας ἀλάλκοι. τανύσῃ, Ψ, 324. βασιλῆα ἐκπέμψειε, Ω, 680. ὅπως ἤντησας ὀπωπῆς, γ, 97. δ, 327. ρ, 44. ὅπως Ἰθάκης ἐπιλήσεται, ut ejus obliviscatur, α, 57, ionice pro ἐπιλήσηται. et 77, ὅπως ἔλθῃ, ut veniat. et 270, φράζεσθαι, ὅπως ἀπώσεαι μνηστῆρας. et 295, κτείνῃς. ὅπως νημερτέα εἴπῃ, ut certa dicat, γ, 19. et 373, ὅπως ἴδεν, ut vidit. ὅπως δὴ δηρὸν ἀποίχεται, δ, 109, quod diu abest ille. et 545, ἵκηαι, quo modo venire possis. ὅπως ἅμα ἕποιντο πεζοὶ, ζ, 319, ut simul sequi possint. λύσειε, ut solveret, θ, 345. ἀπόλοιντο πᾶσαι νῆες, ι, 554. ἐροίμην, interrogarem, λ, 228. et 479, ἱκοίμην, quomodo venire possem. ἀλάλκοις μοι ἄλγος, ν, 319. et 376, φράζευ, ὅπως, considera, quomodo, ἐφήσῃς χεῖρας μνηστῆρσι. et 386, ὅπως ἀποτίσομαι αὐτούς. ὅπως μὲν ἔγωγε ἐθέλω, sicut eum ego cupio venire, ξ, 172. et 181, ἀπόληται, ut pereat. et 312, πῆμα φύγοιμι, ut effugerem, et 329, νοστήσῃ, quomodo redeat. ὅπως φρεσὶ μενοινᾷς, ὥς τελέσειέ σοι Ζεὺς, ο, 111, sicut cupis, sic perficiat tibi Jupiter. et 170, ὑποκρίναιτο, quomodo responderet. et 203, τελέσειε. ὅπως ἐθέλει, sicut vult, π, 208, πετάσειε θυμὸν μνηστήρων, σ, 159, ut dilataret animum et cupiditatem eorum. τελέει, quomodo efficiet, τ, 557. ἐφήσει, injiciet manus illis, υ, 29, 39. ἴδον ἄνδρα πεσόντα, ut videbant mortuum, χ, 22. ἐφῆκε, quomodo injecit illis manus, ψ, 37, et est quæstio vel quasi, præcedente εἰπέ μοι.

ὄραμα, τὸ, vide sub ὄνειρος.

ὁράω, f. άσω. (Ὄρω) video, intueor. intelligo, cerno mente. est ab ὄρω, concito, erigo me vel aliud, *ich rüre, richte, (I stir, raise:)* vel ab ὁ ὅρος, meta, terminus erectus. νῦν δ᾽ ἄλλους μὲν πάντας ὁρῶ, nunc autem alios quidem omnes video adesse, Γ, 234. οὐχ ὁράας δὲ, non enim vides, Π, 448. O, 555. οὐχ ὁράας, οἷος κἀγὼ, καλός τε μέγας τε, Φ, 108. ὄφρα ἂν μέν κεν ὁρᾷ τὸν, quamdiu eum videt, A, 187. et 202, ὁρᾷς. ὄφρα δέ μοι ζώει καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο, quamdiu enim mihi vivit et spectat lumen solis, Σ, 61, 442. εἴπου ἔτι ζώει καὶ ὁρᾷ φάος, δ, 833. ξ, 44. υ, 207. καπνὸν δ᾽ οἷον ὁρῶμεν (imperf. sine augmento, videbamus) ἀπὸ χθονὸς ἀΐσσοντα, κ, 99. ᾗ δὴ πλεῖστον ὅμιλον ὅρα, (etiam imperf. sine augmento, videbat) καὶ τεύχεα ἄριστα, ubi densissimos pugnantes cernebat et arma præstantissima, O, 616. κατ᾽ αὐτοὺς αἰὲν ὅρα, versus illos semper adspiciebat, dirigebat oculos ad eos, Π, 646, ubi vides primam notionem verbi. τὰς μὲν ὅρα ἔτι καὶ (jam et) πολὺ μᾶλλον ἰούσας, sc. ἵππους, multo celerius euntes, Ψ, 386. ὁ γέρων οἷος ὅρα πρόσσω καὶ ὀπίσσω, solus pervidebat et contuebatur præsentia et futura, ω, 451. sic de Polydamante Trojano, Σ, 250, quæ ingens laus τοῦ συνετοῦ præterea et μάντεως: et ὁρᾶν ibi est νοῆσαι, providentiam acutam dirigere in aliquid. οὐχ ὁράᾳς ὅ (ὅτι) μοι υἱὸς ἐπέπταρε, non animadvertis, quod filius mihi adsternutavit, ρ, 545, et circumflexus ex ὁρᾷς distractus est novo interjecto α. cæterum est pro νοεῖς, nam ὁ νοῦς ὁρᾷ. sic idem circumflexus pro re nata distrahitur per insertum ο: ἄνδρε ὁρόω (pro ὁράω, contr. ὁρῶ) κρατερὼ, conspicio duos viros fortes, E, 244. sic, ὁρόω δὲ Μαχάονα, Λ, 650, video enim et agnosco eum. ἄνδρα, Ω, 355. μάλα γάρ σε ὁρόω καλόν τε μέγαν τε, α, 301. γ, 199. μητρὸς ψυχὴν, λ, 140. οἷα ὁρόω μνηστῆρας ἀτάσθαλα μηχανόωντας, σ, 142. sic et in aliis contractis formis circumflexus distrahitur: νῦν δὲ φίλως γ᾽ ὁρόωτε, nunc vero libenter videretis, Δ, 347, pro ὁράοιτε, contracte ὁρῷτε, ἡδέως ἂν βλέποιτε, cujus oppositum est σὺν φόβῳ ὁρᾶν. ζώειν καὶ ὁρᾶν φάος ἠελίοιο, Ω, 558, qui versus videtur ab aliena manu h. l. intrusus, cum non intelligeret is qui interseruit eum, vim verbi præcedentis ἔασάς με, quod est, pepercisti mihi, 557. οὐδέ μοι κῆρ ἤθελε ἔτι ζώειν

καὶ ὁϱᾷν φάος ἠελίοιο, δ, 540. *Ζεῦ πάτεϱ, οὐ νεμεσίζῃ* (non indignaris) *ὁϱῶν τάδε ἔϱγα*, Ε, 872. et distracto circumflexo, *ὁϱόων ἐπὶ πόντον*, spectans super mare, oculos dirigens ad mare, Α, 350. *ἐς γενεὴν ὁϱόων*, *auf geburt und herkunft sehend, (out of regard to his birth and descent,)* Κ, 239. *ἔνθα ὁϱόων φϱένα τέϱψομαι*, ibi spectans oblectabo animum meum, Υ, 23. et 481, *πϱόσθε ὁϱόων θάνατον*, ante se videns mortem. *αἰεὶ τέϱμα*, semper metam spectans, Ψ, 323. *αἴσχεα πολλὰ*, α, 229. *ἐγὼ δὲ ἀκάχημαι*, ego autem, videns id, doleo valde, θ, 314. *ἧστο, κάτω*, sedebat, terram spectans, ψ, 91, *sass und sahe vor sich nieder, (sat with downcast look.)* *αὐτὸν ὑποτϱομέεσκον ὁϱῶντες*, Υ, 28. *δεῦϱο ὁϱόωντες*, huc respicientes, Ρ, 637. *αὐτὰϱ ἐπεὶ τάϱπησαν ἐς ἀλλήλους ὁϱόωντες*, Ω, 633, postquam delectati sunt mutuo adspectu, *τῇ ὄψει*: nam alter alterum admirabatur. *θαύμαζον δ' ὁϱόωντες*, admirabantur enim eum videntes, η, 145. *σχέτλια ἔϱγα*, ι, 295. Media forma ponitur loco activæ, attice. *μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁϱῶμαι*, Ν, 99. Ο, 286. Υ, 344. Φ, 54. τ, 36. *φίλον ἄνδϱα διωκόμενον*, gratum mihi virum agitatum video, Χ, 169. *ὅτι θνήσκοντας ὁϱᾶτο*, quod morientes videbat, Α, 56. et 198, *ἄλλων οὔτις*, aliorum nemo videbat eam. *ὅτι ὁϱᾶτο θεοὺς ἔϱιδι* (pugna) *ξυνιόντας*, Φ, 390, *δειδιότας, ὅτι ὁϱῶντο Πηλείωνα*, Υ, 45, timentes, cum viderent hunc. *θεοὶ δέ τε πάντες ὁϱῶντο*, diique omnes spectabant, Χ, 166, quasi rem dignam spectaculo divino. *χείϱεσιν ἀμφαφόωντο* (manibus contrectabant et versabant illud monile aureum venale) *καὶ ὀφθαλμοῖσιν ὁϱῶντο*, adspectabant, ο, 461, *besahen es, (viewed it.)* et vides, huic imperfecto deesse ionice augmentum. *ὅτι ἑὸν φίλον υἱὸν ὁϱῷτο* (pro *ὁϱάοιτο*, cernere deberet) *ἔϱγον ἀεικὲς ἔχοντα*, Τ, 132. *ὁ δ' ὀφθαλμοῖσιν ὁϱῷτο*, δ, 226, et is id oculis suis videret. *χαλεπὸν δὲ ζωοῖς, τάδε ὁϱᾶσθαι*, λ, 155, difficile est viventibus, ista videre. *βουλοίμην τεθνάμεν, ἢ τάδε ἔϱγα αἰεὶ ὁϱάασθαι*, π, 107. υ, 317, circumflexo distracto. *εἶδος δὲ μάλα μέγας ἦν ὁϱάασθαι*, speciem vero quod attinet, satis magnus erat statura, σ, 4, *war ansehnlich lang und gross, (was tall and robust.)* *αὐτὰϱ ἐπεὶ τάϱπησαν ὁϱώμενοι ὀφθαλμοῖσιν*, δ, 47. κ, 181, at postquam satis delectati sunt contemplantes oculis. *ἐς γαῖαν ὁϱώμενος*, versus terram dirigens oculos, dum natabat, ε, 439. *ἃ καὶ αὐτὸς ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὅϱηαι*, *so wie du sie hier vor dir siehest, (as thou seest them here before thee,)* ξ, 343, quæ est forma præsentis medii ab *ὅϱημι*, med. *ὅϱημαι, ησαι*, extruso ionice Sigma *ὅϱηαι*. invenitur etiam verbum *ὁϱέω*. differentia inter *ὁϱᾷν* et *βλέπειν*, apparet ex loco Aristophanis, Plut. 98, ubi Plutus cæcus dicit: *πολλοῦ δικαίους οὐχ ἑώϱακα χϱόνου*: et alter respondet: *καὶ θαῦμά γε οὐδὲν, οὐδὲ ἐγὼ γὰϱ ὁ βλέπων*, neque enim ego, visu pollens. coll. 115, 116.

ὄϱγυια, (sic enim, *πϱοπαϱοξυτόνως*, scripsit prisca *'Ατθὶς*, sicut et *ἡ ἄγυια*: recentiores scribunt *ὀϱγυιὰ*) *ας, ἡ*. (*'Ρέκω*) mensura sex pedum vel trium cubitorum; proprie spatium, quod extensis ad dextram et sinistram manibus metiri possumus, *eine klafter, (a fathom.)* est ab *ὀϱέγω*, extendo, quasi *ὀϱέγυια*, per syncopen. *ἕστηκε* (stat) *ξύλον αὖον* (stipes aridus) *ὅσον τ' ὄϱγυι' ὑπὲϱ αἴης*, Ψ, 327. *τοῦ μὲν* (*ῥοπάλου*) *ὅσον τ' ὄϱγυιαν ἐγὼν ἀπέκοψα*, ι, 325. *πεῖσμα, ὅσον τ' ὄϱγυιαν*, funem, κ, 167. Vide sub *ὀϱέγω*.

ὀϱέγνυμι, (*'Ρέκω*) tendo, extendo, *ich recke oder strecke aus, (I stretch out.)* it, porrigo, præbeo, *ich reiche dar, recke hin, (I reach, extend.)* *χεῖϱας ὀϱεγνὺς*, manus extendens, inter precandum, Α, 351. et inter orandum ad hominem, Χ, 37. est et verbum *ὀϱιγνάομαι*, idem quod *ὀϱέγομαι*, appeto manu extenta. *ὅγε ὠϱιγνᾶτο τελαμῶνος*, ille apprehendebat manu extenta lorum, Theocrit. Id. 24, 44. Axiochus, § 5.

'Οϱέγω, f. ξω. (*'Ρέκω*) idem. *εὔχετο, χεῖϱε ὀϱέγων εἰς οὐϱανὸν*, Ο, 371. ι, 527, precabatur, ambas manus protendens versus cœlum. *πάντοσε χεῖϱα ὀϱέγων*, extendens manum quoquoversus et ad omnes, ut mendicus, ϱ, 366. *χεῖϱας ἐμοὶ ὀϱέγοντας*, extendentes manus suas ad me, et auxilium meum implorantes, μ, 257. *ἔτι γάϱ σφισι κῦδος ὀϱέξω*, jam enim illis victoriam præbebo et dabo, Ρ, 453, inquit Jupiter de Trojanis. *τινὶ κῦδος ὀϱέξομεν*, cuidam præbebimus gloriam, interficiemur ab aliquo, Μ, 328. sic, *εὖχος*, gloriationem, Ν, 327. *οἷσιν 'Αθήνη νῦν ὤϱεξε τάχος*, quibus Minerva nunc præbuit velocitatem, Ψ, 406, de equis, a bono equite præparatis olim. *Θέτις δ' ὤϱεξε πιοῦσα*, postquam bibit, redhibuit poculum, Ω, 102, i. e. *ἀντέστϱεψε τὸ ποτήϱιον*, *reichete ihm den becher wieder, (returned him the cup.)* *μηδὲ μέγα κῦδος ὀϱέξῃς Πηλείδῃ*, Χ, 57, inquit Priamus ad Hectorem, depugnare volentem solum cum Achille. *ὁποτέϱοισι Ζεὺς κῦδος ὀϱέξῃ*, Ε, 33. et 260, *αἴκεν μοὶ κῦδος ὀϱέξῃ 'Αθήνη*, i. e. dexteritas pugnandi. sic, *ὁποτέϱῳ κεν 'Ολύμπιος*. Χ, 130, nam eventus pugnæ est in manu Dei. *αἴ κέν τις κοτύλην καὶ πύϱνον ὀϱέξῃ*, ο, 311, si forte quis potum et panem porrigere velit. *εἴ οἱ τόσσον ἅπαντες ὀϱέξειαν*, si ei tantundem omnes darent, ϱ, 407, et sensus est: *ἐὰν οἱ μνηστῆϱες πάντες τοσοῦτον δοῖεν τῷ πτωχῷ τούτῳ πολὺν ἂν καιϱὸν διαγάγοι μὴ ἐλθὼν εἰς τὸν οἶκον τοῦτον*, *würde er wohl in langer zeit nicht wieder kommen zu betteln, (it would be a long time before he would return to beg;)* quod quidem significare videri possit, multam *ἐλεημοσύνην*, mendico datam: re vera autem notat *πληγὴν μεγάλην καὶ τϱαῦμα δεινὸν, δι' οὗ πολὺν χϱόνον οὐκ ἂν ἰσχύσῃ ἐλθεῖν εἰς τὸν τοῦ 'Οδυσσέως οἶκον ὁ πτωχός*. *ὀϱέξαι κῦδος τῷ*, vel *τοῖς*. præbere victoriam, Λ, 79, de Jove. Μ, 174. Ο, 596, 602. δ, 275. *οὐ γάϱ ἐμοὶ θνήσκων χεῖϱας ὀϱέξας ἐκ λεχέων*, non enim mihi manus tuas moriens e lecto tuo præbuisti, *hast mir nicht zu guter lezt bey deinem sterben die hand aus dem bette gereichet, (thou didst not bid me a last farewell, by extending thy dying hand from the bed,)* Ω, 743,

inquit Andromache de Hectore suo occiso. ὀρέγω ergo proprie est ἐκτείνω, deinde est, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, δίδωμι. hinc ὀρεκτὸν δόρυ, hasta protensa. et ἡ ὄργυια est ἡ εἰς πλάτος ἔκτασις ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν, quod et dicitur ὁ ὄργυιος. forma media. ὀρέγομαι, solam ἔκτασιν notat, extendo me ad aliquid, *ich strecke mich wornach aus, (I stretch toward something.)* πρὸς στόμα χεῖρ' ὀρέγεσθαι, versus os tuum extendere manum meam supplicem, Ω, 506, nisi fortasse est, manum tuam apprehendere et extrahere eam ad os meum, ut eam osculer, coll. 478, 479, quæ explicatio videtur verior. possit tamen prior defendi ex Λ, 502, ut προσορέγεσθαι στόμα ἀνδρὸς παιδοφόνου κατὰ χεῖρα, i. e. χειρὶ, idem sit quod ἑλεῖν ὑπὸ ἀνθρώπου. simul hoc ὀρέγεσθαι involvit conatum cupidum. imo loco ex Ω citato apostrophatum χεῖρ' potest esse χειρὶ, manu appetere; cujus constructionis exempla sequentur. ἔγχει ὀρεξάσθω, hasta protensa hostem appetat, Δ, 307, sc. ὁ ἕτερος ἐκείνος, Nestor enim hoc vult: si quis amittat suum currum, quod fieri poterat vel equo interfecto, vel rota fracta, vel alio casu, et se conferat ad alterius currum, in quo forte vacet locus alter; is ne aurigator, sed pugnato tantum. duo enim in ejusmodi curru militari erant, alter aurigans, alter pugnans. exemplum hujus præcepti est, Ε, 229—240. et confer Θ, 115—118, ubi Nestor ipse contra hoc suum præceptum egisse videtur. est ergo pro: ἔγχος προτεινάτω. sic ὁ τείνων πόδα ἢ χεῖρα, dicitur ὀρέγεσθαι ποδὶ ἢ χειρὶ, extendere se, manu sua: et ὁ δόρυ ἐκτείνων dicitur δόρατι ὀρέγεσθαι, i. e. τὴν τάσιν ποιεῖσθαι τῷ ἔγχει διὰ χειρός. sic, πρόσθεν Ἄρης ὠρέξατο ἔγχει, ante se extendebat se Mars hasta, Ε, 851, i. e. hastam protendebat cupide. hinc ὀρεκταὶ μελίαι, hastæ quæ non jaciuntur, sed quibus protensis cominus pugnatur; coll. 855, 856. οὗ παιδὸς ὀρέξατο Ἕκτωρ, Ζ, 466, ubi est genitivus objecti et rei, extendebat manus suas ad filium suum, ἐκταθεὶς ἥψατο αὐτοῦ. τρὶς μὲν ὀρέξατο ἰὼν, ter extendit se vadens, i. e. tres faciebat passus, Ν, 20, ubi ponitur de pedum ἐκτάσει καὶ διαστάσει, *er that drey schritte, (he took three strides;)* et loco ποσὶ addidit poëta ἰών. ὠρέξατο χερσὶ, extendebat se manibus, Ψ, 99, i. e. ei protendebat manus, ad apprehendum. ἔφθη ὀρεξάμενος πρυμνὸν σκέλος, Π, 314, ubi deest ἔγχει, et participium est pro: ὀρεκτῷ δόρατι πλήξας. et 322, ἔφθη ὀρεξάμενος πρὶν οὐτάσαι, ubi conf. πρίν. ὁππότερός κε φθῇσιν ὀρεξάμενος χρόα, Ψ, 805, uter prior attigerit cutem, ὀρεκτὸν δόρυ τείνας εἰς τὴν τοῦ σώματος τοῦ ἀνθοπλίτου (adversarii) ἐπιφάνειαν. ut ergo ὀρέξασθαι per ellipsin notet vulnerare; extendendo se, contingere hasta vel gladio, conf. φθάω. ὀρεξαμένη ἀπὸ πασσάλου αἴνυτο τόξον, extendens manum suam, a clavo sumsit arcum, φ, 53, Penelope. πιτνὰς εἰς ἐμὲ χεῖρας, ὀρέξασθαι μενεαίνων, λ, 391, extendens ad me manus suas (umbra Agamemnonis versus vivum Ulyssem) et contendens apprehendere me amice. ποσσὶν ὀρωρέχαται, pedibus extenderunt se, i. e. cucurrerunt, Π, 834, ἐτανύσθησαν, et est 3 plur. perf. pass. cum reduplicatione Attica et terminatione Ionica, pro ὤρεχνται. sic in plusquamp. pass. ὀρωρέχατο, pro ὤρεχντο, i. e. ἐτετάντο, extenderant se, Λ, 26, et quidem sic extenti dracones, ut incurvarent colla et capita, quasi devoraturi.

ὀρεκτὸς, ἡ, όν. (Ῥέκω) quod protenditur et extenditur. ὀρεκτῇσι μελίῃσι, hastis ante se porrectis et protensis, contra hostes, Β, 543, nam ὀρεκταὶ μελίαι sunt δόρατα ἐκτεινόμενα κατὰ τῶν πολεμίων.

ὀρεσίτροφος, ου. ὁ ἡ. (Τρέφω) in montibus alitus et roboratus. λέων ὀρεσίτροφος, leo ferus, cicurato oppositus, Μ, 299. Ρ, 61. ζ, 130. ι, 292, ἐν ὄρεσι τραφείς.

ὀρεσκῷος, ου. ὁ ἡ. (Κῶ) in montibus cubans et habitans. est ab τὸ ὄρος, mons, et κεῖμαι jaceo. nimirum ab κέω vel κείω fit κεῖος et κοῖος, et per ἔκτασιν κῷος. sic ab eodem κείω fit ἡ κοίτη. sunt ergo ὀρεσκῷοι οἱ ἐν ὄρεσι κείοντες, i. e. κείμενοι καὶ διάγοντες. est epitheton ferarum. conf. Κῶς, in R. ἐμάχοντο φηρσὶν ὀρεσκῴοις, Α, 268, pugnabant cum Centauris. αἶγας ὀρεσκῴους, ι, 155, capras sylvestres et montanas. nam hoc epitheton est generale omnium ὀρεινόμων τῶν ζώων. οἱ κῷοι sunt et, κοιλώματα γῆς orta ex motibus terræ, quando subsidit locus et cavitatem fecit; imo et in genere omnia alia. hinc et ὀρεσκῷοι possent esse, in speluncis montanis jacentes.

ὀρέστερος, έρα, ερον. (Ὄρω) montanus, in montibus et saltibus versans. it. ferus, ἄγριος, nam tali natura sunt τὰ ἐν ὄρει διαιτώμενα. δράκων ὀρέστερος, Χ, 93. λύκοι ὀρέστεροι, κ, 212, alias in montibus degere soliti, nunc vero a Circe cicurati.

ὀρεστιὰς, άδος. ἡ. (Ὄρω) præses montis vel saltus nympha. Νύμφαι ὀρεστιάδες, Ζ, 420. ὁ ὀρέστης, ου, monticola: ἡ ὀρέστις, ιος, et ιδος, fœm. unde ἡ ὀρεστιάς.

ὀρεὺς, ionice οὐρεὺς, έως. ὁ. (Ὄρω) mulus, *ein maulthier, (a mule.)* habet nomen a τὸ ὄρος, nam ad montana aptum animal, per quæ facillime vadit, ταλαιεργὸν καὶ ἀχθοφόρον ζῶον. οὐρῆας (ionice pro ὀρέας) μὲν πρῶτον ἐπῴχετο καὶ κύνας, Α, 50. πρὸ αὐτῶν οὐρῆες κίον, ibant præ illis muli, Ψ, 115. et 111, οὐρῆας δ' ὄτρυνε καὶ ἀνέρας, ἀξέμεν ὕλην: et 116, 117, describitur iter per montana. iidem 121 dicuntur ἡμίονοι, sunt ergo idem. εἴξατέ μοι οὐρεῦσι διελθεῖν, de via cedite mihi, ut cum mulis possim transire, Ω, 716, ubi est casus sextus, coll. 702, ubi eosdem dixerat ἡμιόνους. aliud οὐρεὺς est sub ὁ οὖρος, i e. φύλαξ, quod vide paullo inferius.

ὀρεχθέω, f. ήσω. (Ῥέκω) valde extendo me ad aliquid, impense cupio. it. simpliciter, extendo me. πολλοὶ μὲν βόες ἀργοὶ ὀρέχθεον ἀμφὶ σιδήρῳ σφαζόμενοι, Ψ, 30, pro ὠρέχθεον, multi boves albi extendebant se in terra mactati fer-

το, ἐτανύοντο ἀναιρούμενοι, καὶ ἐξετείνοντο, ὠρέγοντο. alii tamen exponunt de sono obscuro quem mactati boves edant: quod si verum est, pertinet verbum hoc significatu ad ῥοχθέω, sed, etsi concedamus, posse hunc significatum defendi: constat tamen, extensionis et cupiditatis aut desiderii notionem proprie huic verbo adesse. imo locus Theocriteus, Idyll. 11, versu 43, τὰν γλαυκὰν δὲ θάλασσαν ἔα ποτὶ χέρσον ὀρεχθεῖν, potest apte exponi, nam glaucum mare sine ad littus volvere se et contendere.

ὀρέω, vide sub "ΟΡΩ, ad medium.

ὄρημι, ("Ορω) et medium ionice, ὄρημαι, video, specto. cujus exemplum est sub ὁράω adductum ex ξ, 343. et vide ἐνόρημι.

ὄρθιος, ία, ιον. ("Ορω) erectus, stans, elatus. ἔνθα στᾶσα ἤϋσε θεὰ μέγα τε δεινόν τε, ὄρθια 'Αχαιοῖσιν, Α, 11, ubi neutrum plurale communiter exponitur, intentissima et sublatissima voce; quia Musici habent tonum quem vocant ὄρθιον νόμον ἢ τρόπον τῆς ᾠδῆς, εἰς πόλεμον ἐρεθιστικόν: sicut Timotheus ille, ὄρθιον ᾄσας, implevit Alexandrum cupiditate pugnandi, ut statim prosiliret ad arma: *sehr scharf und hoch, (very shrill and loud.)* sed re vera h. l. per hoc neutrum indicatur actio per hunc clamorem jussa, ut surgerent omnes, et arma caperent erecti, *la reveille, alarme.* alias in genere notat, firmiter erectus; ὄρθιοι μαστοὶ, stantes mamillæ, non flaccidæ et pendentes.

ὀρθόκραιρος, ου. ὁ ἡ. (Κάρα) cujus et fœmininum est ὀρθοκραίρα, ionice. caput erectum habens, vel et, caput directum habens in rectum. nam attice ἡ κραίρα, ας, est, caput, et maxime caput erectum. κεφαλὴ ὀρθία, et quasi κάρη αἰρόμενον, caput sublatum, elatum: ut ergo κραίρα sit quasi κάραιρα, per syncopen. hinc Attici dimidium caput vocant τὴν ἡμίκραιραν, i. e. τὸ ἡμίκρανον. est in poëta epitheton boum, βοῶν ὀρθοκραιράων (ubi est forma fœminini, pro ὀρθοκραιρῶν) Θ, 231. Σ, 573. μ, 348, i. e. γαύρων, ὀρθοκεφάλων, ὀρθοκεράτων, ὀρθίων τὰς κεφαλὰς, διὰ τὸ ἀγελαῖον καὶ ἄνετον, quia in pascuis lætis libere versabantur, et hinc animosi et pulcri erant. metaphorice autem et νῆες ὀρθόκραιραι dicuntur, quarum subductarum proræ stant erectæ et quasi cornutis capitibus, Σ, 3. Τ, 344, et vide νῆες.

ὀρθὸς, ἡ, όν. ("Ορω) erectus, excitatus in altum, erectus recta in altum, *aufgerichtet in die höhe, (raised on high.)* hæc enim est propria notio hujus nominis, et in poëta obvia: ab ὄρω, ejusque tertia sing. perf. pass. ὦρται. στῆ δ' ὀρθὸς, stabat erectus, i. e. surgebat ut staret, Ψ, 271, 456, 657, 706, 752, 801, nam verba facturus semper stabat in conventu. οὐδ' ὀρθὸς δύναται στῆναι ποσὶν, neque erectus potest stare pedibus, σ, 240. ὀρθὸς ἀναΐξας, erectus exsurgens, i. e. celeriter surgens ut staret erectus, φ, 119. nam opponitur hoc nomen τῷ sedere, vel cubare. ὀρθὸν ἐν ἱστοπέδῃ, stantem me ad malum navis, μ, 51, 162, 179, ut prospectus longior esset; non vero sedentem aut cubantem. ὀρθὸς ἀναστὰς, Ω, 11, ubi prius est quasi consequens, aut potius efficiens, posterioris: nam qui in altum erigit et excitat se, is surgit. ὀρθῶν δ' ἑσταότων ἀγορὴ, concio erecte stantium, Σ, 246, et id h. l. præ metu et exspectatione. οἴων ὀρθῶν ἑσταότων νῶτα ἐπεμαίετο, contrectabat terga omnium ovium stantium jam, non vero cubantium, ι, 442, *die aufgerichtet auf den füssen stunden: die sich auf die füsse gehoben hatten und stunden, (which had risen, and were standing up.)* ὀρθαὶ δὲ τρίχες ἔσταν, Ω, 359, erecti pili stabant, præ horrore. ἔγχεα δὲ ὀρθὰ ἐπὶ σαυρωτῆρος ἐλήλατο, hastæ in altum erectæ stabant, fixæ cuspide posteriori in terra, Κ, 153. ergo notio prima apud Homerum satis apparet. ex Pindaro discimus ὀρθὸν a recentioribus etiam de directo in longitudinem poni, sicut dicitur γραμμὴ ὀρθὴ, recta linea; et metaphorice, de recto morali.

ὀρθόω, f. θώσω. ("Ορω) in altum recta erigo. χειρὶ λαβὼν ὤρθωσε, Ψ, 695, manu apprehendens erexit jacentem; quod φιλοίκτως factum. τὸν δ' αἶψα ὤρθωσεν 'Απόλλων, Η, 272, conf. 'Απόλλων, in R. ἕζετο δ' ὀρθωθεὶς, sedebat erectus, Β, 42. Ψ, 235. ὀρθωθεὶς δὲ ἐπ' ἀγκῶνος, erectus in cubitum, Κ, 80. et 21, ὀρθωθεὶς δ' ἔνδυνε περὶ στήθεσσι χιτῶνα.

ὄρθριος, ὁ ἡ, vide sequens.

ὄρθρος, ου. ὁ. ("Ορω) tempus circa ortum solis, sub aurora; καθ' ὃν ἀνίστανται ἄνθρωποι ὀρθούμενοι, οὐκ ἀναμένοντες ἥλιον: ὃς εἰς ἔργα ἡμᾶς ὀρθοῖ. nam orto sole jam præteriit ὁ ὄρθρος. est ergo ab ὄρω. ὑπ' ὄρθρον, Batrachom. 102, sub ortum auroræ. hinc est ὄρθριος, ου. ὁ ἡ, Hymn. in Merc. 143, matutinus. Vide sub ὀρνύω.

ὀρίνω, f. ινῶ. ("Ορω) concito, cieo, commoveo. ἄελλα πόντον ὀρίνει, procella pontum concitat et permovet, Λ, 298. ἄνεμοι δύο πόντον ὀρίνετον, commovent, Ι, 4. τί γυναικὶ θυμὸν ὀρίνετον, commovetis, perturbatis, φ, 87. μνηστῆρας ὀρίνων, procos conturbans et percellens terrore, ω, 447. notat ergo in specie, perturbationem magnam. τῇ γάρ ῥα μάλιστά γε θυμόν ὄρινα, pro ὤρινα, huic enim igitur vel maxime animum moveram. ut eam mei misereret, δ, 366. ὤρινάς μοι θυμὸν, commovisti mihi animum ad indignationem et ad succensendum tibi, θ, 178, coll. 185, *du hast mich aufgebracht wieder dich, (thou hast incensed me against thee.)* sed ad commiserationem, est ξ, 361. ο, 485. τοῖσι δὲ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινεν, pro ὤρινεν, illisque animum in pectore commovit et perturbavit, Β, 142, sc. ut cuperent abire inde in patriam. sed, τῇ, illi Helenæ, ad cupiditatem congrediendi cum eo, vel, ad admirationem rei gestæ, utpote inexspectatæ, Γ, 395, *machete sie im gemüthe unruhig und betreten, (made her uneasy in mind and confused.)* sic, τῷ, Δ, 208, sc. misericordia, et studio succurrendi. et Λ, 803, ut cuperet, ita facere, sicut suaserat amicus. 'Αντιλόχῳ μάλιστα, Ν, 418, sc. ira et indignatione. et 468, τῷ, sc. ut

cuperet defendere et ulcisci amicum. sæpe est idem ac, ἐβάρυνε ψυχήν: nam species adfectus ex contextu est determinanda. sic, Αἴαντι, Ξ, 459, sc. dolore et tristitia. et 487, Πηνελέῳ. et P, 123, Αἴαντι. quibus omnibus locis est, θυμὸν ὤρινε, animum adfectu magno concitavit. οὐκ ἂν δήποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἐμοῖσιν 'Ατρείδης ὤρινε διαμπερὲς, ἀλλὰ Ζεὺς—Τ, 272, non sane ille solus et plenarie perturbavit mihi animum; sed Jupiter hac occasione usus est ad mala Græcis inferenda. ergo 'Ατρείδης et Ζεὺς h. l. junguntur, ut medium et auctor verus. πάντα δ' ὄρινε ῥέεθρα, commovit omnia fluenta sua, Φ, 235. γόον δ' ἀλίαστον ὄρινε, Ω, 760, pro ὤρινε, commovebat. ὤρινεν δὲ θάλασσαν, η, 273. θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν, ρ, 150. et 216, κῆρ αὐτοῦ. aliud ὄρινε est imperativus præsentis. πολὺν δ' ὀρυμαγδὸν ὄρινε, multam turbam concita, Φ, 313. μηδέ μοι ἦτορ ὄρινε, ρ, 47, commove, sc. ad lugendum. τίς δὲ οἶδε, εἴ κέν οἱ σὺν δαίμονι θυμὸν ὀρίνω; quis enim scit, an tamen ei cum bona fortuna animum commovere possim, sc. ut auxilietur, O, 403. sic, ὀρίνειας, Λ, 791, *ihm sein herz rühren kannst, (canst move his heart.)* τῷ νῦν μή μοι μᾶλλον ἐν ἄλγεσι θυμὸν ὀρίνῃς, igitur, ne mihi magis in tristitia animum commoveris, Ω, 568. μαχήσεται, ὁππότε κέν μιν θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ὀρίνῃ, καὶ θεὸς ὄρσῃ, I, 699, pugnabit quandocunque eum animus ipsius impulerit, et deus incitaverit: ubi tamen alii, rectius an secus, legunt ἀνώγῃ, jusserit. Τρῶες ὀρίνονται ἐπιμὶξ, turbantur confuse, Λ, 525, coll. 521, Τρῶας ὀρινομένους ἐνόησεν, perturbatos animadvertit: et notat idem quod κλονεῖσθαι. τοῦ δ' ὠρίνετο θυμὸς, ἀκούοντες κακὰ ἔργα, I, 591, commovebatur ad contra eundum his malis. Ἴρῳ δὲ κακῶς ὠρίνετο θυμὸς, σ, 74, male adficiebatur, sc. metu. nam id κακῶς facit differentiam ab alia commotione nobiliori. *es wurde ihm übel zu muthe, (he was overcome with fear.)* τοῦ δ' ὠρίνετο θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισι, sc. ad indignationem et iram, υ, 9. sed, ω, 317, commovebatur ingenti commiseratione animus. ὀρινομένη θάλασσα, i. e. ταρασσομένη, B, 294, et κύμασιν ταραχώδη δηλοῖ. τοὺς μὲν ὀρινομένους, sc. 'Αχαιοὺς, Ξ, 14, et additur, τοὺς δὲ κλονέοντας ὄπισθε Τρῶας, actos in fugam Græcos, et agentes eos in fugam illos alteros. (cf. locum paullo ante ex Λ, 521.) et 59, 'Αχαιοὶ ὀρινόμενοι κλονέονται. sic, τοὺς μὲν ὀρινομένους, sc. Τρῶας, O, 7, qui agebantur et conturbabantur. ἢ πλεῖστον ὀρινόμενον ἴδε λαὸν, Π, 377, i. e. ταραττόμενον. ne vero putemus, semper de fuga trepida, aut passive esse intelligendum, docet locus χ, 360, ἥ σοι ἀντιβόλησεν ὀρινομένῳ κατὰ δῶμα, aut in te incidit furentem per conclave hoc magnum, κινουμένῳ μετὰ θυμοῦ, irate vadentem et undique perturbationes portantem. πᾶσιν ὀρίνθη θυμὸς, omnibus commotus est animus variis adfectibus, ira, miseratione, terrore, etc. E, 29. Π, 280, ubi additum, ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες, ordines inclinati sunt; et ibi manifesto μετὰ θορύβου καὶ δειλίας. Σ, 223, i. e. πάντες ἐταράχθησαν, *sie erschraken alle, (they were all confounded.)* ὀρίνθη δέ οἱ ἦτορ, ὅτι οὐ δύνατο προσαμῦναι, Π, 509, *es gieng ihm sehr nahe, sehr zu herzen, dass er nicht helfen konnte, (he was exceedingly grieved because he could not assist him.)* μὴ 'Αχιλῆϊ ὀρινθείη φίλον ἦτορ, ne ei irritaretur animus suus, ira subita invadente eum, Ω, 585. ἐκ θρόνων ἀνόρουσαν ὀρινθέντες, χ, 23, ex sedilibus exsilierunt commoti terrore subito, et perturbati currentes per conclave magnum, *im saale, (through the hall.)*

ὅρκιον, ου. τό. (Ἔρα) est sæpe idem quod ὁ ὅρκος. sæpe autem et, fœdus jurejurando sancitum, *ein eidlicher bund und vergleich, (a compact ratified by oath.)* οὐ μέν πως ἅλιον πέλει ὅρκιον, non sane frustraneum est jusjurandum, Δ, 158, *ein eid ist ja nicht vor die lange weile, (an oath is not a mere pastime:)* ὅρκος οὐ δύναται εἶναι ἅλιος, διὰ τὸ ὑπὸ θεοῦ ἐφορᾶσθαι καὶ τοὺς ὅρκους, ὡς καὶ πᾶσαν ἄλλην φιλοτήσιον δεξίωσιν. hinc est Ζεὺς ὅρκιος, καὶ φίλιος, καὶ ἑταιρεῖος. ὅρκια πιστὰ ταμόντες, fœdere facto per sacrificium, B, 124, icto fido fœdere per dissectum sacrum. et 339, πῇ δὴ συνθεσίαι καὶ ὅρκια βήσεται ἡμῖν, quo abibunt nobis pacta et juramenta? nam per jusjurandum consociarant se Græci populi et principes. φιλότητα καὶ ὅρκια πιστὰ ταμόντες, amicitiam et fœdera facientes, Γ, 73, 94. et 105, ὄφρα ὅρκια τάμνῃ αὐτὸς, ut ipse fœdus faciat percusso sacro. et 107, μή τις ὑπερβασίῃ Διὸς ὅρκια δηλήσηται, ne quis petulanter Jovis fœdus violet, i. e. fœdus per Jovem factum. et 245, κήρυκες ἔφερον θεῶν ὅρκια πιστὰ, i. e. τὰ ἐν ὅρκοις χρειώδη, τὰ εἰς ὅρκον χρήσιμα. Sic τάμνειν ὅρκια est, θῦσαι τὰ ἐπὶ ὅρκῳ σφάγια, victimas immolare et mactare ad fœdus faciendum adhiberi solitas. et 269, κήρυκες ὅρκια πιστὰ θεῶν συνῆγον, i. e. victimas ad fœdera congregabant. et 280, φυλάσσετε δ' ὅρκια πιστὰ, ὦ θεοί. et 299, ὁππότεροι πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια πημήνειαν, quicunque priores contra fœdus damnum intulerint. ὥς κεν Τρῶες 'Αχαιοὺς ἄρξωσι πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια δηλήσασθαι, Δ, 67, ut Trojani priores incipiant Græcos lædere contra fœdus. et 155, θάνατόν νύ σοι ὅρκια ἔταμνον, ergo fœdus percussi, tibi ad mortem. et 157, κατεπάτησαν ὅρκια πιστὰ, pedibus conculcarunt fœdus factum. et 269, ἐπεί γε συνέχευαν Τρῶες ὅρκια, disturbarunt. et 271, ἐπεὶ πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια δηλήσαντο, quia priores contra fœdus hostiliter egerunt. ὅρκια μὲν Κρονίδης ὑψίζυγος οὐκ ἐτέλεσσεν, fœdus ad finem suum destinatum venire non sivit, H, 69, conf. Ζεύς. et 351, νῦν δ' ὅρκια πιστὰ ψευσάμενοι μαχόμεσθα, nunc pugnamus, postquam mentiti sumus fœdera per jusjurandum firmata, i. e. violato fœdere, contra jusjurandum, ἐπιορκήσαντες, *als meineidige fechten wir, (we fight as verjured men;)* quod quidem male cedet nobis. loquitur ibi Antenor, bene suadens Paridi. sic πιστωθῆναι ὅρκῳ, est, fidem de se facere alteri per jusjurandum. et 411, ὅρκια δὲ Ζεὺς ἴστω, sciat id ut testis: nam juraverant Trojani in illa pacificatione, Γ, 292. et circa, memorata; etsi poëta id ibi reticuit διὰ τὸ πᾶσι δῆλον. ὅρκια πιστὰ τάμωμεν, Τ, 191,

fœdera fida feriamus. *ὡς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστὰ*, X, 262, sicut nulla sunt fœdera leonibus et hominibus. et 266, *οὔτε τι νῶι ὅρκια ἔσονται*, sic et inter nos nulla erant. *ἔμπης δέ σοι ὅρκια δώσω*, omnino tibi jurabo, τ, 302, et sequitur 303, seqq. carmen jurisjurandi. *ὅρκια πιστὰ ταμόντες*, fœdus percutientes, ω, 482. et 545, *ὅρκια μετ' ἀμφοτέροισι θῆκεν Ἀθήνη*, fœdus constituit. est ergo *ὅρκιον* ab *ὁ ὅρκος*, sicut est *τὸ λόγιον*, i. e. *ὁ χρησμὸς*, ab *ὁ λόγος*.

ὅρκος, *ου. ὁ.* (Ἔρα) jusjurandum. *ein eid, ein schwur, (an oath.)* est nomen deductum ab *εἴργω*, i. e. *ἐγκλείω*, nam jusjurandum includit nos in ea quæ juravimus. ab eodem verbo est *ἡ ὀρκάνη*, pro *ἑρκάνη*, quæ est *ἕρκος τὶ, ἀκανθῶδες περίφραγμα*, sepimentum loci ex dumis et spinis factum, *ein dorn-hecken-zaun, (a quickset hedge.) καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι*, pro *ἐπομοῦμαι*, *will einen hohen eid dazu schwören, (will swear a solemn oath,)* A, 233. I, 132, 274. *ὁ δέ σοι μέγας ἔσσεται ὅρκος*, A, 239, erit tibi magnum jusjurandum, nimirum Achilles jurabat scipionem ligneum et aridum, sic certo fore desiderium sui, i. e. se nolle adjuvare Græcos pugnando, sicut iste scipio folia et virorem suum recepturus non sit. *ὅρκου γὰρ δεινοῦ Στυγὸς ὕδατος*, B, 755, nam ex hac inferna Styge, quæ erat jusjurandum divinum et horribile, effluebat *ὁ Τιταρήσιος*: hinc et *τοῦτο τὸ δεινὸν τῆς Στυγὸς ἀνεπίμικτον μένει τῷ Πηνειῷ: δέδιε γάρ πως ὁ Πηνειὸς τὴν ἀνάκρασιν, ὡς εἴ περ ἔμψυχος ἦν*. potest tamen et historice intelligi, quod *οἱ ἐγχώριοι* per Titaresium fluvium jurare soliti fuerint, sicut dii per Stygem; et hanc historicam veritatem more suo poëtice involvit. sic in *Βιθυνίᾳ* erat fluvius, nomine *Ὅρκος, ὃς φρικωδέστατος ὅρκων τοῖς ἐκεῖ ἐνομίζετο*, conf. Arrianum. *Στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι*, O, 38, ubi refertur Juno jurans Jovi, etsi subdole; debebat enim jurare, quod ipsa nihil fecerit *πρὸς ἀπάτην* adversus Jovem; nunc jurat, quod Neptunus non Junonis impulsu, sed suo, faciat quæ faciat. *νῦν μοι ὄμοσσον, Ὀλύμπιε, καρτερὸν ὅρκον*, T, 108. et 113, *ὄμοσεν μέγαν ὅρκον*. dicitur *μέγας* ob ea per quæ juratur: *καρτερὸς* vero, i. e. *γενναῖος, καὶ ὃς ἂν μὴ παραβαθῆναι δύναται*. hinc et Jupiter, cum summo licet dolore, semel præstitum *ὅρκον*, etsi deceptus, servat tamen religiose. nam *σεβάσμιος ὁ ὅρκος* etiam in fabulis, nedum in re seria. etsi lædimur per datum *ὅρκον*, deceptis quoque et inductis tamen debet esse sanctissimus. et id docere vult poëta. coll. 125. et 175, *ὀμνυέτω δέ σοι ὅρκον ἐν Ἀργείοισιν ἀναστάς*: nam juraturus stabat. *νῶϊ πολεῖς ὠμόσαμεν ὅρκους*, Υ, 313, inquit Juno de se et Minerva: nos multa juravimus juramenta: et excusat se, quod ideo non possit adesse Æneæ. docetur ergo sub exemplo ficto, etiam summis et potentissimis sanctum esse debere *ὅρκον*. *Τρωσὶν δὲ γερούσιον ὅρκον ἕλωμαι*, X, 119, i. e. a principibus eorum sumam *ὅρκον, πρέποντα τοῖς γέρουσιν*, gravem nimirum, et obligantem omnes cives. conf. Josuæ ix, 19, 15. *ὅγε ἠρνεῖτο στερεῶς, ἐπὶ δ' ὅρκον ὄμοσεν*, Ψ, 42, recusabat constanter, et insuper jurabat; et in sequentibus recitatur carmen jurisjurandi. et 441, *ἀλλ' οὐ μὰν οὐδ' ὧς ἄτερ ὅρκου οἴσῃ ἄεθλον*, sed certe ne sic quidem sine juramento auferes præmium. magnam rem esse *ὅρκον*, docet poëta, Γ, 276, seqq. ubi omnes dii et omnia elementa contra perjurum excitantur. et apud Herodotum evolve *Γλαῦκον τὸν Λακεδαιμόνιον*. Sacrificium, jurisjurandi causa factum, ab *ἐγχωρίοις* (habitatoribus illius terræ) defodiebatur in terra: sed *οἱ ἐπήλυδες*, (peregrini et hospites) projiciebant id in mare aut in fluvium. Hinc *Ταλθύβιος*, utpote peregrinus jam in Troade, projicit; T, 267, s. Priamus vero, inquilinus, agnos *τῶν ὁρκίων* secum aufert, ipse suis manibus imponens eos currui, Γ, 310: nunquam vero de ejusmodi sacris gustabatur aliquid. ritus *ὅρκου* vide Ξ, 271, seqq. et circa rem equestrem Ψ, 582, seqq. ubi conf. *ἅπτομαι*. *γρηῦς δὲ θεῶν μέγαν ὅρκον ἀπώμνυ*, β, 377. et 378, *τελεύτησέν τε τὸν ὅρκον*. vocatur *μέγας*, quia deus, res summa, invocatur testis et ultor: *τελευτῆσαι* vero est, *πληρῶσαι καὶ ἀποδοῦναι τὸν ἔνορκον λόγον*, plene enunciare et eloqui jusjurandum; e. c. *ποιήσω τόδε, ἢ οὐ ποιήσω*: determinare liquido id quod juratur. *ὤμοσα καρτερὸν ὅρκον, μὴ ποιεῖν τὸ*, δ, 253. et 746, *ἐμεῦ δ' ἕλετο μέγαν ὅρκον*, meum magnum jusjurandum sumsit, *μή με ποιεῖν τοῦτο*, *von mir nam er einen hohen eid, (he took my solemn oath.) εἰ μὴ τλαίης, ἐμοὶ μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι*, ε, 178. sic et κ, 343. *μακάρων μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι*, per deos jurare, κ, 299. et 346, *ἐπεὶ ὤμοσέν τε τελεύτησέν τε τὸν ὅρκον*; et carmen id jurisjurandi est ε, 184, seqq. *ἤδη γάρ σοι ἀπώμοσα καρτερὸν ὅρκον*, κ, 381. *ἀλλ' ἄγε νῦν μοι πάντες ὀμόσσατε καρτερὸν ὅρκον*, μ, 298. (sic et σ, 55.) et 304, *ἐπεὶ ὄμοσάν τε τελεύτησάν τε τὸν ὅρκον*. *ἀλλ' ἤτοι ὅρκον μὲν ἐάσομεν*, sed sane juramentum jam omittemus, ξ, 171, i. e. non opus est jurejurando *ἐν ἀδήλοις*, de incertis; potius opus est *εὐχῇ*, voto, 172. coll. 151, *μυθήσομαι σὺν ὅρκῳ*, loquar juratus, et carmen jurisjurandi sequitur 158, seqq. ubi ipse personatus Ulysses jam præsens jurat Eumæo non noscenti eum, Ulyssem mox adfuturum. *ὃς ἀνθρώπους ἐκέκαστο κλεπτοσύνῃ θ' ὅρκῳ τε*, τ, 396, ubi dicitur pater Mercurius dedisse Autolyco, avo materno Ulyssis, ut posset superare omnes astutia et *ὅρκῳ*, sc. *τῷ ἐπὶ κλεπτοσύνῃ*. nam potest sæpe aliquis vere jurare, ubi tamen audientes decipiuntur. sic ille, qui abreptum piscem socio dabat, jurabatque se non habere piscem; alter vero, se non abripuisse: vel et, se non habere piscem, nec scire alium qui abripuerit; et alter, se non abripuisse piscem, nec scire alium qui habeat: et sic *ἐσοφίσαντο τὸν ἰχθυέμπορον* non satis attendentem verbis, et simplicem. tales sunt *ὅρκοι σοφισματώδεις*, veri in se, contra tamen sensum audientis. talibus frequenter usus est *Σίσυφος*. confer tamen h. l. Dacieriam,

quæ aptius fortasse explicat: et est opera ejus laudatissima etiam in reliquis plurimis aliqua difficultate laborantibus locis. cæterum non semper jurabant deum ipsum. sic Telemachus jurat per *ἄλγεα πατρὸς*, *υ*, 339, *μὰ Ζῆνα, καὶ ἄλγεα πατρὸς ἐμοῖο*, ubi, simul cum Jove, jurat per ærumnas patris sui, quam veræ sint illæ, tam verum et esse hoc. et is ipse *ὅρκος* h. l. est exemplum decipientis, veri tamen, jurisjurandi. jurat enim, se non moraturum esse nuptias matris suæ novas: et ipse intelligit renovatas nuptias patris sui, quem sciebat jam adesse; proci autem, id ignorantes, intelligebant id de nuptiis alicujus ex ipsis cum Penelope. Socrates jurare solitus fuit per *κύνα*, canem mordacem. *ἐρῶ σοὶ, καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι*, *υ*, 229, et sequitur 230, seqq. carmen *τοῦ ὅρκου*, ubi ipse Ulysses personatus jurat, Ulyssem mox adfuturum: ut ergo esset *ὅρκος* verissimus, deceptor tamen innoxius audienti. supra ex ξ idem adfuit. *εἴ μοι ἐθέλοιτε ὅρκῳ 'πιστωθῆναι*, si mihi volueritis dato jurejurando fidem de vobis facere, *ο*, 435, nam *πιστοῦσθαί τινι* est, fidum existimari alicui. et 437, *τελεύτησαν τὸν ὅρκον*, *haben den eid förmlich abgeleget, (had taken a solemn oath.)* *μὰ* in juramentis negativis locum proprie habet, quia est pro *μή*: sed addito *ναὶ* valet in affirmativis pro solo *ναί*. sic Pythagoras in aureo carmine, versu 47, *ναὶ μὰ τὸν ἡμετέρᾳ ψυχῇ παραδόντα τετρακτὺν*, i. e. per deum, qui indidit vitæ nostræ quaternarium numerum: et ista *ἡ τετρακτὺς* pertinet inter arcana Pythagorica. conf. Macrob. Serm. Sat. Lib. 1. c. 6, ibique commentatores.

ὁρμαθὸς, οῦ. ὁ. ('Ρέω) series connexa, catenata series. *ἐπεί κέ τις ἀποπέσῃ ὁρμαθοῦ ἐκ πέτρης, ἀνά τ' ἀλλήλαισιν ἔχονται*, *ω*, 8, ubi sermo est de vespertilionibus, in antro saxi latentibus: et dubium ibi est, an *ὁρμαθὸς* sit series quædam connexa, qua cohærent invicem vespertiliones, sicut apes solent post examen ductum; ut sit, si forte aliqua deciderit a cohæsione et ex saxi superiore parte; an vero *ὁρμαθὸς* ibi sit, latibulum, rima saxi: nam hæc significatio quoque in usu est. cæterum est ab *εἴρω*, necto, conjungo. et posterior quoque significatus inde est, lustrum ubi animal se contrahit et cui se adjungit arcte.

ὁρμαίνω, f. ανῶ. ("Ορω) moveo, agito. ponitur sæpissime de cogitatione et consilio, ut notetur *κίνησις βουλευτικὴ*, agitatio mentis consultatoria: qua finita *τὸ ἵστασθαι*, statuere, sequitur, e. c. *ἔστησα παρ' ἐμαυτῷ βουλήν*. *ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν*, Α, 193, ubi prior pes est anapæstus loco dactyli vel spondei: *ἕως ἔτι ἐν κινήσει καὶ ἀρχῇ ἐτύγχανε βουλεύματος*, *indem er das bey sich gedachte, und geneigt war es zu thun, (as he thought this within himself, and was disposed to do it:)* et sequitur duplex apodosis versu sequente, *so zog er den degen zwar, aber es kam —, (he drew his sword indeed, but there came —:)* nisi protasin vis finitam esse post *ξίφος*, ut apodosis incipiat cum *ἦλθε δὲ*, *da kam, (there came,)* tunc veniebat. sic et Κ, 507. Λ, 411. Ρ, 106. Σ, 15. *δ*, 120, sequente etiam apodosi per *δέ*. *ε*, 365, 424. *ὣς* (*οὕτως*) *ὁ γέρων ὥρμαινε, δαϊζόμενος* (divisus quasi) *κατὰ θυμὸν διχθάδια*, dupliciter, Ξ, 20, sic agitabat mente, sc. *βουλεύματα*. *ὣς ὥρμαινε μένων*, sic cogitabat secum stans, Φ, 64. Χ, 131. *ἑζόμενος δ' ὥρμαινε κατὰ φρένα*, *ζ*, 118. *πολλὰ δέ οἱ κῆρ ἱσταμένῳ*, *η*, 83. *ἄλλα δέ οἱ κῆρ φρεσὶν ἦσιν*, *σ*, 344. *πολλὰ δέ οἱ κῆρ ὥρμαινε*, *ψ*, 86. quibus omnibus locis de deliberatione aut divisa cogitatione ponitur. *ὥρμηνεν δ' ἀνὰ θυμὸν*, agitabat animo, Φ, 137. *ὥρμηναν δ' ἀνὰ θυμὸν ἅπερ τελέεσθαι ἔμελλον*, *β*, 156, et sollicitabant eæ res obscura agitatione animum, quæ sane et futuræ erant fieri, *sie dachten unruhig im gemüthe an etwas, das auch wirklich am ende geschehen sollte, (they had confused emotions as to what was destined finally to happen,)* i. e. magnum infortunium augurabantur sibi: et *ἔμελλον* non pertinet ad *ἅπερ*, ut *τελέεσθαι* sit passive; sed pertinet ad *μνηστῆρες*, et *τελέεσθαι* est in media forma sensu intransitivo: quæ in fine experiri futuri ipsi erant. *ὁρμαίνων, ἤ κεν θάνατον φύγοι ἤ κεν ἁλῴη*, *ο*, 299, inquietus animo, dubius, an mortem effugere posset, an caperetur morte. *ἐμοὶ, ὁρμαίνοντι, ἤ μιν, ἦ*, Π, 435, mihi deliberanti, an eum, an: mihi qui sum dubius. *ὁρμαίνοντα ἀνὰ θυμὸν*, versantem in animo, Ω, 680, serio deliberantem. *πολλὰ φρεσὶν ὁρμαίνοντα*, volventem multa animo, Κ, 4. *εἰ γὰρ ἐγὼν πυθόμην ταύτην ὁδὸν ὁρμαίνοντα*, si enim ego rescissem, quod tantum iter moliretur, *δ*, 732. *ἤλυθον ἐς Τροίην, πόλεμον θρασὺν ὁρμαίνοντες*, profecti sunt in Trojanam terram, bellum animosum molientes, sc. illo tempore quo proficiscebantur, Κ, 28, nam nunc, cum jam sunt in Trojano solo, dicuntur *πολεμεῖν*, non vero *ὁρμαίνειν εἰς πόλεμον*. sic, *δ*, 146. *ἤλθετε ὑπὸ Τροίην*, veniebatis ad Trojam, ibatis: nam *ἔρχεσθαι* est, ire, proficisci. *χαλεπὰ φρεσὶν ὁρμαίνοντες ἀλλήλοις*, *γ*, 151, dura contra nos invicem molientes et volventes animo: nam alteri alteros erant relicturi. et 169, *ἔκιχεν* (adsequebatur) *δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντας*, i. e. *ὁρμῶντας, διαλογιζομένους*, molientes. *Τηλεμάχῳ φόνον φρεσὶν ὁρμαίνοντες*, constituentes ei mortem in animo, *δ*, 843. et 789, *ὁρμαίνουσα, εἰ θάνατον φύγοι υἱὸς, ἤ ὅγε δαμείη*, sollicite cogitans, an filius effugeret mortem, an cæderetur. et 793, *τόσα ὁρμαίνουσαν*, hæc tanta et tot volventem animo anxio, coll. 791. ergo hoc verbum a poëta semper de agitatione mentis sollicite cogitantis *καὶ ἐπὶ τοῦ διαλογίζεσθαι* positum.

ὁρμάω, f. ήσω. ("Ορω) moveo me ocyus. deinde et active, *κινέω*, moveo, impello, concito. est ab *ὄρω*, ejusque perf. pass. *ὧρμαι*: unde notio intransitiva magis est propria: sed valet tamen regula, quod omnia fere verba activæ formæ notare possint et intransitive. *ἴρηξ* (accipiter) *ὁρμήσει* (*κινήσει ἑαυτὸν*, incitare solet ipso

se) πεδίοιο (per planitiem et apertum locum; et deest præp. διὰ) διώκειν ὄρνεον ἄλλο, N, 64. alia phrasis est O, 693, ἴθυσε, recta ruebat et contendebat κατὰ νεὸς, contra navem. sic deest præpositio, Δ, 335, ὁπότε (κατὰ) Τρώων ὁρμήσειε, quando impetum daret contra Trojanos. ὁσάκι δὲ ὁρμήσειε Ἀχιλλεὺς στῆναι ἐναντίβιον, quoties impetum caperet contra stare vi, Φ, 265. sic, ὁσάκι δ' ὁρμήσειε πυλάων ἀντίον ἀΐξασθαι, X, 194, quoties contenderet contra portas irruere. his locis est intransitive. active vero et transitive est Z, 338, νῦν δέ με παρειποῦσα ἄλοχος μαλακοῖς ἐπέεσσιν ὥρμησε ἐς πόλεμον, nunc vero mihi suadens uxor blandis verbis me propulit et incitavit ad pugnandum. et σ, 375, εἰ δὲ αὖ καὶ πόλεμόν ποθεν ὁρμήσειε Κρονίων σήμερον, si vero etiam pugnam alicunde concitaret Jupiter hodie. *media* vero forma, et *passiva*, per se est intransitiva. μὴ φεύγειν ὁρμήσωνται, ne fugiendi impetum capiant, Θ, 511. Πηλείδης δ' ὡρμήσατο Ἀγήνορος, i. e. κατὰ τοῦ, Φ, 595, irruit contra eum, *warf sich auf ihn, (rushed upon him.)* ὡρμᾶτο ἐκ θαλάμου, Γ, 142, properabat ex conclavi suo. ὡρμᾶτο ἔγχεϊ, impetum fecit hasta, E, 855. ἐν δέ οἱ ἦτορ ἄλκιμον ὡρμᾶτο πολεμίζειν, in eo cor forte impetum habebat pugnandi, Φ, 572, *empfand einen starken trieb, (felt a strong impulse.)* ὡρμῶντο ἐκ κλισίης, properabant ex tabernaculo, I, 178. Τεῦκρος δ' ὡρμήθη μεμαὼς ἀποδῦσαι τεύχεα, N, 182, accelerabat ut exueret ei arma cupidus. et 188, Ἕκτωρ δέ. et 754, ὡρμήθη ὄρεϊ νιφόεντι ἐοικὼς, abibat cum impetu ingens ille vir sicut mons. ὡρμήθη (κατὰ) Ἀκάμαντος, contra eum ruebat, Ξ, 488, *fiel ihn an, (fell upon him.)* Ἀχιλλεὺς, irruit, properavit, X, 312. οἱ δ' αἶψα διώκειν ὡρμήθησαν, festinarunt confestim insequi, K, 359. αὐτοσχεδὸν ὡρμήθησαν μακροῖς ξυστοῖς, cominus strenue pugnabant longis hastis, N, 496, 526. τρὶς δὲ σχεδὸν ὡρμήθησαν, Ψ, 817, *die beyden fechter giengen drey gänge mit einander, (thrice did the two champions rush upon each other,)* ter cominus irruerunt adversus se invicem. locum ex κ, 214, vide in composito. ἐναντίω ὁρμηθήτην, adversi occurrerunt ambo, E, 12. ξιφέεσσι αὐτοσχεδὸν ὡρμηθήτην, ensibus cominus concurrissent, P, 530. ἢ ἀκοντίσαι ἢ σχεδὸν ὁρμηθῆναι, aut eminus jaculari aut cominus congredi acriter, N, 559, et inest ibi τεῦ, pro τινὸς, omisso κατὰ, contra vel in aliquem. et 562, ἐγγύθεν ὁρμηθεὶς, ex propinquo et cominus congrediens pugnando. sic et O, 529. κεῖσε μέν ἐστι καὶ ὕστερον ὁρμηθῆναι, eo poteris vel alio tempore proficisci, Ξ, 313. ἥ μιν ἀποπαύσει ἐς ὕστερον ὁρμηθῆναι, μ, 126, quæ eam (Scyllam) desinere faciat, ne iterum irruat adversus te. δεύτερον ὁρμηθεὶς, deinde impetu factu, Π, 402. et 467, δεύτερος. σὺν τεύχεσιν, armatus invadens nos, Σ, 269. Ἕκτωρ δὲ (κατὰ τοῦ) ὁρμηθέντος ἀκόντισε, N, 183. et 190, Αἴας δέ. οὐδ' ὁρμηθέντος ἄκουσα, neque audivi quod iter pararet, δ, 728. οὐκ ἔτι ἔμπεδα γυῖα ἦν ὁρμηθέντι, festinanti artus jam non erant firmi, N, 512, coll. 513, et sermo est de defatigato. μετὰ Λήϊτον ὁρμηθέντα Ἕκτορα, Hectorem qui cum Leito acriter pugnabat vel pugnare cupiebat, P, 605. ἀθρόοι ὁρμηθέντες, conferti adgredientes hostem, T, 236. in sensu *vere passivo* est θ, 499, ὁρμηθεὶς (ὑπὸ) θεοῦ, ubi de poëta vel cantore est sermo, κινηθεὶς ὑπὸ θεοῦ, a deo actus et instinctus: nam est θεόσοφος, a deo sapiens factus et institutus; non vero ex arte aliorum didicit hanc cantilenam: ipse eam composuit, non memoria cepit factam ab aliis. πάντες ἅμα ὁρμηθέντες (ἵπποι) ὑπὸ πληγαῖς ἱμάσθλης, omnes simul incitati a verberibus scuticæ, ν, 82. νῶϊ μὲν ἀμφοτέρω ὁρμηθέντε, δ, 282, nos ambo incitati hoc sermone.

ὄρμενος, ὁ, ὄρμενος pro ὀρόμενος, vide sub ὍΡΩ, prope finem.

ὁρμὴ, ῆς. ἡ. (Ὅρω) motus, impetus, conatus acer: initium, adgressio. etiam active, instinctus. μίνυνθα δέ οἱ γένετο ὁρμὴ, hoc inceptum et propositum non diu ei fuit, Δ, 466, et sermo est de heroë Græco, qui occisum a se hostem spoliare volebat, sed quem heros Troicus in ipso illo actu subito interfecit. δὸς δέ με ἄνδρα ἑλεῖν καὶ ἐς ὁρμὴν ἔγχεος ἐλθεῖν, *gieb, O Minerva, dass ich den mann fasse, und dass er mir ihn (oder auf) den wurf eines spiesses komme, (grant, O Minerva, that I may see the man, and that he may come within reach of my spear,)* E, 118, tam prope, ut hasta conjecta eum ferire possit. μόγις δέ μου ἔκφυγεν ὁρμὴν, vix impetum et incursum meum effugit, I, 355. ἔλαφος, ἱδρώουσα κραταιοῦ θηρὸς (leonis) ὑφ' ὁρμῆς, cervus fugit sudans, præ impetu et adgressione, Λ, 119, sub impetu, *bey dem anfalle, vor dem anfalle, (during the attack, before the attack.)* et 157, θάμνοι πίπτουσιν ἐπειγόμενοι (impulsi et adflicti) πυρὸς ὁρμῇ, vi ignis, *von der gewalt des feuers, (by the fierceness of the fire.)* οὐδὲ δυνάσθη αἶψα ἀνασχεθέειν μεγάλου ὑπὸ κύματος ὁρμῆς, ε, 320, neque poterat cito emergere ex immersione in fluctum magnum et ex vi altæ undæ. et 416, μελέη δέ μοι ἔσσεται ὁρμὴ, frustranea mihi erit inceptio, frustraneus conatus gravis. active videtur poni K, 123, ἐμὲ εἰσορόων, καὶ ἐμὴν ποτιδέγμενος ὁρμὴν, me intuens, et meum instinctum exspectans, coll. 121. exspectans dum ego eum cohorter et agere jubeam. sic et β, 403, τὴν σὴν ποτιδέγμενοι ὁρμὴν, ubi tamen aptius fortasse; tuum exspectantes adventum, et tuam ad iter faciendum inceptionem.

πανημέριος, ου. ὁ ἡ. (Ῥέω) per totum diem. recentiores dixere πανήμερος. ἦε πανημέριος κακὸς ἔσσομαι, an tota hac die ignavus ero? P, 180. ἀνδράσι πολεμίζει, cum hostibus totum diem pugnat, T, 168. οὐκ ἐμὲ Ζεὺς εἴασε Τρώεσσι πανημέριον πολεμίζειν, non permisit me contra eos totum diem pugnare, Λ, 278, ubi est vel accusativus ad ἐμὲ, vel est neutrum adverbialiter. οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο, A, 472, illi vero per totum reliquum diem cantu deum placabant. κρινώμεθα Ἄρηϊ, decernamus Marte, B, 385. κρίνονται Ἄρηϊ, Σ, 209. οἱ δὲ πανημέριοι σεῖον ζυγὸν, quatiebant jugum equi ad currum juncti, i. e. currebant, γ, 486. ο, 184. ἐσθίετε βρώμην καὶ πίνετε οἶνον αὖθι, edite et bibite hic, μ, 24, toto die. τοῖς δὲ πανημερίοις ἔριδος μέγα νεῖκος ὀρώρει, concitabatur certamen, P, 384, est et fœmininum in usu: πανημερίη νηῦς, δ, 356, navis per totum diem currens. τῆς δὲ πανημερίης τέτατο ἱστία ποντοπορούσης, λ, 11, navi per totum diem tendebantur vela currenti. πανημάτιος vero nusquam poëta dixit, etsi simplex habeat ἠμάτιος.

πανθυμαδὸν, (Θέω) adverb. toto animo, ὁλοψύχως, valde serio. σ, 33, *alles ernstes, mit vollem eiser und zorn, (in good earnest, with the whole soul.)*

παννύχιος, ου. ὁ ἡ. (Νύσσω) et in fœminino παννυχίη. per totam noctem. ionice pro πάννυχος. θεοί καὶ ἀνέρες εὗδον παννύχιοι, B, 2. sic et Ω, 678. et 24, οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα, ubi est masculinum ad ἄνδρα. sic et 61,

nam ἐν νυκτὶ βουλή. hinc Terentius Heaut. 3, 1, 82, et Euripides: ἤδη ποτὲ ἄλλως νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ ἐφρόντισα. hinc nox et εὐφρόνη dicitur, quia tunc optime potest deliberari. παννύχιοι δαίνυντο, Η, 476. et 478, παννύχιος δέ σφιν κακὰ μήδετο Ζεὺς, σμερδαλέα κτυπέων, tonans. οἱ δὲ, μέγα φρονέοντες, ἐπὶ πτολέμοιο γεφύρῃ εἵατο παννύχιοι, illi, elati animis, ad pugnæ pontem (i. e. ad campum, in quo pugnatum fuerat, et qui veluti pons jungebat duos exercitus) sedebant per totam noctem, Θ, 550, *bey der wahlstatt, (on the field of battle.)* et 508, ὥς κεν παννύχιοι καίωμεν πυρὰ πολλά. ἀριστῆες εὗδον παννύχιοι, Κ, 2. παννύχιοι ἐγρήσσοντες, vigilantes, Λ, 550, *die die ganze nacht auf sind, (who are up all night.)* ab ἐγείρω est ἔγρω, inde ἐγρήσσω. sic et Ρ, 660. παννύχιοι Πάτροκλον ἀνεστενάχοντο γοῶντες, Σ, 315, 354. παννύχιοι ἄνεμοι, Ψ, 217. ἔνθα ὅγε παννύχιος ἐβούλευε φρεσὶν ὁδὸν, α, 443. ἐν φύλλοις εὗδον παννύχιος, η, 288. φερόμην, μ, 429, ferebar natans. παννυχίη νηῦς, β, 434. ψυχὴ, Ψ, 105, anima ejus pernox adstitit mihi.

πάννυχος, ου. ὁ ἡ. (Νύσσω) per totam noctem. ὁ δὲ πάννυχος Ἀχιλλεὺς οἶνον ἀφυσσόμενος χαμάδις χέε, tota nocte vinum hauriens in terram id effundebat, libandi et animam defunctam placandi causa, Ψ, 218, coll. 217. τί πάννυχον ὕπνον ἀωτεῖς, Κ, 159, cur per totam noctem dormis? ὗε δὲ Ζεὺς πάννυχος, pluebat nocte tota, ξ, 458. πάννυχον ἐγρήσσοντα, vigilantem, υ, 53.

πανομφαῖος, ου. ὁ. (Φάω) est epitheton Jovis, qui, quatenus physice est aër, omnis vocis causa est, nam φωνὴ est ἀέρος πληγή: sed, quatenus est deus, ad eum omnis ominatio refertur, ut ad dirigentem et mittentem, ὁ πάσης μαντείας αἴτιος. alii enim vates sunt tantummodo ὑποφῆται Διὸς, sive dæmones ii sint sive homines: ipse vero est summus προφήτης. πανομφαίῳ Ζηνὶ ῥέζεσκον Ἀχαιοί. Θ, 250, quæ ara erat in campo et sub dio. Vide sub θεῖος.

πάνορμος, ου. ὁ ἡ. (Ὄρω) est epitheton portus, in quavis sui parte apti ad stationes navium. πάνορμοι λιμένες, ν, 195, οἱ ἀγχιβαθεῖς, εἰς οὓς διὰ τοῦτο πᾶσα ναῦς καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ὁρμίζεται. et loquitur h. l. in plurali, intelligens tamen unum illum portum Φόρκυνος, de quo paullo ante dixerat.

πανόψιος, ου. ὁ ἡ. (Ὄφ) qui ab omnibus conspicitur, ὁ πᾶσιν ὁρατός. πανόψιον ἔγχος, hastam fulgore suo in omnium oculos incurrentem. et a qua omnes hostes timuerunt sibi, Φ, 397. sed hæc vox sine dubio est mendosa ibi. alii enim eam vocem compositam dicunt a πᾶν et ὀψὲ, ut sit, πάντων τελευταῖον καὶ ἔσχατον, et ut indignatio notetur, quousque progressa sit amentia et ira Minervæ, ut tandem etiam Diomedis hastam direxerit in Martem: nam is ibi adloquitur Minervam irate. alii scribi censent ὑπονόσφιον, ut notetur fortasse (nam Eustathius dubitat, quid hoc vocabulum sibi h. l. velit, quod priores Eustathio et οἱ παλαιοὶ non enarraverunt) τὸ ἐκ τοῦ Διομήδους ὑπ' αὐτῆς νοσφισθὲν ἤτοι χωρισθὲν καὶ ἁρπασθέν: vel minus duriter, hastam clam a te in manu ejus directam aliunde in me.

πανσυδίη, et πασσυδίη, ης. ἡ. (Σέω) omne studium, si omnis adhibetur motus ad rem agendam idoneus. est a πᾶν, et σύω pro σεύω, moveo. ablativus poni solet adverbialiter: est et adverbium πανσυδεί. θωρῆξαι αὐτὸν κέλευε Ἀχαιοὺς πανσυδίῃ, Β, 12, jube eum armare Achæos universos et omni conatu, πανστρατιᾷ, παμπληθεὶ, μηδενὸς ἀπομάχου μένοντος, πανορμεί. πάντες ἦλθον ὁμῶς, αὐτοί τε καὶ ἵπποι, πασσυδίῃ, Λ, 708, omnes venerunt simul, ipsi et equi, cum omni studio et omnibus suis copiis. alibi potest esse pro, παντελῶς, e. c. πανσυδεὶ διεφθάρθαι, omnino perditum esse. sic apud Euripid. Troad. 792, πανσυδίῃ χωρεῖν διὰ παντὸς ὀλέθρου, omni motu et maximo gradu ire per omnes species exitii. et sermo ibi est de Hecuba misera. alias est προθύμως καὶ πάσῃ ὁρμῇ, ut his ll. cc.

πάντη, adverb. et dorice, πάντα vel παντᾷ, q. v. (Πάω) ubique, *allenthalben, (every where.)* omnino, prorsus, *gänzlich, überall, (wholly, all over.)* quoquoversum, *allenthalben hin, (all around.)* omni modo, *auf alle weise, (in every way.)* ἐπῴχετο κῆλα θεοῖο πάντη ἀνὰ στρατὸν, volabant sagittæ dei ubique per exercitum et castra, Α, 384. κατὰ στρατὸν ᾤχετο πάντη, per exercitum vadebat undique, Ε, 495, summus dux, cohortaturus copias. et 739, ἣν περιστεφάνωτο φόβος πάντη, *von allen seiten und gänzlich, (on all sides and completely.)* ἐποιχόμενοι, obeuntes ubique, et sermo est de ducibus militaribus, Ζ, 81. Κ, 167. εἰλυφόων ἄνεμος φέρει πάντη, contorquens ventus differt quaquaversum flammam, Λ, 156. et 212, κατὰ στρατὸν ᾤχετο πάντη, per exercitum et aciem ibat quoquoversum. πάντη γὰρ περὶ τεῖχος ὀρώρει πῦρ, ubique circa murum excitatus est ignis, Μ, 177. et 430, πύργοι καὶ ἐπάλξιες αἵματι φωτῶν ἐῤῥάδατο, ubique perfusæ erant sanguine. πάντη γάρ σε πέρι στέφανος πολέμοιο δέδηε, Ν, 736, undique circa te. et 806, πάντη δ' ἀμφὶ φάλαγγας ἐπειρᾶτο, ubique circa ordines tentabat impetu facto, an perfringere eos posset. περὶ δ' ἔδραμε πάντη, Ξ, 413, ubi sermo est de saxo jacto e manibus Ajacis; et adverbium notat, circum volvisse se saxum inter volandum. πάντη δὲ κακὸν κακῷ ἐστήρικτο, omni modo malum malo stabiliebatur, Π, 111, coll. 110, οὐδέ πη, nec ullo modo. et 496, 533, ἐποιχόμενος, de duce adhortante. σάκεσσι γὰρ ἔρχατο πάντη, clypeis enim septi erant undique, Ρ, 354, *waren überall damit bedecket, (were every where covered with them.)* ἡ δ' ἄρα πάντη φοιτήσασα, Υ, 5, de Themide, convocante deos ad consilium; circa obiens. et 492, ἄνεμος κλονέων εἰλυφάζει φλόγα πάντη, contorquet flammam quaquaversum. et 493, ὥς ὅγε πάντη θῦνε σὺν ἔγχεϊ, *auf allen seiten und allenthalben, (on all sides and every way.)*

πάντη δ' ἀμφὶ νέκυν ἔῤῥεεν αἷμα, ubique, ψ, 34. et 127, παρακάββαλον ὕλην, omnino dejecerant ordine ligna; sic ut nulla jam ligna petenda restarent, sed ex his posset construi rogus, coll. 163, s. et 463, πάντη δέ μοι ὄσσε ἀνὰ πεδίον παπταίνετον, quoquoversum oculi mihi speculantur per campum. περὶ δὲ σκοποὶ εἵατο πάντη, circum constituti erant speculatores undique, Ω, 799, *überall rund herum, (every where round about.)* κατὰ πτόλιν ᾤχετο πάντη, per urbem obîbat quaquaversum, β, 383. πάντη κατὰ γουνὸν ἀλωῆς, ubique per vineam latam, λ, 192. *überall, hie und da, sind lagerstäte fur ihn bereitet, dass er ausruhen kann, wenn und wo er will, (every where, at intervals, resting-places are prepared for him, so that he can sit when and where he pleases.)* notatur ergo infirmitas senis, qui per agrum tam multas habeat στιβάδας, ut inter ambulandum sæpius possit requiescere. ἔκαμόν μοι ὄσσε πάντη παπταίνοντι, μ, 233. ἀναστρωφῶν, versans arcum et contemplans eum ab omni parte, φ, 394. et 405, ἐπεὶ τόξον ἴδε πάντη, *nachdem er den bogen genau genug besehen, (after he had minutely examined the bow.)* περὶ δὲ κλισίον θέε πάντη, parva domus circum quaque ducta erat, ω, 207, *eine art von stall, und wo die knechte ihre zellen hatten, gieng von allen seiten um das hauptgebäude her, (a kind of out-house, where the servants lived, ran all round the main building;)* sine dubio a tribus tantum partibus. et 354, ἀγγελίας δὲ πάντη ἐποτρύνωσι πολίεσσι, passim mittant nuntios in urbes. et 412, ἄγγελος ὦκα κατὰ πτόλιν ᾤχετο πάντη.

πάντοθεν, (Πάω) adverb. undique, *von allen seiten, (on all sides.)* πάντοθεν ἐκ κευθμῶν, undique ex latebris suis emergebant monstra marina, Ν, 28. ὁ λαμπόμενος πυρὶ πάντοθεν, ob arma ejus fulgentia, Ο, 623. ἱδρὼς ἐκ μελέων ἔῤῥεεν, Π, 110. Ψ, 689. et 112, ἐκ κλισιῶν, ex tabernaculis. ζεῖ λέβης πάντοθεν ἀμβολάδην, *der kessel siedet über und über, und wirft das wasser im sieden in die höhe, (the kettle boils over and throws up the water in boiling,)* Φ, 364. περιέστη κυκλὰ, ξ, 270. et 428, ἀρχόμενος μελέων, undique ex omnibus membris mactati suis aliquid abscindens in primitias diis offerendas comburendasque. μῆλα ἐξ ἀγρῶν, ρ, 171.

παντοῖος, οίη, οῖον. (Πάω) omnimodus, varius. ἵππους παντοίου δρόμου ἄσῃ, equos vario cursu satiaveris, Σ, 281. πολέες μῦθοι, παντοῖοι, multa verba et varia, Υ, 249. παντοῖοι τελέθοντες, varii exsistentes, ρ, 486, ubi sermo est de diis apparentibus nunc sub hac nunc sub illa forma. κύματα παντοίων ἀνέμων, Β, 397. sic, πνοιαὶ, Ρ, 56. κρειῶν παντοίων πίνακας, lances variarum carnium, α, 142. δ, 58. ἀέλλας παντοίων ἀνέμων, procellas variorum ventorum, ι, 293. et 305, ἄελλαι. παντοίοισι δόλοισι, γ, 119, 122, quales in bello laudabiles et legitimi. ἀνέμοις, ι, 260. εἰδὼς παντοίους δόλους, Γ, 202. ὕλη παντοίη, *allerley waldung und gehölze, (all kinds of wood.)* ν, 247. παντοίης ἀρετῆς, omnigenæ virtutis, Χ, 268, nam plus quam una dexteritas in bono milite esse debet. παντοίην ἀϋτμὴν, Σ, 471, varium flatum, alias leniorem alias fortiorem: et sermo est de follibus Vulcani. ἐδωδὴν, *allerley gebackenes, (all sorts of baked food,)* ζ, 77. et 234, τέχνην, sc. χαλκευτικὴν καὶ χρυσοχοϊκήν. ἀρετὴν, i. e. εὐδαιμονίαν, *alles wohlergehen, (all kinds of prosperity.)* ν, 45. φιλότητα, ο, 246, quod attinet varia amoris divini dona, fuit enim magnus rex, bellator, vates, musicus. πόσιος ποθέουσα παντοίην ἀρετὴν, mariti desiderans omnigenam virtutem, σ, 204. τέχνην, ψ, 161. πρασιαὶ παντοῖαι, η, 128, areæ in horto omnis generis. σταφυλαὶ, ω, 342, uvæ variæ. παντοίαις ἀρεταῖς κεκασμένον, δ, 725, 815. παντοίας ἀρετὰς, Ο, 642. ἱπποσύνας, ψ, 308, *alle ritterliche übungen, (all sorts of equestrian exercises.)* et 314, μῆτιν παντοίην. οἴμας παντοίας ἐνέφυσέ μοι θεὸς, χ, 348, ubi est character boni poëtæ, qui nascitur, non fit.

πάντοσε, (Πάω) quoquoversum, *allenthalben hin, überall herum, (on all sides, all around.)* πάντοσε ἐποιχόμενος, Ε, 508, obiens, dux cohortans. παπταίνων, oculos dirigens, Ν, 649. Ρ, 674. et 680, δινείσθην, circumferebantur oculi. φοιτήτην, Μ, 266, itabant ambo quaquaversum, cohortantes. δύνασαι δέ τι πάντοσε ἀκούειν, Π, 515, potes enim et ubique audire; de numine precibus vocato. ἀσπίδα πάντοσε ἐΐσην, i. e. rotundam, Γ, 347. Ε, 300. Η, 250. Λ, 61. Μ, 294. Ν, 157, 160. Ρ, 7. Υ, 274. Φ, 581. πάντοσε δαιδάλλων, Σ, 479, undiquaque exornans artificiose et varie. ἀτυζομένων κυκλοτερὲς, ρ, 209, ad differentiam τοῦ ἡμικυκλίου, *zirkelformig überall, (completely circular.)* et 366, χεῖρα ὀρέγων, manum protendens ad omnes. παπταίνοντες, χ, 23, 380.

πάντως, (Πάω) adverb. omnino, *freilich, gänzlich, allerdinge, fürwar, (certainly, entirely, by all means, assuredly.)* πάντως οὐκ, nullo modo, Θ, 450. πάντως οὔτι με λήθεις, τ, 91, *ich sehe dich gar wohl, (I shall keep a sharp eye on thee.)* πάντως οὐκέτι, profecto jam non, υ, 180.

πανυπέρτατος, η. ον. (Ἕπω) omnium supremus, excellentissimus. χθαμαλὴ πανυπερτάτη εἰν ἁλὶ κεῖται, ι, 25, ubi vide χθαμαλή.

πανύστατος, ου. ὁ ἡ. (Ἕπω) omnium postremus. νῦν αὖτε πανύστατος, nunc contra postremus inter omnes, ι, 452, aries ex spelunca Cyclopis exiens. οὔτι πανύστατος ἦλθε διώκων, Ψ, 547, i. e. δεύτατος. et 532, πανύστατος ἤλυθεν ἄλλων.

πάομαι, f. πάσομαι. (Πάω) gusto, comedo. it. fruendum accipio vel habeo, in possessionem acquiro, possideo. apud poëtam solus prior significatus locum habet, ut sit vel, γεύομαι, comedo paululum; vel, ἀποπληροῦμαι, comedo ad satietatem, *ich koste, esse, (I taste, eat.)* νῦν δὴ καὶ σίτου πασάμην, καὶ αἴθοπα οἶ-

νον λαυκανίης καθῆκα: πάρος γε μὲν οὔτι πεπάσμην, Ω, 641, 642, nunc sane etiam cibi nonnihil gustavi, et vinum rubicundum per guttur demisi: antea quidem nihil omnino gustavi: οἰκεῖον γὰρ τῷ ἀτυχεῖ, ἀπογεύσασθαι μόνον: εἰς κόρον γὰρ ἐλθεῖν οὐκ εἶα τὸ πάθος. cæterum πεπάσμην potest esse plusqu. pass. potest vero et esse aor. 1. med. ionice et per syncopen: Iones enim vel omnino omittunt augmentum, vel nimis augent, ut πεπασάμην, repetita priore consona, sit pro ἐπασάμην, syncope vero est per extrusum α. ἐπεὶ σπλάγχνα ἐπάσαντο, cum de visceribus (sc. præparatis ad ignem, e. c. de hepate, corde, pulmonibus, etc.) gustassent, A, 464. B, 427, ἀπογευσάμενοι ὡς ἂν ὀλίγον, εἶτα εὐωχηθέντες δαψιλῶς. nam antequam reliquæ carnes sacræ assatæ essent, de ejusmodi visceribus, celerius præparatis, gustabat quisque, ne quid de victima sacra periret quod ad cibum pertinere possit. οἱ σπλάγχνα ἐπάσαντο, θεῷ δὲ ἐπίκαιον μηρία, γ, 9, 461. μ, 364. αὐτὰρ ἐπεὶ σίτοιό τ' ἐπασσάμεθ' (pro ἐπασάμεθα) ἠδὲ ποτῆτος, ι, 87. κ, 58, at postquam festinanter cibi aliquid sumsimus et potus. οὐκ ἐθέλεσκες ἅμα ἄλλῳ οὔτε ἐς δαῖτα ἴεναι, οὔτε ἐν μεγάροισι πάσασθαι, nolebas cum alio neque ad convivium extra domum ire, neque domi tuæ cibum capere, I, 483. ἀλλὰ πάσασθαι ἄνωχθι 'Αχαιοὺς σίτου καὶ οἴνου, at jube Græcos celeriter cibum et potum capere, T, 160, i. e. φαγεῖν καὶ πιεῖν. πὰρ γάρ σοι πρώτῳ πασάμην Δημήτερος ἀκτὴν, Φ, 76. *genoss ich brodt, (I tasted bread.)* δόσαν αὐτοῖς (ἐκ) λωτοῖο (τὶ) πάσασθαι, dabant iis aliquid gustandum de loto, ι, 93. nam re vera verbum hoc regit accusativum; genitivus vero est ex ellipsi. τίς τλαίη πάσσασθαι (ob metrum pro πάσασθαι) ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος, κ, 384, quis sustineret edere et bibere. δείπνου πασσάμενος μυθήσεαι, ex convivio paululum si comedisti, ut fere satur videri tibi possis, tunc narrabis, α, 124, sic: δείπνου πασσαμένω, δ, 61. apparet ergo, plerumque hoc verbum a poëta poni non de plena satietate per otium. εἴ τις πέπαται ἐσλὰ, si quis acquisivit bona, κέκτηται, Py. 8, 103, et est perf. pass. a πάομαι, in sensu deponentiali, acquiro, possideo. ab eadem origine est πάσσω, conspergo, ποικίλλω: et ὁ πηὸς, affinis, ὁ ἐξ ἀγχιστείας ἐπίκτητος συγγενής: et πολυπάμμων, ὁ ἡ, i. e. πολυθρέμμων, πολυκτήμων: et τὸ πῶϋ, grex. et adverb. παμπήδην, et ἡ παμπησία, i. e. παγκτησία. ad duplicem significatum τοῦ πάσασθαι, quo notat et φαγεῖν et κτήσασθαι, respexit ille qui dixit, τοσαῦτα ἔχω ὅσα ἔφαγόν τε καὶ ἔπιον. πεπᾶσθαι τοῦτο, possidere id et fruendum habere, Eurip. Orest. 1197, ibique scholiasten: πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ ὄνησιν κτήσασθαι.

παππάζω, (Πάω) amanter appello patrem; βρεφικῶς προσφθέγγομαι τὸν πατέρα, πάππαν προσφωνέω. οὐδέ τί μιν παῖδες ποτὶ (πρὸς) γούνασι παππάζουσιν, neque sane eum filii ad genua ejus accedentes vel genibus ejus insidentes, blande patrem appellant eum, E, 408, i. e. παῖδες αὐτοῦ ταχὺ ὀρφανίζονται. Comici dicunt hoc verbum et, παππίζω.

πάππας, ου. ὁ. (Πάω) est idem qui ὁ πατήρ. tenelli infantes dicunt πᾶ vel πᾶς, monosyllabice; sicut et μᾶ ad matrem: deinde per reduplicationem πάπας et πάππας, sicut μάμμα et μαμμία, ἡ. idem dicitur et ὁ πατίας, ου. Bithyni, in montibus sacrificantes, vocarunt πάπαν, τὸν Δία, ut et "Αττιν: Scythæ eundem Jovem vocarunt παπαῖον. cæterum πάπας et πάππας est προσφώνησις τιμητικὴ (honoris vox) υἱῶν πρὸς πατέρα. sic soror ad sororem vel fratrem dicit ἄπφα. πάππα φίλε, inquit Nausicaa ad patrem suum, ζ, 57, quæ est allocutio ἀφελὴς, simplex et ingenua. sed ὁ πάππος, ου, est avus; ἐπίπαππος, abavus, qui et ὁ πρόπαππος. ex antiquo more fere semper avi nomen imponebatur nepoti, ut quasi revivisceret in nepote avus, et memoria majorum, laudumque eorum, permaneret; vide E, 546—549.

παπταίνω, f. ανῶ. ("Οφ) circumspicio, accurate intueor undique. ab ὄπτομαι est ὀπτάνω et ὀπταίνω, et hinc cum reduplicatione vel quasi, et mutata prima vocali παπταίνω. alii operosius deducunt a πάντῃ undique, quaquaversum, et πετανύω vel διαπετανύω, ὧδε καὶ ἐκεῖ, τὴν θέαν, nam verbum quidem vim eam significandi habet, sed ita compositum non est: potius est derivativum ab ὄπτομαι, sicut ipsa notio ejus indicat. τρέσσε δὲ παπτήνας ἐφ' ὁμίλου, Λ, 545, recessitque ad aciem suorum, crebro circumspiciens undique. παπταίνων ἥρωα Μαχάονα, oculis quærens eum sicubi videret, Δ, 200. ἐπόρουσε καὶ αἴνυτο τεύχεα ἀπ' ὤμων, παπταίνων, irruere studebat et detrahere cupiebat arma ab humeris cæsi hostis, circumspectans provide, N, 551. et 649, ἂψ ἐχάζετο, πάντοσε παπταίνων, retro cedebat, quoquoversum circumspectans sollicite, sequente μή τις, ne quis. παπταίνων Αἴαντα, quærens eum oculis, P, 115. et 674, ἀπέβη, πάντοσε παπταίνων. et h. l. explicatur τὸ, σκέπτεο νῦν, 652. et circumlocutio ejus est 679, 680. δεινὸν παπταίνων, severo vultu circumspectans, Hercules, λ, 607, ut jaculabundus, et in id quod ferire vellet intentus. sic et de Ulysse, sagittis petente procos, ω, 178, *er zielete scharf, (he took good aim.)* ἔκαμον δέ μοι ὄσσε, πάντη παπταίνοντι πρὸς πέτρην, oculi defatigabantur mihi, ubique intuenti petram, μ, 233. πάντοσε παπταίνοντες πρὸς τοίχους, undique circumspicientes ad parietes, χ, 23. et 380, πάντοσε παπταίνοντε, circumspectantes ambo, an alicunde periculum adsit. et 381, πάπτηνεν δ' Ὀδυσεὺς κατὰ ἑὸν δόμον, circumspexit per domum suam, vel per conclave illud magnum. πάπτηνεν δ' ἀνὰ πύργον 'Αχαιῶν, εἴ τινα ἴδοιτο ἡγεμόνων, M, 333. πάπτηνεν δὲ ἕκαστος ὅπη φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον, Ξ, 507. Π, 283. χ, 43. πάπτηνεν δ' ἄρ' ἔπειτα κατὰ στίχας, αὐτίκα δ' ἔγνω τὸν μὲν, τὸν δὲ, circumspexit deinde per ordines, et statim vidit eum, et eum, P, 84, et quidem circumspexit

ὡς ἀμυνόμενος. ἠκόντισε ἀμφὶ ἑ παπτήνας, Δ, 497, et ejusmodi hiatus per concursum vocalium indicant attentionem circumspicientis. αὐτὰρ ὅγ' ἥρως παπτήνας, ἐπεί τινα βεβλήκει, Θ, 269, sed is, probe circumspiciens, sc. quem potissimum sagitta ferire posset; postquam aliquem ferierat, se statim recipiebat post scutum Ajacis: et totius hujus loci constructio est paullo confusior, ad imitationem τῆς ἐνταῦθα συγχυτικῆς ἀγωνίας τῶν ἥρωων: intelligenda autem sic: ἐπειδὰν ὁ ἥρως, παπτήνας καὶ ὀϊστεύσας, βάλοι τινὰ ἐν ὁμίλῳ, ὁ μὲν βληθεὶς ἔκειτο πεσὼν, Τεῦκρος δὲ ἀναχωρήσας ἐγίνετο ὑπὸ τῷ σάκει τοῦ Αἴαντος. ἀμφὶ ἑ παπτήνας, O, 574, i. e. περιβλεψάμενος ὧδε καὶ ἐκεῖ τὰ κατ' αὐτὸν προμηθέστερον. τρέσσε δὲ παπτήνας, recepit se, circumspiciens omnia, P, 603. ὁ δὲ παπτήνας ἕλε δίφρον κείμενον, ρ, 330, cum circumspexisset ubi esset sella vacua, sumsit eam sellam, stantem ibi, in qua structor sedere solebat; eamque sellam portavit ad mensam. κόψε δὲ παπτήναντα παρήϊον, Ψ, 690, percussit (in certamine cæstuum) circumspectantem, vel, alio flectentem oculos, ad maxillam: τὸν περιβλεψάμενόν που εἰς ἕτερον μέρος. atque id notat τὴν προσοχὴν (attentionem et temporis captationem) τοῦ Ἐπειοῦ ὅς καιρὸν τοῦτον εὑρὼν ἔπληξεν εὐθύς: hinc et πιθανεύεται τὸ κατὰ τῆς παρειᾶς κροῦσμα, alias enim os aut oculos feriisset, εἰ μὴ ἐπλαγίασεν ὁ Εὐρύαλος. ἔστη, παπτήνασα, ἐπὶ τείχει, stabat, circumspiciens, in muro, X, 463. παπτήνασα δὲ, χῆνας ἐνόησα πυρὸν ἐρεπτομένους παρὰ πύελον, adspiciens vero, vidi anseres, τ, 552, *da ich zusahe, (when I looked.)* πάντη δέ μοι ὄσσε Τρωϊκὸν ἀμπεδίον παπταίνετον εἰσορόωντι, Ψ, 464.

ΠΑΡΑ`, præpositio, tres regens casus. convenit cum Germanorum *bar*, e. c. *bar geld, (ready money,)* præsens pecunia; et cum Romanorum, paro. apud poëtas est sæpe per apocopen πὰρ, et per paragogen παραί. cum Genitivo notat motum a loco: et proprie quidem genitivus vivi alicujus ponitur cum παρὰ, non vivi vero cum ἀπό. sed poëtæ suaviter nonnunquam παρὰ cum non animato jungunt, quasi esset animatum. παρὰ Διὸς, a Jove veniebat Iris nuntia, B, 787. et O, 122, a Jove ira contra alios Deos. et Φ, 444, a Jove abeuntes. sic, πὰρ, Ζηνὸς, A, 794. O, 131. Π, 37, 51. Ἥρης, O, 5. Τιθωνοῦ, Λ, 1. ε, 1. Ἡφαίστου, Σ, 137, 616. Εὐρύτου, B, 596. γαμβροῦ, a genero ejus epistolam ferens, Z, 177. ἑταίρου, a socio suo rediens, N, 211. σεῖο, a te redemturus eum, Ω, 502. ἵππων, ab equabus veniens, Δ, 500. φάσγανον ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ, gladium extrahens a femore, A, 190. Π, 473. Φ, 173. hinc γλυκίως et per tropum de inanimatis, παρὰ ἀσπίδος, a scuto nudabatur latus, Δ, 468. παρὰ νηὸς, i. e. ἐκ vel ἀπὸ νηὸς, a navi, A, 602. T, 143, 194. νηῶν, a navibus, Θ, 533. M, 114. N, 744. Ξ, 28, 46. O, 69, 407, 601. sic, παρὰ ναῦφιν, i. e. ἀπὸ νηῶν, Θ, 474. M, 225. Σ, 305, ξ, 498. παρὰ Ἴλου, ab Ilo, α, 259. πατρὸς ἐμεῖο, a patre meo, ζ, 290. Κρονίωνος, ϑ, 289. Αἰήταο πλέουσα, navis Argo ab Æëta revertens, μ, 70. ἐμεῖο, a me, γ, 347. σεῖο, a te, ο, 158. Ταφίων, ξ, 452, a Taphiis, ἑταίρων, π, 468. Ἑλένης, ο, 58. μηροῦ, ι, 300. κ, 126, 294, 321, 439. λ, 230. νηὸς, a nave, κ, 446, 146, 274. γ, 432. ῥοάων, χ, 197. notat ergo cum Genitivo, *von darneben, von bey, (from close by.)* cum Dativo notat juxta, apud, ad; ut ἐγγύτητα signet. παρὰ πατρὶ ἡμένη, apud patrem sedens, A, 358. sic παρὰ πατρὶ, apud patrem, i. e. in ejus societate vel domo vel amicitia exsistens, P, 324. Σ, 36. Φ, 520. Ζηνὶ καθήμενοι, Δ, 1. πὰρ δὲ Διῒ Κρονίωνι καθέζετο, E, 869, 906. sic, καθήμενοι, H, 443. Ω, 100. παρὰ ἀλόχῳ κοιμηθῆναι, B, 355. κοιμῶντο παρὰ ἀλόχοις, Z, 246, 250. κεῖτο παρὰ μνηστῇ ἀλόχῳ, I, 552, 662. παρὰ κλισίῃ ἥμενον, A, 329, ut appareat, hunc casum, qui rectissime pro sexto, non tertio, habetur, poni ad quæstionem *ubi*, et de quiete in loco. sic et K, 74. N, 267. κλισίαις, O, 656. ἅρμασιν, apud currus, Θ, 544. τείχεσι, H, 135. ὄχθαις, Δ, 475. ποσὶν, apud pedes, ante pedes, N, 617. Ξ, 411. τάφρῳ, M, 199. σήματι, K, 415, apud monumentum. βωμῷ, Θ, 249. βουσὶ, Σ, 530. ϑύραις, H, 346. Πριάμῳ, O, 551. ἐπεὶ φιλέεσθε παρ' αὐτῇ, cum amice tractati essetis apud eam, N, 627. ἑκάστῳ, Θ, 558. K, 473. πὰρ δέ οἱ, Γ, 262. Δ, 367, *neben ihm, (close by him.)* αὐτοῖς, K, 472. et 474, αὐτῷ. sic O, 431. P, 421. Νέστορι, Ψ, 411. ἀνδρὶ, Ω, 212. αὐτοῖς, P, 249. et 707, στῆ δὲ παρ' Αἰάντεσσι, ubi alii vitiose legunt στῆ δ' ἄρ' ἐπ' Αἰάντεσσι. sic enim idem locus legitur M, 353. λεχέεσσι, Ψ, 25. φηγῷ, H, 22. ἄμμι, i. e. ἡμῖν, I, 427. ὄχεσφιν pro ὄχεσι, E, 28, 794. Θ, 561. M, 91. ὡς ἐπιεικὲς, παρά σοι, T, 148, i. e. παρὰ τῇ σῇ ἐξουσίᾳ κεῖται, tibi permissum esto, sicut decet: ἔστι σοι ποιεῖν ὃ βούλει: nam quidam legunt ibi πάρα, pro πάρεστι, ἔξεστι. possit tamen et sine interposito commate legi, ἤτε ἐχέμεν (pro ἔχειν) παρά σοι, ut sit infinitivus pro imperativo, κάτεχε παρά σοι. sed prius præstat: fac ut vis. πὰρ γάρ σοι πρώτῳ, Φ, 76. ἀλλήλοις, i. e. ἐγγὺς ἀλλήλων, Δ, 536, 544. E, 572. P, 721, hinc est τὸ παραλληλίζειν, et λόγοι παράλληλοι, si de παραθέσει ἢ συγκρίσει dicitur. nam τὸ, ἐν ἀλλήλοις plus indicat quam τὸ, ἐγγὺς ἀλλήλων. hinc, οὐ παρ' ἀλλήλοις ἀλλ' ἐν ἀλλήλοις. et alibi, οὐ παρ' αὐτοῖς ἀλλ' ἐν αὐτοῖς ὄντες κακοῖς, i. e. οὐκ ἐγγὺς ὄντες κακῶν ἀλλ' ἤδη ἐντός. παρὰ νηΐ, apud navem, A, 300. B, 54, 293. H, 383. K, 35. Π, 286. Ψ, 28. Ω, 412. νηυσὶ, A, 26, 89, 305, 415. B, 297, 725. H, 294, coll. 296. I, 332, 605. K, 1, 256. M, 411, 418. N, 2, 746, 778. O, 367, 673. Π, 204, 272. P, 165. Σ, 256, 338. T, 44. Υ, 1, X, 89, 339, 508. Ω, 115, 136, 225, 408. ναῦφι pro νηυσὶ, Π, 281. Σιμόεντι, Υ, 53. ῥηγμῖνι ϑαλάσσης, B, 773. et 775, ἅρμασιν. σφὶν ἑκάστῳ, E, 195. νηΐ, γ, 365. ι, 194. κ, 272, 444, 447, 571. μ, 292. ο, 223, 419. νηυσὶ, α, 61. δ, 409. ξ, 460. κασιγνήτῳ, γ, 39. et 156, Ἀτρείων ῥηγμῖνι, δ, 449. et 595, σοί. βωμῷ, ζ, 162. πυρὶ, κ, 154. τ, 55, i. e. ἐγγὺς πυρός. ἀλόχῳ, ϑ, 243. κ, 11, 61. σηκῷ, ι, 319. πατρὶ, κ, 8. Μνη-

λάω, λ, 459. et 489, ἀνδρὶ ἀκλήρῳ. πέτρῃ, ν, 408. μ, 121. σταθμῷ, ξ, 32. χ, 181. αὐτῷ, ξ, 292, 382. σ, 314. ο, 284. παρὰ κακῷ καὶ ἐσθλὸν ἔθηκε Ζεὺς, ο, 487. Τηλεμάχῳ, τ, 321. et 525, παιδί. sic et λ, 177. ἐσχάρῃ, ψ, 71. et 219, ἀνδρὶ ἀλλοδαπῷ. ἐθελούσῃ, ε, 155. Ἀφροδίτῃ, θ, 337, 342. μητρὶ, ο, 127. μνηστῆρσι, α, 154. χ, 464. λέχεσι, α, 440. ἀνδράσιν εὐνάζεσθαι, ε, 119. κείνοις, penes illos, λ, 174, sc. ἐστὶ, i. e. habent illi. Φαιήκεσσιν, ν, 204. ὕεσσιν, ξ, 372. βουσὶν, ο, 385. ταύροις, σ, 382. ὄχθαις, ζ, 97. θ, 5. ι, 54, 86. κ, 57. ἀλλήλοισι μένοντες, *beysammen übernachtende, (passing the night together,)* ε, 227. coll. ο, 301, 454. α, 123. η, 203. δαιτὶ, γ, 37. θρόνῳ, φ, 434. ἔργῳ, φ, 239, 385. cum Accusativo notat, ad, apud; ad quæstionem quo, *wohin, (whither,)* ad quem locum. παρὰ μαζὸν, vulneravit eum ad eum pectoris locum ubi est mamilla, Δ, 480. Θ, 121, 313. Ο, 577. Ρ, 606. ὦμον, Ε, 146. Θ, 325, ubi conf. ἐρύω. Ρ, 310. ὄχθας, ad ripas, Γ, 187. Δ, 487. Ζ, 34. Μ, 313. Ξ, 445. Σ, 533. Φ, 337. τροχὸν, ad rotam, Ζ, 42. Ψ, 394. αὐχένα, Φ, 117. σφυρὸν, Δ, 518, i. e. ἐγγὺς σφυροῦ περὶ τὸ τέλος τῆς κνήμης. Ρ, 290. πόδα, Η, 190. Ψ, 866. ἀνθερεῶνα, Ε, 293. οὖς, Λ, 109. Φ, 491. ὀμφαλὸν, Δ, 525. Υ, 416. ποταμὸν, Β, 522. Σ, 576. Φ, 206. θῖνα, Α, 34, 316, 327. Ι, 182. Τ, 40. Ω, 12. τάφρον, Ι, 67. Υ, 49. ἐρινεὸν, Ζ, 433. Λ, 167. Χ, 145, coll. 157. τεῖχος, Μ, 352. Φ, 530. ζυγὸν, Ρ, 440. Τ, 406. ἄντυγα, Σ, 607. ἀσπίδα, Π, 312, 400. κλισίας, Λ, 616. Ν, 167. σῆμα, Λ, 166. ἔπαλξιν, Μ, 381. αὐλὸν, ad foramen hasta factum in galea, Ρ, 297, conf. αὐλός. vel, ad formam fistulæ longæ exsiliebat. sed prius præstat, cum αὐλὸς angustiam notet. αὐτὸν, Α. 463, juxta eum. Γ, 406. Η, 46. Λ, 576, 591. Μ, 30. Σ, 143. Φ, 180, 603. Ω, 169. ἐμὲ, Λ, 314. Ρ, 180. νῆας, Α, 347, 476. Θ, 220. Ι, 653. Λ, 804. τύμβον, Β, 604. καυλὸν, Π, 115. κουλεὸν, Γ, 272. Τ, 253. πυρκαϊὴν, Ψ, 225. πὰρ δύναμιν, Ν, 787, ultra vires, præter vires, *über vermögen, (beyond the power.)* sic, παρὰ μοῖραν, ξ, 509, præter conveniens, præter conditionem præsentem, παρὰ τὸ προσῆκον, παρὰ Μενέλαον ἐλθὲ, proficiscere ad eum, α, 285. et 333, σταθμὸν, juxta postem. sic θ, 458. π, 415. ρ, 96. σ, 208. φ, 64. sic, παρὰ, juxta, δ, 51, 802. ζ, 89, 94. η, 127. θ, 469. ad, λ, 21. ν, 122, 372, 414. apud, ρ, 414. τ, 553. υ, 258. φ, 145. χ, 127. παρὰ θῖνα, δ, 432. ι, 46, 132. κ, 179. ν, 220. ξ, 348. παρὰ τὴν, γ, 172. δ, 838. τὸν, γ, 460. ξ, 523. ψ, 98, i. e. ἐγγὺς αὐτοῦ: cujus oppositum est νόσφι. ἐμὲ, χ, 233, apud me. Ἦλιδα, ο, 297, versus Elidem, et præter eam regionem. ὀρσοθύρην, χ, 333. πρυμνήσια, μ, 32. sæpe absolute et sine casu ponitur. παρὰ δὲ Ἥρη, i. e. παρὰ αὐτῷ ἐλέξατο, cubuit juxta eum, Α, 611. sic, μετὰ δὲ, pro μετὰ δὲ ταῦτα: ἐπὶ δὲ, pro ἐπὶ δὲ τούτοις: πρὸς δὲ, pro πρὸς δὲ τούτοις. πὰρ δὲ, et simul, Λ, 771. παρὰ δὲ Ἀθήνη, et juxta eum Minerva, Β, 279. sic, πὰρ δὲ, Δ, 330. Ε, 709, πὰρ δέ οἱ ἄλλοι Βοιωτοὶ, ubi οἱ sine dubio est articulus demonstrativus: nam pars tantum gentis illius ibi indigitatur. alii tamen οἱ pro dativo pronominis habent; minus, ut videtur, recte. porro, παρὰ δὲ, Γ, 135. Κ, 560, et præterea. Ψ, 359, et juxta. Λ, 630, 631. γ, 416, 400, ζ, 18. ι, 8. sæpe postponitur casui suo, et tunc retrahit accentum. ὄχθας πὰρ, Λ, 499. ταῖσι πάρα, sc. θεαῖς, apud eas, Σ, 400. θεοῦ πάρα, a deo, Τ, 3. et 10, Ἡφαίστοιο πάρα. ἐμοῦ πάρα, a me, Ω, 429. Ἑλένης πάρα, ο, 58. ἐτίθει πάρα, pro παρετίθει, ε, 196. sæpe avellitur a suo composito. νῆα παρὰ γλαφυρὴν ἰθύνετε, pro παριθύνετε, respectu habito ad ἤπειρ, μ, 82, juxta hanc et præter hanc dirigite navem. ὑμῖν πὰρ προτέροις πυρὸν ἔθηκεν, pro παρέθηκεν, proponere solita est, Θ, 188. παρά τις τε κιὼν, pro παρακιὼν, præteriens ex propinquo aliquis, Π, 263. ἵνα σοὶ πὰρ ξείνια θείω, pro παραθῶ, Σ, 387. λαρὸν παρὰ δεῖπνον ἔθηκας, pro παρέθηκας, Τ, 316, lautum jentaculum apposuisti. πὰρ δέ οἱ αὐτὸς ἔστη, pro παρέστη, adstabat, Φ, 547. πὰρ δ' αὐτὸς κλισμὸν θέτο, pro παρέθετο, α, 132. et 138, παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσε τράπεζαν, pro παρετάνυσε. πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι, pro παρακαθήμενοι, Δ, 1, coll. 229, et notat ἐγγύτητα: sæpe tamen et παρέκνευσίν τινα τῆς ὀρθῆς, declinationem a recta linea. confer παράφημι de παρὰ in compositione. sæpe longius a casu suo positum. τοῦ κὲν δὴ πάμπρωτα πάρ' ἀγλαὰ δῶρα φέροιο, pro παρὰ αὐτοῦ, ab eo, Δ, 97. παρὰ δ' οἱ ταγοὶ ἄμμι μενόντων, pro, οἱ ταγοὶ παρὰ ἡμῖν μενέτωσαν, Ψ, 160. ὥστε του (τινὸς) ἢ παρὰ πάμπαν ἀνείμονος, γ, 348, ab aliquo prorsus vestium egeno, coll. 347, πὰρ' ἐμεῖο, a me. πάρα sæpe est pro πάρεστι vel πάρεισι. πάρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι, Α, 174, pro πάρεισί μοι. sic ἔνι pro ἔνεισι vel ἔνεστι. πάρα γὰρ θεοί εἰσι καὶ ἡμῖν, Γ, 440, ubi per pleonasmum εἰσὶ est additum. τῷ δ' αἰεὶ πάρα εἷς γε θεῶν, Ε, 603, pro πάρεστι. πάρ τοι ὁδὸς, pro πάρεστί σοι ὁδεύειν, Ι, 43, ὑφήπλωταί σοι ὁδὸς, *der weg stehet dir offen, (the way is open to you.)* καὶ γάρ σοι ποταμός γε πάρα μέγας, Φ, 192. πάρα γὰρ καὶ ἀμείνονες ἄλλοι, Ψ, 479. πάρα σοὶ δίφρος (currus) τε καὶ ἵπποι, γ, 324. et 325, πάρ δέ σοι υἷες ἐμοὶ, præsto sunt tibi. et 351, αὐτὰρ ἐμοὶ πάρα μὲν χλαῖναι. οὐ γάρ οἱ πάρα νῆες, δ, 559. ρ, 145, ε, 16, 141. et 364, οὐ μέν τι πάρα ἄμεινον, nihil enim melius præsto est. et 489, ᾧ μὴ πάρα γείτονες. οὐ γὰρ Κυκλώπεσσι νέες πάρα, pro πάρεισι, παράκεινται, ι, 125. πάρα δ' ἀνὴρ, π, 45. sic et recentiores: ἐγὼ πάρα, en adsum. πάρα πολλὰ ἑκάστῳ, ρ, 452. πάρα ὀϊστοὶ, χ, 106. πὰρ' αὐτόφι est pro, παρὰ αὐτοῦ, ibi, apud eum locum, ut αὐτοῦ sit adverbialiter de loco: Μ, 302. Ν, 42. sic, πὰρ' αὐτόθι, ibi, Ψ, 147. et 640, αὐτόφι, eodem sensu. Υ, 140, ibi, illico, αὐθωρόν. παραὶ pro παρὰ, Β, 711. Γ, 359. Ε, 837. Η, 253, quibus locis est cum accusativo. sic et Π, 151. ω, 410. cum genitivo est Ο, 175. et 280, ubi cum ablativo. sicut et ρ, 572. avulsum a verbo suo est α, 366. σ, 212, pro παρακλινθῆναι. et Λ, 233, pro παρετράπετο. Vide sub νοσφίζω.

πάρα, pro πάρεστι vel πάρεισι, vide sub πάρειμι.

παραβαίνω, (Βάω) juxta sto, juxta consisto. *ich trete darneben, (I stand near.)* πὰρ δέ οἱ Ἀντήνωρ περικαλλέα βήσατο δίφρον, pro παρεβήσατο αὐτῷ εἰς δίφρον, Γ, 262, juxta eum adscendit in currum, *stellete sich neben ihn auf den wagen, (placed himself beside him in the car.)* πὰρ δέ οἱ Ἶρις ἔβαινε, pro παρέβαινε, Ε, 365. hinc est ὁ παραβάτης, qui proprie est, qui pugnat ex curru, quem alius regit: sed loco posteriori est, qui regit currum; priori, qui simpliciter est comes alterius in curru. τῶν ὀχέων ἐπεβήσετο, πὰρ δὲ Μαχάων βαῖνε, pro παρέβαινε, Λ, 518. et 513, παραβαινέτω, juxta adscendat: ἀναβαινέτω. et 522, Ἕκτορι παρβεβαώς, pro παραβεβηκώς, qui juxta Hectorem in curru consistebat. ὡς τὼ παρβεβαῶτε μάλ' ἵστασαν ἀλλήλοιϊν, Ν, 708, pro παραβεβηκότε, extruso κ, correpto η et producto ο, et παραβαίνειν ibi simpliciter est ἐγγὺς βαίνειν, ἄγχιστα ἱστάναι, *darneben stehen, (to stand by.)*

παραβάλλω, (Βάλλω) juxta pono, appono. παρὰ δ' ἔβαλεν εἶδαρ ἵπποις, Ε, 369, i. e. παρατίθησι. παρὰ δ' ἵπποις βάλλετε ἐδωδὴν, Θ, 504, *leget ihnen futter vor, (placed food before them.)* sic εἶδαρ, cibum, Ν, 35. πὰρ δ' ἔβαλον ζειὰς ἵπποις, δ, 41. πὰρ δ' ἄκυλον βάλανόν τ' ἔβαλε τοῖς συσὶ, κ, 242. i. e. παρέθηκε. hinc est τὸ παράβλημα, pabulum brutis objici solitum. αἰὲν ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος, Ι, 322, semper vitam meam objectans periculis. παραῤῥίπτων hinc est et ἡ παραβολὴ, comparatio.

παραβάσκω, (Βάω) forma verbi παραβαίνω Ionica, a παραβάω. juxta sto, juxta consisto. ὁ μὲν νόθος ἡνιόχευεν, Ἄντιφος αὖ παρέβασκε, Λ, 104, nothus aurigabatur, Antiphus juxta eum pugnator stabat. ubi apparet differentia inter ἡνίοχον καὶ παραιβάτην.

παραβάτης, et ionice παραιβάτης, ου. ὁ. (Βάω) qui juxta alterum consistit in curru. nam currus militaris, ex quo pugnabant nobiles, habebat duos, juxta se stantes; unus regebat equos, et is dicebatur ἡνίοχος. alter pugnabat in hostem, et dicebatur παραβάτης. utrumque tamen oportebat esse peritum et pugnandi et aurigandi, si ministeria essent permutanda; sicut et utrumque ex prima nobilitate. in genere tamen παραβάτης est, ὁ σὺν ἑτέρῳ ἐρχόμενος, comes alterius. ἂν δ' ἔβαν ἐν δίφροισι παραιβάται ἡνίοχοί τε, Ψ, 132. et ob tales dumos, δίφρος proprie dictus ὁ δίφορος, qui duos fert simul. apud Theocritum, Id. γ, 32, ἡ παραιβάτις, ιος, est ἡ μισθώτρια, ἡ ἐριθακὶς, ἰδος, quæ messoribus adest mercede conducta, judice Eustathio. sed Heinsius ad l. c. mavult exponere per veneficam, incantatricem, καταιβάτιν, quæ lunam possit deducere cœlo: imo et legi jubet ibi καταιβάτιν. Vide sub παραβαίνω.

παραβλήδην, (Βάλλω) adverb. i. e. ἐκ παραβολῆς καὶ συγκριτικῶς, comparate. παραβλήδην ἀγορεύων, Δ, 6. et comparat ibi Jupiter duas deas uni, et quidem infirmiori: dicitque, hanc unam esse diligentiorem duabus potentioribus. *vergleichungs-weise, (comparatively.)* Vide sub βάλλομεν, aliquanto sub medio, et κερτόμιος.

παραβλὼψ, ῶπος. ὁ ἡ. (Ὀφ) qui oculos ex recto et naturali statu distorquet, ὁ παραβάλλων ὦπας. et id facere potest ὁ λιταζόμενος, supplicans et tristis, aut ὁ στραβίζων, strabus, aut ὁ ἀποσεμνυνόμενος ἐμβριθῶς καὶ σεμνοπροσωπῶν, qui gravitatem in vultu et austeritatem severam adfectat. *der die augen und gesichtsminen verziehet, (who distorts the eyes and features of the face.)* de supplicationibus pœnitentium personificatis ponitur inter alia et, παραβλῶπές τ' ὀφθαλμὼ, Ι, 499, ubi adjectivum pertinet ad præcedens Λιταὶ, ad accusativum dualem vero deest κατὰ, quod attinet oculos et vultum. nam supplicans, et pœnitentia erroris anxius, varie torquet lumina, et nihil rectum vel lætum tuetur. proprie tamen hoc nomen de vitio vultus poni solet. est, ad hoc adjectivum non pertinens, monosyllabum βλὸψ, quod imitatur sonum cadentis in aquam vel terram guttæ, e. c. sonum κλεψύδρας. sic dicitur κὺξ de sono lapilli cadentis; et βὴ pro βαὶ de balatu ovium. Vide sub νῶροψ, et ῥώψ.

παραγίγνομαι, (Γάω) adsum. καί σφιν παρεγίνετο δαιτὶ, ρ, 173, ipsis aderat in convivio.

παραδέχομαι, f. ἔξομαι (Δέκω) accipio. ἐπειδὴ σῆμα κακὸν παρεδέξατο γαμβροῦ, Ζ, 178, postquam accepit epistolæ malæ speciem a genero sibi missam: *hatte zu handen bekommen, (had received.)*

παραδραθέω, f. ήσω. (Θέω) juxta dormio. τῇδε γὰρ αὖ μοι νυκτὶ παρέδραθεν, υ, 88, inquit Penelope, narrans somnium de marito suo. εἴ πως ἱμείραιτο παραδραθέειν φιλότητι, Ξ, 163, inquit Juno, sollicitatura Jovem ad congressum conjugalem dolose. pro παραδραθεῖν, inf. a 2.

παραδρέμω, (Τρέω) prætercurro. ὁ δὲ ὦκα παρέδραμεν ἀφραδίαις, ille celeriter cucurrit præter eos imprudens, Κ, 350. Ἴφικλον δὲ πόδεσσι παρέδραμον, Ψ, 636, eum pedibus prætercurri. τῇ ῥα παραδραμέτην, hac præter currerunt ambo, Χ, 157.

παραδύω, ῦμι. (Δύω) ex transverso insero me. στεινωπῷ ἐν ὁδῷ παραδύμεναι, pro παραδῦναι, Ψ, 416, angusta in via ἐκ πλαγίου ἐπιδραμεῖν καὶ οὕτως ἔμπροσθεν γενέσθαι: quod et παρεισδῦναι dicimus. *sich eindrängen von der seite und dadurch dem andern verkommen, (to run by a by-way and thus get before another.)*

παραείδω, f. σω. (Εἴδω) cano apud. ἔοικα δέ σοι παραείδειν ὥστε θεῷ, χ, 348, solitus sum tibi accinere ut deo, σχεδὸν ὡς θεῷ, prope ut deo. et κολακεύειν in tempore necessario sapienter et modeste.

παραείρω, f. ερῶ. (Ἄω) ad latus suspendo. παραείρθη (aor. 1. pass.) κάρηνον, Π, 341, caput

pendebat ad latus, παρεκρεμάσθη, διακοπὲν τῆς συνεχείας, *der kopf hieng noch an einer haut, (the head still hung by a piece of skin.)* hinc posset et esse ὁ παρήορος ἵππος, *ein mit zur seite angespannetes pferd, (a horse harnessed to the side.)* nisi tamen id aptius ad ἀείρω, conjungo, referatur.

παραέρθη, vide supra.

παραὶ, vide sub ΠΑΡΑ', ad initium.

παραιπεπίθω pro παραπιθῶ, vide sub παραπείθω.

παραίσιος, ου. ὁ ἡ. (Δάω) præter bonum fatum, infaustus. et est idem quod ἀπαίσιος. contrarium τοῦ αἰσίου. Ζεὺς, παραίσια σήματα φαίνων, Δ, 381, Jupiter, infausta et dira signa ostendens.

παραΐσσω, f. ίξω. (Ἄω) prætercurro, *springe vorbey, (I run past.)* παρήϊξεν, præter properabat, *eilete vorbey, (hastened past,)* Ε, 690. Θ, 98. ἵπποι γάρ με παρήϊξαν, Λ, 614, i. e. ταχὺ παρῆλθον. παραΐσσοντος, Υ, 414.

παρακάββαλον, pro παρακατέβαλον, vide sub παρακαταβάλλω.

παρακαθέζω, (Ἕω) juxta adsidere facio. παρακαθέζετο Νέστορι, γ, 469, *sezte sich neben den, (sat down beside.)*

παρακαταβάλλω, (Βάλλω) ordine depono. ἐπεὶ πάντη παρακάββαλον ὕλην, Ψ, 127, undique et ex omni parte composuerant. et 683, ζῶμα δέ οἱ πρῶτον παρακάββαλεν, cingulum ei primum circumaptavit, ἔθετο περὶ τὰ αἰδοῖα, circa imum ventrem. priori loco est pro: κατέρριψαν ἢ παρακατέθηκαν ἐγγὺς τοῦ δέοντος τόπου.

παρακαταλέγομαι, (Λέγω) juxta cubo, una cubo eodem lecto. τῇ ὅγε παρκατέλεκτο pro παρακατελέγετο, apud eam cubabat, Ι, 561, de Achille. et 660, τῷ ἄρα παρκατέλεκτο γυνὴ, de Patroclo.

παρακατατίθημι, (Θέω) juxta depono. hæc vox videtur quibusdam inesse π, 45, qui legunt, πάρα δ' ἀνὴρ ὃς καταθήσει, ut jungant παρακαταθήσει, et explicent ὃς per οὗτος. sed perperam: nam πάρα ibi est πάρεστι. alibi tamen hoc compositum verbum non est insolens: et ab eo est ἡ παρακαταθήκη, quæ proprie notat, rem juxta aliquem operarium depositam, ut ea in opere faciendo utatur; conf. παρασχεῖν: deinde in genere, depositum, fidei commissum.

παράκειμαι, (Κῶ) adjaceo, appositus vel propositus sum. παράκειταί σφιν ὀνείατα, κ, 9, appositi illis sunt cibi. sic, παράκειται ἄσπετα, i. e. πολλὰ, ν, 424. νῦν ὑμῖν παράκειται ἢ μάχεσθαι ἢ φεύγειν, χ, 65, nunc vobis proponitur aut pugna aut fuga. παρέκειτο ἔντεα, aderant arma, Κ, 75, 77. τράπεζα, Ω, 476, adstabat adhuc mensa, in qua cœnabat. ὀϊστὸν, ὅς οἱ παρέκειτο, φ, 416, sagittam, quæ ei ad manus erat in mensa jacens.

παρακίω, (Ἕω) prætereo prope, *gehe nahe vorbey, (pass near.)* τοὺς παρακιών τις ὁδίτης, Π, 263. Vide sub κίω.

παρακλιδὸν, (Κλάω) adverb. deflectens, declinans prope. in specie, a vero sic declinans ut tamen vero sit simile. est a παρακλίνω, sicut a διακρίνειν fit διακριδὸν, a νοσφίζειν νοσφιδόν. οὐκ ἂν ἔγωγε ἄλλα παρὲξ εἴποιμι παρακλιδὸν, οὐδ' ἀπατήσω, δ, 348. ρ, 139, ubi παρὲξ pertinet ad παρακλιδὸν, *neben ausbeugend, (turning aside,)* παρεκκλίνων τοῦ ἀληθοῦς, παραλαλῶν δὲ ὅμως αὐτὸ πιθανολογικῶς: παρατετραμμένως καὶ κατ' ἔκκλισιν τοῦ ἀληθοῦς, *von der warheit neben abweichend, (deviating from the truth.)*

παρακλίνω, (Κλάω) juxta declino. ὀλίγον παρακλίνας, paululum declinans a via, Ψ, 424, coll. 423, nam παρατρέψας ἐκτὸς ὁδοῦ est idem. ἧκα παρακλίνας κεφαλὴν, paululum declinans caput, υ, 301. πάντες ἠρήσαντο παραὶ λεχέεσσι κλιθῆναι, pro παρακλιθῆναι, juxta cubare, concumbere, α, 366. σ, 212.

παρακοιμάομαι, f. μηθήσομαι. (Κῶ) accubo, juxta cubo. τίς γάρ ἂν εἰναλίῳ κήτεϊ παρακοιμηθείη, δ, 443, *wer wolte gerne dabey liegen? (who would like to lie beside?)*

παρακοίτης, ου. ὁ. (Κῶ) conjux, maritus. σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης, Ζ, 430, inquit Andromache ad Hectorem suum. τάων (Troïcarum fœminarum) θαλεροὺς παρακοίτας ἐνίβαλες κονίαις, i. e. occidisti, Θ, 156, ubi θαλεροὺς miserabile quiddam habet, in optimo ætatis flore constitutos. est ergo idem, quod ὁ ἀκοίτης, ὁ ὁμόλεκτρος, κοινολεχὴς, γαμέτης, εὐνέτης. et apud recentiores ὁ σύζυγος et ξυνάορος.

παράκοιτις, ιος. ἡ. (Κῶ) est quidem eadem quæ ἡ ἄκοιτις, sed sensu latiori, ut non semper notet uxorem legitimam et perpetuam, sed in genere, quæ una dormit cum viro. οἵου φωτὸς ἔχεις θαλερὴν παράκοιτιν, Γ, 53, qualis viri habes florentem uxorem, sc. Menelai, tu O Paris. οὕνεκα σὴ παράκοιτις κέκλημαι, Δ, 60, inquit Juno ad Jovem; quia tua sum uxor. sic et Σ, 365. Μελέαγρον εὔζωνος παράκοιτις ἐλίσσετο (suppliciter rogabat) ὀδυρομένη, Ι, 586, et hæc pulcra ejus et justa uxor non frustra supplicabat marito suo, nihil proficientibus omnium aliorum precibus. ἀγκὰς ἔμαρπτε ἣν παράκοιτιν, Ξ, 346, Jupiter Junonem. Ἥρη, Διὸς κυδρὴ παράκοιτις, Σ, 184. χολωσαμένη Διὸς αἰδοίη, Φ, 479. ἀνδρὶ (homini mortali) ἔπορον αὐτὴν (Thetidem) παράκοιτιν, Πηλεῖ, Ω, 60, inquit Juno: et simul id ibi tertium boni educatoris filiæ officium numeratur, prospicere nuptiis alumnæ suæ, ne sine prole aut sine voluptate degat. αἰδοίῃ παρακοίτι, pro παρακοίτιϊ, venerandæ conjugi, γ, 381. et 451, αἰδοίη παράκοιτις Νέστορος, Εὐρυδίκη. Πολύδαμνα, Θῶνος παράκοιτις, δ, 228. Λήδην, Τυνδαρέου, λ, 297. et 304, Ἰφιμέδειαν, Ἀλωῆος. et 579, Λητὼ, Διὸς κυδρὴν, etsi ad tempus, et alio sensu ac Juno. sic poëta, μνηστήρων ἀλόχους vocat quasdam δμωΐδας τοῦ Ὀδυσσέως. εἴσοκε σοὶ φαίνωσι θεοὶ κυδρὴν παράκοιτιν,

ε, 26, inquit Helena bene precans Telemacho. Ὀδυσσῆος, φ, 158. ἰφθίμη, ψ, 92. ergo in Homero ubique de uxore, in sensu optimo. eadem dicitur ἡ ἄλοχος, καὶ ὁμόλεκτρος, καὶ ἀνδρὸς εὔνις, communiter vero ἡ σύνευνος.

παρακρεμάω, f. άσω. (Κάρα) juxta pendere facio. χεῖρα παρακρεμάσας, Ν, 597, manum ad corpus recta dependere sinens.

παραλέγομαι, f. ἔξομαι. (Λέγω) una cubo. ὁ δέ οἱ παρελέξατο λάθρη, Β, 515, de Marte et virgine Ἀστυόχῃ. Ζεὺς Λαοδαμείῃ, Ζ, 198. λάθρη Ἑρμείας Πολυμήλῃ, Π, 184. Βορέας, ἵππῳ εἰσάμενος, ταῖς ἵπποις, Υ, 224. Ἀχιλλῆϊ Βρισηῒς, Ω, 676. Ἐννοσίγαιος τῇ Τυροῖ, λ, 241, ubi σεμνῶς de concubitu, sicut in plurimis ante positis; coll. 244, 245, ubi duæ aliæ phrases verecunde de re eadem. ἐπεί κεν ἐγὼ παραλέξομαι ἐν φιλότητι, δῶρά σοι δώσω, Ξ, 237. Ἑλένη παρελέξατο, ubi simpliciter de somno in lecto conjugali, δ, 305, coll. 304. nam καθεύδειν et λέγεσθαι sæpe sunt idem.

παραμείβομαι, f. ψομαι. (Βάω) prætereo, *ich gehe vorbey, (I pass by.)* τὸν παραμειψάμενος, hunc præteriens, ζ, 310.

παραμένω, (Νέω) juxta maneo, duro, perduro. οὐδέ τις αὐτῷ Ἀργείων παρέμεινεν, neque quis Argivorum mansit apud eum pugnando et assistendo contra hostes, Λ, 402. κηδεμόνες δὲ παρ' αὖθι μένον, pro παρέμενον, permanebant ibi, Ψ, 163. et 160, παρὰ δ' οἱ ταγοὶ ἄμμι μενόντων, attice et per tmesin, pro παραμενέτωσαν ἡμῖν, duces maneant apud nos. οὐκέτι σοὶ δύναμαι ἐνθάδε παρμενέμεν, pro παραμένειν, ionice, Ο, 400, non diutius possum hic apud te manere. παρμένετε, pro παραμένετε, perdurate, constanter obsistite hostibus, Ν, 151. ἔνθα παρ' αὐτῷ μεῖνα, pro παρέμεινα αὐτῷ, ξ, 292. ἢ αὐτοῦ παρ' ἐμοί τε μένῃ, pro παραμένῃ μοὶ, an hic apud me permaneat, π, 74.

παραμίμνω, (Νέω) juxta maneo, duro, perduro. idem quod παραμένω. οὐκ ἔτι δὴν παρέμιμνε, β, 297, non amplius diu morabatur. ἑξάετες παραμίμνων, per sex annos adsidens mihi, γ, 115.

παραμίσγω, (Μίσγω) adjungo. οὐκ ἀνδρὶ ἀλλοδαπῷ παρεμίγη Ἑλένη, non adjunxisset se viro extraneo, ψ, 219, ubi in textu est tmesis.

παραμόλω et μολέω, f. ήσω. (Μέλω) juxta accedo, comitor, adsideo. accedo ad aliquid cum cura et cogitatione sollicita aut amica. extra nostrum poëtam etiam, prætereo, παροίχομαι. αὐτῷ (Paridi) Ἀφροδίτη αἰεὶ παρμέμβλωκε, Δ, 11, semper ei Venus adest. pro παραμεμόληκε, per syncopen et mutationem: semper ad eum cum cura sua prope accedit, coll. 9, ubi aliæ deæ dicuntur procul ab altero sedere, spectatrices tantum, etsi fautrices. hæc ergo ἐγγύς ἐστιν, πάρεστιν, ἐγγὺς μολεῖ, et quidem αἰεὶ, i. e. παραμόνῳ φροντίδι, assidua et perpetua cura. hoc dicitur poëtice; res vera autem est: venustas majestatica et eximia formæ ejus semper commovet aliquos ut ei adsint diligenter, etsi multis aliis sit odio. hinc et deinde Venus dicitur solvisse lorum galeæ ejus, i. e. misericordia quidam moti erga tam pulcrum hominem accurrerunt subito, et lorum illud dissciderunt, Γ, 369—382, et in tutum deduxerunt in turba. sic, ἡ γάρ οἱ αἰεὶ μήτηρ παρμέμβλωκεν ὁμῶς νύκτας τε καὶ ἦμαρ, Ω, 37, certe enim ei semper mater cum cura adest pariter nocte ac die, sc. Thetis Achilli; et notatur ἐπιμέλεια παράμονος: παρακολουθεῖ, οὐ νόσφι καθημένη. η hujus perfecti mutatum est in ω ob καλλιφωνίαν, loco ο autem positum β, per usum poëticum et Ionicum. præteritum perf. autem sæpe assiduitatem actionis et solitum quid notare solet et in aliis verbis.

παραμυθέομαι, (Μύω) suadeo, hortor, solor. τοῖς ἄλλοις ἔφη παραμυθήσασθαι, οἴκαδε ἀποπλέειν, dixit, et suadere velle et aliis, ut domum hinc navigent, Ι, 680. κἀκείνῳ ἐγὼ παραμυθησαίμην, Ο, 45, et illi ego suasor sim. est ergo idem quod παρηγορῆσαι, *zureden, (to persuade,)* παραινέσαι. nam μῦθος et αἶνος sæpe sunt idem, et παραινεῖν est hortari. sic et, παραιφάσκειν, et παρειπεῖν. hinc ἡ πάρφασις et παραίφασις, hortatio, παρηγόρημα.

παραναβαίνω, (Βάω) juxta adscendo. *steige darneben hinan, (to mount beside.)* πὰρ δ' ἄρα Νεστορίδης ἐς δίφρον τ' ἀνέβαινε, γ, 482, s.

παρανηνέω, (Νέω) juxta acervo, juxta et ante impono, *ich setze reichlich vor, (I supply abundantly.)* σῖτον δὲ δμωαὶ παρενήνεον ἐν κανέοισι, α, 147, ministræ panem apponebant in patinis latis. sic et π, 51, σῖτον παρενήνεεν ἐν κανέοισιν, i. e. παρετίθει συνάγων ἐν κανῷ, et notat τὸν πληθυσμὸν τοῦ ἄρτου. possis hoc verbum νηνέω et sic deducere: νέω, per reduplicationem νενέω, per ἔκτασιν νηνέω.

παρανήχω, (Νέω) præternato. ἔτι προτέρω παρανήξομαι, ε, 417, si adhuc ulterius præter hanc regionem natabo ad aliam, hanc oram legens natando.

παράντης, εος. ὁ ἡ. (Ἀνὰ) rectâ viâ procedens. *was vor einem gerade weg lieget, (lying in the straight road.)* πολλὰ πάραντα, Ψ, 116, pro παράντια, quibus opponuntur τὰ δόχμια, transversa, *in die queer, auf die seite, sich streckend. gerade wege, krumme wege, (running across, on one side. Direct roads, cross roads,)* l. c.

παραπαφάω, (Βάω) aor. 2. παρήπαφον. decipio. idem ac ἐξαπαφάω. Ἥρη δ' ἐν φιλότητι παρήπαφεν (τὸν Δία) εὐνηθῆναι, Ξ, 360, Juno decepit eum per amorem, ut dormiret. παρά με ἤπαφε δαίμων, pro παρήπαφε, ξ, 448, nescio quis deus decepit me, in fraudem induxit me.

παραπείθω, f. είσω. (Πείθω) suadendo flecto et moveo aliquem plenarie. nam præpositio παρὰ, propinquitatem indicans, vim persuasionis denotat: quod et apparet ex παραιφάσκειν, παρειπεῖν, *zureden, (to persuade,)* etc. deinde hoc compositum notat persuasionem deflexoriam ab aliqua re. ὡς εἰπὼν, παρέπεισεν

ἀδελφειοῦ φρένας ἥρως, αἴσιμα παρειπών· ὁ δ' ἐπείθετο, Η, 120, 121, ubi sermo est de Agamemnone, qui fratrem Menelaum, adversus Hectorem singulari certamine depugnare volentem, ab hoc consilio averterat verbis: *er überredete das herz seines bruders völlig, da er ihm gehörig zugeredet hatte; denn derselbe gehorchete, (he completely persuaded the mind of his brother when he had deliberately spoken to him; for he complied.)* et additum, ὁ δὲ ἐπείθετο, videri possit superfluum; nam ὁ παραπείθων, πειθόμενον πείθει. sed per hoc δὲ indicatur id, ex quo colligi potest, recte præcessisse παρέπεισε: nam sæpe aliquis videtur πείθειν alium, quem tamen minime πείθει. ergo δὲ non est, *autem*, sed *enim:* qui significatus conjunctionis hujus apud poëtam est frequentissimus. παραπείθειν ergo est: *durch zureden bewegen und lenken, (to induce and guide by persuasion.)* sic et Ν, 788. οὐ γάρ κέν με τάχα ἄλλος ἀνὴρ παρέπεισε, *es würde gewiss kein andrer mich so leicht mit worten besanftiget haben, (for certainly no other could so easily have pacified me with words,)* Ψ, 606, coll. 609. ubi manifesto plus notat quam simplex πείθειν. Μέντορ, μή σε ἐπέεσσι παραιπεπίθησιν Ὀδυσσεύς, ne tibi verbis persuadeat iste, χ, 213, ubi est Ionica forma aor. 2. conj. a. pro παραπίθῃ: nam ob metrum est αι pro α; in fine est syllaba paragogica conjunctivis addi solita; et ionice est augmentum cum reduplicatione etiam in conjunctivo: *lass dich ja nicht von ihm überreden, (let him not persuade thee.)* sic et in participio aor. 2. a. retinetur ionice ista reduplicatio: ὅς μ' ἦγε, παρπεπιθὼν, ᾗσιν φρεσὶν, ξ, 290, qui me duxit, postquam mihi id verbis persuasit, suo consilio clandestino. nam notio decipiendi non inest huic verbo, nisi per accidens. σπουδῇ παρπεπιθόντες Ὀδυσσῆα, ω, 119, postquam multa opera tandem permovimus eum verbis nostris. sic, σπουδῇ παρπεπιθόντες, ἑταίρου χωόμενον κῆρ, multo studio adhibito persuadentes ei, irato ab sodalem suum, Ψ, 37, coll. 40. εἰ κείνω γ' ἐπέεσσι παραιπεπιθοῦσα, si forte illos ambos, persuadens id illis, Ξ, 208, (et id vi τῆς παραιφάσεως in cingulo Veneris latentis, 217.) reducere possim ad concordiam.

παραπέμπω, f. ψω. (Ἔπω) prætermitto, *lasse vorbey gehen, (I send past.)* ἀλλ' Ἥρη παρέπεμψεν, μ, 72, sed Juno fecit auxilio suo, ut incolumis præteriret navis hos scopulos.

παραπέτασμα, τὸ, vide sub πετάω.

παραπλάζω, (Λάω) præter errare facio, præter pello. ἐμὲ Βορέας ἀπέωσε, παρέπλαγξεν δὲ Κυθήρων, ι, 81, Boreas me repulit inde, et prætererrare fecit præter insulam illam. παρέπλαγξεν αὐτοῖς νόημα, υ, 346, fecit ut essent alienata mente, *verrückete ihnen die köpfe, (turned their heads,)* vel, fecit ne rem præsentem cogitarent. αὐτὸν Κρήτηνδε κατήγαγεν ἲς ἀνέμοιο, παραπλάγξασα Μαλειῶν, repellens me a Malea promontorio, τ, 187. παρεπλάγχθη δέ οἱ ἄλλη ὀϊστὸς, Ο, 464, alio declinata est sagitta et depulsa, ne posset ferire scopum.

παραπλὴξ, ῆγος. ὁ ἡ. (Πέλω) qui præter rationem percutit et sollicitat chordam, in re musica: *der falsch greifet im instrumentspielen, (who plays unskilfully upon an instrument.)* et hinc in genere sic dicitur ὁ ἀπαίδευτος καὶ παράμουσος, ἐξ ὁμοιότητος τῶν ἀτέχνως πληττομένων χορδῶν: nam et passive intelligitur hoc sensu, pulsus præter rationem et harmoniam factus. sed in significatu primo et vero passivo est, qui ex obliquo feritur et a latere, non a fronte. ἠϊόνας τε παραπλῆγας, λιμένας τε θαλάσσης, ε, 418, 440. littora quæ ex obliquo feriuntur a mari, et portus tranquilliores maris, αἳ μὴ ἀπ' ἐναντίας ἀλλ' ἐκ πλαγίων πλησσόμεναι κύμασιν, αἳ καὶ ποιοῦσι τόπον εὐλίμενον πλαγιαζόμενον τοῖς κύμασι, *einige buchten, in welchen die seitenufer nur gestreifet werden von den vorbey gehenden wellen, nicht aber geschlagen werden, (creeks, the shores of which are merely skimmed by the passing waves and not struck by them.)* ergo παραπλὴξ, hoc sensu est, quem præterit pulsus aliquis, nec directe ferit eum. ἄνθρωπος παραπλὴξ, Aristoph. Plut. 242.

παραπλώω, (Πέλω) præternavigo. οἴη δὴ κείνη νηῦς παρέπλω, per apocopen pro παρέπλωσε, μ, 69.

παραπνέω, (Πνέω) præterflo. ἵνα μή τι παραπνεύσῃ ὀλίγον περ, ut ne quid præter exspiraret vel paululum, κ, 24, ex utre Æoli: ἐκπνεύσῃ.

παραῤῥητὰ, τὰ, vide sequens.

παραῤῥητὸς, οῦ. ὁ ἡ. (Ῥέω) qui exorari se patitur verbis, *der sich zureden lasset, (who suffers himself to be persuaded.)* boni heroës sunt παραῤῥητοὶ ἐπέεσσιν, etiam irati vel maxime Ι, 522. τὰ παραῤῥητὰ sunt, *zuredungen, (persuasions.)* ἀμήχανός ἐσσι παραῤῥητοῖσι πιθέσθαι, Ν, 726, non potis es monitis obtemperare. ergo hoc neutrum exprimit res, quas monemus alterum.

παραστάδὸν, (Στάω) adverb. adstando, adgrediendo rem agendam. λῦσαι δ' οὐκ ἐδύναντο παραστάδὸν, Ο, 22, solvere te non valebant accessu suo et admota manu: idque adverbium distinguit ibi rem susceptam re vera, a solo voto et προθυμίᾳ. παραστάδὸν ἄνδρα ἕκαστον, accedendo ad singulos, κ, 173, 547. μ, 207.

παρασφάλλω, (Φάω) præter excidere facio. παρέσφαλεν (aor. 2. a. sc. τὸ βέλος, τὸν ὀϊστὸν) γὰρ Ἀπόλλων, Θ, 311, is enim fecit, ut sagitta præter destinatum scopum caderet.

παρασχέω, (Χάω) præbeo. idem ac παρέχω. ὅς κεν φιλότητα παράσχῃ, hospitem activum, qui benevolentiam præbuerit, Γ, 354. ο, 55. δῶρα δ' ἐγὼν ὅδε πάντα παρασχεῖν, dona autem ego en adsum, omnia præbere, quæ heri sunt promissa, Τ, 140, sc. ἑτοῖμός εἰμι, ἐγγύς σου σχεῖν αὐτὰ, ὡς ἐπὶ δόσει. et 147, παρασχέμεν δῶρα, i. e. πλησίον τοῦ ληψομένου σχεῖν. ὕλην τ'

ἀξέμεναι (ἄξειν) παρά τε σχεῖν, pro παρασχεῖν, Ψ, 50, ad ligna convehenda et ad manus habenda, sc. ut exstruatur rogus mortuo: πλησίον θεῖναι, *zur hand zu haben und zu rechte zu legen, (to have at hand and to pile up:)* coll. 127, ubi παρακαταβάλλειν, i. e. καταρίπτειν τὰ βασταζόμενα ξύλα, natura præcedit τῷ παρασχεῖν, præbere. hinc hoc verbum ἐπὶ πάσης χορηγίας καὶ δόσεως ponitur. in ædificationibus aut opificiis aliis ἡ παροχὴ est, ἡ εἰς τὸ κατ' αὐτὰ ἔργον ὑλικὴ χορηγία, *das handlangen, das darreichen der materialien, (the supplying, serving with materials.)* τὰ δὲ τοῖσι παρασχεῖν οἵ κε σε ἄγωνται, ζ, 28, alia vero, (munda vestimenta) iis præbere, qui te ad nuptias deducent; inquit Minerva ad virginem nubilem, hortans eam, ut omnia vestimenta lota recens ad manus habeat.

παρατανύω, (Τῶ) juxta extendo. παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν, pro παρετάνυσε, α, 138. η, 174. κ, 370. ο, 137. ρ, 93. nam mensa erat oblonga. conf. τιταίνω.

παρατεκταίνομαι, (Τίκω) facio alio modo, construo aliter. it. adstruo, addo, adfabricor. οὐδέ κεν ἄλλως Ζεὺς αὐτὸς παρατεκτήναιτο, Ξ, 54, nec sane aliter Jupiter ipse reformare posset, παραποιήσειε, coll. 53. nam semel factum, infectum fieri nequit. αἶψά κε καὶ σύ, γεραιὲ, ἔπος παρατεκτήναιο, εἴ τις σοὶ εἵματα δοίη, ξ, 131, cito sane et tu, senex, narrationem immutares et aliter construeres, si tibi quis vestimenta daret; narrares fortasse sic ut putares audientem malle: vel et, falso et præter veritatem institueres narrationem, si παρὰ intelligas præter, contra.

παρατίθημι, (Θέω) appono, juxta pono, propono. ἥ οἱ βρῶσίν τε πόσιν τε παρτιθεῖ, α, 192, a παρατιθέω, pro παρατιθεῖ, apponit cibum potumque. παρὰ δέ σφι τίθει δαῖτα, pro παρετίθει, apponebat, I, 90. κύπελλα, pocula, δ, 58. νύμφη δὲ ἐτίθει πάρα πᾶσαν ἐδωδὴν, varios cibos παρετίθει, ι, 96. κάνεον, θ, 69, s. σπλάγχνων μοίρας, υ, 260. δίφρον, φ, 177. λαρὸν παρὰ δεῖπνον ἔθηκας, pro παρέθηκας, Τ, 316, lautum jentaculum apponebas. ὑμῖν πὰρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν, pro παρέθηκεν ὑμῖν, Θ, 188, conf. πυρός. ξείνιά τ' εὖ παρέθηκεν, Λ, 778. σῖτον ταμίη, α, 139. et 141, δαιτρὸς κρειῶν πίνακας. et 142, παρὰ δέ σφι τίθει κύπελλα. sic, ταμίη, δ, 55. et 57, δαιτρὸς, structor. et 65, καί σφιν νῶτα βοὸς παρὰ πίονα θῆκεν, pro παρέθηκεν. et 133, τὸν παρέθηκε φέρουσα. τράπεζαν, ι, 92. et 199, τῇ δὲ πὰρ ἀμβροσίην δμωαὶ καὶ νέκταρ ἔθηκαν. πὰρ δ' ἄρα οἱ φᾶρός τε χιτῶνά τε, εἵματα, ἔθηκαν, posuerunt ei, ζ, 214, *legten es ihm hin, (placed for him.)* καὶ παρέθηχ' ἑτάροισιν, pro παρέθηκα, ι, 326, apposui meis sociis, ut id præparent. ταμίη σῖτον, η, 175. κ, 371. ρ, 94, 259. ὀπτήσας δ' ἄρα πάντα, φέρων παρέθηκ' Ὀδυσῆϊ, ξ, 76. ὁ δὲ τοῖς πὰρ ξείνια θῆκεν, exhibuit dona hospitalia, ο, 188. κρειῶν πίνακας παρέθηκε συβώτης ὀπταλέων, π, 49. αὐτῷ μεγάλην παρὰ γαστέρα θῆκεν ἐμπλείην κνίσσης τε καὶ αἵματος, σ, 117, *eine grosse magen-wurst, (a haggis, maw-pudding.)* et 119, ἄρτους δύω. τράπεζαν, τὴν δή οἱ παρέθηκεν, φ, 29, mensam hospitalem reveritus non est, quam ei tamen ipse apposuerat. et 182, πὰρ δὲ φέρων δίφρον θῆκεν. πὰρ δ' ἄρ' Ὀδυσσῆϊ θέσσαν βρῶσίν τε πόσιν τε, pro παρέθεσαν, ζ, 248. vides ergo, hanc λέξιν maxime esse ἐπιτραπέζιον. μητρὶ παρ' αἰδοίῃ ἔθεσαν περικαλλέα δῶρα, θ, 420, apud matrem venerabilem deponebant pulcra dona, ut ea hæc deinde hospiti traderet: *gaben sie ihr in verwahrung, (committed to her care.)* unde est ἡ παραθήκη, quando quid alicui administrandum aut reddendum datur. τῷ παρὰ μὲν κρειῶν μοῖραν θέσαν, ρ, 258. υ, 281. ἵνα σοὶ πὰρ ξείνια θείω, pro παραθέω, præsens conjunctivi, Σ, 387. ε, 91. ι, 517, ut tibi dona hospitalia exhibeam et tradam. εἰ γὰρ ἐμοὶ τοσσὴν δύναμιν θεοὶ παραθεῖεν, γ, 205, adderent, pro παραθείησαν. σὺ μέν οἱ παράθες ξείνια καλὰ, Σ, 408, da ei. παραθεὶς δίφρον, ponens sellam, υ, 259. δαῖτα ἀγαθὴν παραθήσομαι, Ψ, 810. ἐπὴν δαΐδας παραθεῖτο, β, 105, quando faces adhibuerat et apposuerat sibi, i. e. noctu. sic et ω, 139. et τ, 150, ἐπὴν δαΐδας παραθείμην. ἠῶθεν δέ κεν ὔμμιν ὁδοιπόριον παραθείμην, δαῖτα ἀγαθὴν κρειῶν τε καὶ οἴνου, ο, 505. si grammaticam consulis, est aor. 2. opt. m. potest tamen et esse aor. 2. indic. m. pro παρεθέμην, abjecto augmento, et producto ε antepenultimæ. πὰρ δ' αὐτὸς κλισμὸν θέτο, α, 132, pro παρέθετο, apponebat ei sellam. σφὰς γὰρ παρθέμενοι κεφαλὰς, β, 237, sua ipsorum capita periculo objectantes, προτείναντες, ἢ ὡς ἐν ἐπιξήνῳ ἤτουν ἐπικόπῳ (*hackblocke*) (*chopping-block*) ἤτοι ἐπικορμίῳ θέντες, ὥστε κοπῆναι, ut abscindantur ipsis. sic de piratis, ι, 255, ψυχὰς παρθέμενοι, *die ihr leben dran setzen, (who risked their lives for it.)*

παρατρέπω, (Τρέω) præter verto, *wende darneben vorbey, (I turn off past.)* παρατρέψας εἶχε ἵππους, dirigebat equos suos sic, ut præter illum præcurrerent, Ψ, 398. et 423, 424, παρατρέψας εἶχε ἵππους ἐκτὸς ὁδοῦ, i. e. παρακλίνας, *darneben vorbey richtets er die pferde ausser der bahne, dass er dem andern vorfahren möchte, (he turned the horses out of the track that he might pass the other:)* nam de certamine curuli sermo ibi est. ἅμαρτε, παραὶ δέ οἱ ἐτράπετ' ἔγχος, pro παρετράπετο, Λ, 233. Ν, 605, aberravit, et præter aversa est ejus hasta a corpore hostis; οὐ κατ' εὐθὺ ἦλθεν ἔγχος ἀλλ' εἰς πλάγιον ἐστράφη.

παρατρέω, (Τρέω) fugio in alteram partem præter aliquam rem, *laufe wovor auf die seite, springe bey seite aus für furcht, (I run aside for some reason, I leap aside from fear.)* ἤριπεν ἐξ ὀχέων, παρέτρεσαν δέ οἱ ἵπποι, Ε, 295, procidit in terram ex curru, et equi ejus consternati ad latus alterum ruebant.

παρατροπέω, f. ήσω. (Τρέω) præter verto. idem ac παρατρέπω. τί με ταῦτα παρατροπέων

ἐρεείνεις; δ, 465, cur me ista interrogas, quasi tu nescires, avertens te præter rem meam, oculos tuos prætervertens quasi: vel et, ἐθέλων παραλογίζεσθαι, παραπλανῶν, in hunc errorem inducens me ut credam te nescire meas res. sed prius præstat, dissimulans scientiam tuam, et vultum tuum præter res meas vertens.

παρατρωπάω, (Τρέω) præter verto. idem ac παρατρέπω. Θεοὺς εὐχωλαῖς κνίσσῃ τε παρατρωπῶσι ἄνθρωποι, deos precibus et sacris factis avertunt ab ira sua homines, I, 496, placant.

παρατυγχάνω, (Τέκω) adsum. Ἔρις οἴη θεῶν παρετύγχανε μαρναμένοις, Contentio sola ex diis intererat pugnantibus, Λ, 74, ubi contentio facete personificata: nam quomodo pugnent duæ acies sine contentione?

παραυδάω, f. ήσω. (Ἄω) hortor, solor, *rede zu, muntre auf mit worten, preise an, (I exhort, encourage with words, extol,)* prædico. μὴ δή μοι θάνατόν γε παραύδα, λ, 487, ne mihi mortem ut rem solatio idoneam allega, ne mihi mortem prædica, *preise mir ihn nicht an, (extol it not:)* nam Achilles mortuus contemnit omnes glorias post mortem habendas: mavult vivus esse inglorius. μὴ ταῦτα παραύδα, σ, 177, *rede mir das nicht vor oder ein, (give me not such advice.)* καί μύθοις ἀγανοῖσι παραυδήσας ἀποπέμψῃ ἡμᾶς, ο, 53, mitibus verbis allocutus, παραμυθησάμενος, προσειπὼν, παρηγορῶν, παραινῶν. μειλιχίοις ἐπέεσσι παραυδῶν, blandis verbis hortans, π, 279, παραινῶν. quidam ibi legunt παραυδὼν, quasi esse particip. aor. 2. vitiose alii παραύδων.

παραῦθι, (Αὖ) adverb. pro παραυτόθι, ibi. Ψ, 163.

παράφασις, εως. ἡ. (Φάω) adhortatio, adlocutio. *das zureden, anmahnen, (persuasion, exhortation.)* per syncopen est πάρφασις, et per productionem poëticam παραίφασις. ἐν δὲ πάρφασις, ἥτε ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων, Ξ, 217, ubi sermo est de cingulo Veneris, cui inerat amor et desiderium, et secreta collocutio, et paullo accuratior allocutio quæ subit insensibiliter et capit mentem prudentissimorum; ut ergo per πάρφασιν explicetur ἡ ὀαριστὺς, qualis sit, ἡ πειθὼ ἐκ τῆς ὁμιλίας. ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου, Λ, 792. Ο, 404, allocutio adhortatoria amici bona res est.

παραφεύγω, (Φέβω) præterfugio. παρφυγέειν, prætercurrisse, μ, 99.

παράφημι, (Φάω) suadeo, moneo, hortor, consulo, *ich rede zu, (I advise,)* συμβουλεύω. sic et τὸ παρειπεῖν ponitur (nam φάναι est εἰπεῖν) et παραυδᾶν, et παραμυθεῖσθαι: recentiores vero amant τὸ, παρηγορεῖσθαι. μητρὶ δ' ἐγὼ παράφημι, Α, 577, matri autem ego suadeo. μνηστῆρας μαλακοῖς ἐπέεσσι παρφάσθαι, pro παραφάσθαι, π, 287. τ, 6, qui infin. m. est pro imperativo, et involvit notionem παραλογισμοῦ, si quem verbis a vera re aliorsum abducimus: procos mollibus verbis sic alloquere, ut ducatur animus eorum præter rem ipsam in opinionem a vera diversam, *rede ihnen zu mit freundlichen worten, und mache ihnen weiss, (address them in courteous words and persuade them.)* εἴ τινα, παρφάμενος ἐπέεσσιν, ἀποτρέψεις πολέμοιο, si quem alium, verbis inducens, averteris a pugnando, Μ, 249, παραλογισάμενος αὐτὸν πιθανότητι λόγων, *ihm zuredend, (having persuaded him.)* sic, αἴ κε νεώτερον ἄνδρα, (ubi comparativus est pro positivo, ut sæpissime apud poëtam) παρφάμενος ἐπέεσσιν, ἐποτρύνῃς χαλεπαίνειν, incitaveris adolescentem, suadens ei verbis, ad irascendum, et graviter agendum, β, 189, i. e. παραπείσας, παραινέσας. esse autem pro παραφάμενος, manifestum est. et hoc παρὰ poëtice mutatur in παραί. σὺ τόνγε ἐπέεσσι παραιφάμενος, Ω, 771, ubi notat παραμυθίαν φιλικὴν, tu illum verbis admonens. duplicem ergo vim habet hoc verbum, ut notet vel simpliciter τὴν πειθὼ ἐκ παραινέσεως, vel ut connotetur τὸ, παράγειν λόγοις καὶ παραλογίζεσθαι, mitissimo tamen sensu.

παραφθαίη, vide sequens.

παράφθημι, (Φάω) prævenio, prætercurro. εἰ δὲ ἡμᾶς παραφθαίη ποσὶ, si currendo prætercurrat nos, Κ, 346, παραδράμῃ, παρέλθῃ, νικήσῃ. τοσάκις αὐτὸν ἀπέστρεψε πρὸς πεδίον, παραφθὰς, toties eum ab urbe avertebat versus campum, præcurrens, Χ, 197, ubi alii, minus bene fortasse, legunt παραστάς. οὔτι τάχει παραφθάμενος Μενέλαον, Ψ, 515, nequaquam celeritate præveniens eum. accusativus pendet a præpositione.

παρβεβαὼς, pro παραβεβηκὼς, vide sub παραβαίνω.

παρδαλέη, ης. ἡ. sc. δορὰ, (Ἄλλω) pellis pantheræ, *eine leoparden oder tieger haut, (a leopard or tiger's skin.)* est enim adjectivum, quod integrum est παρδάλειος, είη, ειον. sic et alia ejusmodi, e. c. ἀνθρώπειος, λεόντειος, κύνειος, τράγειος, ταύρειος, λύκειος, αἴγειος, etc. et fœmininum ponitur pro pelle, subintellecto ἡ δορὰ, e. c. ἡ ἀνθρωπείη, κυνείη, etc. et vel ob metrum vel ob euphoniam aliquam τὸ ι facile extruditur, e. c. τραγέη, κυνέη, etc. et deinde fieri potest contractio in τραγῆ, κυνῆ, παρδαλῆ, λεοντῆ, etc. παρδαλέην ὤμοισιν ἔχων, Γ, 17, nam heroës solebant exuvias ferarum gestare. et h. l. poëta non frustra dat Paridi hanc παρδαλέην: nam notatur homo ποικίλος τὸν τρόπον καὶ οἷον πολύστικτος τὸ ἦθος, κατὰ τὴν πάρδαλιν. nam varii coloris est hoc animal: unde et in sacris litteris ejus fit mentio sub imagine hominum variis morbis animi infectorum penitus. sic alibi ἡ ἀλωπεκείη notat hominem versutum et callidum, ἡ λυκείη raptorem sævum, etc. alius dicitur φορεῖν νεβρίδα, exuvium hinnuli, Διονυσιακῶς, et notat δειλὸν καὶ μέθυσον, insuper et ποικίλον καὶ παλίμβουλον. nam et ἡ νεβρὶς est variegata coloribus. sed tamen et de Menelao, sincerissimo heroë, dicitur Κ, 29, παρδαλέῃ μὲν πρῶτα μετάφρενον εὐρὺ (latum tergum) κάλυψε ποικίλῃ. ergo et de Paride

fortasse nihil sinistri innuere voluit poëta, sed morem heroicum indicavit. ποικίλη autem dicitur διὰ τὰ ἐν αὐτῇ στίγματα. unde est proverbium ἐπὶ πανούργων: τὸ στικτὸν τῆς παρδάλεως. mas hujus feræ dicitur et ὁ πάρδος, et ὁ πάνθηρ, ηρος. Vide sub βόεος, et Ἀντήνωρ in R.

παρέδραθεν, vide sub παραδραθέω.

παρέδραμον, vide sub παραδρέμω.

παρέζω, f. ἔσω. (Ἕω) juxta colloco. παρὰ δὲ σκοπὸν εἷσεν, observatorem adposuit, Ψ, 359. παρὰ δ' εἷσαν ἀοιδοὺς θρήνων ἐξάρχους, juxta lectum mortui, Ω, 720. πὰρ δ' ἄρα Τηλέμαχον εἷσαν, γ, 416. σοίγε παρήζετο, tibi aderat, Α, 557, ubi ε est auctum per η. et 407, παρέζεο, imperativus, adside ei. παρεζόμενός μοι, Ε, 889. Λαέρτῃ, δ, 738. μητρὶ, υ, 334. et notat in genere, adiens, accedens, adstans vel adsidens. ὁ δ' ἕζετο ᾗ παρὰ μοίρῃ, pro παρέζετο, adsidebat suæ portioni cibi, *sezte sich zu seiner portion hin, (sat down to his portion,)* ξ, 448. πὰρ δὲ οἱ αὐτῷ εἷσε Θεοκλύμενον, ο, 286, παρεῖσεν ἑαυτῷ, *sezte ihn neben sich, (placed him beside himself.)*

παρειά, ᾶς. ἡ. (Παρὰ) gena, anterior pars vultus humani: *die wange, backe, (the cheek.)* hinc et omnia anteriora rerum etiam ἀψύχων hoc nomine notantur. sic naves μιλτοπάρῃοι, quarum proræ sunt minio rubræ, quasi puellarum genæ. nam metaphoræ a partibus corporis animati sumtæ perfrequentes sunt apud antiquos. ponitur et de galea, ut notetur pars galeæ quæ tegit genas. nomen est a παρὰ, ad, apud, ante. γυναικὸς μέν τ' ἀμφίδρυφοί εἰσι παρειαὶ, Λ, 393, uxoris quidem utrimque laceratæ sunt unguibus genæ, in luctu nimirum. δεδάκρυνται δὲ παρειαὶ, Χ, 491, lacrimis oppletæ sunt genæ. sic et υ, 353. θαλερὸν δὲ κατείβετο δάκρυ παρειῶν, Ω, 794, lucida lacrima stillabat a genis. καταβάλοι δάκρυ, δ, 223. παρειῶν δάκρυα ὀμορξάμενον, λ, 528, a genis lacrimas abstergentem. κατὰ παρειῶν δάκρυον ἧκε χαμᾶζε, π, 190. χερσὶ παρειάων ἁπαλάων (παρειῶν ἁπαλῶν) δάκρυα ὀμορξαμένην, Σ, 123. ἄντα παρειάων σχομένη κρήδεμνα, α, 334. π, 416. σ, 209. φ, 65, i. e. κρηδέμνῳ καλυπτομένη τὰς παρειὰς, μηδὲ τὸ κάλλος ἐκφαίνουσα. ὦχρός τέ μιν εἷλε παρειὰς, pallorque occupavit eum quod attinet genas, Γ, 35. δρυψαμένω ὀνύχεσσι παρειὰς, ambæ aquilæ lacerantes sibi unguibus genas, β, 153, ubi καταχρηστικῶς de aquilis, et hoc signabat luctum reliquorum multorum Ithacensium ex cæde procorum. δάκρυ δ' ἔδευεν (humectavit) ὑπὸ βλεφάροισι παρειὰς, Θ, 522. et 530, τῆς δὲ φθινύθουσιν ἄχει παρειαὶ, ut pars pro toto: *sie verfallet ganz vor langer trauer, (she is quite faded with long sorrow.)* ἐπιχρίσασα παρειὰς, σ, 171, *da sie ihr gesichte gesalbet, (having anointed her face.)* et 199, ἀπομόρξατο χερσὶ παρειὰς, permulcebat manibus sibi genas; ut solent evigilantes ex somno meridiano. scribitur et ἡ παρηὰ, et τὸ παρειόν. Vide sub Γένυς.

παρείθη, vide sub παρίημι.

πάρειμι, (Ἔω) adsum, prope sum, præsto sum. ὅση δύναμίς γε πάρεστι, quanta potentia adest, Θ, 294, i. e. quantum possum, ex omnibus viribus. sic Ν, 786. et ψ, 128. ἅτε δμώεσσι πάρεστι χοίρεα, suillas carnes, quales servi habent, ξ, 80, nam saginatos porcos non habemus nos servi, sed proci. et 444, τέρπεο τοῖσδε οἷα πάρεστι, delectare his qualiacunque adsunt, *lass es dir schmecken so gut es da ist, (make free with such as there is.)* πολλὰ πάρεστιν, multa præsto sunt, ρ, 457. ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, sc. πᾶσιν, vos deæ estis, et adestis omnibus rebus, *seyd bey allem gegenwärtig, (are ever present;)* hinc sequitur, vos quoque scire omnia, Β, 485. ἵπποι δ' οὐ παρέασι, non adsunt, Ε, 192. Ξ, 299. ἀρδμοὶ ἐπηετανοὶ παρέασιν, aquationes perennes adsunt, ν, 247. εἴ μοι δύναμίς γε παρείη, β, 62, si mihi robur adesset. sic Χ, 20. ποίη δὲ παρείη, σ, 369, si herba adesset. καὶ λίην σοὶ ἔγωγε παρέσσομαι, et lubens ego tibi adero, ν, 393. ὥς οἱ τεύχεα καλὰ παρέσσεται, sicut ei arma pulcra parata erunt, Σ, 466. καί ποτέ σοι τρὶς τόσσα παρέσσεται ἀγλαὰ δῶρα, Α, 213, venient tibi. ταῦτα μὲν αὐτίκα πάντα παρέσσεται, hæc e vestigio omnia aderunt, Ι, 135, 277. ἐν δαίτῃσι παρέσται, Κ, 217, in conviviis aderit. πὰρ γὰρ ἔην καὶ ἀοιδὸς, γ, 267, pro παρέην, παρῆν. κλυτὰ δῶρα παρῆεν αὐτῷ, Θ, 417, pro παρῆν, aderant ei. μάχῃ καὶ σὺ παρῆσθα, pugnæ et tu interfuisti, δ, 497, pro παρῆς. οὐ πάρεσαν θεοὶ, pro παρῆσαν, Λ, 75, non aderant. τὸν παρεῖναι ἐφάμην, hunc adesse mihi putabam, Χ, 298. ἄνδρα παρεῖναί σοι, virum esse apud te, commorari in ædibus tuis, ι, 105. et 129, ἐμοί. μήλοισι παρέμμεναι, apud pecora esse, δ, 640. σπεύδοντι, Σ, 472, studiose operanti adesse, *beyzustehen, (to stand by.)* αὐτὸς παρεὼν, ipse præsens eis, Θ, 491, et videns oculis tuis. σημάντορος οὐ παρεόντος, absente custode, Ο, 325. οὔ τίς σοι ἀνιᾶται παρεόντι, ο, 334, nemo tædium percipit ex te præsente. ποίπνυον παρεόντε, ministrabant præsto adstantes, Ω, 475. καὶ οὐ παρεόντα ὀνομάζειν αἰδέομαι, reverentiæ plenus absentem quoque nomino, ξ, 145. χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, decet hospitem morantem apud nos amice tractare, ο, 74. ὑπὲρ τῶν οὐ παρεόντων, per hos absentes, Ο, 665. τῶν (ὑπὲρ) ὄπιθεν οὐ παρεόντων, per futura nondum exsistentia, λ, 66, i. e. ὑπὲρ τῶν μελλόντων ὄπισθεν, per ea, desiderata tibi, quæ visurus postmodum es, reditum sc. ad tuos, tuosque ipsos. χαριζομένη παρεόντων, benigne præbens ea quæ præsto erant in penu, α, 140. δ, 56. η, 176, coll. 166. ρ, 95. et sic vocat τὰ βρώματα τὰ ἐν τῷ ταμιείῳ ἀπόθετα ἤτοι ἕωλα, hesterna: possunt et esse cibi diutius durantes, quales sunt τὰ ἀλίπαστα, *eingesalzene oder geraucherte sachen, was die speisekammer vermochte, (such salted or smoked provisions as the store-room afforded.)* πάρα pro πάρεστι vel πάρεισι. πάρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι, mihi sane adsunt et opitulantur alii, Α, 174. πάρα γὰρ μενοεικέα πολλὰ δαίνυσθαι, Ι, 227, præsto sunt grata multa ad epulandum. αἰεὶ γὰρ πάρα εἷς γε θεῶν, Υ, 98, semper enim adsistit ei unus deorum aliquis. πάρα γὰρ καὶ

ἀμείνονες ἄλλοι, Ψ, 479, adsunt enim et præstantiores alii, ἢ ἔτι πὰρ κείνοισιν ἐμὸν γέρας, λ, 174, pro πάρεστιν αὐτοῖς, an habent adhuc meam dignitatem. ubi tamen potest esse præpositio παρά. ab hoc πάρειμι est et, ὁ ἡ λιπαρὴς, adsiduus, sedulus. a τὸ λίαν παρεῖναι, valde et magno studio adesse alicui rei. nisi malis referre ad πάρημαι, adsideo, aut ad παρέζω, adsidere facio, alium vel me ipsum: ut τὸ λιπαρὲς sit, τὸ λίαν προσκεκαθικὸς τῆς ψυχῆς τινὶ, si animus valde adsidet et inhæret alicui rei; vel si quid animo valde adsidet.

πάρειμι, (Ἔω) prætereo, *gehe vorbey, (I pass by.)* it. adeo, *ich komme hinan, gehe hinzu, (I come to, go to.)* πὰρ δ' ἴσαν ὠκεανοῖο ῥοὰς, καὶ πὰρ ἠελίοιο πύλας ἤϊσαν, pro πάρισαν et παρήϊσαν, ω, 11, 13. παρ' ἄρουραν ἰὼν, pro παριὼν, Λ, 557. μή ἑ λάθοι παριὼν, δ, 527, ne clam eo præteriret: vel et, ne lateret eum adveniens: nam πάρειμι notat et, prope accedo, ut loco quoque ex Λ citato. παριὼν λὰξ ἔνθορεν, accedens, pede impetum fecit in eum, ρ, 233.

παρὲκ, (Ἐκ) aut παρὲξ, compositum ex παρὰ, juxta, et ἐκ, ut notet propinquitatem et declinationem simul, τὸ ἔξω καὶ τὸ ἐγγύς τινος, *nahe davon, (not far off.)* recentiores scribunt πάρεξ, et est illis pro χωρὶς, præter, cum genitivo. Sed Homerus utitur eo sensu quo diximus, et construit modo cum genitivo, modo cum accusativo, modo et sine casu. πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευαν ἄνεμοι, multam algam extra et juxta mare fundere solent, Ι, 7. πηνίον ἐξέλκουσα παρὲκ μίτον, Ψ, 762, ubi παρὲκ pertinet ad participium, ἐξέλκουσα: ut notet διάστασιν per ἐκ, et ἐγγύτητα per παρά. νῆχε παρὲξ, ε, 439, natabat prope nec tamen nimis prope insulam, οὔτε πάνυ πόῤῥω τῆς γῆς, δέδιε γὰρ μήπως αὐτὸν αὖθις ἀναρπάξῃ θύελλα: οὔτε αὖθις ἐν χρῷ τῆς γῆς, ἵνα μὴ ταῖς πέτραις προσαραχθῇ. notat ergo ἐγγύτητα τὴν πρὸς τῇ γῇ per παρὰ, et ἄπωσιν τὴν ἐν θαλάσσῃ per ἐκ. et h. l. est sine casu. sic παρὲκ λιμένος, ι, 116, ubi ἐκ idem est ac οὐ σχεδὸν, et παρὰ est οὐκ ἀπὸ τηλοῦ. sic tamen ut τὸ παρὰ hh. ll. majorem vim habeat, nam insula erat valde propinqua. alibi τὸ ἐκ plus valet, e. c. Υ, 133, μὴ χαλέπαινε παρὲκ νόον, ne sævi præter rationem, ἔξω νοὸς, ἀνοήτως, temere. sic, πολλαῖς ἄταις (multis deceptionibus animi) μὲ παρὲκ νόον ἤγαγεν Ἕκτωρ, me extra sanam mentem duxit, Κ, 391, i. e. ἐκτὸς λογισμοῦ, extra rationem consideratam. στῆ δὲ παρὲξ, Λ, 486, ubi παρὰ est fortius, stetitque ante eos, ὀλίγον τι ἐκτὸς et tamen ἐγγύς. παρὲξ ἀγορεύειν, Μ, 213, ubi Polydamas loquitur adulatorie, et hinc ambigue: nam id vult intelligi, aliter loqui ac tu vis me loqui; sed eum genitivum, vel eam determinationem, omittit prudenter vir disertissimus et multum videns. παρὲξ ὁδοῦ, paullum de via declinantes qua ibat Dolon, Κ, 349, ubi βραχεῖάν τινα διάστασιν a via notat. hinc 344, verbum sic est compositum, ἐῶμεν αὐτὸν παρεξελθεῖν τυτθὸν πεδίου, prælerire eum sinamus paululum in campo, *eine kleine strecke, (a short distance,)* scilicet interclusuri eum a tergo. παρὲξ Ἀχιλῆα, Ω, 434, præter Achillem. et 349, μέγα σῆμα Ἴλου παρὲξ, præter magnum monumentum Ili, sed nondum multum ab eo progressi ambo. οὔπως ἐστὶ, Διὸς νόον παρὲξ ἐλθεῖν ἄλλους, fieri non potest, ut aliquis consilium Jovis vel paululum quidem excedat, ε, 104, i. e. μερικῶς παραβῆναι. sic et 138. παρὲξ παρακλιδὸν, δ, 348, declinando vel paullulum a vero. sic et ρ, 139, i. e. ἔξω μὲν ἀληθείας, ἐγγὺς δὲ ὅμως αὐτῆς, τῇ πιθανότητι, per verisimilia. ἀλλὰ παρὲξ ἐλάαν, sed in propinquo præternavigato, μ, 47, 55. et 443, παρὲξ περιμήκεα δοῦρα, prope ad trabes illas longas, sic tamen ut in eas ne inciderem: παρὰ τοῖς ξύλοις ἐγγὺς, tamen et ἔξω αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐπὶ αὐτοῖς ἤγουν ἄνω αὐτῶν. ἄλλα παρὲξ μεμνώμεθα, ξ, 168, memores simus aliorum, his omissis: ubi ἐκ respicit dicta hactenus, παρὰ vero respicit τὰ ἄλλα. ταῦτα παρὲξ ἐρέουσα, ψ, 16, dictura hæc temere, ἀγγέλλουσα ἔξω μὲν τοῦ ἀληθοῦς, extra verum, ἐγγὺς δὲ τοῦ ἐφετοῦ, propinquas tamen et affines desiderato et optato res. ὦσα παρὲξ, ι, 488, depuli navem a littore. νῆα παρὲξ ἐλάαν, navem præteragere prope scopulum, μ, 109. et 276, παρὲξ τὴν νῆσον ἐλαύνετε νῆα. μή με ἄγε παρὲξ νῆα, ο, 199, ne me ducas præter navem, *führe mich nicht am schiffe vorbey, (conduct me not past the ship.)* παρὲκ τειχίον αὐλῆς, extra sepimentum aulæ, sed tamen et prope illud, π, 165, 343. Vide sub ἔρω, paullo sub medio.

παρεκπροφεύγω, (Φέβω) e manibus effugio. ἵνα μή σε παρεκπροφύγῃσιν (cum syllaba paragogica tertiæ sing. conj.) ἄεθλα, ne te effugiant præmia certaminis, Ψ, 314, i. e. ἵνα μὴ ἡττηθῇς. et sermo est de præmio primario.

παρελάω et αύνω. f. άσω. (Ἐλάω) prætervehor. præter ago, præverto. καί κεν ἢ παρέλασε, ἢ ἀμφήριστον (νίκην) ἔθηκε, Ψ, 382, et sane aut prætervectus esset (prævertisset in certamine isto curuli) aut dubiam victoriam fecisset, ut ambo eam consecuti videri potuissent. et 427, τάχα παρελάσεις, prætervehéris, prævertes, νικήσεις. et 527, παρέλασε, οὐδὲ ἀμφήριστον (quod in neutro quoque concipi potest, dubium,) ἔθηκε. et 638, παρήλασάν με, i. e. ἐλαύνοντες ἐνίκησαν, curru vicerunt me. ἐπειδὴ τάσγε (Σειρῆνας) παρήλασε, sc. ἡ ναῦς, μ, 197, postquam prætervecta navis est eas. et 186, οὔ τις τῇδε (ὁδῷ) παρήλασε νηΐ, nemo hac prætervectus est navigando: quibus locis in sensu maxime simplici. cæterum recentiores hoc verbum de quavis victoria posuerunt, ut παρελᾷν τινὰ sit, superare, vincere aliquem.

παρέλκω, (Ἕλω) præter et juxta traho. extraho, *ich zögere, (I put off,)* moror tempus. ἀλλ' ἄγε, μὴ μύνῃσι (μύναις, i. e. προφάσεσι, prætextibus, *ausflüchte, vorwande,*) *(pretexts,)* παρέλκετε, φ, 111, ne extrahite et differte rem: ubi eos εἰς ἀπροφάσιστον ἐρεθίζει σπουδὴν ad studium nullis excusationibus et tergiversationi-

bus obnoxium. τῶν μὲν δῶρα παρέλκετο, eorum dona attrahebat sibi, σ, 281, παρὰ (i. e. ἐκ) τῶν μνηστήρων δῶρα εἷλκε. simul innuit hæc vox, dona non a libentibus data, sed astu mulieris abstracta et elicita ab illis; ut notetur ἀντισήκωσίς τις, siquidem ὁλκὴ etiam ὄγκον designat.

παρενήνεεν, pro παρενένεεν, vide sub ἐτήτυμος.

παρὲξ, vide παρὲκ, et sub ἔρω prope medium.

παρεξελάω et αύνω, f. άσω. (Ἐλάω) juxta exigo, *ich treibe darneben hervor, (I drive on by the side of.)* ἐπεὶ σῆμα παρὲξ Ἴλοιο ἔλασσαν, pro παρεξήλασαν, sc. τοὺς ἵππους καὶ τὸ ἅρμα, Ω, 349. possis tamen commode h. l. simplex verbum positum dicere, cum adverbio παρὲξ, quod accusativum adsciscere solet. conf. παρὲξ. εἰ γάρ κ' ἐν νύσσῃ γε παρεξελάσῃσθα διώκων, Ψ, 344, aor. 1. conj. cum paragoge θα, si ad metam prope præterveharis: et deest ἵππους. κάμψας παρέλθῃς.

παρεξέρχομαι, (Ἔρω) juxta egredior, clam exeo. ἐῶμέν μιν πρῶτα παρεξελθεῖν πεδίοιο, sinamus eum prætergredi præter nos per planitiem paullulum, K, 344, *wir wollen ihn eine kleine weite des feldes vor uns lassen vorbey gehen, (we will let him pass us a little way on the plain:)* ut sc. reditum ei ad suos intercludere possimus. οὐκ ἔστι Διὸς νόον παρεξελθεῖν, ε, 104, 138, non possibile est Jovis consilium et voluntatem transgredi et præterire. ῥεῖα παρεξελθοῦσα, κ, 573, i. e. παρὲξ ἡμῶν ἐλθοῦσα, i. e. ἐγγὺς μὲν, (quod latet in παρὰ) ὅμως δὲ ἠρέμα πόῤῥω, *sie gieng nahe bey uns sachte vorbey und von uns, (she glided softly past close beside us and left us,)* λεληθότως διελθοῦσα.

παρέπλω, pro παρέπλωσε, vide sub παραπλώω.

παρέπω, (Ἔπω) hortor, dictis movere conor, dictis duco, *ich rede zu, überrede, (I exhort, persuade.)* δείδω, μή σε παρείπῃ Θέτις, metuo, ne Thetis te in suam sententiam verbis suis pertraxerit, A, 555, παραπείσῃ, παραλογίσηται: et notat ibi fere in malam partem. αἴσιμα παρειπὼν, recta monens et suadens, Z, 62. et 337, νῦν δέ με παρειποῦσ' ἄλοχος μαλακοῖς ἐπέεσσιν ὥρμησ' ἐς πόλεμον, pro παρειποῦσα, i. e. παραπείσασα, μαλακοῖς i. e. παραμυθητικοῖς καὶ πειστικοῖς. verba ipsa non exhibuit poëta. αἴσιμα παρειπών, H, 121, nam παρειπεῖν habet notionem παραινέσεως. τίς οἶδ' εἴ κέν οἱ θυμὸν ὀρίναις παρειπών, hortando, Λ, 792. O, 404, *durch zureden, (by persuasion.)*

παρέρχομαι, (Ἔρω) prætereo. it. prodeo. τῇ μέν τ' οὐδὲ ποτητὰ παρέρχεται, ibi nec volucria impune prætereunt, μ, 62, *sie kommen nicht davon, (they cannot pass it.)* εἴσιδον αὐτοὶ νῆα παρερχομένην, ipsi viderunt navem prætervectam, π, 357. ἐπεὶ οὐ παρελεύσεαι, non elaberis, *du wirst mir nicht entkommen, (thou shalt not escape me,)* A, 132, non sic abibis, οὐ παραδράμῃς. et habet hic locus faceti nonnihil: hoc enim innuit, εἰ καὶ τῇ ποδωκείᾳ παρελθεῖν με δύνασαι, ἀλλὰ ἀπατῶν καὶ δολιευόμενος οὐκ ἄν με νικήσας παρέλθῃς. εἵως μέγα κῦμα παρῆλθε, ε, 429, donec magnus fluctus præteriisset. δείδοικα ποσὶν μή τις με παρέλθῃ, metuo, pedibus ne quis me præcurrat, Θ, 230. nam et νόῳ et δόλοις, aliisque virtutibus, δύναταί τις παρελθεῖν ἕτερον. κερδαλέος κ' εἴη καὶ ἐπίκλοπος, ὅς σε παρέλθοι ἐν πάντεσσι δόλοισι, illum oportet insigniter astutum et valde versutum esse. qui te superet dolis omnibus, ν, 291. et h. l. metaphorice verbum positum: proprie vero Ψ, 345, οὐκ ἔστι ὅς σε παρέλθῃ, cursu scilicet equorum. οὔποτε φημὶ τεὸν βωμὸν νηῒ παρελθεῖν, nunquam puto me navi prætervectum esse aram tuam, Θ, 239.

παρέσφαλε, vide sub παρασφάλλω.

παρέτρεσαν, vide sub παρατρέω.

παρευνάζομαι, f. άσομαι. (Ἔω) præter fas juxta cubo. δμωῇσιν δὲ γυναιξὶ παρευνάζεσθε βιαίως, apud ancillas cubabatis violenter, χ, 37, παρὰ τὸ δέον συνεκοιμᾶσθε. ut ergo παρὰ duplici sensu, præter et juxta, insit huic verbo.

παρέχω, f. έξω. (Χάω) præbeo. ὅς σοι παρέχει βρῶσίν τε πόσιν τε ἐνδυκέως, qui tibi præbet cibum et potum benigne, ο, 489. θάλασσα ἰχθῦς, mare præbet pisces ex propinquo, τ, 113, ἐγγὺς ἔχει, cui opp. ἀπέχειν, *weg halten, (to keep off,)* παρεκτὸς ἔχειν, *entfernen, (to remove.)* ὄϊες αἰεὶ παρέχουσι γάλα θῆσθαι, oves perpetuo præbent lac mulgendum, δ, 89. ἐγὼ τούτοισι φάος πάντεσσι παρέξω, ego his lumen omnibus faciam ut prope sit, σ, 316, *ich will ihnen feuer zur leuchtung halten, (I will hold them a torch to light them.)* ἐγὼ δ' εὖ πᾶσι παρέξω, sc. δαῖτα, ego enim laute omnibus præbebo epulas, Θ, 39. ἀλλὰ παρέξει, sc. ὁ σόλος οὗτος σιδήρου ἅλις, Ψ, 835, sed efficiet ut ad manus præsto sit satis ferri, adeo crassus et ex multo ferro est. ἐγὼν ἱερήϊα (ἱερεῖα, i. e. σφάγια) πολλὰ παρεῖχον, ego præbebam multas victimas, et ad mactandum pecudes, ξ, 250. παῖδες ἀσπερχὲς πάρεχον, pro παρεῖχον, ministri sine intermissione præbebant, faciebant ut ad manus satis esset, Σ, 556. χλαῖναν πυκνὴν, ἥ οἱ παρεχέσκετο ἀμοιβὰς, ἕννυσθαι ὅτε τις χειμὼν ἔκπαγλος ὄροιτο, pallium densum, quod ei præbebat mutationes, i. e. quod permutare solebat cum aliis levioribus et tenuioribus vestibus, si magna tempestas frigida ingrueret, ξ, 521, ionice pro παρείχετο. alii ibi legunt παρεκέσκετο ἀμοιβὰς, pro παρέκειτο εἰς. ἔνθα ἐγὼ σῖτον παρέχοιμι, ibi ego tibi panem præberem, σ, 359. et 132, ὄφρα ἀρετὴν παρέχωσι θεοὶ, quamdiu felicitatem præbeant dii, *so lange es ihm wohl gehet, (so long as he prospers.)* ἀλλήλῃσι γέλωτα καὶ εὐφροσύνην παρέχουσαι, υ, 8, de ancillis juvenculis et lautioribus: sibi invicem risum et hilaritatem præbentes. παρέχειν est ergo, ἐγγύς τινος ἔχειν τί. ὁ πάροχος est præbitor, qui hospitium et utenda necessaria præbet. deinde et in re nuptiali sic dicebatur honoratior sponsi amicus, qui sponsam

deducendam curabat. nam in curru nuptiali sponsa sedebat media, ad dextram sponsus, ad sinistram iste πάροχος: et is quasi παροχούμενος, juxta qui vehitur, ab ὀχέομαι vehor, ut sit quasi παραιβάτης τίς. sed communior notio τοῦ παρόχου est a παρέχειν.

παρήζετο, vide sub παρέζω.

παρήϊον, ου. τό. (Παρὰ) gena, anterior pars vultus humani. idem quod ἡ παρειά. deinde et, ornatus ad genas, *wangenschmuck, (ornaments for the cheeks.)* πᾶσιν δὲ παρήϊον αἵματι φοινὸν, omnibus gena sanguine est rubra, Π, 159, de lupis qui cervum discerpserunt. ἔκοψε παρήϊον, percussit eum ad genam, Ψ, 690, ubi sermo de pugilibus. αὐτῆς τήκετο καλὰ παρήϊα δακρυχεούσης, τ, 208, de Penelope flente. παρήϊα ἀμφοτέρωθεν αἱματόεντα πέλει, χ, 404, de leone qui bovem discerpsit. παρήϊον ἔμμεναι ἵππων, ut sit ornatus equorum ad maxillas, Δ, 142. i. e. τὸ τοῦ χαλινοῦ παραγναθίδιον, κόσμος ἵππου παραγναθίδιος.

παρήλασα, vide sub παρελάω.

πάρημαι, (Ἕω) juxta sedeo. πὰρ δέ οἱ ἥσθην, adsidebant ei, η, 231, s. νηυσὶ παρήμενος, Α, 421, 488. δαιτὶ, α, 26, et 339, σφὶν, illis. ἐμὲ κεῖνος ἔθελγε, ρ, 521. μοὶ, τ, 589. τόν γε σύεσσι παρήμενον, apud sues habitantem, ν, 407, coll. 411, πάντα παρήμενος ἐξερέεσθαι, adsidens omnia interrogare stude. κλαιούσης ἑὸν ἄνδρα παρήμενον, τ, 209. ἀλλοτρίοισι παρήμενος, ρ, 456, apud alienos commorans. ὥς μή μοι τρύζητε παρήμενοι ἄλλοθεν ἄλλος, Ι, 311. οἱ μὲν μὰ ἕκαστα παρήμενοι ἐξερέουσιν, ξ, 375. ἐκ γάρ γε πλήσσουσι παρήμενοι ἄλλοθεν ἄλλος, σ, 230. γῦπε ἑκάτερθε παρημένω, λ, 577, vultures duo utrinque adstantes et additi ei.

παρηορία, ας. ἡ. (Ῥέω) lorum illud vel catena, quo equus παρήορος adjungitur τῇ ξυνωρίδι: ἡ τοῦ παρηόρου ἵππου ἡνία. ἵπποιο παρηορίας ἀπέτεμνε, lora illa disscindebat, Θ, 87. ἐν δὲ παρηορίῃσιν ἀμύμονα Πήδασον ἵει, indidit hunc equum loris illis, Π, 152.

παρήορος, ου. ὁ ἡ. (Ῥέω) juxta adjunctus, ionice pro παράορος, vide ἀείρω. proprie dicitur de equo, ὁ παρέζευγμένος, i. e. ὁ ἐγγὺς ὢν τῶν ζυγιτῶν ἢ τῶν ζυγίων. nam οἱ ζυγίται ἵπποι ἢ ζύγιοι sunt duo illi equi, qui temonem currus inter se habent: si his adjungitur tertius ad latus alterius, is tertius est παρήορος ἵππος. κεῖτο παρήορος ἐν κονίῃσι, Π, 471. et 474, ἀπέκοψε παρήορον, letaliter vulneratum eum tertium equum, abscidit a curru, coll. 148—154, 467. et ejusmodi equus capite suo quidem adjunctus erat jugali equo, sed posterior ejus pars erat libera, nec ad currum trahendum adjuncta: hinc sæpe posteriori sua parte evagari in transversum et lascivire poterat. addebant autem sæpe talem equum, ut haberent, si jugalium unus periret, quem in locum ejus statim subderent. deinde per metaphoram hoc nomen notat, ineptus, præter rem vagus, exsolutus, ἔκλυτος, quasi a παρὰ, præter, et ἀείρω, apto. ἐπεὶ οὔτι παρήορος οὐδ' ἀεσίφρων ἦς πάρος, Ψ, 603, siquidem nequaquam incertus et levis eras antea, *denn du warest ja sonst nicht eines so weitschichtigen, auschweifenden, und windigen sinnes, (thou wert not used to be so unsteady, thoughtless and full of levity.)* ὡς οἱ παρήοροι ἵπποι οὐ, κατὰ τοὺς ζυγίους, ἀσφαλῶς καὶ στερεῶς καὶ ἀραρότως συνδέδενται τῷ ἅρματι, ἀλλὰ ἄφετοι παραείρονται ἢ παραζεύγνυνται: οὕτω καὶ ὁ μὴ φρενήρης οὐ συνῆκται εἰς ἑαυτὸν ὡς ὁ ἀρηρὼς τὰς φρένας, ἀλλὰ κατὰ τοὺς παρηόρους ἀνίεται θέλων πλάζεσθαι. denique notat et, extentus in longitudinem, in transversum, exsolutus ex viribus suis, nihil valens: sumta ab eodem equo metaphora. πολλὸς ἔκειτο παρήορος ἔνθα καὶ ἔνθα, Η, 156, jacebat multus, i. e. longus, extentus huc et illuc, et resolutus, vir ille grandis, interfectus a me: κεχυμένος ὧδε καὶ ἐκεῖ, ἐκτεταμένος, ἄφετος. in antiquo Lexico est: παρήορος, ὁ παρατεταμένος, (juxta extentus) ὁ ἄφρων, ὁ ἵππος συνδεδεμένος τῇ ξυνωρίδι: et horum trium significatuum exempla apud poëtam vidimus. eandem vocem Theocritus per syncopen facit πάραρος, ab ἄρω, apto quasi παρηρμοσμένος, ὁ μὴ συνέχειαν ἔχων, ὁ μὴ φρενήρης, i. e. μὴ εὖ ἀρηρὼς κατὰ νοῦν, ἀλλὰ ψευδόμενος τὴν νοερὰν ἁρμονίαν, καὶ παρατετραμμένος τοῦ οὕτως ἀρηρέναι, Id. 15, 8. Vide sub παραείρω.

παρήπαφον, vide sub παραπαφάω.

παρθενικὸς, ὴ, όν. (Θάω) virginalis, virgineus, et fœmininum, ἡ παρθενικὴ, sc. κόρη, sæpe substantive ponitur, pro ἡ παρθένος. παρθενικῇ εἰκυῖα, νεήνιδι κάλπιν ἐχούσῃ, η, 20, virgini similis, juvenculæ urceum aquæ ferenti. παρθενικαὶ τ' ἀταλαὶ, λ, 39. παρθενικαί τε καὶ ἠΐθεοι, ἀταλὰ φρονέοντες, *zärtliche herzen habende junggesellen und jungfern, (young men and maidens having tender hearts,)* Σ, 567. sic ὀρφανικοὶ παῖδες, i. e. οἱ ὀρφανοί.

παρθένιος, ίη, ιον. (Θάω) virginalis. Εὔδωρος, παρθένιος, Π, 180—192, a virgine natus. quippe matrem ejus Polymelen virginem adamavit Mercurius, et furtivo coitu genuit ex ea eum. tales υἱοὶ παρθένιοι narrantur quoque Β, 512—515, a matre, pro virgine habita, clam nati. cæterum differt Eudorus a Menesthio natalibus: nam Eudorus natus est a matre ante conjugium aliquod legitimum; sed Menesthius, durante quidem conjugio legitimo, ex alieno tamen patre, sicut et Hercules. λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην, Λ, 244, i. e. coivit cum ea et devirginavit eam. sunt qui contendant, h. l. esse pro παρθενείην, ob metrum: παρθένιος enim, inquiunt, est natus ex virgine; παρθενεῖος autem est generale nomen omnium ad virgines et virginitatem pertinentium rerum. quod quidem tamen ex Homero non apparet. Vide sub Εὔδωρος, in R.

παρθενοπίπης, ου. ὁ. (Ὄφ) virginum spectator elegans, ad fœminas diligenter respectans: ὁ τὰς παρθένους ὀπιπτεύων καὶ ἐπιτηρῶν, γυναιμανής. παρθενοπῖπα, in vocativo, Λ, 385, et sic vocatur Paris. ad hanc formam est ὁ παιδοπίπης, οἰνοπίπης, qui cupide et attente ista spectat.

παρθένος, *ου. ἡ.* (Θάω) virgo adulta. it. in genere, puella. est a *παρὰ*, præter, et ϑέειν, sugendum præbere, compositum nomen, ut innuatur puella, quæ vel nondum lactavit infantem, a *παρὰ*, præter; *ἡ ἐστερημένη τοῦ ϑηλάζειν*: vel quæ propinqua est ad lactandum, cujus ubera jam sunt habilia ad lactandum; a *παρὰ*, ad: ut notetur puella nubilis. *υἷες Ἄρηος, οὓς τέκεν Ἀστυόχη παρθένος αἰδοίη*, Β, 514, ubi puella regia, a Marte imprægnata, *παρθένος* dicitur: nam nec uxor nec pellex Martis postea fuit; ergo solum virginale nomen ei reliquum erat, respectu status, in quo ante imprægnationem fuerat. *ἔνθα μὲν ἠΐθεοι καὶ παρθένοι ἀλφεσίβοιαι ὠρχοῦντο*, Σ, 593, *junggesellen und jungfern, (youths and maidens.)* *ἅτε* (sicut) *παρθένος ἠΐθεός τε*, Χ, 127, 128, nam hæc verba repetuntur, ut poëta innuat suavitatem hujus ætatis et status. *οὐκέτι δὴν παρθένος ἔσσεαι*, ζ, 33. et 109, *παρθένος ἀδμής*. sic et 228, virum non passa. Vide sub *ἠΐθεος*.

παριαύω, f. *αύσω*. (Ἄω) juxta commoror, cohabito, una cubo. *ἔχει ἄλοχον θυμαρέα, τῇ παριαύων τερπέσθω*, Ι, 336, habet concubinam gratam, ei concumbens oblectetur. et id regerit Achilles verbis legatorum, 274, nam hoc dicit: quid tum, si non concubuit cum ea? imo habeat et fruatur. et 466, *ἀμφὶ ἐμοὶ νύκτας παρίαυον φύλακες*, i. e. *διέτριβον*, commorati sunt. sed totus ille locus a versu 460—473, multis criticis est suspectus, ut ab aliena manu intrusus. sic: *κύνες παρίαυον*, ξ, 21, canes aderant semper.

παρίζω, (Ἕω) adsideo. *Τηλεμάχῳ δὲ παρίζεν*, δ, 311, ei adsidebat, *setzete sich neben den, (sat down by him.)*

παρίημι, (Ἕω) juxta demitto. *παρείθη μήρινθος πρὸς γαῖαν*, dependebat (a pede volantis columbæ) funiculus (quo columba alligata fuerat) ad terram, Ψ, 868, *ἐχαλάσθη*. et est aor. 1. pass. media forma *παρίεμαι* notat, deprecor, *παραιτοῦμαι*. Plato in Ap. Socr. §. 1. *ich protestire, (I protest against.)*

παριθύνω, f. *υνῶ*. (Θέω) præter dirigo, prætercurrere facio. *ὑμεῖς νῆα παρὰ γλαφυρὴν ἰθύνετε*, pro *παριθύνετε*, μ, 82, ut hoc compositum h. l. idem notet quod *παρὲξ ἐλᾶν*. conf. *παρὰ* avulsum. præterdirigite.

παρίστημι, (Στάω) juxta statuo, vel sto. *τοὶ ἤδη ἄγχι παρέστηκεν θάνατος*, tibi jam prope instat mors, valde prope adest, Π, 853, verba suprema Patrocli ad Hectorem. sic et Ω, 132, verba matris ad Achillem. *αὐτὰρ ὃ πὰρ λαμπτῆρσι φαείνων αἰθομένοισιν ἑστήκει*, σ, 343, 342, ast ille juxta focos portatiles ardentes lumen nutriens adstabat; ubi præpositio longe avulsa a verbo suo. *ὄφρα κέ μοι παρστήετον*, ut sane mihi adstent, σ, 182, honoris causa, pro *παρστῆτον*, dualis aor. 2. conj. act. distracto circumflexo per additum ε. *τὶς ἡμῶν αὐτῷ παρσταίη*, pro *παρασταίη*, aliquis nostrum ei adstet et adsit, *ihm beystehe, (stand by him,)* Υ, 121. *εἰ καὶ μάλα πολλοὶ ἑταῖροι ἄγχι παρασταῖεν* ϑ, 218, vel si multi socii adstarent mihi, localiter. *τοὔνεκα νῦν δεῦρο παρέστης*; Γ, 405, ejus rei causa nunc huc accessisti? *εἴ ποτέ μοι καὶ πατρὶ φίλα φρονέουσα παρέστης*, si unquam mihi et patri benevola adfuisti, O dea, Ε, 116. *σὺν σοὶ, δῖα θεὰ, ὅτε τῷ πρόφρασσα παρέστης, ὣς νῦν μοι ἐθέλουσα παρίστασο*, Κ, 290, 291, magna facinora edidit pater meus, tecum, O dea, cum ei benevola aderas: sic nunc mihi volens propitia adsiste: ut *πρόφρασσα* explicetur per *ἐθέλουσα*. *πὰρ δέ οἱ ἔστη Μενέλαος*, pro *παρέστη*. Ζ, 43, adstitit ei Menelaus, hostiliter et pugnaturus adversus eum, *es trat Menelaus an ihn, (Menelaus faced him.)* *θέων δέ οἱ ἄγχι παρέστη*, accurrens constituit se juxta eum, amice, Ο, 442. sic et 483. sed, 649, est hostiliter et occidendo. *πὰρ δέ οἱ αὐτὸς ἔστη*, *er trat neben ihn, (he stood by him,)* defensorie, Φ, 547, 548. *οὐδ' ἄρα οἵ τις ἀνουτητί γε παρέστη*, nec sane ei aliquis non vulnerans ferme adstitit, Χ, 371, de Hectore mortuo, ad quem visendum eique insultandum Græci principes accedebant: coll. 375, *καὶ οὐτήσασκε παραστάς*. *ἡ δὲ παρέστη ἀμφίπολος*, accessit ad eum ministra, aquam ad lavandas manus ferens, Ω, 303. sic de Penelope prodeunte ad viros, *ἀμφίπολος δ' ἄρα οἱ κεδνὴ ἑκάτερθε παρέστη*, α, 335. σ, 210. φ, 66. *τότε δή ῥα κακὴ Διὸς αἶσα παρέστη ἡμῖν αἰνομόροις*, ι, 52, tunc sane malum Jovis fatum incubuit in nos infelices. sic porro *παρέστη*, accessit, ρ, 73, ubi est oppositum *ἑκὰς τράπετο*, avertebat se seorsum: et Telemachus ibi honorat hospitem advenientem, ut veniente eo non sedeat *βασιλικῶς*, sed occurrat *φιλικῶς*. *νῆες δ' ἐκ Λήμνοιο παρέστασαν, οἶνον ἄγουσαι*, Η, 467, aderant, *ἐνελιμενίσθησαν*, appulerant, stabant ad littus, non vero subductæ, sed in aqua. *παραστὰς*, statuens se juxta eum, accedens, adsistens, adstans, Β, 189. Ζ, 75. Η, 188. *Πουλυδάμας θρασὺν Ἕκτορα εἶπε παραστὰς*, Μ, 60, 210. Ν, 725. sic et, *Ἀπόλλων εἶπε Ἕκτορα παραστὰς*, ubi accusativus pendet ab omissa præpositione *πρὸς* ad *εἶπε*, vel et ut *παρὰ* ex participio etiam junctum intelligatur verbo finito. *πὰρ δὲ στὰς*, Ε, 112. *τὸν παρστὰς ἀνέγειρε*, Κ, 157. et 318, *Ἕκτορι εἶπε παραστάς*. et 489, *ὅντινα ἄορι πλήξειε*, quemcunque gladio transfixisset cominus. sic, *αὐτῷ κάρη ἀπέκοψε*, caput ei dejecit ense adgressus eum, Λ, 261. *ἔπληξεν ἄορι ἄγχι παραστὰς*, Π, 114, et 404, *ἔγχεϊ ἔνυξε*. *τὶς θεῶν*, Ρ, 338. *οὖτα αὐτὸν*, Υ, 472, vulnerabat eum cominus. *προπάροιθεν παραστὰς*, Χ, 197, *da er ihm zu nahe im wege stunde, (he stood ready in his way,)* aggrediens et occurrens ei a parte illa anteriori, ut retro vel in obliquum averteretur, coll. 195. *Ἀγαμέμνονι εἶπε*, Ψ, 155. et 304, *πατὴρ δέ οἱ ἄγχι*. et 617, *ἔειπε*, dixit accedens ad eum. confer porro ϑ, 238. ι, 325, 327, 345. π, 338. ρ, 221. υ, 190, 197. *παρστᾶσα*, ψ, 87, accedens ad eum. et notat fere semper studium aliquod. *πὰρ δέ μοι αὐτὴ στῆθι*, pro *παράστηθί μοι*, assiste mihi auxilio tu, ν, 387. et 389, *αἴκε μοι ὣς παρασταίης*, si mihi sic adsisteres. *ἀλλὰ φίλοι πάρστητε*, pro

παράστητε, Π, 544, adeste ei, defendite eum. Τρωσὶ παριστάμεναι καὶ ἀμύνειν, pro παριστάναι, Φ, 231. et idem infinitivus, sed a παρέστημι, Ο, 255. Ρ, 563. δ, 827, defendere. υ, 94, præsens esse. παρίσταμαί σοι καὶ φυλάσσω, ut utrumque sit idem, custodio te, Ε, 809. ν, 301. παρίστασαί μοι, adstas mihi custos et tutela, Κ, 279. sed, ρ, 450, accedis ad omnes mendicans. παρίσταται, adest ei et auxiliatur, Ψ, 783, ubi additur synonymum, ἐπαρήγει. δή γάρ σφι παρίσταται αἴσιμον ἦμαρ, π, 280, sane enim instat illis dies mortis, ἐγγὺς αὐτῶν ἵσταται. τῷ οὔτι γυνὴ καὶ τέκνα νοστήσαντι παρίσταται, ad eum redeuntem non accedit et excipit læte uxor et liberi. μ, 43. αὐτῷ ὦκα παρίστατο Ὀδυσσεύς, Β, 244, ad eum celeriter accessit, et adstitit ei, *trat an ihn hinan, (went up to him.)* ἐν μέσοις, in medio eorum aderat, Δ, 212. μάλα ἄγχι ποιμένι λαῶν, Ε, 570. sic, ei, Ζ, 405. Π, 2, 715. Σ, 70. Τ, 6, 251, quibus locis est, amice. sic et γ, 222, 443, aderat, adstabat, sacrificaturus. ο, 104, 123, accedebat. οὕτως νῦν μοι ἐθέλουσα παρίστασο, ades mihi et adsiste volens propitia, Κ, 291, coll. 290. καί σοι παραστήσεσθαι ἔμελλε μοῖρα ὀλοή, etiam tibi institura erat mors? ω, 28. παριστάμενος, accedens, Γ, 249. Δ, 233. Ρ, 119. ο, 62. ω, 242. παριστάμενοι, κ, 109. παρισταμένη, β, 384. θ, 10. κ, 377. π, 455. ρ, 361. σ, 69. ω, 367, 515. ἀμφίπολοι παρισταμεναι, η, 341, accedentes ministræ.

παρίσχω, (Χάω) præbeo. idem quod παρασχέω, et παρέχω. νῦν δέ σοι ἑπτὰ παρίσχομεν ἔξοχα ἀρίστας, nunc vero tibi septem præstantissimas puellas offerimus, Ι, 634, loco unius illius. παρισχέμεν (τοὺς ἵππους) ἐπέτελλεν αὐτῷ, in propinquo tenere equos mandabat illi, Δ, 229, πλησίον ἔχειν αὐτούς: et hæc est notio prima, ex qua altera illa dandi et præbendi nata est.

παρκατέλεκτο, pro παρακατελέγετο, vide sub παρακαταλέγομαι.

παρμέμβλωκε, pro παραμεμόληκε, vide sub παραμόλω.

πάροιθεν, (Παρὰ) adverb. ante, antea, *von vorne, vor; vor diesem, vorher, (before, formerly.)* καί ῥα πάροιθε αὐτοῖο καθέζετο, et ante eum assedit mater, Α, 360, sic ut facies versus faciem ejus esset versa. sic et Thetis ante Jovem, 500. et Γ, 162, δεῦρο ἐλθοῦσα, πάροιθε ἐμεῖο ἵζευ, φίλον τέκος, inquit Priamus ad Helenam: *setze dich vor mich, dass wir einander ins gesichte sehen können, (sit down before me that we may face each other.)* πάροιθεν ἐρύσατο ζωστήρ, ἠδὲ ὑπένερθεν ζῶμά τε καὶ μίτρη, Δ, 185, ubi prius adverbium notat superficiem exteriorem, *oben auf, zu erst, (at the top, at first:)* alterum notat, *drunter, nachher auch, (below, also afterwards.)* πάροιθε λάμπετο δουρὸς αἰχμή, in parte anteriore splendebat cuspis hastæ, Ζ, 319. πάροιθεν αὐτοῦ ἔσχεθον ἀσπίδας, ante eum tenebant clypeos, ut protegerent eum a vi, Ξ, 427, *hielten vor ihn, (held before him.)* πάροιθε Διὸς στήτην, coram Jove constiterunt ambo, Ο, 154. et 227, πάροιθε ὑπόειξε, ante cessit; ubi vides notionem temporis. στῆ δὲ πάροιθε κλισίης, stetitque ante tabernaculum, Π, 255. καὶ ἐμὸν βέλος ὀξὺ πάροιθεν, etiam meum jaculum est acutum in parte sua anteriore, Υ, 437, *auch mein wurfgewer ist vorne spitz, (my javelin too is sharp at the point,)* ὀξεῖαν προβέβληται τὴν αἰχμήν. possit tamen h. l. χρονικῶς intelligi, erat antea et alias acutum, *war vordem auch spitz, (was formerly sharp also.)* πάντα τελέω, τὰ πάροιθεν ὑπέστην, omnia præstabo, quæ ante pollicitus sum, Ψ, 20, *was ich vorher versprochen, (what I before promised.)* sic et 180. et 213, ἀνέμω, νέφεα κλονέοντε πάροιθεν, venti duo, nubes agitantes ante se, *die wolken vor sich her jageten, (which drove the clouds before them.)* et 498, οἵ δεύτεροι οἵ τε πάροιθεν, qui posteriores quique priores. τὸ πάροιθεν, alias antea, α, 322. et β, 312, ὡς τὸ πάροιθεν, quod antea, *dass ihr vorher, vor diesem, (that ye formerly.)* πάροιθεν μεγάροιο, ante domum, δ, 625. ρ, 167. πολλὰ θεοὶ τελέουσι πάροιθεν, dii multa perficient ante, ζ, 174. πάροιθε δέ τ' ὄμφακές εἰσι, et uvæ quoque immaturæ sunt ante oculos, πρὸ ὀφθαλμῶν, οἷα βλεπόμεναι, καὶ μὴ εἰς τὸ ἐπιὸν ἔτος ἐλπιζόμεναι: *man hat da vor sich, (a person has before him.)* optime tamen h. l. ut χρονικὸν intelligitur hoc adverbium: ante sunt hic uvæ tales, deinde tales. στῆ δὲ πάροιθ' αὐτῆς, constitit ante eam, π, 166, *stellete sich vor ihr hin, (placed himself before her:)* quod poëtice est, prudentiam suam dextre adhibuit, nec eam ex oculis suis omisit. et 181, ἀλλοῖός μοι, ξεῖνε, φάνης νέον ἠὲ πάροιθεν, alius mihi jam videris quam ante, *du siehest ganz anders izt aus als vorher, (thou lookest quite different from what thou formerly didst.)* τὸν δὲ πάροιθεν ἀγίνεσκον ἐπὶ αἶγας, hunc canem venaticum ducebant olim contra capras feras, ρ, 294. μνηστήρων οὐχ ἥδε δίκη τὸ πάροιθε τέτυκτο, hic mos procorum olim non erat, σ, 274, *so war vor diesem der freier weise nicht, (this was not formerly the practice of suitors,)* ἀνέκαθεν, ἐκ παλαιτάτων χρόνων. indicat ergo, suos procos esse καινίζοντας καὶ νεωτερίζοντας καὶ νεωτεροποιοὺς, *die eine neue mode aufbringen wollen, (who wish to introduce a new custom.)* πάροιθε δὲ Ἀθήνη φάος ἐποίει, *machete es lichte vor ihnen her, (shed a light before them,)* τ, 33. et 227, πάροιθε δὲ δαίδαλον ἦεν, a parte anteriori vestis ea artificiose picta erat.

παροίτερος, έρα, ερον. (Παρὰ) anterior. ἄλλοι μοι δοκέουσι παροίτεροι ἔμμεναι ἵπποι, alii mihi videntur equi priores et anteriores esse in cursu certaminis, Ψ, 459, *laufen voran vor den vorigen, (keep ahead of the rest.)* et 480, ἵπποι δ' αὐτε ἔασι παροίτεροι οἵπερ τὸ πάρος, iidem enim etiam nunc equi sunt priores et anteriores in cursu, qui paullo ante erant; et opponuntur iis οἱ δεύτεροι, 498.

παροίχομαι, (Ἔω) prætereo. παρῴχετο Ἀτρείδης, præteribat ultra, Δ, 272. παρῴχηκεν δὲ νὺξ πλέων τῶν δύο μοιρῶν, Κ, 252, præteriitque

nox, plus quam duæ ejus partes: ubi est exemplum verbi activi παροιχέω, f. ήσω. vide δεῖμα.

παρομιλέω, f. ήσω. (Ἕλω) una conversor. σ, 382.

πατρώϊος, ΐη, ϊον. et per syncopen πατρῷος. (Πάω) paternus, qui cum patre jam fuit, a patre acceptus. est nomen κτητικὸν, et deberet esse πατροῖος: nam est a genitivo πατρὸς, sicut a παντὸς est παντοῖος: sed ο extenditur in ω, et Iota vel subscribitur vel adscribitur. sic et μητρῷος, παππῷος, Μινῷος, etc. ἦ ῥά νύ μοι ξεῖνος πατρώϊός ἐσσι παλαιὸς, Ζ, 215, i. e. patres nostri jam fuere hospites; collatis sequentibus. et 231, ὅτι ξεῖνοι πατρώϊοι εὐχόμεθ' εἶναι. ἦε νέον μεθέπεις ἦ καὶ πατρώϊός ἐσσι ξεῖνος; α, 195. et 417, ξεῖνος δ' οὗτος ἐμὸς πατρώϊος ἐκ Τάφου ἐστὶ, jam cum patre meo habuit jus hospitii, et est ex Tapho. sic, ἑταῖρος, sodalis, β, 286. Ὀδυσσῆος ξεῖνος πατρώϊος, ρ, 522, qui jam cum patre Ulyssis hospitium coluit. ξεῖνοι δ' ἀλλήλων πατρώϊοι εὐχόμεθ' εἶναι, α, 187. οἵ τέ οἱ ἐξ ἀρχῆς πατρώϊοί εἰσιν ἑταῖροι, β, 254. sic, ἦσαν, ρ, 69. σκῆπτρον πατρώϊον, scipionem quem pater habuerat, Β, 46, 186. ἔγχος, Τ, 387. τέμενος, portionem agri, Υ, 391. δῶμα, Φ, 44. μένος, robur, Ε, 125. ὅ σοι γενεῇ πατρώϊόν ἐστιν, α, 387, quod est aculeus contra Telemachum, quasi nullam aliam ob rem rex fieri possit, quam quod pater ejus rex fuerit: nam virtus paterna non semper sequitur filium. sic ὁ τοῦ αὐλητοῦ υἱὸς scoptice quoque dicitur αὐλητής. πατρώϊα ἔργα, β, 22, rem paternam, i. e. agriculturam, et alia opera, opesque patris. μῆλα φυλάσσειν, pecudes paternas, μ, 136. ζώειν καὶ ἔχειν πατρώϊα πάντα, omnia quæ pater habuit, π, 388. sic, δάσονται, divident inter se, ρ, 80. σὺ χαίρων νέμηαι, υ, 336, tu gaudens omnia possideas iisque fruaris quæ pater tuus habuit. ἀποδοῖτε, χ, 61, coll. 58, si mihi omnia daretis, quæ patres vestri habent. ἐν γαίῃ πατρῴῃ, ν, 188. et 251, χαίρων ᾗ γαίῃ πατρῴῃ.

παῦρος, η, ον. (Πάω) non multus, paucus, facile finiendus. nam est a παύω, desinere facio, finio. apud poëtam est vox numeri: sed apud recentiores etiam mensuræ, ut notet, brevis, non longus. παῦρος δέ οἱ εἵπετο λαὸς, i. e. ὀλίγος, *ein kleines heer, wenig kriegsvolk, (a small body, a few soldiers,)* Β, 675. ἡμεῖς παῦροι κεκακωμένοι ἦμεν, Λ, 688. ἀγορῇ δέ ἑ παῦροι ἐνίκων, Θ, 283, *im reden thaten es ihm wenige zuvor, (few surpassed him in eloquence.)* παῦροι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ, β, 276, *wenig söhne thun es dem vater gleich, (few sons equal their fathers.)* παῦροι γὰρ Ἀχαιῶν ἦσαν ὁμοῖοι, τ, 240, *denn wenig edle waren ihm gleich, (for few*

chiefs equalled him.) ἐξέφυγον, ψ, 236, pauci enatarunt e naufragio. οὐ γάρ κε ἐδάμη παύροισι βροτοῖσι, non sane vinci poterat aper ille a paucis, Ι, 541. οὕνεκα πὰρ παύροισι καὶ οὐκ ἀγαθοῖσιν ὁμιλεῖς, pro παρομιλεῖς, versaris cum iis, σ, 382, et hi pauci, quibus Eurymachus circumdatus terat, sunt in opposito ad exercitum, cum quo Ulysses sperabatur rediturus. οὐ παύρους μνηστῆρας κατερύκετε, πολλοὶ ἐόντες, β, 241. Μενέλαος ἀγόρευε παῦρα μὲν, loquebatur pauca, utpote Laco, Γ, 214. διαδασάσκετο, pauca dividebat, Ι, 333, sc. in commune omnibus; et opponitur πολλά. ἐμοὶ μάλα παῦρα δόσαν, valde pauca dabant, ξ, 210. comparativus, παυρότερον λαὸν, pauciores milites, Δ, 407. ὡπλίζοντο παυρότεροι, sc. Τρῶες, in opp. ad Græcos, Θ, 56. μάχονται παυρότεροι πλεόνεσσιν, pugnant pauciores contra plures, Ν, 739. παυρότεροι δὲ πολὺ φθίνυθον, multo pauciores peribant, Ρ, 364. ἄρσενες πολλὸν παυρότεροι, multo pauciores masculi, ξ, 17. μάχεσθαι ἀνδράσι παυροτέροις, Β, 122. σὺν ἀνδράσι, Ε, 641, ubi comparativus est vel pro positivo vel pro superlativo, *mit ziemlich wenigen, (with very few.)* παυροτέρους περ ἐόντας, Ο, 407. a παῦρος est per traulismon παῦλος, paucus. et inde est φαῦλος, η, ον. quod primario notat, vilis, non ornatus aut circumductus, *schlecht, (mean.)* hinc Platoni τὸ φαῦλον et ἁπλοῦν sunt synonyma, sicut et φαύλως καὶ βραχέως, in Theæt.

παυσωλή, ῆς. ἡ. (Πάω) cessatio, quies. οὐ γὰρ παυσωλή γε μετέσσεται, non enim cessatio intercedet ulla inter pugnandum, Β, 386, pugna continuabitur per totum diem sine intermissione.

παύω, f. παύσω. (Πάω) sedo, quiescere facio. est oppositum τοῦ ὄρω concito, *ich mache rege, (I excite:)* ut παύειν sit, *machen dass sich was leget, stillen, enden, legen, (to quell, calm, allay, appease.)* est a πάω, nam sola quies dat fruitionem solidam. ἐγὼ παύω χόλον, ego desinere facio et finio iram, Τ, 67. οὐ παύσω χόλον, non cessabo ab ira, Ο, 72. ἵνα παύσομεν ἄγριον ἄνδρα, ut compescamus et desistere faciamus ferum virum, Φ, 314. ἐμὲ ἔπαυσας ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι, me cessare fecisti a pugnando contra eos, Λ, 442. sic, ἐμὲ ἄλης καὶ οἰζύος, ο, 341, me recreasti et ad finem venire fecisti ex vagatione et miseria: ubi hoc verbum maxime proprie positum est: ad quietem venire me fecisti. ἔπαυσε μάχης Ἕκτορα, Ο, 15. et 459, καί κεν ἔπαυσε μάχης ἐπὶ νηυσὶν, et sane desinere fecisset eum a pugna contra naves et castra; per mortem scilicet. et 250, ἔπαυσε (Αἴας ἐμὲ) ἀλκῆς, desistere fecit a fortitudine: non tamen per mortem. sed Ρ, 81, sunt eadem verba de morte. παῦσεν ἀριστεύοντα, per vulnus, cessare eum fecit a strenue agendo, Λ, 506. sic, παῦσε δὲ χάρμης, excedere eum pugna fecit, Μ, 389, per vulnus. sic et Ρ, 602. αὐτίκα παῦσε ὀδύνας, e vestigio finivit dolores vulneris, Π, 528, per medicamen præsens. ὁ δ' αὐτίκα παῦσεν ἑὸν ῥόον, fluvius statim compescuit et lene fecit fluentum suum, ε, 451, quietum et placidum fecit. οὐ παυσάμεθα πτολέμοιο, εἰ μὴ Ζεὺς λαίλαπι παῦσεν sc. ἡμᾶς, non desiissemus a pugnando, nisi Jupiter tempestate fœ a desinere fecisset nos, ω, 42. Μοῦσαι Θάμυριν παῦσαν ἀοιδῆς, ademerunt ei artem canendi, Β, 595. μνηστῆρες παῦσαν (ἑαυτοὺς sc.) ἀέθλων, δ, 659 ubi ergo intransitive hoc activum pro medio positum. παῦσαν ὀρχηθμοῖο πόδας, desinere fecerunt pedes a saltatione, ψ, 298. μὶν ἤδη παύσαμεν, υ, 274, eum jam desinere fecissemus, sc. a loquendo, per cædem. ἠὲ χόλον παύσειε, an iram sedaret apud se, Α, 192. ὅπως παύσειε πόνοιο, Ἀχιλῆα, ut desinere faceret Achillem a labore suo bellico, Φ, 137, 249, et sermo est de fluvio personificato, qui mergere cupiebat heroëm. εἴπως Πηνελόπειαν παύσειε κλαυθμοῖο, δ, 801. ἵνα μιν καμάτου, ut eum recrearet a defatigatione, ε, 492. φάρμακα, ἅ κεν παύσῃσιν (αὐτὸν) ὀδυνάων, Δ, 191. νῦν μὲν παύσωμεν πόλεμον, Η, 29. αἴκε Ζεὺς παύσῃ οἰζύος, sc. ἡμᾶς, δ, 35. χρή σε πόλεμον παῦσαι, oportet te pugnam quiescere facere, Η, 331. ἀλλὰ γόου μὲν παῦσαι, τ, 268, ubi est infinitivus loco imperativi: nisi mavis esse imperativum a. 1. med. sed φ, 279, νῦν μὲν παῦσαι τόξον, quiescere facite arcum; ubi manifesto est infin. pro imperat. nam sermo est ad plures. σὺ δὲ παῦε τεὸν μένος, quiescere fac robur tuum et impetum tuum pertinacem, Α, 282. ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν παῦε, ἔα δὲ, χόλον, Ι, 260, sed saltem hoc tempore cessare fac et omitte iram: nam utrumque verbum pertinet ad accusativum. παῦε δὲ νεῖκος πολέμου, ω, 542, quiescere fac contentionem pugnæ. μὴ πρὶν παύειν χεῖρας πολέμοιο, non prius desinere facere manus a pugna, *die hände nicht eher ruhen zu lassen vom fechten, (not to let the hands cease from fighting till —)* Φ, 294. ἠ μὲν παυέμεναι (παύειν) ἠδ' ὀρνύμεν (ὀρνύειν) ὅν κ' ἐθέλῃσι, κ, 22, de Æolo, ventorum rectore. ἄλλους παύεσκον μνηστῆρας, ionice pro ἔπαυον, alios quiescere faciebam procos, χ, 315, *ich hiess die andern stille sitzen und ablassen vom unrecht thun, (I desired the others to be quiet and to desist from their evil doings.)* ἦλθον ἐγὼ παύσουσα τεὸν μένος, cohibitura, sedatura, tuum robur. Α, 207, Ἥρη καὶ Ἀθήνη, παύσασαι Ἄρην, postquam cohibuerant Martem, Ε, 909, ἀνδροκτασιάων, a cædibus. ergo activa forma est transitiva. Media forma notat intransitive. οὐ μέν τοι παύομαι, non equidem cesso et quiesco, Θ, 295. ἄλλοτε γόῳ τέρπομαι, ἄλλοτε δ' αὖτε παύομαι, δ' 103. ἱδρὼς παύετο, sudor reprimebatur, *der schweiss liess nach, (the perspiration ceased,)* Ο, 242. μία οὔπω παύετο, una ancillarum nondum quiescebat ab opere molendi, υ, 110. ἐνὶ κλισίῃ παυέσκετο, pro ἐπαύετο, in tabernaculo requiescebat, Ω, 17. ἕλκος ἐτέρσετο (vulnus siccabatur) παύσατο δ' αἷμα, ubi posterius est explicatio prioris, *das blut wurde gestillet, (the blood was stanched,)* Λ, 267, vel potius est ibi πρωθύστερον, ut natura prius sit postpositum, et effectus præpositus. sic et 847. ὁ δ' ἐπαύσατο, χωόμενός περ,

Ξ, 260, ille cohibebat se, quamvis iratus. παύσατο δὲ φλὸξ, *die flamme legete sich, (the flame expired,)* Ψ, 228. ἐκ τοῦδ' οὔπω παύσατο γόου ὁ ξεῖνος, destitit, Θ, 540. ἄνεμος, μ, 168, 400. et 426, Ζέφυρος. ἀοιδὸς, ρ, 359, conticuit. πάλαι ἄμμες (ἡμεῖς) ἐπαυσάμεθα πτολέμοιο, dudum nos conquiessemus a pugna, Φ, 432. οὐδέ κε πάμπαν, omnino non destitissemus a pugnando, ω, 42. ἐπεὶ παύσαντο πόνου, cum a labore cessarant, *da sie mit der arbeit fertig waren, (when they had finished their work,)* Α, 467. Β, 430. Η, 319. π, 478. ω, 383, quibus locis sermo est de opera parandæ cœnæ. παύσαντο Ἀχαιοὶ φυλόπιδος, Σ, 241. πομπῆς μὲν παύσασθε βροτῶν, desinite homines deducere navibus vestris quo volunt, ν, 180. σὲ ἐγὼ παύσασθαι κέλομαι, te ego quiescere et absistere jubeo, Γ, 434. sic, παύσασθαι πολέμου, desinere a pugnando, Η, 376, 395. μνηστύος, a procatione ista molesta vobis, β, 198. ἔργων, ab operibus suis cessare, δ, 683. et 812, ὀϊζύος ἠδ' ὀδυνάων. παύσασθαι δ' ἐκέλευσε καὶ εὐνηθῆναι ἅπαντας, sc. ἀνέμους, *liess alle winde sich legen, (he caused all the winds to subside,)* ε, 384. et 391, ἄνεμος δ' ἐπαύσατο. παύσασθαι ἄνωγα, desistere jubeo, π, 405, *davon abzustehen, (to desist from.)* et 433, σὲ κέλομαι. παυσάμενοι κλαγγῆς, desinentes a sonitu et strepitu, Β, 100. παυσάμενον πολέμοιο, Ο, 58. et 160, μάχης. sic et 176, cessantem a pugnando. παυσαμένους, finem facientes certaminis, Ψ, 823. παυομένῳ δόρποιο, ei post cœnam, τ, 402. εἰ μὲν ἔπειτα παυσάσθην, Φ, 384, *sie höreten beyde auf, (they both ceased.)* ὅτε παύσαιτο νηπιαχεύων, Χ, 502, de infante obdormiscente et quiescente a clamore suo. νῦν μὲν παυσώμεσθα μάχης, Η, 290. Φ, 467. ἐλπόμενοι παύσεσθαι πολέμοιο, Γ, 112, sperantes se quieturos a pugnando. οὐ γὰρ ὀΐω παύσεσθαι, non enim puto me quieturum, et a malis liberum fore, ζ, 174, nisi mavis trahere ad sequentia verba, ut dicantur dii non remissuri et cessaturi a malo immittendo. sed prius præstat, ut subint. ἐμέ. οὐ γάρ μιν πρόσθεν παύσεσθαι ὀΐω κλαυθμοῦ, non eam prius remissuram puto a fletu, ρ, 7, *sie wird nicht eher ablassen zu weinen, (she will not cease weeping.)* παυέσθω δὲ καὶ οὗτος, Φ, 373, coll. 372, desinat vero et hic. παύεσθον κλαυθμοῖο, cohibete ambo vos a fletu, φ, 228. αὐτοὶ παυέσθων, ipsi desinant, β, 169, coll. 168. παύεσθαι ἀφροσυνάων, finem facere amentiæ, π, 278. γνοῖεν δ' ὡς δὴ δηρὸν ἐγὼ πολέμοιο πέπαυμαι, Σ, 125, cognoscant enim, quod diu ego a pugnando quievi et cessavi. πόλεμος δὲ πέπαυται, et pugna quiescit, Γ, 134. δηρὸν δὲ μάχης ἐπέπαυτο, nam diu a pugnando abstinuerat se, Σ, 248. Τ, 46. Υ, 43. πολέμοιο πεπαυμένοι, Γ, 150, ob senectutem dimissi a pugnando. cæterum παύω et παίω verba sunt maxime cognata: curam enim, ut sedetur aut finiatur aliquid utrumque primario notat.

παφλάζω, f. σω. (Φλίω) æstuo, tumultuor: loquor confuse. κύματα παφλάζοντα, Ν, 798, undæ huc illuc volventes se cum strepitu multo. est a φλίω, ferveo; unde est φλάζω, stolidos sonos edo sine mente bona: it. offenso sæpe et repeto syllabas inepe, *ich stottere, (I stammer.)* unde est παφλάζω per reduplicationem Atticam. Vide sub ΖΩ.

πάχετος, ου. ὁ. (Πήγω) crassities, *die dicke (the thickness.)* δίσκον μείζονα καὶ πάχετον, Θ, 187, discum majorem etiam quod attinet crassitudinem; nam deest præpositio, κατὰ πάχετον, perhibent quidam, esse, per syncopen et transpositionem, in dialecto pro παχύτερον. sed vix probant. πάχετος δ' ἦν ἠΰτε κίων, crassitudo erat velut columna, ψ, 191.

παχίων, vide sub παχύς.

πάχνη, ης. ἡ. (Πήγω) pruina, *der reif, (hoar-frost.)* est παχυτέρα χιόνος (densior nive) χιὼν γὰρ ἀραιά: sed κρύσταλλος est παχύτερος πάχνης, glacies est densior et firmior pruina. πάχνη est δρόσος πεπυκνωμένη καὶ πεπηγμένη. χιὼν γένετο, ἠΰτε πάχνη, ξ, 476.

παχνόω, f. ώσω. (Πήγω) condenso, constringo, *mache dicht und hart, (make solid and hard,)* proprie, *wie reif und eis, (like hoar-frost and ice.)* τοῦ δ' ἐν φρεσὶν ἄλκιμον ἦτορ παχνοῦται, i. e. πυκνοῦται καὶ οἷον πήγνυται τῇ λύπῃ, Ρ, 112, ejus in pectore cor robustum constringitur et obtorpescit: imo et ψύχεται, frigidum fit; nam prisci τὰ ἀηδῆ, ingrata, vocabant ψυχρὰ, sicut τὰ προσηνῆ, θερμὰ, unde et ἐλπὶς vocatur θαλπωρή. est ergo metaphoricum verbum hoc loco.

πάχος, εος. τὸ. (Πήγω) spissitudo, crassities. τόσον ἦν μῆκος, τόσον πάχος, tanta erat longitudo staturæ, tanta crassities, in Cyclope, ι, 324.

παχὺς, εῖα, ύ. (Πήγω) crassus, densus; musculosus, firmus. λᾶαν, ὅς πρόσθε πυλάων εἱστήκει, πρυμνὸς παχὺς, ὕπερθεν ὀξὺς, Μ, 446, lapidem, qui ante portas stabat, inferiore sui parte crassus, superne acutus, quales solent esse angulares, ima parte in terra defossi. αὐλὸς ἀνὰ ῥῖνας παχὺς ἦλθεν αἵματος, canalis crassus sanguinis per nares ivit, χ, 18. σπασάμενος ἄορ παχέος παρὰ μηροῦ, a crasso et firmo suo femore ensem stringens, Π, 473. κ, 439. λ, 230. παχὺν αὐχένα, crassam cervicem, de Cyclope, ι, 372. χειρὶ παχείῃ, magna et musculosa et firma manu, Ε, 309. Η, 264. Κ, 31, 454. Λ, 355. Ξ, 385. Υ, 261. Φ, 175, 403. ζ, 128. σ, 56. τ, 448. υ, 299, quibus locis proprie, et de heroë magno; nam est fere idem quod χειρὶ ἀνδρείᾳ: connotatque simul crassitiem rei quæ prehenditur tali manu. improprie et de heroinis, de Junone, Θ, 221. Minerva, Φ, 424. Penelope, φ, 6. conf. χείρ. hinc conjectores ex formis affirmant, μεγάλα τοῖς ἀνδρείοις ἀκρωτήρια εἶναι: et poësis τῇ χειρὶ ᾠκείωσε τὸ παχὺ, sicut pedibus τὸ λιπαρόν. παχὺ σκῆπτρον, Σ, 416. αἷμα πτύοντα, Ψ, 697. comparativus est παχύτερος et παχίων, et πάσσων. sicut a βραχὺς est βράσσων, ab ἐλαχὺς ἐλάσσων, a μακρὸς μάσσων. sed ὁ πάσσος, ου

est vini species, de quo Athenæus. καὶ μὶν μακρότερον καὶ πάσσονα θῆκεν ἰδέσθαι, fecit ut videretur longior statura et habitior corpore, θ, 20, ut notet τὸ εὐλιπὲς corporis, succi plenum. sic et ζ, 230. ω, 368. et de Penelope, post somnum brevem, σ, 194. πάχιστος μυὼν, crassissimus musculus in corpore humano, Π, 314. apud Herodotum, V, 30. ἄνδρες τῶν παχέων, sunt quidam opulenti et potentes et nobiles, *einige fette, (some are wealthy.)* et c. 77, ἱπποβάται ἐκαλέοντο οἱ παχέες, equites dicebantur nobiles et locupletes. sic et apud Aristoph. Vesp. 287, ἀνὴρ παχὺς, i. e. πλούσιος, cui opponitur λεπτὸς, i. e. πένης. et Pax, 638, τοὺς παχεῖς καὶ πλουσίους, *die fetten und reichen,* i. e. *die vornehmen und grossen und edlen, (the fat and rich,* i. e. *the great, noble, and illustrious.)* sed Nub. 840, ἀμαθὴς καὶ παχὺς, indoctus et pinguis, eo sensu quo Romani dicunt ingenium pingue, i. e. hebes et stupidum.

ΠΑ΄Ω, gustandum et fruendum do. es verbum factum ex sono manducantium aperto ore et cum appetitu. media ejus forma apud poëtam est obvia.

πεδάω, f. ήσω. (Πάω) vincio compedibus, *ich fessele, (I fetter.)* scribitur etiam alibi πεδέω. μοῖρα αὐτὸν ἐπέδησε, Δ, 517, quod ἀστείως dictum ibi; nam pes ejus graviter erat vulneratus. ἐπέδησε φαίδιμα γυῖα, Ν, 435, coll. 436—438, ubi est explicatio hujus ligationis quasi: nam non poterat fugere. Ἕκτορα δ' αὐτοῦ μεῖναι (ut ibi maneret) ὀλοὴ Μοῖρα ἐπέδησε, mortis fatum alligavit quasi, Χ, 5, quo notatur vel status firmus Hectoris, qui ἔστη ὡς εἰ καὶ πεπέδητο, tanquam θρασύς; vel potius quod ἄκων ἔστη, invitus stetit, et cogente fato suo, διὰ τῆς Μοίρας: ἀκούσιον γὰρ τὸ πεδεῖσθαι. δόλῳ ἅρμα πεδῆσαι, *den wagen mit list gehemmet zu haben, (to have craftily obstructed the car,)* Ψ, 585, quod est δριμέως dictum; τὸ γὰρ κωλῦσαι τοῦ δρόμου, impediisse in cursu, πεδῆσαι vocat rex, αὐξάνων τὸ τοῦ νεανίσκου ἀδίκημα. ὅστις ἀθανάτων με πεδάᾳ, (pro πεδάει, contr. πεδᾷ) δ, 380, 469, *welcher gott mich fesselt und im reisen hemmet? (what god obstructs me and impedes my progress?)* ἐμὲ θεοὶ ἄλγεσι πεδάασκον, ionice pro ἐπέδων, i. e. ἐδέσμουν, ψ, 353, et sic vocat τὸ, κωλύεσθαι ὑπὸ ἀλγέων, *durch allerley unglück und noth gefesselt, im unglücke gefangen gehalten und gehindert, werden, (to be held down by all sorts of calamities and afflictions, to be kept captive by misfortune.)* ὅτε δή μιν (τὴν Κλυταιμνῆστραν) μοῖρα θεῶν ἐπέδησε δαμῆναι, cum eam fatum deorum constrictam quasi tradidit Ægistho, ut ejus uxor fieret, γ, 269, γενέσθαι ὑπὸ τῷ Αἰγίσθῳ. et sic levius fit peccatum reginæ, quæ diu restiterat, et illicienti adversata fuerat, victa tandem fataliter. τίς νῆα θοὴν ἐπέδησε ἐνὶ πόντῳ; ν, 168, ut immota stet navis. πέδησε δὲ καὶ τὸν Ἀθήνη, δαμῆναι, nam et hunc vinxit sua stultitia, ut occideretur, σ, 154, nam Minerva est operatio intellectus, sive prudentis sive stolidi. ᾧ ἐπέδησε θύρας, φ, 391, eo fune valide alligavit januas. ὕπνος ἐπέδησέ με βλέφαρα, ψ, 17.

πέδη, ης. ἡ. (Πάω) compes, vinculum pedum. ab ὁ ποῦς, sic et Germanorum, *eine fessel, (a fetter,)* est a *fuss, (foot.)* ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδας ἔβαλε, pro ἀμφέβαλε, *legte ihren füssel fesseln an, (put fetters on their legs,)* Ν, 36, et poëta amat etymologice loqui. hinc est deminutivum τὸ πέδιον: sed τὸ πεδίον est ὁ μακρὸς καὶ ἀναπεπταμένος τόπος, ὃς καὶ ἡ πεδιὰς λέγεται. et hæ duæ voces exemplo esse possunt, sicut innumeræ aliæ, retineri debere accentus Græcos, distinctionis facilioris vocum causa.

πέδιλον, (olim πέδειλον) ου. τό. (Ἕλω) calceus supra talos procedens, *eine art von halben stiefeln, (a sort of half boots.)* est ab εἱλέω, volvo, et τὸ πέδον, solum, ἐκ τοῦ περὶ πέδον εἱλεῖσθαι. ποσσὶ δ' ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα, Β, 44, de Agamemnone induente se mane. de Nestore, Κ, 22, 132. de Junone, Ξ, 186. de Telemacho, β, 4. υ, 126. de Menelao, δ, 309. de puero principali, ν, 225. Τηλέμαχος δ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα, ο, 549. ρ, 2. sic de Mercurio, ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα ἀμβρόσια, χρύσεια, τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν, ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν, Ω, 340, s. et eadem verba de Minerva, α, 96, s. quibus locis notat poëta τὸ θεῖον καὶ λαμπρὸν καὶ ὀξυκίνητον τῆς φρονήσεως: θεῖον, διὰ τοῦ, ἀμβρόσια, τὸ ὑποδεδέσθαι vero notat τὸ τῆς φρονήσεως εὔοδον καὶ ἀπρόσκοπον ἐν τοῖς πρακτέοις: et ista πέδιλα non dicuntur φέρεσθαι, sed φέρειν τὸν θεὸν, ὡς οἷον πτερόεντα πέδιλα, καὶ κουφίζοντα τοὺς ἔχοντας. sic iterum de Mercurio, ε, 44, s. de Eumæo dicitur, ξ, 23, αὐτὸς δ' ἀμφὶ πόδεσσιν ἑοῖς ἀράρισκε πέδιλα, τάμνων δέρμα βόειον, faciebat sibi calceos, secans ad id corium bubulum: et ibi non additur καλὰ, id enim de principibus tantum ponitur. δώσω ποσσὶ πέδιλα, dabo pedibus ejus calceos, π, 80. et 154, ὁ δὲ εἵλετο χερσὶ πέδιλα, δησάμενος δ' ὑπὸ ποσσὶ πόλινδ' ἴεν, ubi de Eumæo, ituro in urbem. unde intelliguntur τὰ ὑποδήματα, quæ cum πεδίλοις sunt idem, coll. σ, 360, et φ, 341, δώσω δ' ὑπὸ ποσσὶ πέδιλα. cæterum τὸ πέδιλον est λέξις γενικὴ, omne calceorum genus sub se complectens, λεγομένη ἐπὶ ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν; εἴδη δὲ αὐτῶν μυρία ἐπί τε ἀνδρῶν ἐπί τε γυναικῶν: e. c. τὸ διάβαθρον, calceamentum fœmineum, *ein pantoufle, (a slipper;)* αἱ βαυκίδες, ἀρβύλαι et ἀρβυλίδες, ἀσκέραι, etc. Vide sub ἰλαδὸν, ὑποδέω, et ὑπόδημα.

πεδίον, ου. τό. (Πάω) campus, planities. *ein feld, eine ebene, (a field, a plain,)* ἡ πεδιάς. notat ergo paullo specialius, quam τὸ πέδον, a quo derivatum est. ἐς πεδίον Σκαμάνδριον, in planitiem ad Scamandrum fluvium, Β, 465. ἐς πεδίον καταβῆναι, in planitiem descendere, Γ, 252, nam Troja in alto sita. πιότατον πεδίον Καλυδῶνος, Ι, 573. ἔφεπε πεδίον Αἴας, insequebatur per campum, Λ, 496. et 713, πᾶν μετεκίαθον, omnem campum transierant. εὐρὺ κονίσουσι, latum campum pulvere implebunt, Ξ,

145. πᾶν κατέχουσι, omnem campum obtinent, Π, 79. et 96, κάτα δηριάασθαι, per campum certare pugna. τῶν δ' ἅπαν ἐπλήσθη, illis totus oppletus erat campus, Υ, 156. πεδίον κάτα μέρμερα ῥέζειν, in campo fac atrocia, Φ, 217. et 300, ἔβη ἐς. πρὸς, versus campum, Χ, 198. Φ, 558. et 345, πᾶν ἐξηράνθη, et 348. ἵππω πετέσθην ἐς, γ, 485. et 495, ἐς πεδίον πυρηφόρον. ἐς Ἠλύσιον, δ, 563. ἀνὰ, ι, 329. πλῆτο πᾶν, ξ, 267. ἐκ πεδίου, i. e. ἔξω που τῆς πεδιάδος, πλὴν οὐ πάνυ μακρὰν, extra campum in quo pugnatur, non tamen nimis procul ab eo, Η, 337, 436. ὦρτο κονίη ἐκ πεδίου, surgebat pulvis ex planitie, Λ, 152. et 676, λήιδα ἐκ πεδίου, prædam ex agris abactam ἐκ πεδίοιο μέγα προτὶ ἄστυ, Ο, 681. ἐκ, a solo, Ρ, 621, ἔλαβεν, suscepit. κεκονιμένοι φεῦγον ἐκ, Φ, 541. θείει πεδίοιο, de equo alacri, i. e. διὰ πεδίου, currit per planitiem, Ζ, 507. Ο, 264. sic διὰ ad πεδίοιο est omissum, Φ, 247, 602, i. e. διὰ τῆς πεδιάδος. sic, πολέος (διὰ) πεδίοιο θέουσαι, currentes per multum campum, Δ, 244. et, ἰὼν, Ε, 597. διαπρύσιον τετυχηκὼς, Ρ, 748. τιταινόμενος θέει, Χ, 23. et 26, ἐπεσσύμενον, quibus omnibus locis διὰ est omissum. sic et Ψ, 518, ἕλκῃ. et 475, πολέος δίενται. et 521, θέοντες. coll. 122. ὦκα διέπρησσον πεδίοιο, celeriter pertransibant campum, Β, 785. Γ, 14. et verbum est a mari sumtum, metaphorice. sic et Ψ, 364. πεδίου ἔνθα καὶ ἔνθα, Ζ, 2. Θ, 106, ubi genitivus pendet ab adverbio. sic et Ε, 222, de equis. hinc proverbium: ἵππος εἰς πεδίον, nam in montanis non est ita aptus. κονίοντες (διὰ) πεδίοιο, Ν, 820. Ψ, 372, 449. ϑ, 121. possit et præpositio ἐπὶ ad genitivum subintelligi, in campo: pendet simul id nomen et a verbo altero apposito. ἐπεσσύμενος πεδίοιο, cursu concitus in campo, Ξ, 147, ubi genitivus pendet ab ἐπὶ, cum quo participium est compositum. διώκειν (διὰ) πεδίοιο, Ν, 64. παρεξελθεῖν, præterire paulo longius in campo, Κ, 344. ἑπόμεσθα διὰ ἀσπιδέος πεδίοιο, sequebamur per campum clypeis stratum, Λ, 753, ubi conf. ἀσπιδής. ἐπὶ θρωσμῷ πεδίοιο, in tumulo qui est in campo, Κ, 160. Λ, 56. Υ, 3. ἔρχονται πεδίοιο, vadunt per campum, sc. διὰ, Β, 801. ἵππω ἀτυζομένω πεδίοιο, Ζ, 38. et, ἀτυζόμενοι Ἀχαιοὶ, Σ, 7, i. e. σκιρτῶντες καὶ ἄττοντες κατὰ πεδιάδος. ψιλὴν ἄροσιν πεδίοιο ταμέσθαι, Ι, 576. εὐρέος πεδίοιο ἀνάσσεις, δ, 602, de Menelao, offerente equos Telemacho. ἐν πεδίῳ, Β, 473, 812. Γ, 133. Η, 66. Λ, 835. Ο. 9, 739. Π, 749, ἐν πεδίῳ κυβιστᾷ, ubi locus jocose additus, marique oppositus: nam in mare facile est κυβιστᾷν, in campo vero rumpitur caput. Σ, 256, 263. Υ, 217. Φ, 343, 404. ἐν λείῳ πεδίῳ, Ψ, 359, 461. γ, 260. ι, 66. ν, 81, ὥστ' ἐν πεδίῳ τετράοροι ἄρσενες ἵπποι. et de avibus, ἐν πεδίῳ νέφεα ἵενται, χ, 304, in agro versus nubes volant; ut per πεδίον etiam liber campus a sylvis et ædificiis, liber aër, notetur. sic et de accipitre persequente avem in aëre libero, Ν, 64. χεὶρ πεδίῳ πέσε, ubi omissa est præpositio, Ε, 82, cecidit ad terram. πεδία λωτεῦντα, Μ, 283, campi herbidi et florentes. ἀμπεδίον, pro ἀνὰ πεδίον, per campum, Ε, 87, 96. Ζ, 71. Ψ, 464, Τρωϊκόν. καππεδίον Ἀλήϊον, pro κατὰ πεδίον, per campum, Ζ, 201. πεδίονδε, in campum, Ζ, 393. ἐξ οὐρανόθεν πεδιόνδε, de cœlo in terram, κάτω εἰς τὴν γῆν, Θ, 21. τετράφατο, versus campum conversi erant, Κ, 188. ποταμὸς πεδίονδε κάτεισι, Λ, 492, torrens de montibus in planitiem decurrit. νῆας πεδίονδε εἴρυσαν, subduxerant in littus, Ξ, 31. ῥόον πεδίονδε τίθησι πλάζων, Ρ, 750. ἀπ' ἠϊόνος πεδίονδε, Υ, 148, de Hercule cetum fugiente. ἐδίωκε, Φ, 3. αἰετὸς εἶσιν πεδίονδε, ἁρπάξων ἄρνα, Χ, 309. et 456, πεδίονδε δίηται, i. e. κατὰ τὸ πεδίον, versus campum agitaverit. νέφος ἤγαγε Φοῖβος οὐρανόθεν πεδίονδε, super campum, Ψ, 189. πεδίον δ' ἀφίκοντο, et in planitiem venerunt, Ω, 329, ubi non est δὲ affixum, motum ad locum notans, sed conjunctio *et*. et 401, ἦλθον πεδίονδε. ὁ μὲν πεδίονδε ἐπὶ βοῦν ἴτω, γ, 421, ito in agrum ad bovem adducendum. ἤϊξαν πεδίονδε διὰ πτόλιος, ruebant cursu in campum, ο, 183. Vide sub πέδη.

πεδόθεν, (Πάω) adverb. a solo, *vom boden an, (from the ground.)* μύθων κλοπίων, οἵ σοι πεδόθεν φίλοι εἰσὶν, verbis astutis et simulatis, quæ tibi a primo ortu propria sunt, ν, 291, i. e. ἐκ γενετῆς. nam est metaphora a plantis, ut sit quasi ἐκ πέδου, i. e. γῆς, ἐκ ῥίζης αὐτῆς: βρεφόθεν, καὶ ἐξ αὐτοῦ πέδου εἰς ὃ καὶ πίπτουσι καὶ ἕρπουσι οἱ ἀρτιγενεῖς.

πέδον, ου. τό. (Πάω) solum quo insistimus pedibus, *der fussboden, (the floor.)* quasi τὸ πόδον, a πούς, ἐφ' οὗ βεβήκαμεν τοῖς ποσί. estque vox generalis. εἶσι πέδονδε, vadit versus terram, ex nubibus, Ν, 796. πέδονδε ἐκυλίνδετο λᾶας, versus terram volvebatur lapis, de monte, λ, 597, ubi planitiem inferiorem designat. adverbium πεδοῖ notat ad terram, apud Æschyl. Prom. 272, πεδοῖ βάντες, ad terram descendentes, in terra vadentes. nam volabant. it. in terra iter, *zu lande, (by land.)* τὸ ἁλίπεδον est πέδον, πρόσθε θάλασσα γεγονός. cum α intensivo hinc est ὁ ἡ ἄπεδος. τετράγωνον ἄπεδον, planum quadrangulum, Herodot. IV, 62. et IX, 101, χῶρος ἄπεδος, regio valde plana, planities. a τὸ πέδον et κινέω est compositum, mutatis ex usu litteris, τὸ κινώπετον, ου, fera, sive sit quadrupes, sive et volans. Callim. in Jovem, 25, ἰλυοὺς ἐβάλοντο κινώπετα, feræ faciebant sibi lustra, quasi κινώπεδα.

πέισσι, pro ἐπίεσσι, vide sub ἔπος, aliquanto a fine.

πέζα, ης. ἡ. (Πάω) planta pedis. it. pes. deinde metaphorice, quævis extremitas adfixa, e. c. fimbria vesti adsuta infra, clavus ad extremam oram, etc. ἐπὶ ῥυμῷ (ad temonem currus) πέζῃ ἐπὶ πρώτῃ, Ω, 272, i. e. ἐπὶ ἄκρῳ, ᾧ ἐπίκειται ὁ ζυγὸς, *vorne an der deichsel, wo das kommet dran befestiget wird, (at the end of the pole or shaft to which the horse's collar is attached.)* nomen est a τὸ πέδον, mutato δ in ζ ex more: et, in usu metaphorico, quævis ex-

tremitas quæ adhæret rei, est quasi pes illius rei. Vide sub ΟΙ'Σ, ad finem.

πεζὸς, ἡ, όν. (Πάω) qui pedibus ambulat et iter facit, ambulans πέδοι, i. e. περὶ τὸ πέδον, qui terrestri itinere ipse ambulat; ut opponatur maxime naviganti, deinde et equiti. fit nomen a τὸ πέδον, unde est ἡ πέζα, et hinc πεζὸς, ὁ ἐν τῷ πέδῳ βαίνων. hinc dicti sunt οἱ πεζέτεροι, a πέζα et ἕτερος composito nomine, qui erant τάγμα στρατιωτικὸν, τὴν μὲν μίαν πέζαν ὡπλισμένοι, τὴν δὲ ἑτέραν γυμνοὶ, quo uno tantum pede armati erant, altero non; vel et, quasi ἐν πεζοῖς ἑταῖροι ὄντες τῷ ἄρχοντι, διὰ τὸ ἐν μάχῃ ἀπόλεκτον κατ' ἀνδρίαν. πεζὸς ἐὼν, pedes, non vero ἔφιππος ἢ ἐφ' ἅρματος, Δ, 231. ἀπὸ χθονὸς ὤρνυτο πεζὸς, in opp. ad ἀφ' ἵπποιϊν, a terra pedes irruebat contra hostes. cum alii ex curribus pugnarent, Ε, 13. et 204, πεζὸς εἰς Ἴλιον εἰλήλουθα, equis domi relictis. σὺν νηυσὶ δώδεκα πόλεις ἀλάπαξα, πεζὸς δὲ ἕνδεκα, cum classe duodecim urbes diripui, cum pedestri exercitu vero undecim, Ι, 329, 328. sic, πεζὸς ἐὼν, terrestri itinere, Λ, 230, in opp. ad naves, 229. et 341, πεζὸς θῦνε διὰ προμάχους, in opp. ad equos et currum. et 720, καὶ πεζός περ ἐὼν, in opp. ad τοὺς ἱππέας. πεζὸς πρόσθε ἵππων, pedes vadens ante equos, qui eum sequebantur, Ν, 385. sic in opp. ad naves, Ρ, 612. ἐν νηῒ ἢ πεζὸς ὁμαρτέων, navi aut terrestri itinere comitans, Ω, 438. οὐ μὲν γάρ τί σε πεζὸν ὀΐομαι ἐνθάδ' ἱκέσθαι, α, 173, coll. 171, nequaquam enim te pedibus et terrestri itinere huc, utpote in insulam, peregre venisse puto. ubi est ergo navis tua? sic, ξ, 190. π, 59, 224. εἰ δ' ἐθέλεις πεζὸς, πάρα σοὶ διφρός τε καὶ ἵπποι, si vero terrestri itinere, non navibus, proficisci mavis, præsto sunt tibi currus et equi, γ, 324. ἀφ' ἵππων μάρνασθαι (ex equis pugnare) καὶ ὅθι χρὴ, πεζὸν ἐόντα, et ubi opus est pedibus, ι, 50, et singularis, πεζὸν, est pro plurali πεζοὺς ἐόντας. Ὠκεανὸν οὔπως ἐστὶ περῆσαι πεζὸν ἐόντα ἢν μή τις ἔχῃ εὐεργέα νῆα, Oceanum non licet pedibus transire, nisi quis habeat bonam navem, λ, 158. et 58, ἔφθης πεζὸς ἐὼν ἢ ἐγὼ σὺν νηῒ, prior venisti pedes, quam ego cum navi. πεζοὶ μὲν πεζοὺς ὄλεκον, pedites interficiebant pedites, Λ, 150, coll. 151, ἱππεῖς δ' ἱππῆας. πεζοὶ δὲ μενοίνεον, pedites vero cupiebant, in opp. ad equites, Μ, 59. πεζοὺς δ' ἐξόπιθεν στῆσεν, Δ, 298, nam equites primum certamen sustinebant. πεζοί θ' ἱππῆές τε, Β, 810. Θ, 59. ω, 70. ἱππῆες πεζοί τε, Λ, 529. ὅπως ἅμα ἕποιντο πεζοὶ, *dass die zu fusse mit nachkommen könnten, (that those on foot might keep up.)* ζ, 319, sequi possent vectam curru. πεζῶν ἔθνεα, Λ, 723. νέφος, Δ, 274. Ψ, 133. πλῆτο πεδίον πεζῶν τε καὶ ἵππων, ξ, 267.

πεζὸς λόγος, vide sub Ἀείδω.

ΠΕΙ'ΘΩ, f. 1. πείσω. f. 2. πιθῶ. persuadeo, facio ut quis quid credat sine dubitatione: suadendo exoro; suadendo doceo rem: probo rem aut ipsum me alteri. *ich mache dass der andre mir glaubet oder gehorchet oder trauet, (I persuade another to believe, obey or trust me.)* est cum Germanorum *bitten, (to entreat,)* unius originis, ut videtur; per usum vero paullo aliter determinatum. ἡ πειθὼ, όος, est persuadendi actio, *die überredung, (persuasion.)* de ea pronuntiat poëta, πειθὼ κοῦφόν ἐστι καὶ νοῦν οὐκ ἔχον, Aristoph. Ran. 1443, coll. 1438, seqq. nimirum persuadens fere utitur arte; et qui persuaderi sibi vult, ipse parum cogitat. οὐδέ σε πείθω, ξ, 392, neque te credere id, aut confidere, facio, coll. 391. πείθεις δή μευ θυμὸν, ψ, 230, certum facis et securum animum meum, ut nunc prorsus tibi credat, teque pro vero Ulysse meo habeat et agnoscat. οὐδέ με πείσεις, *du wirst mich so treuherzig nicht machen, (thou shalt not persuade me,)* non facies ut acquiescam animo, et dicta tua probem, Α, 132. sic eadem verba dicit Hector, cum Helena eum residere apud se juberet, Ζ, 360. et Patroclus, Λ, 647. et Achilles ad matrem, rogantem ut abstineret a pugnando, Σ, 126, *du kanst mich nicht erbitten, (thou canst not dissuade me,)* in sensu lato. et Priamus ad Hecubam, dehortantem a profectione, Ω, 219. et 433, ubi Mercurius negat se accepturum dona oblata sibi a rege. et ξ, 363, ubi Eumæus negat se crediturum narrationes de Ulysse: *du wirst mich das nicht überreden, (thou wilt not make me believe that.)* οὐδέ με πείσει, non me obsequentem sibi aut facilem habebit, Ι, 345, inquit Achilles iratus de Agamemnone. et 386, οὐδέ κεν ὧς ἔτι θυμὸν ἐμὸν πείσει Ἀγαμέμνων, *auch so noch nicht wird er mich erbitten und zu frieden stellen, (he shall not soothe and dispose me to a reconciliation.)* τῷ δὲ φρένας ἄφρονι πεῖθε, pro ἔπειθε, Δ, 104, ei imprudenti impulit animum. sic, Ζ, 51, τῷ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθε. et 162, ἀλλὰ τὸν οὔτι πεῖθ' (ἔπειθε) ἀγαθὰ φρονέοντα, ubi de Bellerophonte sermo, qui non illici se ab impudica muliere passus est. οὐδὲ Διὸς φρένα ἔπειθε, ἀγορεύων ταῦτα, nec movit Jovis animum, cum loqueretur ista, Μ, 173, nam Jupiter nolebat prorsus perdere Græcos, sed Hectori tantum ad id concedere aliquam victoriam, ut Achilles eo magis honoraretur. σοὶ δὲ φρένας ἄφρονι πεῖθε, Π, 842, animum tibi improvido iis dictis impulit. τὸν δ' οὐ πεῖθεν, Ρ, 33. οὐδ' Ἕκτορι θυμὸν ἔπειθε, Χ, 78, Priamus precibus suis. et 91, ἔπειθον, utrique parentes, suppliciter filium orantes ne pugnaret. ἀλλ' οὐδ' ὧς τοῦ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον, Ι, 583, Meleagri, quem omnes amicissimi precibus orabant ut subveniret patriæ suæ. ἀλλ' οὐ φρένας Αἰγίσθοιο πεῖθε, α, 43. ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθε, η, 258. ψ, 337, Calypso suis promissis. sic de ambabus, Circe et Calypso, ι, 33, ἔπειθον, persuaserunt mihi. et 500, ἀλλ' οὐ πεῖθον ἐμὸν μεγαλήτορα θυμὸν, socii mei, me rogantes, ne loquerer cum Cyclope. ὧς τρίετες μὲν ἔληθε δόλῳ, καὶ ἔπειθεν Ἀχαιοὺς, sic triennium quidem latuit cum dolo isto, et credere ac quiescere fecit nobiles istos, β, 106. ω, 140. sic Penelope de se eadem verba, τ, 151, ἔπειθον ἐγὼ

τούς. οὔτις ἐκεῖνον ἀγγέλλων πείσειε γυναῖκά τε καὶ φίλον υἱὸν, nemo nuntians de eo, fidem fecerit uxori et filio ejus, ξ, 123, ad credendum induxerit. τότε κέν μιν ἱλασσάμενοι πεπίθοιμεν, Α, 100, tunc sane, si eum hoc modo placaverimus, possimus flectere eum ut abstineat pestem a nobis; et sermo est de Apolline irato Græcis: *alsdenn könten wir ihn erbitten und bewegen, (we might then move him by our supplications.)* est aor. 2. opt. act. cum Ionica præfixa reduplicatione. φραζώμεθα, ὥς κέν μιν ἀρεσσάμενοι πεπίθοιμεν, Ι, 112, disspiciamus, quomodo eum placantes flectere et movere possimus. et 181, πειρᾶν, ὡς πεπίθοιεν τὸν, tentare omni modo, ut flecterent eum. et 184, ῥηϊδίως πεπιθεῖν μεγάλας φρένας Αἰακίδαο, ut facile permovere et exorare possint magnos spiritus Achillis. nam Iones ponunt augmenta et reduplicationes, ubi aliæ dialecti id non solent. σὺ, πεπιθοῦσα θυέλλας, tu, hortatibus tuis excitans procellas, Ο, 26, particip. a. 2. a. εἰ πεπίθοιεν Πηλείδην, si forte persuadere possent ei hortatibus suis, Ψ, 40, coll. 37. μή τι φόβον δ' ἀγόρευε, ἐπεὶ οὐδέ σε πεισέμεν (πείσειν) ὀΐω, ne loquere mihi quid de fuga capienda, quia nequaquam id te mihi persuasurum puto, Ε, 252. sic, Ι, 315, οὔτε μέ γ' Ἀτρεΐδην Ἀγαμέμνονα πεισέμεν οἴω, inquit Achilles: nec puto, quod Agamemnon me moturus sit. contextus ergo tollit amphiboliam, quæ diversis accusativis inest. talis amphibolia est et 219, 220, ubi Patroclus jubetur sacrificare, non vero sacrificari. et 328, cui versui quadruplex inest amphibolia, facillime ex contextu disspicienda. οὐδ' ἄρ' ἔμελλον πείσειν, non sperabam igitur, me moturum esse te, Χ, 357, nam id vult Hector, sciebam quod te exorare aut flectere non possem. nam μέλλειν sæpe est, exspectare, sperare, velle. οὐ γὰρ πείσεις, οὐδ' ἢν πείσῃς, inquit contumax, Aristoph. Plut. 600, non persuadebis, vel si persuadeas. Media forma πείθομαι, flector oratione, obtempero, credo, fidem habeo, confido, fiduciam habeo in aliquo, sustineo, recipio in me ferendum quid patienter. αὐτῷ πείθονται Ἀχαιοὶ, dicto audientes sunt ei, Α, 79, de rege supremo. οὔτ' οὖν ἀγγελίης ἔτι πείθομαι, α, 414, nec jam nuntio cuiquam fidem habeo. et genitivus est ellipticus, omisso ἐκ vel διά. quanquam alii subscribant Iota, ut sit casus pluralis: perperam. καὶ μέν τίς τε χερείονι πείθεται ἑταίρῳ, υ, 45, etiam non satis valido socio fidit aliquis, et fretus eo esse solet; coll. 47. *verlässet sich auf ihn, und wird dreister wenn er den nahe bey sich weiss, (relies upon him and is emboldened when he knows that he is near him.)* αὐτὰρ ἐγὼ μάλα πείσομαι, ego quidem omnino obsequar, Η, 286. ἐγὼ σοι πάντα μάλ' ἐκτελέω, καὶ πείσομαι, ὡς σὺ κελεύεις, Ψ, 96, inquit Achilles ad apparentem sibi Patrocli animam: ego tibi omnia omnino perficiam, et obtemperabo, sicut tu jubes. ἀλλὰ μάλ' οὔτω πείσομαι, et omnino nondum parebo, ε, 358, coll. 360. τῷ πείσεαι ὅς κεν ἀρίστην βουλὴν βουλεύσῃ, Ι, 74, eum audies, qui optimum consilium dederit; coll. 79, αὐτοῦ ἔκλυον, ἠδὲ ἐπίθοντο. ὁ δὲ πείσεται εἰς ἀγαθόν περ, ille parebit tibi ad bonum quidem, Λ, 788, quæ est laus adolescentis, obsequentis bene monenti, et solo ἐπὶ τῷ ἀγαθῷ. ἀλλ' οὐ πείσονται Τρῶες, at illi id non credent, Θ, 154. σοὶ γὰρ πείσονται μύθοις, Ψ, 157, erunt tibi dicto audientes. οἱ δέ σοι οὐχὶ πείσονται, non obtemperabunt tibi, π, 280. ἅτινα οὐ πείσεσθαι ὀΐω, Α, 289, coll. 296, οὐ γὰρ ἔγωγε ἔτι σοὶ πείσεσθαι ὀΐω, ex quo loco prior ille est explicandus, ut ad ἅτινα subintelligatur κατά: in quæ ego non obtemperabo ei, εἰς ἃ ἐγὼ οὐ πεισθήσομαι. et 427, καί μιν πείσεσθαι ὀΐω, et credo eum motum iri, *ich denke, er wird sich erbitten und bewegen lassen, (I think he will relent.)* nam passive hic infinitivus intelligendus est, sicut apparet ex Υ, 466, ὃ (ὅτι) οὐ πείσεσθαι ἔμελλεν, quod is qui rogabatur, persuaderi sibi passurus non esset. sic et γ, 146, ὕστερον αὖτε τὰ πείσεται, ἅσσα (ἅτινα) οἱ Αἶσα γεινομένῳ ἐπένησε, Υ, 127. η, 197, deinde autem ea patienter excipiet, quæ ei Parca adnevit cum nasceretur. et β, 134, ἐκ γὰρ τοῦ πατρὸς κακὰ πείσομαι, ex patre mihi mala sustinenda erunt; sc. ob luctum quem fero, quod pater meus periit. nam id vult Telemachus: jamjam malorum satis est mihi ob absentiam patris; sed si id facio quod vos jubetis, majora etiam alia mala ex diis hominibusque me adorientur. respicit tamen eventum possibilem, si forte redeat pater; qui tunc acerbe irascetur, si matrem, caram ei conjugem, expulero e domo. οὐ μὲν γάρ ποτε φησὶ κακὸν πείσεσθαι ὀπίσω, non enim unquam putat se mala suscepturum esse, σ, 131, de homine quamdiu est felix; qui status tamen valde est variabilis. traditur quidem a grammaticis, hoc verbum hoc significatu, esse futurum a πάσχω: sed apparet, esse a πείθομαι, quatenus id notat suscipio, moveor, impellor, luctor. σύ μοι μάλιστα πείθῃ, ο, 540, tu mihi maxime obsequeris; est secunda sing. præs. indic. m. Attica contractione, ex πείθεαι, ionice πείθεαι extruso Sigma, attice πείθῃ. ἐπείθετο μύθῳ, paruit huic sermoni, Α, 33. sic, ὁ δ' ἐπείθετο, Η, 121, coll. 120. Χ, 224. Ω, 521, paruit. et ω, 544. sed π, 192, οὔ πω γὰρ ἐπείθετο, ὃν πατέρα εἶναι, nondum enim fides ei facta erat, patrem suum esse hunc. πείθοντό τι μύθῳ, movebantur sermone meo, Α, 273. et 274, ἀλλὰ πίθεσθε καὶ ὔμμες (ὑμεῖς) ἐπεὶ πείθεσθαι ἄμεινον, at moveamini verbis meis et vos, nam moveri se pati adhortationibus bonis, melius est quam pertinaces esse. οἱ δ' οὔπω πείθοντο, illi vero non obtemperabant, Σ, 513. μύθῳ, obtemperabant sermoni, ρ, 177. ἀλλά μοι οὐ πείθοντο, sed mihi non parebant, χ, 316, verbis meis nihil movebantur, *sie liessen sich von mir nicht sagen, (they heeded not what I said.)* Εὐπείθει πείθοντο, Eupitheo obtemperabant, ω, 465. πείθοντό τε ποιμένι λαῶν βασιλῆες, Β, 85. et 834, τὼ δὲ οἱ οὔτι πειθέσθην, hi duo filii patri suo non obsequebantur. sic et Λ, 332. οὐ γὰρ ἐμοὶ ἐπείθεσθε, ω, 455, *ihr woltet mir nicht folgen, (ye*

would not listen to me.) ἡμῖν δ' αὖτε πεπείθετο θυμὸς ἀγήνωρ, β, 103, ubi est imperf. cum reduplicatione Ionica: nobis persuasus est animus noster alacer. nisi malis scribere: αὖτ' ἐπεπείθετο, et tunc pertinet ad sequens ἐπιπείθομαι, quod et præstat. σὺ δ' ἴσχεο, πείθεο (pro πείθεσο, imperat. præs. m.) δ' ἡμῖν, tu te cohibe, et obsequere nobis, A, 214, quæ forma deinde attice contrahitur in πείθου. ἀλλὰ, ἄναξ, αὐτός τ' εὖ μήδεο, πείθεό τ' ἄλλῳ, sc. εὖ μηδομένῳ, B, 360. sic Herodotus: ἴσον, ὦ βασιλεῦ, κέκριται, φρονέειν τε εὖ, καὶ τῷ λέγοντι χρηστὰ ἐθέλειν πείθεσθαι. πείθεο δ', ὥς σοι ἐγὼ μύθου τέλος ἐν φρεσὶ θείω, pareto autem, sicut tibi ego orationis summam imposuero in animo tuo, Π, 83, quæ summa est 87—96. magis Ionica contractio hujus imperativi est πείθευ, Ξ, 235, coll. 234. πῶς τὶς 'Αχαιῶν πρόφρων σοὶ ἔπεσιν πείθηται, quomodo aliquis nobilium studiosus tui tuis verbis pareat, A, 150, i. e. studiosus tui sit, et pareat imperiis tuis. ὡς ἂν ἐγὼ εἴπω, πειθώμεθα πάντες, B, 139. I, 26, 700. M, 75. Ξ, 74, 370. O, 294. Σ, 297. μ, 213. ν, 179. νῦν μὲν πειθώμεθα νυκτὶ, Θ, 502. I, 65, quo non innuitur somnus capiendus, sed τὸ ἀπέχεσθαι τῶν ἔργων: in eo enim consistit obedientia nocti præstanda. laborum tempus est dies: nox ad cessandum ab opere data est, et πρὸς τὸ μετρίως ἀναπαύεσθαι δι' ἀνάληψιν ὑγείας. sic et μ, 291. μὲν νῦν στυγερῇ πειθώμεθα δαιτὶ, Ψ, 48, ubi sic vocat cœnam in funere Patrocli, *die travermahlzeit, (the funeral entertainment.)* εἴ σοι πείθωνται Ἀχαιοὶ, si tibi paruerint principes, B, 364. ἀλλ' εἴ μοι πείθοιο, sed si mihi obsequi velis, υ, 381. καί οἱ πειθοίατο λαοὶ, et cui credant populi, M, 229, nam de vate et augure est sermo, de cujus prudentia certi sunt homines. sic, Ξ, 93, pareant; nam sermo ibi de duce magno militari. est hæc forma Ionica, pro πείθοιντο. σὺ οἰωνοῖς κελεύεις πείθεσθαι, tu alitibus jubes nos credere et fidere, M, 238. coll. 241, Διὸς πειθώμεθα βουλῇ, Jovis decreto fidamus. αἴκε ἐθέλητε πείθεσθαι, Ξ, 111, si velitis obtemperare et bonam de me fiduciam habere. ἐμὲ δὲ χρὴ γήραϊ λυγρῷ πείθεσθαι, inquit senex Nestor, Ψ, 645, ego debeo senectuti tristi parere. πείθεσθαί τε γέροντι, sc. τῷ Λαέρτῃ, parere seni, β, 227. et eo docetur ἡ φιλοπατορία: nam ut domus parebat Mentori, sic ipse Mentor patri absentis Ulyssis. cæterum h. l. libet admonere lectorem, poëtam non esse historicum, sed poëtam. ergo e. c. cædes procorum non debet concipi, ut a solo Ulysse et tribus sociis peracta: sed, ubi poëta ait, Minervam sub specie Mentoris adstitisse Ulyssi, ibi is ipse Mentor cum satis valida manu fidorum juvenum adstitit, et necessaria exsecutus est. huic enim Ulysses se adveniens indicaverat; et is est Minerva illa, quæ e. c. res ad personam sumendam utiles dedit, et consilia reliqua cum eo composuit. nam sine dubio aliquem ex Phæacibus certum et dextrum hominem sibi adjunxerat Ulysses, qui in Ithaca manere redeunte nave, et quem ad Mentorem clam mitteret arcessendum. jam igitur τερατολογία poëtica, fiet res plana et historica, si hanc admonitionem et ad alia retuleris. σοὶ δὲ ἔοικε, Τηλέμαχον πείθεσθαι, tuum est, ut Telemachum consilio tuo regas, γ, 358. πειθόμενος μύθοισι 'Απόλλωνος, persuasus verbis hujus, Υ, 295. πειθόμενοι τεράεσσι θεῶν, καὶ Ζηνὸς ἀρωγῇ, Δ, 408, fidentes et freti signis prosperis deorum, et Jovis auxilio. ἀλλ' ἐγὼ οὐ πιθόμην, ionice sine augmento, E, 201, at ego ei non obtemperabam. et inde habuit pœnam, quod prudens consilium patris spreverat. τῇ (μητρὶ) πιθόμην, καὶ ἔρεξα, ei obsecutus sum, et feci id, I, 453. ἀλλ' ἐγὼ οὐ, X, 103. ι, 228. nam valde nocet, bene monenti non parere. τοὶ δ' ὀτραλέως ἐπίθοντο, illique impigre paruerunt, Γ, 260. sic, ἐσσυμένως, ο, 288. οἱ δ' ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον, ἠδ' ἐπίθοντο, H, 379. I, 79. Ξ, 378. O, 300. Ψ, 54, 738. γ, 477. υ, 157. χ, 178. ψ, 141. sic πίθοντο, paruerunt, M, 109, 468. O, 156. Ψ, 249. ζ, 71. ι, 44. κ, 178, 428. μ, 222. αἴκε πίθηαι, si parere et obtemperare velis, A, 207, quo poëta docet, ἐφ' ἡμῖν εἶναι (in nostra potestate esse) παύεσθαι θυμοῦ εἴτε καὶ μή: καὶ ἑκούσιον εἶναι τὸ καλὸν, μὴ βίᾳ. sic, Φ, 293. Ψ, 82. α, 279. αἴκε πίθηται, A, 420, si velit obsequi mihi, et flecti rogationibus meis. εἰ δ' ἂν ἐμοῖς ἐπέεσσι πιθώμεθα, si obtemperaverimus verbis meis, Σ, 273, et includit ipse se, ut notet κοινὴν πειθῶ. omnes nos, nemine excepto. ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο; an igitur mihi obsequi volueris? Δ, 93. H, 48, coll. 28, ἀλλ' εἴ μοί τι πίθοιο. Ξ, 190. καὶ νῦν, εἴ τί που ἐστι, πίθοιό μοι, et nunc, si fieri potest, obsequaris mihi, δ, 193. οὐκ ἂν δή τις ἀνὴρ πεπίθοιτο ἑῷ αὐτοῦ θυμῷ τολμήεντι, an non aliquis vir tantum confidat animo suo audaci, K, 204, est idem aor. 2. opt. m. reduplicatione Ionica. ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι, H, 282, 293. παραῤῥητοῖσι πιθέσθαι, monitis et adhortationibus obsequi, N, 726. σημάντορι πάντα πιθέσθαι, imperanti in omnibus parere, ρ, 21. ἀλλὰ πίθεσθε, A, 259, at obsequimini, et locum date monitis meis, coll. 274. πίθεσθέ μοι, Σ, 266, *folget mir, (yield to me.)* et λ, 344, obtemperate ei. πίθεσθέ μοι ὡς ἀγορεύω, ω, 460. οἱ δὲ πιθέσθων, pro πιθέσθωσαν, illique obsequantur et pareant, I, 167. Præteritum medii est πέποιθα, quod et πέπιθα scribitur, et hæc scriptio est analogica, illa prior vero Attica: fretus sum, confido, credo, certus sum. ὑμῖν μαρναμένοισι πέποιθα σαώσειν νῆας, vobis pugnantibus credidi salvas fore naves, N, 96. οὔπω πέποιθα ἀπαμύνασθαι ἄνδρα χερσὶ, nondum confido, me arcere posse virum manibus meis, π, 71. φ, 132. ἀνὴρ πέποιθε μαρναμένοισι, vir confidere et bono animo esse solet pugnantibus iis, π, 98, 116. ὅστις ἵπποισίν τε πέποιθε καὶ ἅρμασιν, quicunque fidit his, Ψ, 286. πεποίθασι βίῃ, fiduciam habent in viribus suis, Δ, 325. ὄφρα πεποίθω, ut certus omnino fiam, ω, 328, *damit ich überzeuget sey, und dir völlig glauben könne, (that I may be convinced and give entire credit to thee.)* sic, ὄφρα πεποίθῃς, ut certam fidem habeas, A, 524. ν, 344, ut certus sis. ὄφρα πεποίθομεν

ἀλλήλοισι, ut fidamus invicem nobis, κ, 335, Ionica correptione, pro πεποίθωμεν. πέντε ἡγεμόνας οἷς ἐπεποίθει σημαίνειν, quinque duces, quibus cum fiducia crediderat imperium militare, Π, 171, *anvertrauet hatte, denen er gewiss zutrauete dass sie gute befehlshaber wären, (had trusted, whom he confidently believed to be good officers.)* et hoc plusquamperf. m. ionice dicitur πεποίθεα, pro ἐπεποίθειν. ἑταίρους τρεῖς, οἷσι μάλιστα πεποίθεα πᾶσαν ἐπ' ἰθὺν, δ, 434, quibus maxime confidebam ad omnem conatum. ἥβῃ τε πεποίθεα χερσί τ' ἐμαῖς, fretus eram juventa et manibus meis, θ, 181. sic ᾔδεα dicitur pro ᾔδειν. est et forma hujus plusquamp. m. ἐπεπίθειν, cujus syncopata prima pluralis in usu est. δεξιαὶ, αἷς ἐπέπιθμεν, ἐπεπίθειμεν, dextræ, quibus credebamus et fidem habebamus, Β, 341. Δ, 159. sic, τεῖχος, ᾧ, murus, quo freti eramus, Ξ, 55. ἀλκὶ πεποιθὼς, robore fretus et fidens, Ε, 299. Ν, 471, ubi de apro dicitur, sicut priore loco de leone. sic et Ρ, 61, 728. Σ, 158, de Hectore. ζ, 130, de leone. χερσὶ, Π, 624. ποσὶ, Ζ, 505. Θ, 339. Χ, 138, *der sich auf seine füsse verlassen kann, (trusting to his heels,)* i. e. ποδωκέστατος ὤν. quemadmodum ἀλκὶ πεποιθὼς est, ἀλκιμώτατος ὤν. ποδωκείῃσι πεποιθὼς, Β, 792, i. e. ποδώκης ἄγαν. προθυμίῃσι, Β, 588, alacritate sua fretus et fidens. ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθὼς, ille autem equus sua formositate et præstantia confidens, Ζ, 510. Ο, 267, et ibi iste nominativus participii non habet verbum sequens ex solita constructionis regula, sed est absolute quasi positus. ἱπποσύνῃ, Δ, 303. ἵπποις καὶ ἅρμασι, Ψ, 319, sc. εἴη. κτεάτεσσι, υ, 289. πεποιθότες χείρεσσι, Μ, 135. et 153, λαοῖς. et 256, τεράεσσι. τόξοις, Ν, 717. νηυσὶ, η, 34. θεοῖς, ι, 107, conf. θεοί. πεποιθότας κάρτεϊ, Ρ, 329.

πείκω, vide ΠΕ'ΚΩ.

πεῖνα, (ionice πείνη) ης. ἡ. (Πνέω) fames, *der hunger, (hunger.)* est a πένομαι, nam et ipsa fames est magna molestia, et cogit ad operas faciendas. πείνη δ' οὔποτε δῆμον ἐσέρχεται, οὐδέ τις ἄλλη νοῦσος, ο, 406, de terra felici. et conjungit πεῖναν cum νόσῳ, quia ex fame plerumque sequitur morbositas. hinc et apud Hesiodum λιμὸς καὶ λοιμὸς juncti.

πεινάω, f. ήσω. (Πνέω) esurio valde, *ich hungere sehr, (I am very hungry.)* λέων πεινάων, leo esuriens, Γ, 25. λέοντι πεινάοντι, Π, 758, nam nisi valde esuriunt, non depugnant inter se de præda aliqua. λέοντα μέγα πεινάοντα, Σ, 162. σίτου πεινήμεναι, esurire panem, i. e. cibum, υ, 137, pro πεινᾶν, ionice est πειναέμεν, et cum Attica paragoge πειναέμεναι, contr. πεινῆμεναι, et verso ionice α in η. vides simul, hac ratione nullum Iota esse subscribendum.

πειράζω, f. άσω. (Πέρα) exploro quid sit ulterius, exquiro, tento. ὣς φάτο πειράζων, ι, 281, sic dicebat, explorans interrogando. ἀνδρῶν πειράζειν, viros pertentare quo sint animo, π, 319. ἐμεῦ, mei periculum facere, ψ, 114. sed ὁ πειρατὴς, οῦ, est a περάω, f. άσω, ut notetur homo, qui maria transit, et raptos homines transportat alio, ὁ κατὰ πέλαγος λῃστής. in genere ὁ ἐν ὁδῷ κακουργῶν, latro vias obsidens et viatores invadens, dicitur ὁ ὁδουρὸς vel et ὁ ὅδουρος.

πειραίνω, vide περαίνω.

πειράομαι, vide πειράω.

πεῖραρ, τὸ, πεῖρας, τὸ, vide πέρας.

πειράω, f. ήσω. (Πέρα) conor ad aliquam rem pertingere, nitor ad aliquid consequendum et efficiendum. est a περάω, f. ήσω, transeo, transire cupio. πειρήσω, ὥς κε ὑμῖν κακὰς κῆρας ἐπιήλω, adnitar, ut vobis mala fata inferam, β, 316. τῷ μὲν ἐγὼ πειρήσω ἀλαλκεῖν μυίας, conabor et studebo, operam dabo ego arcere ab eo muscas, Τ, 30. μήλων πειρήσοντα, ad oves transiturum et impetum in eas facturum leonem, Μ, 301. ζ, 134, i. e. θρεμμάτων in genere. hinc sumsere Attici, τὸ πειρᾶν ponere ἐπὶ τῆς εἰς γυναῖκα ἐπιχειρήσεως: e. c. πειρᾷ ὁ δεῖνα τὴν δεῖνα, sollicitat et rogat eam, conatur eam pellicere ad fruendum ea, hinc etiam est orta notio tentandi, an aliquem ad voluntatem meam transducere queam. αὐτοῖς ἐπέτελλε, Ὀδυσῆϊ δὲ μάλιστα, πειρᾶν, ὡς πεπίθοιεν Πηλείωνα, mandabat illis, et Ulyssi maxime, utpote solertissimo et disertissimo, contendere et adniti omnibus viribus, ut flecterent verbis Achillem, Ι, 181. et 345, μή μευ πειράτω, ne conetur aliquid efficere apud me. μή τις πειράτω διακέρσαι ἐμὸν ἔπος, Θ, 8, inquit Jupiter ad deos: ne quis contendat et conetur meum verbum rescindere. τάχιστα πείρα, ὅπως κεν δὴ σὴν πατρίδα γαῖαν ἵκηαι, celerrime contende, ut tandem in tuam patriam pervenias, δ, 545, pro πείραε. Attici hoc verbum in activa forma ponere non solent, nisi notet πειράζειν ἐρωτικῶς γυναῖκα, e. c. Aristophanes: πειρᾷ μὲν οὖν ἴσως σὲ, καὶ τῶν τιτθίων ἐφάπτεται. πειρᾶν, contendere, adniti, Δ, 66, 71. οὐδὲ μετὰ ἡμῶν πειρᾷ, ὥς κεν Τρῶες ἀπόλωνται, neque nobiscum adniteris, ut Trojani pereant, Φ, 459. πειρᾷ ἐμεῖο, γεραιὲ, periculum mei facis, O senex, Ω, 390, 433, conaris me cognoscere qualis sim: quæ forma est media, a πειράομαι, άεαι, άαι, et contr. ᾷ. νῦν μὲν πειρᾶται, nunc quidem cognoscere conatur, qua sententia sit quisque, Β, 193. nam Græci sæpissime ponunt medium pro activo: sic, ἐσώζετο τὴν εὐλάβειαν, retinebat reverentiam, i. e. εὐλαβεῖτο: ἔγημε et ἐγήματο. imo et passivam formam active ponunt sæpe, ut ὁ αἴρων et ὁ ἠρμένος. ergo contextus ubique spectandus. αἴκε θεὸς πειρώμενος ἐνθάδ' ἵκηται, Ε, 129, si forte deus aliquis nitens contra te huc advenerit. ἀνὴρ σθένεος πειρώμενος, vir, roboris sui periculum facturus, Ο, 359. et is genitivus deest Π, 590. πειρώμενος ἥβης, Ψ, 432, periculum faciens roboris sui juvenis. πειρώμενος ἔνθα καὶ ἔνθα, inquirens et cognoscere studens ex omni parte, φ, 394. πόσιος πειρωμένη, mariti sui periculum faciens, eumque pertentans, an vere sit is maritus suus, ψ, 181. vides igitur, inesse notionem explorandi, quid ulterius insit rei, quod jam nondum liquido apparet. nam cona-

tus *ulteriora* contingendi et noscendi, primus est hujus verbi significatus. ἐγὼν ἔπεσιν πειρήσομαι, ego verbis periculum faciam, Β, 73, experiar. sic, ἐγχείῃ, hasta conjecta, Ε, 279. Τρώων, ut de Trojanis experiar, periculum faciam, quid facturi sint, Τ, 70. Υ, 352. ἐγὼν αὐτὸς πειρήσομαι ἠδὲ ἴδωμαι, ipse explorabo et videbo, ζ, 126, quales illi sint homines: ubi prius verbum etiam est in conjunctivo, sed ionice, ubi ο et ω æquivalent. sic, ἀνδρῶν οἵτινες εἰσὶ, ι, 174. χειρῶν καὶ σθένεος, φ, 282. πατρὸς, ω, 215. σῆς ἀλόχου πειρήσεαι, ν, 336, tuæ conjugis periculum feceris, quomodo sit animata. πάντα δὲ γιγνόμενος πειρήσεται, in omnia se commutans, periculum faciet, an elabi possit, δ, 417, οὐ γὰρ διὰ κακίαν, ἀλλὰ διὰ πεῖραν, ὁ Πρωτεὺς μετεβάλλετο. κεραμεὺς τροχὸν αἴκε θέῃ, figulus explorabit rotam an currat, Σ, 601. τόξου, φ, 159, exploraverit arcum; et additur, ἠδὲ ἴδηται. τούτου ἀέθλου πειρήσεσθε, Ψ, 707, 753, 831. ἐπειρᾶτο ἐρεθίζειν Ἥρην, Δ, 5, incipiebat, adgrediebatur excitare eam Jupiter. εἴ πώς οἱ εἴξειαν, tentabat, an sibi cedere velint, Ν, 806. πειρῶντο βίῃ ῥήξαντες εἰσελθεῖν, nitebantur vi perrumpentes intrare, Μ, 341. θάλποντες ἐπειρῶντο, φ, 184, periculum faciebant. et 180, τόξου πειρώμεσθα, arcum tentemus. sic et 268. et 410, πειρήσατο νευρῆς. et 113, αὐτὸς τοῦ τόξου πειρησαίμην, ipse hunc arcum experiar. et 135, τόξου πειρήσασθε. τρὶς ἐπειρήσαντο οἱ ἄριστοι, Ζ, 435, ter periculum fecerunt fortissimi. οὓς (sc. ἀέθλους, omissa præpositione κατὰ) Φαίηκες ἐπειρήσαντο Ὀδυσῆος, in quibus certaminibus ii eum experturi erant, quid valeret, θ, 23, vel potius, eum deinde experti sunt: nam is aoristus notat tempus quidem futurum h. l. sed in sensu præteriti, *in welchen sie ihn nachher auf die probe gesetzet haben, (by which they should put him to the test.)* et 377, σφαίρῃ ἀν' ἰθὺν πειρήσαντο, pila recta in altum mittenda periculum fecissent, *sich unter einander versuchet hatten, (had contended together.)* conf. ἰθύς. ἕκαστα δὲ πειρήσαιτο, singula exploraret quærendo et interrogando, δ, 119. ω, 237, coll. 239, πειρηθῆναι, explorare. priore ex δ citato loco quidam vitiose legunt μυθήσαιτο. ἢ πειρήσαιτο καὶ οἶος, an solus rem efficiendam susciperet, Ν, 457. οὐκ ἔθελεν φεύγειν, πρὶν πειρήσαιτο Ἀχιλῆος, antequam periculum fecisset quid contra Achillem valeret, *ehe er mit dem einen gang versuchet hätte, (before he had tried what he could do,)* Φ, 580. ἵνα πειρησαίμεθα ἔργου, ut experiremur operam, σ, 368. πειρήσασθε, θεοὶ, facite periculum, experimini, O dii, Θ, 18. ἐπειρήσαντο πόδεσσιν, i. e. ἔδραμον ἐν ἀγῶνι, *sie versuchten es mit laufen in der rennbahne, (they ran races with one another,)* θ, 120, nam πᾶς ἀγὼν est ἀπόπειρα ἀνδρῶν. et hoc certamen hic erat primum, quia equos non habebant Phæaces. et 100, πειρηθῶμεν ἀέθλων. sic πειρήσαντο, 126, παλαισμοσύνης. et 145, 149, πείρησαι ἀέθλων, fac periculum certaminum. et 184, πειρήσομαι. et 205, πειρηθήτω, periculum faciat. et 213, ἐθέλω ἴδμεν καὶ πειρηθῆναι, volo scire et explorare. σοῦ, ξεῖνε, πειρήσεσθαι, te, O hospes, experturam et exploraturam esse me, τ, 215, inquit Penelope, *dich auf die probe setzen zu können, (take means to try thee.)* τῶν (ὀϊστῶν, sagittarum) τάχα ἔμελλον Ἀχαιοὶ πειρήσεσθαι, φ, 418, quod alibi dicit γεύσεσθαι. πειρήθη δ' ἕο αὐτοῦ ἐν ἔντεσι, periculum sui ipsius faciebat in his armis, *er versuchte sich in der rüstung, (he tried on the armour,)* Τ, 384. ὄφρα πειρηθῆτον ἐμεῖο, donec vos ambo experti fueritis de me, Κ, 444, aor. 1. conj. pass. εἰ μὲν δὴ ἀντιβίην σὺν τεύχεσι πειρηθείης, Λ, 386, si vi aperta in armis periculum feceris. sic, σὺν τεύχεσι πειρηθῶμεν, Χ, 381, *wollens im gewehr versuchen, (will have a contest in arms.)* σὺν ἔντεσι πειρηθῆναι, Ε, 220. δμώων ἔτι πειρηθεῖμεν, pro πειρηθείημεν, π, 305, servos etiam exploraremus. ἐμοῦ ἔτι πειρηθῆναι, mei porro periculum facere, Υ, 349, *es weiter mit mir zu versuchen, (try any more with me.)* Ἕκτορι, ubi dativus poëtice et ob metrum est pro genitivo, Φ, 225. ἀλλήλων, Ψ, 804. οὐδέ πω μύθοις πεπείρημαι, nondum sermonibus sum exercitus, usu multo doctus sermones prudentes, γ, 23, *bin im reden unversucht, (am not versed in speaking.)* πείρησαι, fac periculum, *versuchs, (try,)* Α, 302. περὶ αὐτῆς πειρηθήτω ὅς κε θέλῃ, de ea periculum faciat qui voluerit, Ψ, 553.

πειρητίζω, f. ίσω. (Πέρα) tento, exploro, periculum facio. a πειράω, f. ήσω, fit ὁ πειρητὸς, expertus; inde est πειρητέω, et hinc πειρητίζω, sicut a πολεμέω est πολεμίζω. μή τι μοῦ ἠΰτε παιδὸς πειρήτιζε ἠὲ γυναικὸς, ne me velut puerum aut mulierem tenta, Η, 235, ne mecum congredere velut cum puero: nam res tibi est cum forti viro. στίχας ἀνδρῶν πειρητίζων, ordines virorum invadens, *angreifend, (attacking,)* Μ, 47. et 257, ῥήγνυσθαι τεῖχος ἐπειρήτιζον, contendebant perfringere murum. πειρητίζων, ᾗ πλεῖστον ὅμιλον ὅρα, Ο, 615, conans ibi, ubi densissimos videbat hostes, *da ansetzend, (attacking there.)* συβώτου πειρητίζων, subulcum tentans et explorans, ξ, 459. ο, 303, i. e. ἀποπειρώμενος. ἑκάστου, singulos separatim explorans, π, 313, coll. 319. τόξου πειρήτιζε, arcum tentabat, φ, 124, 149, an possit tendere eum. ἀλκῆς, periculum faciebat roboris, χ, 239, specimen ejus edi volebat. πειρητίζων, ω, 220, ubi est præsens pro futuro, πειρασόμενος.

πείρινς, ινθος. ἡ. (Πέρα) alveus, qui imponitur currui ad recipienda onera vel sessores. nam currus proprie est pars illa quæ rotas habet: quod huic parti superjacet, et in quod componuntur res vehendæ, dicitur πείρινς. nomen est ab antiqua simplicitate retentum: nam proprie notat, τὸ τετράγωνον πλινθίον, τὸ ἄνω περιδούμενον ταῖς ἁμάξαις, πλεκόμενον ἀπὸ ῥιπῶν: ῥίπες δὲ, οἱ τῆς οἰσύας λύγοι: *den geflochtenen wagenkorb, (the wicker body of the car.)* dicitur et τὸ κάνναθρον, ab ἡ κάννη, i. e. ἡ ψίαθος, πλέγμα γὰρ καὶ αὐτὸ ψιαθῶδες, συνέχειν φόρτον ἰσχύον. etiam ἡ ὑπερτερία est eadem, quam re-

centiores τὴν ἰσχάραν in curru vocant. etymologia nominis deducitur a quibusdam veterum ab ὁ ῥίψ, ιπὸς, vimen salignum, ut sit pro ῥίπινς, ινθος, per metathesin et insertum ε, quia ex ejusmodi viminibus plicabatur antiquitus. sed a πείρω, transire facio, commodius deductum nomen putatur, quia in plicando aliud per aliud transfigitur et transadigitur. ἄμαξαν ὁπλίσαι, πείρινθα δὲ δῆσαι ἐπ' αὐτῆς, instruere currum, et alveum ligare super eo, Ω, 190. et 267, ἔδησαν ἐπὶ αὐτῆς. τὰ μὲν (δῶρα) ἐς πείρινθα τίθει, in alveum currus ponebat data, ο, 131.

πείρω, f. περῶ. (Πέρα) transeo; ut sit idem quod περάω, f. ήσω. it. transfigo, transverbero, *ich durchsteche, spiesse, (I transfix, pierce through,)* facio ut quid ab altera ad alteram partem transeat. παννυχίη (ναῦς) ἦγε πεῖρε (ἔπειρε, imperf.) κέλευθον, per totam noctem transiit navis viam suam, *gieng seinen lauf fort, (pursued her course,)* β, 434, διαπείρω. ἀνδρῶν τε πτολέμους ἀλεγεινά τε κύματα πείρων, pugnas contra viros, et molestos fluctus maris, transiens, Ω, 8. Θ, 183. ν, 91, 264. et priore loco loquitur Achilles, qui pugnando in terra, et navigando ad urbes hostiles, multis molestiis defunctus erat: in reliquis locis loquitur Ulysses de se. cæterum πείρων pertinet tantum ad κύματα: ad πτολέμους aliud participium, e. c. ἀμφέπων, aut simile, est subintelligendum; ex usu piscorum, qui sæpe unum verbum ad duo diversa substantiva jungunt, non ad utrumque pertinens proprie. sic et hastam πείρω, transire facio, transadigo: διὰ ὀδόντων αὐτοῦ πεῖρεν (ἔπειρε) τὴν ἐγχείην, per dentes ejus transadegit hastam, Π, 405. et quia hoc verbum maxime de piscibus (ut mox videbimus) ponitur, quando transfiguntur conto acuto, aut hamo: hinc parabola additur de pisce, 406—408. et de hasta ipsa, αἰχμὴ ἔπειρεν αὐτὸν διὰ χειρὸς, cuspis transfixit eum per manum, Υ, 479. *der spiess durchstach ihm die hand, (the spear transfixed his hand.)* κρέα ὤπτων, ἄλλα δ' ἔπειρον, carnes assabant, aliasque transfigebant, γ, 33, sic, Η, 317, πεῖράν τ' (ἔπειράν τι) ὀβελοῖσιν, ὤπτησάν τε, transfigebant carnes verubus, et assabant. sic et Ω, 623. τ, 422. et priore loco ex γ sine dubio sic est intelligenda res: quidam assabant jam carnes, alii in affigendo eas ad verua erant occupati. ἰχθῦς (ἰχθύας) δ' ὡς πείροντες, ἀτερπέα δαῖτα φέροντο, κ, 124, et transfigentes eos veluti pisces, auferebant epulum triste: et sermo est de Læstrygonibus, qui naves undecim Ulyssis perdebant, et homines jam natantes in aqua sic configebant contis acutis, quasi essent pisces, quos domum ferebant comedendos. etiam nostris temporibus in usu nonnullis locis est, pisces in aqua natantes configere, *fische zu stechen im wasser, (to spear fish in the water.)* ergo est l. c. διαπείροντες αὐτοὺς ὡς ἰχθύας, τριαίναις ἤ τισιν ἑτέροις ἀπωξυμμένοις ἐργάνοις. alii explicant πείροντες per νηχόμενοι καὶ περῶντες οὕτω τὸν λιμένα, et ἰχθῦς capiunt pro nominativo, ὡς ἰχθῦες, trahuntque id ad Λαιστρυγόνας. sed male. alii pro πείροντες legunt εἴροντες, una serie jungentes, συνείροντες κατὰ ἰχθύδια, καὶ ὁρμαθὸν ποιοῦντες, quod ingentis roboris esset indicium. ὀδύνησι πεπαρμένος, doloribus confixus quasi, Ε, 399, *von schmerzen durchdrungen, (penetrated with grief:)* quasi ὀδύναι essent personæ, a quibus quis posset transverberari. σκῆπτρον χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον, Α, 246. sic, δέπας, poculum, aureis clavis confixum quasi, *mit güldenem beschlage oder puckeln gezieret, (adorned with gold fillets or bosses,)* Λ, 632. περὶ δουρὶ πεπαρμένη, ἡ πάρδαλις, *am jagdspiese oder auf demselben angespiesset, (pierced through with a spear,)* in venatione, Φ, 577. hinc est ἡ περόνη, et ὁ πόρπαξ. etiam, ἡ πεῖρα, ας, i. e. πορεία, ὁδὸς, profectio, iter.

πεῖσα, ης. ἡ. (Πείθω) obedientia, obsequium: quando quis ad quietem suadendo perducitur. *gehorsam, stille seyn, (to be obedient, quiet.)* est a πείθω. ἐν πείσῃ αὐτῷ κραδίη ἔμενε, υ, 23, cor ei manebat in potestate ipsius.

πεῖσμα, ατος. τό. (Πείθω) apud poëtam est funis; maxime nauticus, rudens, *ein tau, (a cable:)* deinde quivis alius, *ein seil, ein strick, (a cord, a rope,)* σχοινίον. alibi notat et, fiduciam aggrediendi et agendi quid, τὴν πεισμονήν. nam est a πείθω, quia obedire nobis rem facit. νηῶν ὅπλα, πείσματα καὶ σπεῖρα, ζ, 269, navium arma, rudentes et vela. λιμὴν, ἵνα οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν, portus, ubi nihil opus est fune nautico ad alligandam navem ad terram, ι, 136, i. e. ἀπογείου σχοινίου. ἐκ πέτρης δήσας πείσματα, funes alligans ad saxum in littore, κ, 96. et 127, ἀπέκοψα πείσματα νηὸς, *ich kappete die taue, womit das schiff am ufer angebunden lag, (I cut the cable by which the vessel was moored to the shore.)* et 167, πεῖσμα πλεξάμενος, ubi non de rudente, sed de alio fune ex tempore facto sermo est, ut capti et occisi cervi pedes colligaret, ad commodius auferendum eum. πεῖσμα δ' ἔλυσαν ἀπὸ τρητοῖο λίθοιο, rudentem solverunt a perforato saxo, ν, 77. πεῖσμα νεὼς ἐξάψας κίονος, χ, 465, rudentem navis aptans ad columnam. Vide sub πρυμνήσιος.

πείσομαι, vide sub ΠΕΊΘΩ, paullo ante medium.

πείσω, fut. vide ΠΕΊΘΩ.

ΠΕ'ΚΩ, et Πείκω. f. ξω. carpo minutatim, *ich rupfe, zupfe, (I pull, tear out.)* pecto, *ich kämme, (I comb.)* carmino, *ich hechele, (I hatchel.)* ἠλάκατα στροφαλίζετε, ἢ εἴρια πείκετε χερσὶν, inquit Ulysses ad ancillas, σ, 315, fusos versate, aut vellera lanæ carminate vel dividite manibus; ubi id πείκειν χερσὶ est, ἐπιμελεῖσθαι καὶ κτενίζειν, quod et ἀσκεῖν εἴρια dicitur, et ordinarie præcedere debet τῷ στροφαλίζειν ἠλάκατα. ergo est, pectere et apte disponere lanam. tale πέκειν fit et κειρομένων προβάτων ποιμενικῶς, quando ovibus antiquitus, et ante inventam tonsuram, lanæ evellebantur: unde est ὁ πέκος, manipulus lanæ sic

evulsæ. verbum deinde mansit, cum apud recentiores tonderentur oves, non vero vellerentur. χαίτας πεξαμένη, χερσὶ πλοκάμους ἔπλεξε Ξ, 176, de Junone, ornante se: comas cum pexuisset, εὐθετίσασα, κτενίσασα, *da sie sich ihr haupthaar gekämmet, (having combed her hair.)* et vides, πέκειν esse prius quam πείκειν, quod posterius metri necessitas reperit. τὸ πέσκος est πεκόμενον δέρμα.

πέλαγος, εος. τό. (Πέλω) mare, æquor et superficies maris, ubi navigatur. πέλαγος μέγα, Ξ, 16, ubi parabola de eo innuit τὸ πολύνουν τοῦ ἥρωος, multam consiliorum copiam. ἐν πελάγει μετὰ κύμασιν, γ, 91. et 174, πέλαγος μέσον, et 179, μέγα μετρήσαντες. et 321, μέγα τοῖον. ἀνὰ πέλαγος ἄνεμοι φέρον αὐτὴν, per mare tulerunt venti eam, *auf dem meere fort, (along upon the sea,)* ε, 330. et 335. ἁλὸς ἐν πελάγεσσι.

πελάζω, f. άσω. (Πέλω) admoveo, appropinquare facio. it. accedo prope, appropinquo. inde est et verbum recentiorum, πλάσσω, f. πλάσω, fingo, compono: quod et conglutinationem notat. ut apud Æschyl. Prom. 896, μὴ πλασθείην γαμέτῃ, ne copuler marito. αὐτοὺς Αἰθίκεσσι πέλασεν, omisso augmento, Β, 744, ad Æthicas eos appropinquare fecit; et sermo est de Centauris, i. e. incolis quibusdam montanarum regionum Pelii montis, qui non sunt prorsus deleti, sed in aliam regionem fugati. ἱστὸν ἱστοδόκῃ πέλασαν, malum admoverunt receptaculo suo, Α, 434, i. e. in eum locum, ubi malus demissus jacere solet in navi. νευρὴν μαζῷ πέλασεν, τόξῳ δὲ σίδηρον, nervum attraxit ad pectus, et eodem tempore ferrum sagittæ attraxit ad arcum, Δ, 123, nam, nisi traheretur nervus et ei adhærens arundo sagittæ, ferrum sagittæ longe prominebat ab arcu. κακαῖς ὀδύναις πελάζειν αὐτὸν, miseris doloribus admovere eum, Ε, 766, *ihn in herzeleid zu setzen, (to afflict him with anguish.)* sic et dicitur, μιγνύειν τινὰ ὀδύναις. ἀλλὰ ἐμὲ νῦν νηῦσι πελάσσετον, pro πελάσετον, Κ, 442, sed me nunc castris vestris admovetote; et est fut. 1. imperat. a. in duali. et hiatus primorum vocum hæsitantiam loquendi præ metu imitatur. Τρῶας νηυσὶν ἐπέλασε, Ν, 1, *hat sie ins lager eindringen lassen, (has suffered them to penetrate into the camp.)* πάντας πέλασε χθονὶ, omnes dejecit in terram, Θ, 277. Μ, 194. Π, 418. αὐτὸν ἐξ ἵππων πέλασαν χθονὶ, eum ex curru ad terram deposuerunt, amice, Ξ, 435, εἰς γῆν ἔθεντο ἀνακλίναντες: nam curant ibi Hectorem graviter læsum ictu saxi. ἐπεὶ ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων, postquam fortuna prope adduxit, ἐγγὺς ἐποίησε, Ο, 418. Φ 93. οὐκ ἐδύνατο αὐτὸν οὔδει πελάσαι, non poterat eum solo admovere, et luctando dejicere, Ψ, 719. τὰς μὲν Κρήτῃ ἐπέλασεν, Ζεὺς, appropinquare eas naves fecit ad Cretam, γ, 291. et 300, Αἰγύπτῳ, i. e. ostio Nili fluminis. Γυραῖς, δ, 500. δεῦρο αὐτὸν ἄνεμος καὶ κῦμα πέλασσεν, huc eum appulit, ε, 111, 134. ἐς νῆσον ἐπέλασάν με θεοὶ, η, 254, et 277. γαίῃ ὑμετέρῃ ἐπέλασέ με ἄνεμος. μὲ Κικόνεσσι, ι 39. οὐδάσδε πελάσαι, ad solum dejicere ei caput, κ, 440, *ihm den kopf vor die füsse zu legen, (to lay his head at his feet.)* γαίῃ Θεσπρωτῶν πέλασέ με κῦμα, ξ, 315. et 350, ἐπέλασα στῆθος θαλάσσῃ, nataturus nimirum. et 358, θεοί με ἐπέλασαν σταθμῷ ἀνδρὸς ἐπισταμένου, adduxerunt me ad stabulum viri prudentis. αὐτοὺς Ἰθάκῃ, ο, 481. πελάσαι (infin. pro imperat. πελάσατε, αὐτὸν) τε δοκοῖς, admovete eum trabibus superioribus, χ, 176, 193, *ziehet ihn bis an die obern balken, (fasten him to the upper beams.)* ὁπότε πελάσῃς νῆα νήσῳ, *wirst das schiff an die insel geleget haben, (shalt have reached the island with the ship,)* λ, 105. χθονὶ φύλλα πελάσῃ, si arbor cæsa terræ folia sua tenera admoveat, i. e. procidit in terram, Ν, 180. ἕως Ἀχιλλῆϊ πελάσῃ σὲ, donec te adduxerit in conspectum Achillis, Ω, 154, 183. frequentissimus ergo apud poëtam esse significatus transitivus, intransitivus est rarior, et per ellipsin supplendus. ἀλλὰ πέλασε νηυσὶ, sc. ἑαυτὸν, *er nahete sich dem lager, (he approached the camp,)* Μ, 112. ὅστις ἀϊδρίῃ πελάσῃ, sc. τὴν ναῦν, quisquis imprudens adpropinquaret, μ, 41. etiam forma media occurrit in utroque significatu. μή οἵγε Πάτροκλον νηυσὶν πελάσαιντο, ne eum ad castra deportent, Ρ, 341. passiva forma est Ε, 282, αἰχμὴ θώρηκι πελάσθη, cuspis thoraci admovebatur, omisso augmento. et Μ, 420, ἐπεὶ τὰ πρῶτα πέλασθεν, ionice pro ἐπελάσθησαν, postquam semel prope accesserant. est et verbum πλάθω, appropinquo, Eurip. Alcest. 117, per sync. ex πελάζω.

πέλας, (Πέλω) adverb. prope, in propinquo. ὁ πέλας, vicinus, qui prope est et adest. est a πέλω, sum. χριμφθεὶς πέλας, accedens prope, κ, 516. ὅς τότε Τηλεμάχου πέλας ἵστατο, qui tunc prope Telemachum constitit, ο, 257. hinc est τὸ ἄπελος, vulnus hians, non coiens.

πελάσθη, pro ἐπελάσθη, vide sub πελάζω ad finem.

πελάω et πλάω, f. ήσω. (Πέλω) appropinquare facio, admoveo prope. ab hoc verbo occurrit perf. et plusquamp. passivi. ἐξοπίσω πλῆτο (pro ἐπέπλητο, augmentis ionice omissis) χθονὶ, retro ad terram admotus est, lapsus est, *er sank rückwärts zu boden, (he fell backward to the ground,)* Ξ, 438, ἐπέλασεν ἑαυτὸν χθονί. et 468, αὐτοῦ στόμα τε ῥῖνές τε οὔδεϊ πλῆντο, ejus os et nares solo admovebantur, i. e. ἐπέλασαν τῇ γῇ. ἀσπίδες ἔπληντο ἀλλήλαις, scuta appropinquabant sibi invicem. ἐπλησίασαν, coibant, Δ, 449. Θ, 63. et simplex ibi tantummodo est augmentum. nisi velis dicere, a πλάω fieri πλῆμι, cujus imperf. pass. esse ἐπλήμην. vide tamen formam perf. pass. μάλα Σκύλλης σκοπέλῳ πεπλημένος, μ, 108, valde prope admovens te et accedens ad scopulum Scyllæ: ex qua forma nostra determinatio fit melior. aliud πλῆτο inveniatur sub πλήθω.

πέλεθρον, et πλέθρον, ου. τό. (Πέλω) jugerum, *ein morgen landes, (an acre of land.)*

est mensura terræ, pedum centum viginti, vel et centum; et sexta pars stadii: nam Eustathius alibi dicit, esse *ποδῶν ρκ*, alibi vero, esse *διάστημα ποδῶν ἑκατὸν* vel *πήχεων ξϛ, καὶ μέρος ἕκτον σταδίου.* nomen est a *πέλω*, impleo, obtineo. *πεσὼν* (*ὁ Ἄρης*) *ἐπέχε πέλεθρα ἑπτὰ*, Φ, 407, ubi sermo est de Marte, pugnante contra Minervam. et de Tityo, λ, 576, *ὁ δὲ ἐπὶ ἐννέα κεῖτο πέλεθρα.* prosaici scriptores amant *τὸ πλέθρον.*

πέλεια, ας. ἡ. (*Λάω*) est species columbina, a colore sic dicta, nam *τὸ πελὸν* ve. *πελιὸν* est, nigricans, *schwarzblau, (bluish black.)* est ergo columbarum *μελαντερῶν* species. *ἔφυγεν, ὥστε πέλεια, ἥ ὑπὸ ἴρηκος κοίλην εἰσέπτατο πέτρην*, Φ, 493, ubi sermo est de Diana, fugiente Junonem. *κίρκος οἴμησε* (impetum dare solet) *μετὰ τρήρωνα πέλειαν*, X, 140—142, nam *τρήρων*, pavidus, commune est omnium columbarum epitheton, a *τρεῖν δειλαινομένας τὰς περιστεράς. ἐκ ποδὸς τρήρωνα πέλειαν ἔδησε λεπτῇ μηρίνθῳ*, funiculo tenui, ψ, 853—881, ubi vides, morem exercendi se sagittis contra avem alligatam, esse vetustissimum, et ad hanc rem maxime columbam nigram fuisse adhibitam; *nach dem vogel zu schiessen, (to use a bird as a mark.) κίρκος ἐν πόδεσσι πέλειαν ἔχων*, ο, 526. *αἰετὸς εἶχε τρήρωνα πέλειαν*, υ, 243. *πέλειαι*, χ, 468. *πέλειαι τρήρωνες, αἵτε ἀμβροσίην Διῒ πατρὶ φέρουσιν*, μ, 62—65, ubi confer *Ζεὺς* in R. nam locus est vexatus, et Homerus videtur interjecisse talia, ut exerceret grammaticos, ipse homo illustris pariter ac doctissimus. fortasse respicit ad Argonautas. Hi enim, divertentes ad *Φινέα*, regem et vatem peritissimum, qui filios suos, Zeten et Kalaim, natos sibi ex Cleopatra, filia Boreæ, prima sua uxore, gratificans novercæ, abegerat a se, et qui, in pœnam hujus injuste facti, *Ἁρπυίας* semper adsidentes cibis suis, (quæ explicantur per *ἀσώτους καὶ δαπάνους γυναῖκας*) habebat; rogabant eum, quomodo Symplegades petras possent transire. Is prius pactus est mercedis loco, ut filii sui, alati, inter Argonautas recepti, abigerent *τὰς Ἁρπυίας*: deinde quæsivit, quam concitato cursu ferretur navis *ἡ Ἀργώ*? illi responderunt, *ὅσον τάχος πελειάδος*, quanta est celeritas columbæ volantis. tunc emittere eos *ὁ Φινεὺς* jussit *περιστεράν*: si illa transvolaret impune, etiam navem incolumem transituram. illa volans transiit quidem, sed concursus tamen petrarum læsit eam leviter *κατὰ τὸ οὐραῖον.* transiens ergo et *ἡ Ἀργὼ, ἄκραν πρύμναν* paululum læsam habuit, nihil amplius. simul autem, et propius etiam, respicit poëta forsitan Pleiades in cœlo, ex quibus sex apparent oculis, septima videtur intercepta: et his cosmice orientibus incipit messis in Ægypto, h. e. ferunt ambrosiam Jovi. nam *αἱ Πλειάδες* dicuntur et *Πελειάδες* et *Πέλειαι*, quasi sint columbæ. narrant præterea antiqui, Homerum, Ægyptium genere, ex domo illustri et regia, inventum esse infantulum mane in lecto ludentem cum novem columbis: id vates explicasse pro Musis, et jussisse, ut pater Homeri, *ὁ Δμασαγόρας*, ædificaret ædem *ἐννέα Πεγριδῶν*, quo nomine in dialecto Ægyptiaca Musæ vocabantur. id fecisse eum; et narrasse deinde id prodigium filio suo *ἀνδρωθέντι*: qui deinde sic amaverit columbas, ut fingeret eas ferre ambrosiam Jovi. nominatur et mater Homeri, *ἡ Αἴθρα, τροφὸς* (nutrix) vero perhibetur fuisse filia *Ὥρου*, sacerdotis Isidis. vides, lector, torquere hunc locum enarratores; nec quidquam tamen, quod omnino satisfaciat contextui, adferri. periit igitur injuria temporum historica lux, quæ huic fictioni illustrandæ sufficeret. cæterum hæ petræ describuntur ut *ἀναιδεῖς*, quæ ne talibus quidem ministris Jovis parcant. sunt autem columbarum species maxime quinque: *ἡ οἰνὰς μείζων περιστερᾶς, οἰνωπὸς τὸ χρῶμα: ἡ φὰψ, μέση περιστερᾶς καὶ οἰνάδος: ἡ φάττα, ἧ χρῶμα σποδίον: ἡ τρυγών: ἡ περιστερά.* ex his *ἡ φάττα* est vivacissima, durans per annos quadraginta. conf. de his omnibus Athenæum.

πελειὰς, άδος. ἡ. (*Λάω*) idem quod *ἡ πέλεια, εἶδός τι περιστερῶν.* et Doribus maxime frequens est hoc nomen, sicuti Atticis *ὁ περιστερὸς*, pro *περιστερά. αἱ Πελειάδες* scribuntur et *Πλειάδες*, si de sidere illo sermo est, quod poëtæ magnopere suspiciunt. nam Jovi tulerant ambrosiam: hinc relatæ inter sidera. apparet ergo, fuisse fœminas illustres, apud quas puer Jupiter præsidium vitæ invenerat, et quas deinde remuneratus est honorifice. sed deest luculentior historia. *τρήρωσι πελειάσιν ὁμοῖαι*, E, 778, ubi gressus Junonis et Minervæ comparantur gressibus columbarum. *δοιαὶ δὲ πελειάδες ἀμφὶς ἕκαστον* (*οὖας τοῦ δέπατος*) *χρύσειαι νεμέθοντο*, Λ, 633, i. e. *νεμέθεσθαι* (pasci) videbantur, *διὰ τὸ τῆς πλαστικῆς ἔντεχνον, ὡς δοκοῦσαι κατὰ νομῆς λόγον ἐπικύπτειν.* et sunt *περιστεραὶ, ἐντετορευμέναι ταῖς τοῦ ποτηρίου λαβαῖς.* describitur ibi aureum poculum Nestoris, cujus ansæ dicuntur fuisse quatuor, nimirum a dextra poculi parte erant duæ columbæ junctæ quasi pascerentur; et a sinistra totidem: ut tamen re vera duæ tantum fuerint ansæ, sed duplicatæ ex duabus sibi junctis columbis, de fundo, quem poëta dicit fuisse duplicem, intelligunt quidam sic, subpositas fuisse poculo duas columbas alias aureas, qui id loco pedum sustinerent.

πελεκάω, et æolice poëticeque *πελεκκάω*, f. *ήσω.* (*Πάλλω*) securi cædo, *ich haue, behaue mit der axt, (I cut, hew with an axe.) πελέκκησεν* (pro *ἐπελέκησε*) *δ᾽ ἄρα χαλκῷ*, ι, 244, ubi præcesserant tres phrases, notantes dejectionem arborum: ut ergo appareat, *πελεκᾷν* esse, materiam cæsam aptare incipere ex arte tectonica, *beschlagen, (to trim.)* et hoc verbum proprie de lignis, quæ præparat faber ad ædificandum: *πελεκίζω* vero ponitur de animatis quæ securi feriuntur.

πέλεκον, et ob metrum *πέλεκκον, ου. τό.* (*Πάλλω*) manubrium securis, *ὁ στειλεὸς*, i. e. *ἡ λαβὴ τοῦ πελέκεως ἢ ἀξίνης, der stiel an der*

axt, (the handle of an axe.) εἵλετο καλὴν ἀξίνην εὔχαλκον, ἐλαΐνῳ ἀμφὶ πελέκκῳ μακρῷ εὐξέστῳ, N, 612.

πέλεκυς, εος et εως. ὁ. (Πάλλω) securis, *ein beil, (a hatchet,)* in specie *ein schlichtbeil womit man glatt hauet, (a smoothing hatchet:)* deinde in genere. est a πάλλω, vibro, moveo, deductum nomen. a recentioribus dicitur ὁ πέλυξ, υκος: et notat in genere instrumentum ferreum, quo vibrando etiam saxa pertunduntur, *eine axt, eine haue, (an axe, mattock,)* bipennis, dolabra. αἰεί σοι κραδίη, πέλεκυς ὥς, ἐστιν ἀτειρής, Γ, 60, semper tibi cor est firmum et non fractum, sicut securis; et in sequentibus additur, quod hoc instrumentum penetret per lignum, et dejiciat aptetque arbores ad trabes navales. ὀξὺν ἔχων πέλεκυν ἀνὴρ, P, 520, ubi adhibetur ad cædendum bovem in sacrificio. sic et γ, 442, 449, nam acie hujus instrumenti discidebatur cervix mactandi bovis. δῶκε μέν οἱ πέλεκυν μέγαν, χάλκεον, ἀμφοτέρωθεν ἀκαχμένον, αὐτὰρ ἐν αὐτῷ στειλειὸν περικαλλὲς, ἐλάϊνον εὖ ἐπαρηρὸς, ε, 234, ad ligna cædenda et navem ædificandam; coll. 237, ubi σκέπαρνον εὔξοον differt a πελέκει. ὡς ὅτε ἀνὴρ χαλκεὺς (faber ferrarius) πέλεκυν μέγαν ἠὲ σκέπαρνον εἰν ὕδατι ψυχρῷ βάπτει (pro ἐμβάπτει ὕδατι) μεγάλα ἰάχοντα, I, 391. ὑλοτόμους πελέκεας ἐν χερσὶν ἔχοντες, Ψ, 114, ubi in metro κεας ἐν, ◡◡–, valet pro spondeo. *holzäxte, (a woodman's axe,)* coll. 118. et 851, δέκα μὲν πελέκεας, depositos in præmium certaminis. et 856, πάντας ἀειράμενος πελέκεας. et 882, πελέκεας δέκα πάντας, ubi in metro κεας est contrahendum, valetque ◡– pro una longa. καταθήσω ἄεθλον, (certamen) τοὺς πελέκεας, οὓς κεῖνος (Ulysses quondam cum esset domi) ἵστασκε (statuere solebat) ἑξείης, δρυόχους ὥς, δώδεκα πάντας, στὰς δ' ὅγε πολλὸν ἄνευθε, διαῤῥίπτασκεν ὀϊστὸν, τ, 573, ubi narrat Penelope exercitium, quod maritus suus olim solitus fuerit instituere sagittando. πελέκεας ibi vocat foramina, in longo ferro infra acuto, superne facta, quæ inferiori sua acie sic defigebat in terram, ut foramen superne esset, et duodecim istæ sic dictæ secures se recta serie exciperent, ut sagitta immissa primo foramini, per omnia transvolaret. hoc exercitium imitandum proponebat Penelope procis suis. et 578, ὃς δέ κε ῥηΐτατα ἐντανύσῃ βιὸν, (facillime tetenderit arcum) καὶ διοϊστεύσῃ πελέκεων δυοκαίδεκα πάντων, ἅμα τούτῳ ἑσποίμην, illum ego sequar conjux. erat ergo inter singulas secures istas paululum spatii. infixæ erant hæ secures extra cœnationem in aula, et sagittarius stabat vel sedebat in janua. sic et φ, 76. vide porro de hac re, φ, 120—124, et sermo ibi de Telemacho, rem tentante. et 260. et 420, 421, πελέκεων οὐκ ἤμβροτε πάντων. Dacieria tamen existimat, per πελέκεας intelligi h. l. *des piliers, chacun avec sa potence, et a chaque potence une bague:* quo forma pæne bipennis erectæ referebatur. manubrio similis erat columna; supra prominens lignum, simile ferro bipennis. at id persuadebit illa non facile cuiquam. conf. στάω, ad l. c. πίτυς βλωθρὴ, ἣν τέκτονες ἐξέταμον ἐν οὔρεσι, πελέκεσι νεήκεσι (securibus recens exacutis) νήϊον εἶναι, ut sit trabs navalis, N, 391. Π, 484. οἵγε ἐγγύθεν ἱστάμενοι (conferti stantes) ὀξέσι δὴ πελέκεσσι καὶ ἀξίνῃσι μάχοντο, O, 711, ubi ergo inter arma adhibitæ secures, *streitäxte, (a battle axe.)* Vide sub σκέπαρνον.

πελεμίζω, f. ίξω. (Πάλλω) labefacto, moveo et removeo admota manu, διασαλεύω καὶ κινέω παλάμῃ: et in genere, concutio, depello, labefacio, βίᾳ κινεῖν. est ergo a παλάμη, nisi quod lenitatis causa ab Ionibus vocales sunt mutatæ, sicut in ἐλελίζω. βαθέην πελεμιζέμεν (infinit. præs. a. Ionicus) ὕλην, Π, 766, ad concutiendum et dejiciendum altam sylvam: et sermo est de ventis vehementibus, qui non tantum quatiunt, sed et frangunt, arbores altas. τρὶς μέν μιν πελέμιξεν, ter quidem eam hastam commovit fortiter, ut ex terra, infixam alte, extraheret, Φ, 176, διεσάλευσε παλάμῃ. sic eadem verba de arcu, quem quis conatur curvare, et deprimere ejus cornu, ut nervus possit jungi ei, φ, 125. καρδία ἀσπαίρουσα (cor vehementer palpitans, cui hasta hostilis erat infixa) οὐρίαχον πελέμιξεν ἔγχεος, extremum hastile tremere fecit, N, 443. οὐδὲ δύναντο (οἱ) ἀμφ' αὐτῷ πελεμίξαι, neque poterant ii qui circa eum erant hostes, movere loco eum, Π, 108, μετακινεῖν. τῷ (Jovi) ὑπὸ ποσσὶ μέγας πελεμίζετο Ὄλυμπος, Θ, 443, tremebat, movebatur; coll. 199, ἐλέλιξε δὲ μακρὸν Ὄλυμπον, de Junone. ὁ δὲ χασσάμενος πελεμίχθη, is vero retro cedens repulsus est, Δ, 535, i. e. πελεμιχθεὶς ἀνεχώρησε, repulsus retro cessit. sic et E, 626. N, 148, sic Pindarus dicit κεραυνὸν πυρὸς, pro πῦρ κεραυνοῦ, Py. 1, 8.

πελέσκεο, πέλευ, vide sub ΠΕ'ΛΩ, prope finem.

πέλλα, ης. ἡ. (Πάλλω) mulctra, *ein melkfass, (a milk-pail.)* it. vas in quo lac adservatur, *ein milchgrapen, (a porringer.)* est ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι, *hohl gehauene hölzerne näpfe, (vessels turned out of wood.)* περιγλαγέας κατὰ πέλλας βρομέουσι μυῖαι ἐν σταθμῷ, lacte plenas ad mulctras fremunt muscæ in casa rustica, Π, 642, ubi vides, ἀγγεῖα ποιμένικα esse: ut ergo ἡ πέλλα sit σκυφοειδὲς ἀγγεῖον, ὃ πυθμένα ἔχει πλατύτερον, εἰς ὃ ἤμελγον γάλα, καὶ ἦν ξύλινον: a πελεκάω. deminutivum ejus, ἡ πελλὶς, ίδος, adhibebatur quoque a rusticis ad bibendum loco calicis: imo et aurea nonnunquam erat aut argentea apud lautiores, etsi a ligneo vase antiquo nomen descendat.

πέλομαι, vide ΠΕ'ΛΩ.

ΠΕ'ΛΩ et πέλομαι, sum, *ich bin, (I am:)* fio, *ich werde, (I become:)* venio, *ich komme, (I come;)* eo, *ich gehe, (I go;)* impleo, *ich fülle, (I fill:)* polleo, *ich vermag, (I am able.)* proprie notat motum aliquem vivum et vegetum; ex qua notione primaria reliquæ determinationes fluunt. κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρὸ, i. e. πρὸ οὐρανοῦ, clangor gruum it alte sub nubibus, Γ, 3. οὐ μέν πως ἄλιον πέλει

ὅρκιον, Δ, 158, nullo modo irritum est et fiet fœdus. ἣ θέμις ἀνθρώπων πέλει, sicut mos esse solet hominum, I, 134, 276. et 324, κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῇ, ipsi vero male est, i. e. esurit. et 588, κήδεα, ὅσα ἀνθρώποισι πέλει, calamitates, quotquot hominibus eveniunt, quorum urbs ab hostibus vi capitur. συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν, at collatæ in unum vires virorum, etiam minus præstantium, pollent multum, N, 237, *die sind was, (can effect much.)* ὅστε μέγιστος ὅρκος πέλει θεοῖς, quod summum est jusjurandum diis, O, 38. ε, 186. τῇπερ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισι, δ, 565, ubi hominibus facillima viget vita. ὅσον ἐν νειῷ οὖρον πέλει ἡμιόνοιιν, θ, 124, quantus est in novali terminus mulorum duorum præ bubus. et 169, ἄλλος μὲν (κατὰ) εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνὴρ, alius quidem specie minus valet, inferior est. παρήϊα αἱματόεντα πέλει, maxillæ sunt ei rubræ sanguine, χ, 405. ἅμα οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν (imperf. sine augm.) ἀνδρῶν, simul gemitus et gratulatio ibi erat virorum, Δ, 450. Θ, 64. ἡ γάρ ῥα πέλεν Δαναοῖσιν ἀρηγὼν, ea enim aderat Græcis auxiliatrix, E, 511. et 729, τοῦ δ' ἐξ, ἀργύρεος ῥυμὸς πέλεν, ex curru (i. e. in curru) procedebat temo argenteus; de curru divino. κακοῦ δ' ἄρα οἱ πέλεν ἀρχὴ, Λ, 603, et hoc erat ei initium mali, *da gieng sein unglück an, (this was the commencement of his misfortunes,)* Patrocli nimirum. τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλε, T, 365, cujus etiam dentium erat fremitus; Achillis, præ ira. ὥστε ἠελίου ἢ σελήνης, αἴγλη πέλεν κατὰ δῶμα, splendor erat in domo, quasi solis aut lunæ, δ, 45. η, 84. ὅθι τ' ἄγχιστον πέλεν αὐτῷ, ι, 280, ubi proximum erat ei, i. e. ubi jam valde propinqua ei erat hæc terra, in cujus viciniam noctu accesserat, et quæ ei mane apparebat. ἤδη ἐνδεκάτη πέλεν ἠὼς, jam undecimus erat dies, τ, 192. ὄφρα πόλις ἀπόρθητος ἔπλε, per syncopen pro ἔπελε, quamdiu urbs incolumis fuit, M, 11. Forma media notat idem. ὃς (Ἀχιλλεὺς) μέγα πᾶσιν ἕρκος (præsidium) Ἀχαιοῖσιν πέλεται (est) πολέμοιο, in pugna, A, 284. ὀξὺ βέλος πέλεται, acutum jaculum est, et pollet acie, Λ, 392. ἠελίου ὀξύτατον πέλεται φάος εἰσοράασθαι, acutissimus est oculus ejus ad videndum, Ξ, 345. ἔνθα πάχιστος μυὼν ἀνθρώπου, ubi crassissimus et firmissimus musculus hominis est, Π, 314, de sura. τοῦτο δὴ οἴκτιστον βροτοῖς, hoc sane miserrimum accidit hominibus, X, 76, quando senex cæsus abjicitur canibus. οὐ γάρ τις πρῆξις γόοιο, nihil lucri fit lamentando, Ω, 524. αἶψά τέ οἱ δῶ ἀφνειὸν πέλεται, statim ipsi domus fit ditior, α, 393. ῥεῖά τ' ἀριγνώτη πέλεται, facile est eam valde distinguere a suis nymphis, etsi omnes sint pulcræ, ζ, 108, de Diana. ὅσον τ' ἐπίουρα πέλονται ἡμιόνων, *so weit die überziele der maulthiere reichen, (as far as the work of mules exceeds,)* K, 351, i. e. quantum spatium majus, quam boves, muli absolvunt, dato tempore eodem, in agro arantes. sic, ὅσα δίσκου οὖρα, Ψ, 431, i. e. quousque discus valide conjectus volare potest. ἐκ σεῦ τάδε πάντα πέλονται, N, 632, a te hæc omnia sunt et moventur, O Jupiter. et 103, λύκων ἤϊα, luporum esca sunt. παῦροι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται, β, 276. οὐ γὰρ ἀγνῶτες θεοὶ ἀλλήλοις, ε, 79. οἷά τε πολλὰ μετ' ἀνθρώποισι, qualia certamina ludicra multa inter homines exercentur, θ, 160. et 299, ὅτι οὐκ ἔτι φυκτὰ, quod jam sint nulla effugia. οἷα θεάων ἔργα, κ, 223, opera textoria. ἐρετμὰ, πτερὰ νηυσὶ, remi sunt alæ navibus, λ, 124. ψ, 272. ἃ ἄλλοισίν γε καταριγηλὰ πέλονται, quæ aliis sane horrenda videntur, ξ, 226. et 488, οὐκ ἔτι φυκτά. ὅτε ἤματα μακρὰ, quando dies longi sunt, veris adulti tempore, σ, 366. χ, 301. ἐπεὶ οὐκέτι ἀνεκτὰ, quoniam jam non tolerandæ sunt res, υ, 223. imperfectum solet poni in sensu præsentis: et id apte; nam in rebus humanis fere nihil est præsens, saltem est præsentia brevissimi momenti. unde et Horatius; tu non corpus eras sine pectore, pro es. præterita et futura sunt tempora multo maxima. νῦν δ' ἅμα τ' ὠκύμορος καὶ ὀϊζυρὸς περὶ πάντων ἔπλεο, nunc vero simul et cito moriturus et ærumnosus supra omnes eras, i. e. es, A, 418, nimirum ἐπελόμην, ἐπέλεσο, ἐπέλετο, facit ionice pers. 2. ἐπέλεο, extruso Sigma, (unde deinde est contractio Attica, ἐπέλου) et per syncopen ἔπλεο, i. e. ὑπῆρχες, πέλεις. ἐπίκλοπος ἔπλεο μύθων, simulator et dissimulator soles esse verbis, X, 281, et additum, ἀρτιεπὴς, est, qui apta ad rem præsentem, sui commodi causa, verba facit. si hæc forma contrahitur, non attice eam, sed ionice, poëta facit: ἀμήχανος ἔπλευ, Ἀχιλλεῦ, non expugnabilis eras, O Achilles, Π, 29, adversus animum tuum obstinatum nullæ quasi machinæ quidquam proficiebant. βουλῇ μετὰ πάντας ἔπλευ ἄριστος, I, 54, consilio inter omnes es optimus. ἐμεῖο λελασμένος ἔπλευ, mei oblitus eras, i. e. es, Ψ, 69. et 891, δυνάμει τε καὶ ἥμασιν ἔπλευ ἄριστος, viribus et jaculationibus es præstantissimus. ὃς ὠκυμορώτατος ἄλλων ἔπλετο, A, 506, i. e. πέλει, imperfecto pro præsenti, ionice. sic, ἔνθα μάλιστα ἀμβατός ἐστι πόλις, καὶ ἐπίδρομον ἔπλετο τεῖχος, Z, 434, ubi maxime adscensu facilis est urbs, et murus incursui obnoxius est: ut appareat, utrumque verbum notare idem. ἠΰτε βοῦς μέγα ἔξοχος ἔπλετο (i. e. πέλει, esse solét) πάντων, B, 480, sicut taurus eminet inter boves omnes. μινυνθάδιος δέ οἱ αἰὼν ἔπλετο, nam breve ei ævum fuit; Δ, 479. P, 303, ubi est notio præteriti. ὣς (οὕτως) φίλον ἔπλετο θυμῷ, sic placuit et placet, H, 31. K, 531. Λ, 520. Ξ, 337, εἰ δὴ ἐθέλεις, καί σοι φίλον ἔπλετο θυμῷ, ubi vides synonymiam; si vis et sic constituisti in animo. sic, εἰ δέ μιν οἰκτείρεις, καί σοι φίλον, si vero ejus misereris et tibi sic videtur, Ψ, 548. sic de deo ὥς οἱ φίλον, sicut ei videtur, θ, 571. ἕρξον ὅπως ἐθέλεις, καί σοι φίλον, fac ut vis et tibi placet, ν, 145. Ζεύς σοι δοίη, ὅτι μάλιστα ἐθέλεις, καί σοι, σ, 112, Jupiter tibi det, quodcunque maxime cupis et tibi optabile videtur. ὅτε ἔπλετο νήνεμος αἰθὴρ, quando est tranquillus aër et sine vento, Θ, 552. ὅτε δὴ Πυλίων καὶ Ἐπειῶν ἔπλετο νεῖκος, cum es-

set pugna horum, Λ, 736. νῦν ἔπλετο ἔργον ἅπασι, Μ, 271, sc. μέγα, nunc omnes habent quod agant in hoc discrimine. τάχα δ' ἂν καὶ κῦδος Ἀχαιῶν ἔπλετο, fortasse et victoria eorum fuisset, Ν, 676. στυγερὸς δέ οἱ ἔπλετο θυμῷ, et invisus is ei erat, Ξ, 158, coll. 156, ubi est oppositum, ἔχαιρε δέ. et 400, ὅση τῶν ἔπλετο φωνὴ, quantus horum erat clamor. τόδε πολὺ κέρδιον, hoc et mihi et illi commodius est, Ο, 227. sic, τόδε ἀμφοτέροισιν ἄρειον, Τ, 57. ἥ τ' ἔπλετο νείκεος ἀρχὴ, quod erat contentionis initium, Χ, 116. et 185, ἔρξον, ὅπῃ δή σοι νόος ἔπλετο, fac quacunque ratione tibi libet. τοῦ δ' οὔτι μελάντερον ἔπλετο ἔσθος, hac veste atrior erat nulla, Ω, 94. τίς δὲ ὅμιλος ὅδ' ἔπλετο, i. e. πέλει, qualisque hic est conventus, α, 225, pro ἐστί. τί σοι ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο νόημα ἔπλετο, cur tibi hæc sententia in animo versatur, β, 364. ο, 326. κεῖθι δὴ αἰνότατος λόχος ἔπλετο, ibi sane erat molestissimus insidiandi locus, δ, 441. γαλήνη ἔπλετο νηνεμίη, tranquillitas fiebat sine vento, ε, 392. μ, 169. οὐ κύντερον ἄλλο γαστέρι, nihil est impudentius et audacius ventriculo, η, 216. κρατερὴ δέ μοι ἔπλετο ἀνάγκη, nam dura necessitas cogens adest mihi et urget me, κ, 273. ἄπτερος ἔπλετο μῦθος, non prætervolans fuit id verbum, ρ, 57. τ, 29. φ, 386. χ, 398. ἦ μάλα τόδε κέρδιον ἔπλετο θυμῷ, υ, 304, hoc sane omnino vitæ tuæ magis utile erat; coll. 306, ut ergo h. l. θυμὸς vitam denotet, ut sæpe. θηητὴρ καὶ ἐπίκλοπος τόξων, admirator et clandestinus subreptor arcuum est, φ, 397. κεῖται, ὃς αἴτιος ἔπλετο πάντων, jacet qui causa fuit omnium malorum, χ, 48. δωρητοὶ δὲ πέλοντο, donis placari se sinebant, Ι, 522. τριηκόσιοί τε καὶ ἑξήκοντα, ξ, 20. ὅς μοι εὐχωλὴ κατὰ ἄστυ πελέσκεο, qui mea gloriatio mihi eras per civitatem, Χ, 433, imperf. Ionicum, pro ἐπέλου. ὡς καὶ ὀπίσω ἀνθρώποισι πελώμεθα ἀοίδιμοι ἐσομένοισιν, ut et in posterum futuris hominibus fiamus et simus celebres, Ζ, 358. μὴ δὴ νῆας ἕλωσι, καὶ οὐκέτι φυκτὰ πέλωνται, Π, 128, ne et naves capiant, et deinde jam nihil effugii sit; qui versus in proverbium abiit. ὄφρα πέλοιτο Ἕκτορι θερμὰ λοετρὰ, Χ, 443, ut fieret ei balneum. ὅστις ἐλαφρότατος ποσὶ πέλοιτο, Ψ, 749, quicunque velocissimus esset. σοί κ' αἶσχος πέλοιτο, tibi sane turpe esset, σ, 224. μή μοι ὄρνις κακὸς πέλευ, ne mihi malum augurium fias, Ω, 219, et est imperat. præs. m. ionice, pro πέλεσο, πέλεο, πέλου, i. e. γίγνου, πέλε.

πέλωρ, ὁ et τὸ, (Ὄρω) indeclinabile. ingens, admirandus, curam sui injiciens. est vox composita ex πέλας, prope, et ἡ ὤρα, cura; ut notetur talis, qui curas magnas congredientibus aut versantibus secum ciet statim, ob magnitudinem suam. nam staturam maxime respicit hoc nomen, unde quidam et a τὸ ὄρος compositum putant, ὃς ὄρει ἔοικε, quasi ὄρειος, *der einem gebirge gleichet, (like a mountain.)* sed prius præstat. ἀπ' ἀκμοθέτοιο πέλωρ αἴητον ἀνέστη, Σ, 410, de Vulcano, in sensu optimo; reverendus, i.e. magnus. et vides h. l. genus neutrum. ἐφ' ἧς Κύκλωψ εὗδε πέλωρ, ingens et mirandus Cyclops, ι, 428, ubi est genus masculinum. sic et, μ, 87, αὐτῆς (Σκύλλης) φωνὴ μὲν, ὅση σκύλακος νεογιλῆς, γίγνεται, αὐτὴ δὲ αὖτε πέλωρ κακὸς, ubi vides masculinum substantive positum; ipsa vero contra est ingens res mala, etsi vox ejus est instar catuli recens nati: quod convenit aliquando προσώπῳ λεπτοφώνῳ μὲν, κακούργῳ δέ. sic, ἁπαλὰ μὲν λαλοῦντες, κακὰ δὲ ἐνεργοῦντες.

πελώριος, ου. ὁ ἡ. (Ὄρω) ingens, horrendus, curam sollicitam movens. οὗτος δ' Αἴας ἐστὶ πελώριος, ἕρκος Ἀχαιῶν, ingens, et admirationem sui ipsa statura ciens, Γ, 229. sic de eodem, Η, 211. Ρ, 174, 360. οἷός τε πελώριος ἔρχεται, (vadit) Ἄρης, Η, 208. Ἀΐδης, Ε, 395. ἔνθα δ' ἀνὴρ ἐνίαυε (habitabat) πελώριος, ingens et cum horrore mirandus, ι, 187, Polyphemus. et 190, καὶ γὰρ θαῦμα ἐτέτυκτο πελώριον, erat admiratio ingens; idem scilicet Cyclops et per θαῦμα explicatur τὸ πελώριον. τόνδε ἄνδρα πελώριον, hunce virum eximium et admirabilem, Γ, 166, coll. 178, 179. ut ergo h. l. in sensu optimo, sicut et alibi: *diesen ganz bewundernswürdigen und grossen herrn, (this great and illustrious man,)* Agamemnonem scilicet. Περίφαντα πελώριον, Ε, 842, 847. Ἕκτορα, Λ, 819, cujus procera et ampla statura et alibi laudatur. Ἄρης δ' ἐν παλάμῃσι πελώριον ἔγχος ἐνώμα, ingentem hastam, Ε, 594. τολμήσεις Διὸς ἄντα πελώριον ἔγχος ἀεῖραι, Θ, 424, de Minerva. Ἀχιλῆα, Φ, 527. Χ, 92. Ὠρίωνα, λ, 571. et 593, λᾶαν, saxum ingens et mirandum; de Sisyphi saxo. τεύχεα δὲ χρύσεια (inaurata) πελώρια, θαῦμα ἰδέσθαι, ingentia, Κ, 439, nam et ipse Rhesus erat vir amplissimæ staturæ. sic et de armis Achillis, quæ Hector Patroclo cæso exuerat, Σ, 83. collatis sequentibus: et ex h. l. maxime elucet vis hujus nominis. κύματά τε τροφόεντα, πελώρια, ἶσα ὄρεσσιν, γ, 290, fluctusque tumidos; ingentes et horribiles, æquales montibus: et hic locus quibusdam dedit occasionem, quasi poëta innuat etymologiam, hoc nomen a πέλας ὄρους, instar montis, compositam censere: cum tamen nil nisi explicatio sit veræ vocis notionis, grande quid et eximium significantis. hinc est ἡ Πελωρὶς, promontorium Siculum, ob magnitudinem sic vocatum. αἱ πελωρίδες vero sunt ὄστρακόν τι, μεῖζον χήμης, εἶδός τι χήμης μεγάλης: et fortasse a figura ista promontorium illud nomen accepit. πέλωρον κακὸν est magnum malum, quod et κακὸν ἠλίβατον. etiam Jupiter habet epitheton ὁ Πέλωρος, et Πελωρία ἑορτὴ Jovis inde dicta, de qua vide Athenæum.

πέλωρος, ου. ὁ ἡ. (Ὄρω) idem. est ab hoc τὸ πέλωρ, indeclinabile, per apocopen videtur ortum. δεισάντων (timentibus iis et horrentibus) φθόγγον τε βαρὺν, αὐτόν τε πέλωρον, sc. Cyclopem, ipsum ingentem et horribilem, ι, 257. αἰετὸς, χῆνα (anserem) φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον, eximium et valde magnum, ο, 161, quæ magnitudo anseris in hoc augurio notabat τὸ τῶν

ἀνηστήρων ὑπερφίαλον. Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου, Gorgo ipsa efficta, quæ erat horrendæ figuræ; E, 741, ubi sermo est de ægide, in qua erat id caput. συνδήσας πόδας δεινοῖο πελώρου, κ, 168, ubi sermo est de occiso in venatione cervo, qui jam erat asportandus, valde magnus et admirabilis. Γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο, λ, 633, ubi re vera notat ὅλην Γοργόνα ipsam. αἰετὸς, δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον, ingentem, M, 202, 220. ὡς οὖν δεινὰ πέλωρα θεῶν εἰσῆλθε ἑκατόμβας, B, 321, cum igitur hoc horribile monstrum, unus ille ingens draco, ingressum est et intervenit inter sacrificia magna diis facta. ἐπεὶ ἴδον αἰνὰ πέλωρα, κ, 219, ubi sermo de sociis Ulyssis, expavefactis, cum viderunt ingentes feras, leones et lupos, in atrio Circes obversantes cicures. apparet ergo, esse nomen magnitudinis; non vero contumeliæ alicujus, quæ in genere apud poëtam non temere est quærenda, utpote politissimum, et ad laudes proniorem, mala quoque alicujus libenter dissimulantem.

πεμπάζω, f. άσω. (Πνέω) in quinarios divido et numero, *ich theile ab oder zähle nach fünfen und fünfen, (I divide into or count by fives.)* deinde in genere, numero, dinumero, *ich zähle, (I count.)* proprie ergo est, κατὰ πέμπε, i. e. πέντε ἀριθμέω, deinde, ut species pro genere, ἀριθμέω. nam prisci simplices ad quinque digitos numerabant. ἐπὴν πάσας πεμπάσεται, δ, 412, si omnes numeraverit.

πεμπταῖος, α, ον. (Πνέω) quintanus. πεμπταῖοι δὲ Αἴγυπτον ἱκόμεθα, ξ, 257, quintani venimus ad Nilum, *den fünften tag drauf, (the fifth day afterwards.)*

πέμπτος, η, ον. (Πνέω) quintus, *der fünfte, (the fifth.)* πέμπτης ἦρχε στιχὸς, Π, 197, coll. 171, seqq. πέμπτῳ φιάλην, Ψ, 270, coll. 265, seqq. et 351, Μηριόνης δ' ἄρα πέμπτος. et 615, πέμπτον ἄεθλον, quintum præmium. τῷ δ' ἄρα πέμπτῳ, sc. ἤματι, die quinto, ε, 263. ἐγὼ πέμπτος μετὰ τοῖσιν, ι, 335. πέμπτον ἔτος, ω, 308.

πέμπω, f. ψω. (Ἕπω) deduco aliquem, sequor quem aliquo comes et deductor. quasi τῇ ἕπω, interserto μ. deinde ex hac prima notione fluxit et, mitto in genere, sequi facio, comitari facio. τὴν σὺν νηῒ Ἀχαιοὶ ἐς Χρύσην πέμπουσι, A, 390, hanc navi Achæi in urbem Chrysen (coll. 37.) deducunt, comitatu satis amplo. et 184, τὴν μὲν ἐγὼ σὺν νηΐ τ' ἐμῇ καὶ ἐμοῖς ἑτάροισι πέμψω, deducendam eam curabo et reducendam. ἀλλ' ἕταρον πέμπω πολέσι μετὰ Μυρμιδόνεσσι, Π, 240, at amicum mitto cum exercitu Myrmidonum. Ἕκτωρ δὲ πρὸς ἄστυ δύω κήρυκας ἔπεμπε, mittebat eos in urbem, Γ, 116. πέμπε (ἔπεμπε) δέ μιν Λυκίηνδε, in Lyciam proficisci jubebat eum, Z, 168. et 207, πέμπε δέ μ' ἐς Τροίην, misit me ad Trojam, cum militibus; *liess mich dahin gehen, (sent me thither.)* ἤματι τῷ, ὅτε σ' ἐκ Φθίης Ἀγαμέμνονι ἔπεμπε, I, 253, te, O Achilles, pater tuus. sic et 439. et 438, σοὶ δέ μ' ἔπεμπε γέρων Πηλεὺς, tibi autem me comitem et deductorem una ire jubebat senex. quo loco utraque notio est juncta: *gab mich dir zur geleitung mit, als er dich zum Agamemnon ziehen hiess, (ordered me to accompany thee when he sent thee to Agamemnon.)* et hoc innuit, Achillem reconciliari debere regi, utpote cui a patre missus sit. sic et Λ, 765, ἤματι τῷ, ὅτε. πέμπε δέ μιν πομποῖσιν ἅμα κραιπνοῖσι φέρεσθαι, Π, 681, deducendum vel deportandum eum dedit cum deductoribus et deportatoribus velocibus: et sermo est de mortuo Sarpedone, deportando in patriam terram. coll. 671, ubi idem πέμπε, cum his verbis, est imperativus, deportandum eum committe his: *gieb ihm diese zu geleitern, dass sie ihn bringen, (give him into their charge, that they may carry him.)* τὸν μὲν ἔπεμπε σὺν ἵπποις ἐς πόλεμον, Σ, 237, hunc a se dimisit cum equis ad bellum. et 452, πέμπε δέ μιν πόλεμόνδε, πολὺν δ' ἅμα λαὸν ὄπασσεν, multos milites eum sequi jussit. ἕταρον γὰρ ἀμύμονα πέμπε ἄϊδόσδε, Ψ, 137, amicum enim egregium ad sepulturam comitabatur, *begleitete ihn in procession zur beerdigung, (attended his obsequies.)* hinc est recentiorum significatus τῆς πομπῆς, *eine feierliche procession, ein aufzug, (a solemn procession, train:)* et ut πέμπειν ponant ἐπὶ θριαμβικῆς προελεύσεως, de pompa triumphali. hinc est et ὁ νεκροπομπὸς, deductor manium, Mercurius, qui et ψυχοπομπὸς dicitur, ω, 1, seqq. τὴν μὲν Ἀχιλλῆος υἱέϊ πέμπεν, unam filiam Achillis filio elocabat, δ, 5, et 8, τὴν ἄρα ὅγε (Μενέλαος) ἔνθα (eo) ἵπποισι καὶ ἅρμασι πέμπε νέεσθαι Μυρμιδόνων πρὸς ἄστυ, deducendam curabat. et 799, πέμπε δέ μιν (somnium) πρὸς δώματα Ὀδυσσῆος, dimisit, ire jussit. πέμπε δ' ἐπὶ σχεδίης, η, 264, dimisit me in navigio ex tempore facto. τὸν κριὸν ἀπὸ ἕο πέμπε θύραζε, arietem a se foras dimisit, ι, 461. Ἀρήτη δ' ἄρα οἱ δμωὰς ἅμ' ἔπεμπε γυναῖκας, comites ei addidit ancillas, ν, 66, 68. et 206, ὅς κεν μὲ φίλει καὶ ἔπεμπε νέεσθαι, cum comitatu me remisisset in patriam, *hatte mich nach hause geleiten und bringen lassen, (he sent me home with an escort.)* ὅς μιν πρόφρων ὑπέδεκτο, καὶ ἔπεμπε, ψ, 315, de Æolo, dimittente Ulyssem, comite vento dato. οἵτε (Phæaces) καὶ ἄλλους ἀνθρώπους πέμπουσι, π, 228, datis navibus et comitibus deportant. sic et ν, 188. ἔπεμπον δὲ θεῶν ἱερῆας ἀρίστους, ἐξελθεῖν καὶ ἀμύνειν, delegant ad eum cum pompa celebri principes sacerdotum, ut exeat et defendat patriam, I, 571. οἱ δ' ἅμ' Ἀχιλλῆϊ πέμπον ἔπεσθαι εἰς Ἴλιον, hi eum comitem dederunt Achilli, ut cum eo proficisceretur ad Trojam, Π, 575. χαίροντα χαίροντες ἔπεμπον εἰς Ἰθάκην, τ, 461, lubentem lubentes cum comitibus et deductoribus dimiserunt in Ithacam. οἴκόνδε ἄγειν ἕκαστον ἔπεμπον ἁλιεῦσι, ω, 418, tradiderunt piscatoribus deportatoribus, qui quemque veherent domum. ὅ,τι κακὸν πέμπῃσιν ἑκάστῳ, quodcunque malum injungat et comitem det cuique, Jupiter, O, 109. ἦ πέμπωμεν (αὐτοὺς) ἱκάνειν ἄλλον, an abducamus eos ut veniant ad alium, δ, 29. ὄφρα

nibus est. et 230, ὅσσοι ἂν περιλίπωνται στυγεροῖο, quotquot reliqui facti fuerint ex prœlio. et 423, οὐ λήξω (non desinam, inquit Achilles) πρὶν Τρῶας ἄδην ἐλάσαι πολέμοιο, antequam eos satis agitaverim prœliando; et genitivus pertinet ad adverbium: ut plene sit, κατὰ τὸ ἄδην πολέμου. ἄρχειν δυσηλεγέος ὤκνεον ἀμφότεροι, uterque pigrabatur initium facere funesti prœlii, Υ, 154. κὲν δὴ πάλαι ἄμμες (ἡμεῖς) ἐπαυσάμεθα πτολέμοιο, jam diu destitissemus, Φ, 432. et 487, εἰ δ' ἐθέλεις πολέμοιο δαήμεναι, quod si vis pugnæ periculum facere, pro δαῆναι: et deest huic protasi ἡ ἀπόδοσις, quæ sequitur ipso facto, 489—492. οὐδὲ δύνανται ἴσχειν πολέμου αὐτοὺς, non possunt eos continere a pugnando, Ω, 404. φυλόπιδα στήσειν πολυάϊκος πολέμοιο ἐν Ὀλύμπῳ, λ, 313, certamen instituturi pugnæ varios impetus habentis. ἔκριναν μέγα νεῖκος ὁμοιΐου πολέμοιο, σ, 263, decernere et dijudicare solent magnam contentionem consertæ pugnæ. οὐδέ κε παυσάμεθα πτολέμου, neque sane desiissemus pugnando, ω, 42. et 43, ἐπεί σε ἐπὶ νῆας ἐνείκαμεν ἐκ, postquam te ex pugna in castra nostra nautica pertulissemus. et 542, ἴσχεο (*halte inne*) (*restrain*) παῦε δὲ νεῖκος ὁμοιΐου. et 530, ἴσχεσθε πτολέμου, Ἰθακήσιοι, ἀργαλέοιο, continete vos a pugna difficili. ἠμὲν ἐνὶ πτολέμῳ (in pugna) ἠδὲ ἀλλοίῳ ἐπὶ ἔργῳ, *oder bey einer andern verrichtung, (or in any other employment,)* Δ, 258, fortasse dextrum cornu in prœliis mandans ei tuendum. δηΐῳ ἐν, Ε, 117. Τρώων ἀντὶ ἑκατόν τε καὶ διηκοσίων τε ἕκαστος στήσεσθαι ἐν, singuli contra centenos vel ducenos staturi in pugna, Θ, 234, sic enim gloriati fuerant Græci apud vinum et in castris. πέρι μὲν πολέμῳ ἔνι καρτερός ἐσσι, Ι, 53. οὔπω πάντες ὁμοῖοι ἀνέρες ἐν, Μ, 271, ubi conf. ἀνήρ. ὅσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον (novies mille clamare possunt) ἢ δεκάχιλοι ἀνέρες ἐν, Ξ, 149. ἀλλήλοισιν ἄντεσθαι ἐν, occurrere sibi invicem, concurrere signis infestis, Ο, 698. μηδὲ ἐπαγαλλόμενος πολέμῳ καὶ δηϊοτῆτι, lætitia elatus in pugna, Π, 91. et 591, ἢ ἐν ἀέθλῳ ἠὲ καὶ ἐν πολέμῳ, sive in certamine ludicro, sive et in prœlio serio. ἄλγεα ἔπασχον ἠέρι καὶ πολέμῳ, a nebula caliginosa et a prœlio, Ρ, 376. τοῖος ἐὼν οἷος οὔτις Ἀχαιῶν ἐν, Σ, 106. ὅτε κέν τις ἐναντίβιον θεὸς ἔλθῃ ἐν, Υ, 131. ὅς τε ἔθανε ἐν, Φ, 610, in opp. ad fugientem e prœlio et incolumen adhuc. πολλὰ ἔπαθον καὶ πολλὰ ἐμόγησα κύμασι καὶ πολέμῳ, in undis et in bello, ι, 224. sic, ρ, 285, ἐπεὶ κακὰ πέπονθα (passus sum) κύμασι καί. et his duobus nominibus comprehendit omnem fere Iliadem et Odysseam. οὐδὲ λίην ἄλκιμος (fortis) ἐν, κ, 553. τοῖος ἔα (talis eram) ἐν, ξ, 222. ἄπρηκτον πόλεμον πολεμίζειν, Β, 121, pugnare in cassum, *fechten und nichts dadurch auszurichten, (to fight to no purpose.)* phrasis Attica. sic et Γ, 435, Μενελάῳ ἀντίβιον, contra eum pugnare; et ibi de μονομαχίᾳ sermo est: *wider und mit dem vor der faust zu kämpfen, (to fight him in single combat.)* εἰ δέ κε πόλεμον φθισήνορα δύης, si pugnam viros perdentem inieris, Ι, 600. sic, στείχειν εἰς φθισήνορα, Λ, 331, et Ξ, 43, λιπὼν φθισ. ἵππους ἐς πόλεμον πεπληγέμεν, Π, 728, equos et currum versus aciem dirigere verberibus. νῦν μὲν παύσωμεν πόλεμον καὶ δηϊοτῆτα, Η, 29, cessare faciamus pugnam hodie. et 36, πῶς μέμονας πόλεμον καταπαυσέμεν ἀνδρῶν, quomodo constituisti, te compositurum esse pugnam. et 331, σὲ χρὴ πόλεμον μὲν ἅμα ἠοῖ παῦσαι Ἀχαιῶν, oportet te pugnam prima luce cohibere. θαυμάζων ἧστο πτόλεμόν τε μάχην τε, Ν, 11. sic, νηῶν ἀπώσασθαι, a navibus i. e. castris arcere pugnam, Π, 251. δείδοικας πόλεμον καὶ δηϊοτῆτα, Μ, 244, collato 248. et 249, ἀποτρέψεις πολέμοιο. λιπὼν π. καὶ δηϊοτῆτα, Ν, 250. sic, οἳ Τρωσὶν ἀμύνουσιν, Υ, 124, qui a Trojanis defendere solent pugnam. αἵτε ἀνδρῶν πόλεμον κατακοιρανέουσι, Ε, 332, dearum, quæ in prœliis imperant. λιπὼν πόλεμον θρασὺν, Ζ, 254, relinquens prœlium audax. sic, ὁρμαίνοντες θρασὺν, concitantes, Κ, 28. πόλεμόν περ ἀλαλκὼν, licet propulsaveris pugnam, Ι, 601. σὺν δ' ἔβαλον Λαπίθαι πόλεμον καὶ δηϊοτῆτα, commiserunt prœlium, Μ, 181. et 322, εἰ μὲν γὰρ περὶ τόνδε φυγόντες, si quidem hoc prœlium vivi effugientes. πόλεμόν τε κακὸν καὶ φύλοπιν αἰνὴν ὄρσομεν, Δ, 15. ἀνδύεται κακὸν, detrectat, Ν, 225. δῦναι, Ξ, 62. et 100, οὐ γὰρ Ἀχαιοὶ σχήσουσιν. ἣν περ γὰρ πόλεμόν γε φύγῃ πολύδακρυν Ἀχαιῶν, Χ, 487. πολεμόν τε κορύσσων, pugnam armans, Β, 273, ubi πόλεμος ponitur quasi πρόσωπόν τι, quod galea armatur. potest tamen et subintelligi εἰς. ἄλοχος ὥρμησέ με εἰς, Ζ, 338. φορέειν ἐς, Ο, 533, ferre thoracem in pugnam. ἀλίαστον ἔγειρε, Υ, 31. et 329, Καύκωνες μεταθωρήσσοντο, armabantur ad pugnam. πόλεμόνδε, Β, 443, 589, 872. Δ, 264, 428. Η, 209. Θ, 313, 400. Λ, 683, 797. Ν, 298. Ξ, 128. Ο, 577. Ρ, 383. Σ, 452. Υ, 32. Φ, 39. πόλεμόν τε πεφευγότες ἠδὲ θάλασσαν, α, 12. et 238, ἐπεὶ πόλεμον τολύπευσε, cum administrasset et obiisset pugnam bene. sic δ, 490. ξ, 368. et ω, 95, τολύπευσα, i. e. κατεργασάμην. πόλεμον θρασὺν ὁρμαίνοντες, δ, 146. αἰνότατον τολμήσας, θ, 519, ἢ ἕπεται ἐς πόλεμον πρόμος ἔμμεναι, λ, 492, num una it in pugnam sic ut in prima acie pugnet? ὁρμήσειε Κρονίων σήμερον, σ, 375. ἐποτρύνει κακὸν, χ, 152. κακὸν καὶ φύλοπιν αἰνὴν τεύξεις, ω, 474. αἰεὶ γάρ σοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε μάχαι τε, Ε, 891, conf. ἔρις. αἰεί μοι νῆες φίλαι ἦσαν, καὶ πόλεμοι, ξ, 225. πάλαι πολέμων εὖ εἰδὼς, Δ, 301, olim pugnarum bene peritus: re scilicet ipsa, cum esset junior: at nunc senex re ipsa quidem non pugnat, novit tamen consilium bene pugnandi dare. τολυπεύειν ἀργαλέους πολέμους, Ξ, 87. ἀνδρῶν τε πτολέμους, Ω, 8, sc. τολυπεύων, 7, vel ἀνύων. sic et θ, 183. ν, 91, 264, pugnas contra viros fortes. Vide Πόλεμος in R.

πολεύω, f. εύσω. (Πέλω) versor, habito, sum in urbe et civitate. nam et ἡ πόλις est ab eodem themate. est ergo idem quod πολέω. οὐδὲ ἄλοχον ἐάσομεν κατὰ ἄστυ πολεύειν, neque uxorem tuam sinemus in urbe habitare, χ, 223, et huc pertinet et præcedens θύγατρας: nam ζώειν ad solos υἷας pertinet.

πολέω et πωλέω, f. ήσω. (Πέλω) verto, verso, ago: *ich kehre, wende, treibe, (I turn, wind, drive.)* est alibi differentia horum duorum verborum, ut πολέω sit, verto, ago; et πωλέω, vendo. sed re vera est unum idemque: nam venditio fiebat per commutationes; et Germani eandem rem exprimunt per, *verkehren, verkehr, trieben, (to traffic, to drive a trade.)* Homerus præterea verbum πολέω constanter per ω ponit, et in media forma, πωλέομαι, versor, ἀναστρέφομαι, frequenter sum vel venio. fit hoc verbum a πέλω, unde ὁ πόλος, qui vertit se et circumagit; inde πολέω et πωλέω. specialiter notat aro, *ich pflüge, (I plough;)* pasco, *ich hüte vieh, (I tend cattle.)* οἱ δ' εἰς ἡμέτερον (attice pro, ἐν ἡμετέρῳ, sc. δόμῳ) πωλεύμενοι ἤματα πάντα, versantes quotidie, β, 55. ρ, 534, ionice pro πωλούμενοι. sic et, οὔτι ἑκὼν (nequaquam libens et sponte) ἐς σὸν δόμον πωλεύμην, χ, 352, pro ἐπωλούμην, in tua domo frequens versabar, συνανεστρεφόμην. οὐδὲ μετ' ἄλλους πωλεῖται, neque cum aliis versatur, ι, 189, vel potius πωλεῖτο, versabatur, omisso augmento. πωλεῖταί τις δεῦρο γέρων, versatur hic crebro senex aliquis, δ, 384. quanquam suspicari licet ex hoc loco, πωλεῖσθαι εἰς τινὰ τόπον, esse, adsidue et frequentissime venire aliquo: ut Saxones dicunt, *an einem orte wanken, (to frequent a place,)* i. e. frequenter ibi obire, et habitare quasi: ut Attica illa permutatione τοῦ εἰς pro ἐν opus non sit. οὔτε ποτ' εἰς ἀγορὴν πωλέσκετο, οὔτε ποτ' εἰς πόλεμον, neque unquam in concionem veniebat, neque in aciem, A, 490, Ionicum imperf. m. pro ἐπωλεῖτο, quasi a πωλέσκομαι. et E, 788, ὄφρα μὲν ἐς πόλεμον πωλέσκετο δῖος Ἀχιλλεύς, quamdiu ad pugnas itabat, pugnis intererat, ille. ἐπὶ Ἐνιπῆος πωλέσκετο καλὰ ῥέεθρα, ad pulcra fluenta Enipei amnis frequens versabatur illa fœmina, utpote quæ adamaverat hunc fluvii præsidem, λ, 239, habitabat ibi, itabat eo. εἰ δὲ σύ γ' ἐς πόλεμον πωλήσεαι, si tu vero tamen in prœlium aliquod veneris vel ieris, E, 350. τί, κασιγνήτη, δεῦρο ἤλυθες; οὔτι πάρος γε πώλε', quid, soror, huc venisti? non sane antea crebro veniebas, δ, 811, pro ἐπωλέεσο, extruso Sigma ἐπωλέεο, ut sit imperfectum per apocopen duarum vocalium; vel potius aor. 2. m. ἐπωλόμην, ἐπώλεσο, unde ἐπώλεο, et per apocopen unius vocalis, omissoque augmento. nisi mavis statuere verbum πώλομαι pro πωλέομαι, ut inde sit imperf. ἐπωλόμην, ἐπώλεσο,

πολίζω, f. ίσω. (Πέλω) urbem facio et condo; urbem munio, ut sit in qua tuto versari possint incolæ: agri enim patent incursionibus subitis. ἐγὼ καὶ Φοῖβος ἥρῳ Λαομέδοντι πολίσσαμεν, pro ἐπολίσαμεν, inquit Neptunus, H, 453, munivimus ei urbem; et respicit τὸ τεῖχος. οὔπω Ἴλιος ἱρὴ ἐν πεδίῳ πεπόλιστο πόλις ἀνθρώπων, Υ, 217. est ergo ab ἡ πόλις, quæ nomen habet a πολέω, i. e. περιστρέφω: ut πολίζειν in specie sit, circumdare munimentis habitationem, *eine burg machen, (to build a castle.)*

πολιήτης, ου. ὁ. (Πέλω) urbanus, oppidanus: civis. idem ac πολίτης. interserto η. κοσμησάμενος πολιήτας, B, 806, ordinans et instruens in acie cives suos. fœmininum est ἡ πολῖτις et πολιῆτις, ιδος. ψάμαθοι πολιήτιδος ἀκτῆς, Eurip. Hipp. 1126.

πολιοκρόταφος, ου. ὁ ἡ. (Κέρω) canus circa tempora. nam ibi incipit coma canescere. a πολιὸς, canus. παῖδας πρωθήβους, πολιοκροτάφους τε γέροντας, Θ, 518, i. e. incipientes senes, quia γέροντες ἐκεῖθεν, ὡς τὰ πολλὰ, πολιοῦσθαι ἄρχονται.

πολιός, ὰ, όν. (Πέλω) canus, *grau, weiss haar vor alter, (hair that is gray or white with age.)* deinde in genere, albus, candidus, *weiss, (white.)* proprie ponitur de pilis, quando in alium colorem versi sunt ac in juventute habuerant: nam nomen est a πολέω, verto. πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον, canumque mentum, X, 74. Ω, 516. πολιὰς τρίχας ἀνείλκετο χερσὶ, vellebat sibi canos præ luctu, X, 77, *raufte sich die grauen haare, (tore his grey hair,)* quæ et simpliciter dicuntur αἱ πολιαὶ, vel ἡ πολιά. κόνιν χεύατο κακκεφαλῆς πολιῆς, *streuete erde auf sein graues haupt, (scattered dust on his gray head,)* ω, 316, in luctu. et 498, καί πολιοί περ ἐόντες, ἀναγκαῖοι πολεμισταὶ, de senibus, arma sumentibus re cogente. ῥινὸν πολιοῖο λύκοιο ἕσσατο ἔκτοσθεν, corium cani lupi induebat sibi exterius, K, 334, *nahm den pelz eines grauen wolfes um, (threw over him a gray wolf-skin.)* πολιὸς σίδηρος, candidum ferrum, politum probe, λευκὸς τῇ σμήξει, I, 366. Υ, 261. φ, 3, 81. ω, 167. conf. σίδηρος. nam per πολιὸν ibi intelligere πολιτικὸν, ἢ ἔντιμον, ἢ πολὺν, quæsitum nimis esset. *blank von reiben und poliren, (bright with rubbing and polishing.)* θῖνα ἁλὸς πολιῆς, A, 350. ad littus cani maris: et intelligitur hoc epitheto proprie mare ad littus, ubi spumæ albent, et ubi aqua ipsa videtur magis alba quam in alto, ubi fere nigricat. deinde et, ab hac parte, mare totum, et quia fluctus superne albescere solent. et 359, ἀνέδυ πολιῆς ἁλὸς, Thetis, prope littus. πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης, Δ, 248, i. e. λευκῆς ad oram littoris. πολιῆς ἁλὸς, M, 284. N, 352. O, 619. T, 267. Φ, 59. Ψ, 374. β, 261. δ, 405. πολιὴν ἅλα ναίειν, O, 190. ἔτυπτον ἐρετμοῖς, δ, 580. ι, 204. πολιοῦ ἁλὸς, Υ, 229. ε, 410, ubi attice in genere communi positum adjectivum. notat ergo in mari τὸ λευκὸν διὰ τοὺς ἀφροὺς. Senex πολιὸς dicitur etiam ἀλωπόχροος, ὁ, quasi vulpicolor.

πόλις, et attice πτόλις, ιος et εως. ἡ. (Πέλω) urbs, *die stadt, (a city:)* civitas, *der staat, die nation in der form eines ordentlichen staates, (the state, a nation forming a regular state.)* nomen est a πολεῖν, versari cum multitudine. laus urbis bonæ prædicatur sub exemplo, I, 149—156, si habet εὐπόρους οἰκήτορας, καὶ εὐπειθεῖς τῷ ἄρχοντι, si est οἰκουμένη εὖ, frequens habitatoribus et bene ædificata; si est ἀγχίαλος, vel saltem prope ad fluvium navigabilem. et 587—590, descripta est πόλεως ἅλωσις, expugnatio urbis, breviter quidem sed μεγαλο-

φόνως: nam tunc fit πολιτῶν φόνος, πατρίδος ἀφανισμὸς, τῶν φιλτάτων ἀπαγωγή. sola posita vox πόλις, excellentiam notat. hinc Alexander, φιλόμηρος, suam Alexandriam Ægyptiacam primum κατ' ἐξοχὴν vocavit πόλιν, sic ut et diu postea πόλις et Ἀλεξάνδρεια idem significaverit: deinde Roma sibi hoc nomen, et denique ἡ Κωνσταντινούπολις, vindicavit. sic Homerus Trojam vocat πόλιν, Β, 367. hinc et Ulysses πτολίπορθος dicitur, non quasi multas ceperit urbes, sed quod hanc unam, ὡς πορθητὴς διὰ τοῦ δουρείου ἵππου (equo ligneo) τῆς ἰδίως οὕτω λεγομένης πόλεως, i. e. Τροίας. πόλις et ἄστυ sunt idem (vide ἄστυ), quod apparet ex ζ, 177, 178: magis etiam ex ξ, 472, 473. nam priore illo loco possit videri, πόλιν esse civitatem, ἄστυ vero urbem. πόλις ἄκρη est eadem quæ ἡ ἀκρόπολις, i. e. pars urbis excelsior, et maxime munita; simul et, ubi princeps residet, aut ubi templum est augustissimum: et hæc omnia in supremo cacumine aliquo. hinc olim locus condendæ urbis sic capiebatur, ut adjaceret collis vel clivus, in quem πόλις ἄκρη condi posset. sic Romæ Capitolium. et istæ ἀκροπόλεις, semper erant sacræ, et præcipuorum deorum templa ibi, maxime Minervæ cum Jove et Junone; quia prudentia legislatoria et imperatoria est directrix et conservatrix civitatum. νηὸν Ἀθηναίης ἐν πόλει ἄκρῃ, Ζ, 88. et 257, ἐξ ἄκρης πόλιος Διῒ χεῖρας ἀνασχεῖν, ubi simul vides, Jupiter ipse non putabatur habitare ibi, sed adorantes eum, ex eo loco manus tollebant ad eum. et 317, ubi vides Priamum et filios ejus habuisse ἐν ἄκρῃ πόλει domus et sedes suas. et hæc Troica acropolis nomine proprio vocabatur ἡ Πέργαμος, coll. Ε, 446—448, 460. et ἀκροτάτη πόλις, Υ, 52, eadem est quæ ἄκρη. sic et Χ, 172. cæterum dicere, πόλις ἄκρη, pro ἀκρόπολις, est διάλυσις ἢ μετατύπωσις; si compositum nomen resolvitur in sua simplicia. sic, ἡ μέση ποταμῶν, sc. γῆ ἢ χώρα, pro Μεσοποταμία, λευκὴ πέτρα pro Λευκοπέτρα, κενὴ δόξα pro κενοδοξία, opinio vana; θέας ἄξιος (spectatu dignus) pro ἀξιοθέατος, ζῷα γραψάμενος pro ζωγραφήσας ἢ ζωγράφος, pictor, δρυὸς ἄκρα pro τὰ ἀκρόδρυα, poma, τέλη λύειν pro λυσιτελεῖν, vectigalia et reditus solvere, ὁδοῦ ἡγούμενος pro ὁδηγὸς, dux itineris, σῖτον ἐπαρκεῖν pro σιταρκεῖν, satis frumenti suppeditare, εὖ γεγονὼς pro εὐγενὴς, nobilis natu, etc. πόλις Πριάμοιο ἄνακτος, i. e. Troja, Δ, 18. Μ, 11, 15. Θόαντος, Ξ, 230, conf. Λῆμνος in R. Μύνητος, Τ, 296, conf. Μύνης. Τρώων, Δ, 4. Π, 69, i. e. Τρῶες, πολῖται. βροτῶν, ι, 101, ubi in lato sensu quamvis cohabitationem hominum notat, et locum ubi homines una versantur. ex quo simul etymon apparet. πόλιν Τροίην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι, Α, 129. et 366, ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος· εὐρυάγυιαν Τρώων, Β, 12. ἄμβατός ἐστι πόλις, adscensu et accessu facilis est, Ζ, 434. Πριάμοιο ἄνακτος ἀπόρθητος πόλις ἔπλε, Μ, 11. et 15, πέρθετο. εὖ ναιομένη ὑμὴ (vestra) ἀλοῦσά τε περθομένη τε, Ν, 815. πύργοις ἀραρυῖα, Ο, 737, muris munita. πόλιν εὐτείχεα πέρσας, Π, 57. Τρώων τε πόλις, i. e. Troja, Υ, 60. et 217, οὔπω Ἴλιος ἱρὴ ἐν πεδίῳ πεπόλιστο πόλις μερόπων ἀνθρώπων, nondum in plano urbs hominum facta erat; nam antiquiores habitaverant in montibus altis circa. προτὶ ἄστυ, πόλις δ' ἔμπλητο, ibant ad urbem, et urbs complebatur, Φ, 607, ubi manifesta est synonymia. πόλις ἥδε κατ' ἄκρης πέρσεται, Ω, 728, hæc urbs a culmine evertetur. πόθι σοὶ πόλις ἠδὲ τοκῆες, ubi est tibi civitas et parentes, i. e. cujas es, α, 170. κ, 325. ξ, 187. ο, 264. τ, 105. ω, 297. ἐπὴν πόλις ἀμφικαλύψῃ δουράτεον μέγαν ἵππον, Θ, 511. Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε, λ, 14. Κνωσσὸς, μεγάλη, τ, 178. ἔστι πόλις, Ἐφύρη, Ζ, 152, in narrationis initio. ἕκαθεν πόλιος, procul ab urbe, Ε, 791. Ν, 107, et hic genitivus est Ionicus et antiquissimus. ἰθὺς πόλιος, recta ad urbem, Φ, 540. et 563, ἀπαειρόμενον, abeuntem ab urbe. et 608, ἐκτὸς, extra. μοῦνον ἀποτμήξας πόλιος, solum eum intercludens ab urbe, Χ, 456. et 464, πρόσθεν, ante urbem. ἐπεὶ οὖν κατέβαν, nam in colle sita erat, Ω, 329. ἐπὴν πόλιος ἐπιβήσομεν, quando accesserimus ad urbem, ζ, 262, ubi descriptio pulcræ urbis interserta usque ad 269, et apodosis ad ἐπὴν sequitur demum 273. ὅστε ἧς πρόσθεν πόλιος λαῶν τε πέσῃσι, qui pro urbe sua et civibus suis pugnans ceciderit, Θ, 524, coll. 525, οὐδὲ πόληος εἶα ἱεμένους ἐπιβαίνειν, neque sinebat cupidos eos ad urbem accedere, Π, 396, qui genitivus conflatus est ex Attico πόλεως et Ionico πόλιος, ε deinde mutato in η ob metrum et itidem ionice. et 549, ἐπεί σφισιν ἕρμα πόληος ἔσκεν, quia illis is erat columen urbis. τεῖχος ἐϋδμήτοιο πόληος, murus bene ædificatæ urbis, Φ, 516. ἐξελθόντα, Χ, 417. ἐπ' ἀγροῦ, νόσφι πόληος, ad terram, remotam ab urbe, α, 185. ω, 307, ut notetur locus non ad urbem pertinens, sed solitarius. ἡμεῖς δ' ἕρμα πόληος ἀπέκταμεν, nos vero stabilimentum civitatis occidimus, ψ, 121, ubi Ulysses sic vocat procos a se interfectos; additque, οἳ μέγα ἄριστοι κούρων εἰν Ἰθάκῃ, nobilissimos juvenum. et 372, θοῶς ἐξῆγε, celeriter eduxit ex urbe eum. λιμὴν ἑκάτερθε πόληος, portus ad utramque partem urbis, ζ, 263, nam urbs ædificata erat circa portum, ut introëuntibus in portum esset urbs ad dextram et sinistram. μέγα χάρμα πόλει τ' ἦν παντί τε δήμῳ, Ω, 706. et 707, οὐδέ τις αὐτόθι εἰνὶ πόλει λίπετο. ὄρος πόλει ἀμφικαλύψειν, obruere urbem monte, Θ, 569. ν, 152, 158, 183. ἀμφιήλασε τεῖχος πόλει, ζ, 9, collatis sequentibus. πατρί τε σῷ μέγα πῆμα, πόληΐ τε, παντί τε δήμῳ, Γ, 50. πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει, Ι, 589. Τρώων εὐρυάγυιαν, Ξ, 88. δ, 246, 249. ἐκπέρσουσι εὖ ναιομένην πόλιν ὑμὴν, vastabunt bene habitatam urbem vestram, Ε, 489. sic, ἐξέπερσεν εὖ ναιετάωσαν, Ζ, 415. ἔπραθον, expugnassent urbem, Σ, 454. πτόλιν Ἠετίωνος ὀλέσας, Ι, 188, cum perdidisset. ἤ καταλείψουσιν πόλιν ἄκρην, Χ, 383, arcem; per quam simul significat urbem reliquam. ἑλὼν, Π, 153. et 830, κεραΐζειν ἀμὴν, i. e. ἡμετέραν, te superaturum esse nostram urbem. ἀνδρῶν, Ρ, 737, ubi ἐμπρησμὸν αὐτῆς describit breviter, sicut alibi ἅλωσιν. Τρώων, Ι, 412. Ξ, 251. Π,

708. γ, 85. Πριάμοιο, X, 165. A, 19. αἰπὴν, in clivo sitam, N, 625. εἶσι ἐς, vadit in urbem, Ψ, 835. ἵκετο αὐτὴ, ξ, 265. πόλιν κατὰ, in urbe, in civitate, ο, 408. ἐγὼ Τρώεσσι πόλιν καὶ τεῖχος ἔδειμα, Φ, 446, inquit Neptunus, et addit, εὐρύ τε καὶ μάλα καλὸν, ἵνα ἄῤῥηκτος πόλις εἴη. et 584, πέρσειν. ἀλαπαζομένην τε κεραϊζομένην τε, Ω, 245. ὅπως κε πόλιν καὶ ἄστυ σαώσῃς, P, 144, ubi potest esse synonymia, quam paullo ante vidimus. antiqui tamen grammatici sic distinguunt, πόλις, ἡ πολιτεία, ἄστυ, τὸ τεῖχος καὶ δόμοι: et id confirmant ex ζ, 177, 178, ubi priore versu est civitas, altero urbs ipsa exædificata et munita, ut videtur. utut autem ista differentia non negatur; apud poëtam tamen, synonymias amantem ex usu prisco, non ubique quærenda. possit etiam loco ex P citato πόλις esse τὸ κατώτερον μέρος urbis, ἄστυ vero ἡ ἀκρόπολις. ἤϊξαν διά τ' οἰκία καὶ πόλιν αὐτῶν, β, 154, ubi poëta nidum harum aquilarum vocat πόλιν, ut videtur; conf. οἰκίον. Πριάμοιο διεπέρσαμεν αἰπὺν, γ, 130. νάσσα πόλιν, καὶ δώματα ἔτευξα, habitare fecissem ei urbem, et domos parassem, δ, 174. et 176, μίαν ἐξαλαπάξας, ubi est modus, quo parasset ei urbem; sc. evacuans habitatoribus unam urbem, eosque alio traducens, ex more prisco. πόλιν Φαιήκων, quam poëta nullo alio nomine proprio indicat, ζ, 3, 9, 40, 195, 298. δύσεσθαι ἐραννὴν, η, 18, introire in urbem amabilem. et 26, ἀνθρώπων, οἳ τήνδε πόλιν καὶ γαῖαν ἔχουσιν. κεραΐζειν αἰπὴν, θ, 516. et 555, εἰπὲ δέ μοι γαῖάν τε τεὴν δῆμόν τε πόλιν τε, i. e. πατρίδα: nam terra signat latius populo, et populus urbe. ἔπραθον, ι, 40, 41 ubi describitur, quid sit πέρθειν πόλιν, occidere nimirum viros, mulieres vero et pueros, una cum alia præda, abducere. et 265, τόσσην, tantam et talem urbem vastavit. αὐτῶν ἱκόμεσθα πόλιν καὶ δώματα καλὰ, κ, 13. et 39, καὶ γαῖαν. et 416, εἰ πατρίδα ἵκοιντο καὶ πόλιν αὐτῶν, ubi utrumque idem. ὅτε ἀμφὶ πόλιν Τροίην, λ, 509, 512. πλάζεται ἐπὶ ἀλλοθρόων ἀνδρῶν δῆμόν τε πόλιν τε, ξ, 43, per civitatem peregrinam. σὺ πόλινδε μετέρχεο, tu abi in urbem, Z, 86. τὸν οὐκέτι φασὶ πόλινδε ἔρχεσθαι, α, 189, i. e. οὐκ ἀστυπολεῖν, non ad urbem accedere et in ea versari. sic, κατέρχεται, λ, 187. τέταρτον ἀποπροέηκε πόλινδε, ξ, 26. et 372, οὐδὲ ἔρχομαι. ἢ ὀτρύνεις πόλινδε, an juberet eum cito ad urbem abire, ο, 305, coll. 307, 310, κατὰ πτόλιν πλάγξομαι, in urbe circumibo, ut mendicus. ἐξ ἀγροῖο πόλινδε ὀτρύνοντο ἰέναι, festinabant, ρ, 182. δύω πόλεις ἐνεποίησε μερόπων ἀνθρώπων, καλὰς, in clypeo Achillis effinxit Vulcanus duas urbes hominum, pulcre effictas, Σ, 490. 491—508. 509—540, ubi in priore urbe adumbrat poëta bona pacis summa; in altera autem mala belli. hæc posterior efficta erat, ut obsessa ab hostibus. duo exercitus sunt, alter hostium invadentium, alter civium defendentium. hostes ferebant duplicem conditionem (et id poëta ex more hostium addit cogitatum) ut cives vel exspectarent expugnationem vi, vel sponte et per pacificationem traderent hostibus dimidiam partem omnium in urbe opum. neutrum civibus placebat, sed vi contra ibant, experturi fortunam Martis. exierant ergo in insidias, ad aquam, quo hostes venturi necessario erant ad aquandum. ergo, οἱ δ' οὔπω πείθοντο, sunt cives: sed 530, οἱ δ' ὡς οὖν ἐπύθοντο, sunt hostes. et apparet, hostes illos fuisse circumvagantes cum pecoribus suis, uti Patriarchis mos fuit. cæterum ad conditionem illam, quam tulerant hostes oppidanis illis, confer X, 118, nam talis pactio tunc erat solemnis, si oppidani viderent se inferiores viribus. et 120. et Γ, 286, nam hæc est illa τιμὴ, mulcta, ut dimidiam partem opum suarum traderent Græcis, loco restitutionis sumtuum in expeditionem factorum. Has vero duas urbes quidam historice interpretantur, esse Athenas et Ἐλευσῖνα: Athenis enim primum nuptiæ sunt celebratæ solemniter ὑπὸ Κέκροπος, qui istud solemne primus instituit. etiam cognitio ob cædem factam prima fuisse dicitur Athenis ἐπὶ Ἁλιῤῥοθίῳ τῷ τοῦ Ποσειδῶνος, quem Mars occiderat. Judices quoque Athenis pretium ob res judicandas accipiebant publice; et quidem quisque antiquitus τριώβολον, qui est monetæ Misnicæ valor, si summum ponas, duorum grossorum Misnicorum, vel octava pars floreni imperialis (3d st.) poëta autem ponit talenta duo aurea; quorum quidem valor nobis est ignotus, id tamen apparet, esse multo plus quam modo diximus: ut doceat, non vili pretio esse remunerandos et animandos bonos judices; et optimo prudentissimoque cuique judici tantum esse dandum, ne egeat, et hinc corruptionibus pateat; præmioque unius excitandos esse omnes. altera vero urbs, ἡ Ἐλευσὶν in terra Attica, oppugnata quondam est a Phorbante et Eumolpo: quo tempore auxilium oppido tulit Ἄρης, gratiam referens Atticis, quod ἐν Ἀρείῳ πάγῳ esset absolutus ob cædem Halirrhothii, filii Neptuni. sic et reliqua quadrant in terram Atticam, ut antiquissimam et nobilissimam Græciæ, quæ Vulcanus in clypeo præterea effinxit. nam in Attica primus Triptolemus invenit segetes, qui 556 dicitur rex: ibidemque ὁ Βουζύγης primus ἄροτρον composuit, et junctis bubus aravit, loco fossionis humanæ; a quo invento posteri eum hoc nomine compellarunt: ibi et primus bos sacrificatus est. Præterea Vulcanus amat terram Atticam, ob filium suum Ἐριχθόνιον, qui ibi imperavit. sic poëta antiquas historias intexuit operi suo, veluti aliud agens. ναιετάουσι πόληες, habitantur urbes, pro πόλεες vel πόλιες, verso ε in η, Δ, 45. hinc, πόλεις εὖ ναιετάουσι, B, 646, bene habitatæ. ἐμοὶ τρεῖς πολὺ φίλταταί εἰσι πόληες, inquit Juno, Δ, 51. ἔνθα δύω πόλιες, duæ urbes, ο, 411. ἐννήκοντα πόληες, nonaginta, τ, 174, in Creta. ἃ μὲν πολίων ἐξεπράθομεν, A, 125, quæ ex urbibus prædati sumus. ὃς δὴ πολλάων πολίων κατέλυσε κάρηνα, B, 117, quod floride dictum, quasi urbes essent personæ. viginti tres urbes Trojanas expugnaverant Græci jam: et quod, jussu Agamemnonis,

peregerat Achilles; id Agamemnon, summus imperator, sibi tribuit. collato I, 328, ubi Achilles loquitur: *δώδεκα δὴ σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξα ἀνθρώπων, πεζὸς δὲ ἕνδεκα*, navibus duodecim, pedestri exercitu undecim, urbes expugnavi et expilavi. *ἐπίκουροι πολλέων ἐκ πολίων*, B, 131. *πολίων εὖ ναιομενάων*, Γ, 400, quæ verba pendent a *πῆ*, quo, *wohin? (whither?)* *πολλέων ἐκ πολίων θηρήτορας ἄνδρας*, I, 540, ex multis civitatibus et populis. *ἀφ' ὑμετέρων πολίων ἤγειρα ἕκαστον*, P, 222. *ἐξ ἀλλάων πολίων*, ex aliis civitatibus, ω, 417. *πολλαὶ Ἀχαιΐδες ἐν ἄλλαις πολίεσσι*, multæ nobiles Grajæ in aliis civitatibus, φ, 252. *Κεφαλλήνων πολίεσσι*, ω, 354. utraque forma Ionica, facta ex nominat. pl. *πόλιες* et *πόλεες*, adjuncta terminatione *σι*, sicut Iones ablativum vel dativum plur. tertiæ declin. facere solent. *ὧδε καὶ οἱ πρότεροι πόλιας καὶ τείχεα ἐπόρθουν*, sic et prisci urbes munitas expugnabant et diripiebant, Δ, 308, i. e. urbes muris circumdatas. *πιείρας πέρθοντε πόλεις μερόπων ἀνθρώπων*, nos duo diripientes pingues urbes hominum, inquit Achilles de se et Patroclo, Σ, 342, coll. 339, nam formosas mulieres maxime prædati fuerant. et urbes hominum, quia *πόλις* etiam de *ἀλόγοις* dici potest. *πάντων ἴσασι πόλιας καὶ πίονας ἀγροὺς ἀνθρώπων*, de navibus Phæacum, θ, 560. et 574, *πόλεις εὖ ναιεταώσας*. *θεοὶ, ξείνοισιν ἐοικότες, ἐπιστρωφῶσι πόληας*, obambulant per civitates et populos, ρ, 486, nam novit poëta sine dubio historias Lothi et Abrahami et angelorum hospitum. *διεπράθετο πτόλις ἀνδρῶν εὐρυάγυια*, diripiebatur, ο, 383. *ἄνδρα εἶδον πρὸ πτόλιος δεδαϊγμένον χαλκῷ*, maritum meum vidi ante urbem et pro urbe occisum ferro, inquit Briseïs captiva, T, 292. *ποτὶ πτόλιος πέτετο*, versus urbem currebat, X, 198. *περὶ πτόλιος μαχεούμενον*, pro urbe propugnantem, λ, 402. ω, 113. *λαοὶ ἀπὸ πτόλιος*, ν, 156, *die leute aus der stadt, (the people from the city:)* quanquam hoc *ἀπὸ* magis ad verbum pertinet, prospicient ab urbe. *ὅς σοὶ (κατὰ) πολλὰ ὄφελος ἐγίνετο, πτόλεϊ τε καὶ αὐτῷ*, qui multum profuit et urbi et tibi ipsi, P, 152. *οὐδέ τις αὐτόθ' ἐνὶ πτόλεϊ λίπετ' ἀνὴρ*, *es blieb kein mann in der stadt, (not a man was left in the city,)* Ω, 707, qui versus, iisdem verbis, diverse tamen legitur: nam aliam lectionem supra adduximus. alii etiam tres breves *πτόλεϊ* pro duabus brevibus legunt in metro: quod valde rarum in poëta. vide *ἐτεόν*. *οἳ ναίουσι κατὰ πτόλιν*, qui habitant in urbe, B, 130. sic, *πᾶσι ὄνειαρ κατὰ πτόλιν*, omnibus in urbe utilitas ex eo erat, X, 434. *στενάχοντο*, Ψ, 1. *πτωχῷ βέλτιόν ἐστι κατὰ πτόλιν ἠὲ κατ' ἀγροὺς δαῖτα πτωχεύειν*, mendico utilius est, in urbe quam in agris cibum mendicare, ρ, 18. antiqui dicunt, formam *πτόλις* esse ex dialecto *Κυπρίων τῶν ἐν Σαλαμῖνι*. *ἡ μητρόπολις* proprie est *πόλις τῆς μητρός*. sic aliquis *τὰς Θήβας* dixit *Διονύσου μητρόπολιν*, i. e. *πόλιν τῆς ἐκείνου μητρὸς Σεμέλης*, quia Semele ex Thebis fuit.

πολίτης, ου. ὁ. (Πέλω) urbanus, oppidanus; civis. *ein mitglied einer stadt, oder eines staats, (an inhabitant of a city or member of a state.)* *ἐπεστενάχοντο πολῖται*, cives adgemebant, X, 429. *κτάσθαι τε πολίτας*, O, 558. et interfici oppidanos. *κρήνη, ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται*, fons, ex quo aquabantur oppidani, η, 131. ρ, 206.

πολλάκι et *πολλάκις*. (Πέλω) sæpe, sæpius. est a *πολλά*. sicut a *δηθὰ* est *δηθάκις*, a *τοσαῦτα τοσαυτάκις*. Sigma autem finale sæpe abjicitur, sicut ad *πλειστάκι* pro *πλειστάκις*, *χῶρι* pro *χωρὶς*, ubi et accentus mutatur. *πολλάκι γάρ σεο (σοῦ) εὐχομένης ἤκουσα*, sæpe enim te prædicantem audivi, A, 396, inquit Achilles ad matrem suam. et pingitur ibi *ἦθος γυναικεῖον*, nam mulieres crebro narrant, si quid benefecerunt; raro enim valent benefacere: hinc, si semel occasio contigit, prædicant id sæpe. Vir uno recte facto non admodum est laudabilis; et rideretur, si id assidue jactare vellet. *ξείνισεν αὐτὸν*, sæpe eum hospitio excepit, Γ, 232. *κατέδευσάς μοι χιτῶνα οἴνῳ*, *hast mich oft begossen, (hast frequently moistened me,)* I, 486. *μεθίει*, cessat sæpe, K, 121. *ἔειπε*, N, 666. *ἐπεύθετο*, audiebat id sæpe, P, 408. *ἔειπόν μοι*, T, 85. *γούνασιν ἐφεσσάμενος*, π, 443, me insidere faciens genibus suis. *δόσκον ἀλήτῃ*, ρ, 420, dabam oberranti. sic et τ, 76. *ἀρήμεναι*, χ, 322, sæpe optare. his omnibus locis est sine Sigma. *πολλάκις σώεσκον υἱὸν*, sæpe filium ejus servavi, Θ, 362. *καθήμενος*, crebro sedens domi nostræ, δ, 101.

πολλός, ή, όν. (Πέλω) multus, *viel, (much:)* plenus, *voll, (full:)* magnus, *gros, (great.)* est a *πέλω*, sum, expleo. *πολλὸς γάρ τις ἔκειτο*, H, 156, jacebat multus, i. e. magnus et longe extensus, *πολὺν ἐπέχων τόπον κείμενος*. sic et Romani suum, multus, adhibent, e. c. Ovid. Am. 2, 4, 34. et hoc *ἐπὶ μεγαλοσωμάτου* dictum. *πολλὸς δὲ χορὸν περιΐστατο ὅμιλος*, multa corona spectantium circumstabat chorum saltantium, Σ, 603. *πόνος πολλὸς καὶ χαλεπὸς*, labor multus et gravis, ψ, 250. *ἀνδρῶν δ' ἐν πολλῷ ὁμάδῳ πῶς κέν τις ἀκούσαι*, virorum autem in multo fremitu quomodo quis recte audire possit, T, 81. *ἐν ἀλείφατι πολλῷ*, cum multo adipe, α, 67, coll. 65, 68. *αἵματι*, σ, 335. *πολλὸν*, masculinum et neutrum: *ἱδρῶτα πολλὸν ἀπενίζοντο*, *sie wuschen sich den vielen schweiss ab, (they wiped off the copious perspiration,)* K, 572, 574. *πολλὸν φῦκος*, algam multam, I, 7. *πολλὸν δὲ τρόφι κῦμα κυλίνδεται*, A, 307, i. e. *μέγα*, sicut supra *πολλὸς ἔκειτο*. *τόσον ὁμίλου πολλὸν*, tam multum spatium aciei, T, 178, ubi hoc neutrum substantive positum. *πολλὸν πυρετὸν*, magnum æstum, X, 31. *τύμβον οὐ μάλα πολλὸν*, tumulum non adeo magnum, Ψ, 245. *βίοτον κατακείρετε πολλὸν*, δ, 686. *πολλὸν μέθυ ἐπίνετο*, multum vinum bibebatur, ι, 45. et 164. *πολλὸν οἶνον ἐνηφύσαμεν ἀμφιφορεῦσι* infudimus lagenis. *πῦρ πολλὸν*, magnum ignem, κ, 359. *ἐπὶ χρόνον*, μ, 407. ο, 493. *πολλὸν δὲ σαρκὸς διέφυσε*, τ, 450, multum carnis

perrupit aper ictu suo. πολλὸν ἐπιδευέες βίης, multum desiderantes roboris, φ, 185. ω, 170. sæpissime autem hoc neutrum adverbialiter ponitur. ὃς νῦν πολλὸν ἄριστος ἐνὶ στρατῷ, longe potentissimus est, A, 91. πολλὸν κείνων ἐπιδευέαι ἀνδρῶν, multo inferior et infirmior es iis viris, E, 636. πολλὸν ἀμείνων, longe melior, Z, 479. H, 114. Λ, 786. Φ, 107. Π, 709. πολλὸν ὑπεκπροθέει, præcurrit longe et prævertit omnes, I, 502. sic porro adverbialiter, N, 592. Ξ, 30. Π, 669, 679, 710. P, 142, 403. Σ, 252. ἔπειτα δὲ πολλὸν ἀάσθη, deinde vero multum doluit, multum damni cepit, T, 113, i. e. in multis rebus, sc. quod deceptus est a muliere; quod temere se jurasse sensit; quod filius læsus est hac re; quod mutari res non potuit, etc. et 219, ἐγὼ δέ κε σεῖο νοήματί κεν προβαλοίμην πολλὸν, ego autem sane te prudentia certe superare possim multum: nam hoc neutrum non pertinet ad sequens γενοίμην, sed ad præcedens verbum; quia πολλὸν aut πολλὰ, adverbialiter positum, nunquam incipit sententiam. sed postponitur vocabulo alicui. Ψ, 378, 399, 587, 743. α, 253. β, 180. δ, 811. ε, 350. ζ, 10. ξ, 17, 339. ο, 381, 520. τ, 575. πολλοὶ sæpe est pro πάντες, P, 95, coll. 96. Υ, 214, i. e. vulgo norunt id. τ, 334. φ, 367. vide porro, πολλοὶ, multi, Γ, 183. E, 383, 624. N, 709. Λ. 483. Z, 227, 229. M, 14. N, 733. Ξ, 123. T, 226. Ψ, 30, de sacrificio et epulo parentali. α, 355, 395. β, 181, 241. δ, 495, 822. ξ, 200, 281. π, 134. ρ, 269. τ, 174. ψ, 119. πολλῶν, E, 176. Π, 425. Ω, 498. P, 393. X, 44. α, 3. πολλῶν κατὰ οἶκον ἐόντων, sc. δίφρων, δ, 717. sed eadem verba in genere neutro notant πολυκτημοσύνην in genere, opes et victum, τ, 195. ω, 271. ἐκπρεπέα ἐν πολλοῖσι, καὶ ἔξοχον ἡρώεσσιν, B, 483, ubi πολλοὶ sunt πάντες, nam universus exercitus sic vocatur; et ἥρωες sunt reliqui duces, non apud hunc exercitum modo, sed et apud alios ante eum. sic, πολλοῖσι μετ' ἄστρασι, X, 28, ubi sermo est de Sirio, inter omnes alias fixas maxime fulgente. πολλοῖσιν ἀνάσσων Μυρμιδόνεσσιν, Φ, 188, multis, i. e. universis. et 524. πᾶσι δ' ἔθηκε πόνον, πολλοῖσι δὲ κήδεα ἐφῆκε, ubi utrumque est idem, elegantiæ et certitudinis causa, cum variatione repetitum. ἄνδρε δύω πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισι μάχεσθαι, contra multos et validos, π, 244. καὶ ἐν πολλοῖσιν ἰδέσθαι, ρ, 265, de palatio Ulyssis, quod facile sit agnitu etiamsi inter multas alias domos videatur. ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάσσων, τ, 110, coll. ω, 26. πολλοῖς ἔσκε φίλος, τ, 239, multi eum amabant. et 407, πολλοῖσιν γὰρ ἔγωγε ὀδυσσάμενος, multis, i. e. omnibus fere, invisus ego sum. ut ergo hoc nomen de numero magno non facile determinando ponatur. πολλοὺς Τρώων κύνες καὶ γῦπες ἔδονται, vorabunt Trojanos, Σ, 271. πολλοὺς ἂν κορέσειε ἀνὴρ ὅδε, τήθεα διφῶν, Π, 747, multos posset satiare hic homo, si ostrea quæreret in mari. ὦσε δὲ νεκροὺς πολλοὺς, Φ, 236, de fluvio, propulit multa cadavera. ἕνα πολλοὺς, υ, 313. ἀριστῆας, φ, 153. τοὺς δὲ ἴδεν μάλα πάντας πολλοὺς, χ, 484, de procis cæsis. οὐδὲ πολλὴ γίγνετο ἐπισσώτρων ἁρματροχιὴ, non multa fiebat canthorum orbita, Ψ, 504, *es gab kein tiefes wagengleiss, (there was no deep track.)* et 520, ἄγχι μάλα, οὐδέ τι πολλὴ χώρη μεσσηγύς. κόπρος ἀμφὶ κεφαλῇ, Ω, 163, in gravi luctu. θάλασσα δὲ κήκιε πολλὴ ἀνὰ στόμα, multa salsa aqua manabat ex ore, ε, 455, 323. κόπρος ἤλιθα πολλὴ, dense multa, ι, 330. δύη, calamitas, ξ, 215. φύλλων χύσις, τ, 443. χάρις ἀπελάμπετο πολλὴ, σ, 297. μοχλὸν ὑπήλασα σποδοῦ πολλῆς, ι, 375. sub densum cinerem fervidum. ἠέρι πολλῇ, caligine densa, Γ, 381. Π, 790. Φ, 549, 597. θαλίῃ ἐνὶ, I, 143, 285. σὺν λαίλαπι, P, 57, *da ein sehr sturmischer wind gieng, (a very tempestuous wind blew.)* οἰζύϊ, η, 271. ῥοίζῳ, ι, 315. κόπρῳ, ρ, 297. λαίλαπα πολλὴν, Δ, 278. ληΐδα ἤλιθα πολλὴν, Λ, 676. ἐπὶ πολλὴν γαῖαν ἐληλυθὼς, qui multas terras perambulavit, *der weit gereiset ist, (who has travelled much,)* O, 80. sic, ἀληθεὶς, qui vagatas est per multas terras, ξ, 380. et ο, 79, ubi alterum adjectivum, ἀπείρονα, additum, et utrumque idem notat, indeterminate. sic, ὁδὸν, φ, 20, *einen weiten weg, (a great distance.)* φλόγα, Φ, 333. ἠέρα πουλὴν, est forma Ionica pro πολλὴν, magnam caliginem, Θ, 50. P, 269, ut notetur partim pulvis dense sublatus; partim mors, et periculum grave. πολλαὶ νῆσοι, ι, 23. Ἀχαιΐδες, φ, 251. πολλάων (ionice) πολίων κάρηνα, multas urbes, B, 117. I, 24. πολλέων, (etiam ionice, pro πολλῶν, distracto circumflexo) ἐκ πολίων, ex multis urbibus, B, 131. I, 540, nimirum πολλάων ponitur, si trisyllabum esse debet; sed πολλέων pro dissyllabo valet, ut sit creticus pro spondeo, ex Ionica pronuntiandi elegantia. sic, ὀδυνάων πολλέων, multorum dolorum, δ, 813. Ἕκτωρ παρεξήγαγέ με (κατὰ ἐμὸν) νόον πολλῇσι (ionice pro πολλαῖς) ἄτῃσι, K, 391, emovit mihi mentem multis erroribus meis: *hat mich, was meine einsicht und verstand betrift, zu vielen falschen vorstellungen verleitet, (has led me as far as relates to my understanding into many errors.)* πολλῇσι δὲ (ταῖς ἵπποις) πῶλοι ὑπῆσαν, Λ, 680, πολλὰς ἰφθίμους ψυχὰς, A, 3, ἀμφιπόλους, multas ancillas, Z, 498, coll. 499, nam fere idem est ac πάσας. κλιτῦς, Π, 390, multos clivos et aggeres. ξυνήϊα πολλὰ, communia multa, nondum divisa, A, 124. et 156, μάλα πολλὰ οὔρεα μεταξύ. μυιάων ἔθνεα, B, 469, *viel schwarme fliegen, (swarms of flies.)* et 690, πολλὰ μογήσας, multa difficilia superans. ὀνείδεα, Γ, 242. κειμήλια, Z, 47. ἐπιμείλια, I, 148, 290. et 330, κειμήλια πολλὰ καὶ ἐσθλά. et 333, παῦρα διεδάσατο, πολλὰ δ' ἔχεσκε, pauca distribuebat, plurima retinebat ipse sibi. et 364, ἔστι δέ μοι μάλα πολλά. οὕνεκά μοι πολλὰ τύχε, ubi conf. τυγχάνω, Λ, 683. et 703, ἐξείλετο ἄσπετα πολλὰ, ubi per duas voces idem; indeterminata sc. multitudo. κύματα, N, 797. ᾗ ἔπι πολλὰ ἔπαθον Δαναοὶ, ad quam faciendam multa sustinuerunt Græci, vel, ad quam fossam jam factam deinde passi sunt multa mala, Ξ, 67, sed prius præstare videtur, et conf. Matthæi xxvii, 19. πρόβατα, Ξ, 124, 123. δοῦρα, O, 314. et

713, *φάσγανα καλά.* *τεύχεα*, P, 760. *δαίδαλα*, Σ, 482. et 560, *ἄλφιτα.* *ἄλγεα μάλα*, T, 265. *ὀνείδεα*, Υ, 247, *sehr viele vorwürfe, (many reproaches.)* et 255, *ἐτεά τε καὶ οὐκὶ*, multa vera et secus. *ἔδωκε*, Φ, 42. et 585, *ἦ ἔτι πολλὰ τετεύξεται ἄλγεα ἐπ' αὐτῇ.* *πάθῃσι*, X, 505, multa dura patiatur. *πόλλ' ἔπαθες καὶ πόλλ' ἐμόγησας*, Ψ, 607. et 705, *ἐπίστατο ἔργα.* *ἔπεα*, Ω, 142. et 556, *ἄποινα*, quæ ante dixerat *ἀπερείσια*, infinita, i. e. jam non determinanda certo numero aut modo; quod est idem ac *πολλὰ*, et *μυρία.* *ἔεδνα*, α, 278. et 337, *θελκτήρια.* *τάδε πολλὰ κατάνεται*, ista multa absumuntur, i. e. omnia, β, 58. ρ, 537. sic, *πολλὰ ἀποτίνειν Ἰκαρίῳ*, ei omnia rependere, sc. illata Penelopes ad nos, β, 132, nam dos erat reddenda, si filius matrem pelleret domo. et 188, *παλαιά τε πολλά τε εἰδώς.* sic, η, 157. ω, 51. *ἐμὲ δ' οὐ λάθεν εἰδότα πολλὰ*, ι, 281, me non fefellit scientem multa, i. e. sentientem omnia quæ cogitaret Cyclops; deinde et in genere, me peritum humanarum rerum. *ἐκείρετε πολλὰ καὶ ἐσθλὰ κτήματα*, β, 312, ubi prius *κατὰ ποσὸν*, posterius *κατὰ ποιὸν* notat: et auget injuriam procorum. *πολλὰ παθὼν καὶ πολλ' ἐπαληθεὶς*, δ, 81. ε, 223. κ, 465. ο, 400, 488. *πόλλ', ὅσα ἄν*, sc. *κτήματα*, ι, 39. ν, 137. *πάρα πολλὰ*, ρ, 452, 457, adsunt multa, *ist doch genug da, (there is enough.)* *οὔτε τινὰ φθονέω δόμεναι καὶ πόλλ' ἀνελόντα*, σ, 16, neque invideo, si quis vel plurima capiens dat tibi, *ich misgönne es dir nicht, wenn jemand auch noch so viel ergreifet und dir giebet, (I envy thee not, although any one takes ever so much and gives it to thee:* ' ut ergo *ἀνελόντα τινὰ* sit accusativus singularis et *πολλὰ*, sc. *δῶρα.* *ἄλλα τε πολλὰ, οἷσίν τ' εὖ ζώουσι καὶ ἀφνειοὶ καλέονται*, τ, 78. *πολλὰ, βόας καὶ μῆλα, ἔσφαζον*, ψ, 304. *πολλὰ δάκρυα θερμὰ*, ω, 45, *häufig heisse thranen, (many burning tears.)* sæpissime autem hoc neutrum adverbiascit. *ἦ μάλα πολλὰ μάχας εἰσήλυθον, ich bin gewiss oft mit in gefechte gegangen, (I have indeed been in many battles,)* B, 798, i. e. *μάλα πολλάκις.* *μάλα πολλὰ ἐπέτελλε*, etiam atque etiam mandabat, Δ, 229. sic, *λισσομένη*, E, 358. et 528. *κελεύων.* *ἀεκαζομένη*, valde invita, Z, 458, *höchst ungerne, (most reluctantly.)* *ἐπεμυθεόμην σοὶ*, I, 109. dissuadebam tibi id etiam atque etiam. et 183, *εὐχομένω*, multum comprecantes eum ambo. et 454, *κατηρᾶτο*, devovebat me multis hostilibus precibus, coll. 580, 581, 563. *πόλλ' ἀέκων*, valde invitus, Λ, 556, i. e. *λίαν πάνυ ἀκουσιαζόμενος.* et 763, *μετακλαύσεσθαί μιν*, deploraturum eum id valde. *ἀσθμαίνων*, Π, 826. *ὅς τοι πολλ' ὄφελος γένετο πτόλεΐ τε καὶ αὐτῷ*, qui tibi tamen multum profuit, et urbi et ipsi tibi, P, 152. et 430, 431, *πολλὰ μάστιγι ἐπεμαίετο θείνων, πολλὰ δὲ μειλιχίοισι προσηύδα, πολλὰ δ' ἀρειῇ*, sæpe scutica urgebat percutiens, sæpe blandis verbis alloquebatur, sæpe et minis, sc. equos suos, i. e. *πολλάκις καὶ λίαν.* *πολλὰ μάλα οὐκ ἐθέλουσα*, omnino et plane invita, *völlig ungerne, (most reluctantly,)* Σ, 434, coll. P, 666. *ἦλθον πολλὰ ἄναντα κάταντα*, ibant varie, nunc sursum nunc deorsum, utpote in montanis locis, Ψ, 116. *ἠρᾶτο*, A, 35, impense precabatur. *πλάγχθη*, nimis multum erravit, α, 1. *εὔχετο*, precabatur serio, γ, 54. coll. 264, 267. δ, 433. ε, 389, omnino et plenarie. κ, 309, 521. λ, 29. ν, 29, 221, 277. ξ, 65, 67. υ, 218. ψ, 85. *πολλὰ δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθα ἴθυσε μάχη πεδίοιο*, Z, 2, et jam huc et illuc pugna impetum cepit in campo, i. e. *κατὰ πολλὰ πεδίοιο*, in multis locis campi.

πολύαινος, ὁ ἡ. (Αἴ) multa comprobatione dignus: de quo multa laudabiliter narrantur. imo et per amphibolian argutam, multa narrans et fingens in narratione. est ergo ex utraque notione *τοῦ αἴνου* composita vox: primus tamen significatus proprius; alter vero per *εἰρωνείαν* et allusionem. *πολύαινε Ὀδυσσεῦ*, I, 669, ubi sic vocatur a rege. K, 544, a Nestore. Λ, 430, ubi potest esse *κατ' εἰρωνείαν*, pro *στωμύλε, μυθολόγε*, multa fabulans. præstat tamen et ibi in sensu laudis accipi. sic vocatur et a Sirenibus, μ, 184. et re vera Ulysses erat *πολύαινος*, de quo quam plurima in omni orbe narrabantur illis temporibus.

πολυάϊξ, *ικος.* ὁ ἡ. (Ἄω) multos et varios motus et impetus habens. est epitheton pugnæ, quia *πόλεμος* habet multas *ὁρμὰς καὶ μεταστροπάς.* *τὸ πλεῖον πολυάϊκος πολέμοιο χεῖρες ἐμαὶ διέπουσι*, A, 165. *ἷξε δ' ἐπ' ἐσχατιὴν πολυάϊκος πολέμοιο*, Υ, 328, pervenit ad ultimam partem pugnæ. *ἐν Ὀλύμπῳ φυλόπιδα στήσειν πολυάϊκος πολέμοιο*, λ, 313. *κάματος πολυάϊξ*, E, 811, et est aptum epitheton *τοῦ πολεμικοῦ καμάτου, ἐν ᾧ αἱ πολλαὶ κινήσεις ἀνιῶσι τὸν μαχητήν.* est ergo *mühsam, voll unruhe, (laborious, harassing.)*

πολυανθὴς, *έος.* ὁ ἡ. (Θέω) multis germinibus lætis virescens et efflorescens. *ὅθι δρίος ἦν πολυανθέος ὕλης*, ξ, 353, ubi quercetum erat læte germinantis et florescentis sylvæ. ex quo loco maxime apparet, *τὸ ἄνθος* esse, germen quodvis viride aut lætum, et in specie caput ejus superne. *ein aufschlag oder schössling, der frisch ist, (a fresh shoot or sucker.)*

πολυάρην, *ηνος* et *ενος.* ὁ ἡ. (Ἀρὰ) et in obliquis per syncopen, *πολύαρνος, πολύαρνι*, etc. qui multos habet agnos. et a specie et genus, qui multas habet pecudes, *πολυθρέμμων.* hinc in genere, dives. *πολύαρνι Θυέστῃ*, B, 106.

πολυάρητος, *ου.* ὁ ἡ. (Ἀρὰ) multum votis expetitus, multis precibus exoratus, valde optatus. *πολυάρητος θεὸς*, numen valde vocatum, et adoratione multâ dignum, ζ, 280. *πολυάρητος δέ σοι ἐστὶ*, sc. *οὗτος ὁ υἱὸς*, est tibi multis votis optatus, τ, 404, et videtur velle, ut ad hanc vocem nomen detur filio huic.

πολύαρνι pro *πολύαρενι*, vide sub *πολυάρην.*

πολυβενθὴς, *έος.* ὁ ἡ. (Βάω) magnam altitudinem habens. *sehr tief, (very deep.)* *λιμένος πολυβενθέος ἐντὸς ἵκοντο*, A, 432, quæ est laus boni portus, habere aquam satis altam; alias facile fit *πολυπενθής.* debet esse *ἀγχιβαθὴς*, statim a littore satis altus. *λιμένος πολυβενθέος ἐν-*

τὸς, κ, 125. π, 324, 352. ἀποπνείουσαι ἁλὸς πολυβενθέος ὀδμὴν, δ, 406.

πολυβότειρα et **πουλιβοτείρη**, ης. ἡ. (Βοῦς) multos pascens et alens. est epitheton terræ in genere. τεύχεα ἀποθέσθαι ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ, Γ, 89, deponere in terram. sic et 195, τεύχεα κεῖται. et 265, ἐξ ἵππων ἀποβάντες ἐπὶ χθόνα πουλυβότειραν. ἔγχος μὲν κατέπηξεν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ, Z, 213. αἱ μὲν Ἀχαιῶν κῆρες ἐπὶ χθονὶ πουλυβ. ἑζέσθην, Θ, 73, in terram subsidebant. ἀπέβησαν ἐπὶ χθόνα πουλυβότειραν, Λ, 618, descendebant ex equis in terram. χειρὶ δὲ τῇ ἑτέρῃ μὲν ἕλε χθόνα πουλυβότειραν, Ξ, 272, Juno jusjurandum datura tetigit altera manu terram almam, altera vero mare. πάντας ἐπασσυτέρους πέλασε χθονὶ πουλυβοτείρῃ, Π, 418, omnes ordine admovit terræ almæ, interficiens scilicet eos. ἄμφω κεῖντο ποτὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ, Φ, 426, ambo jacebant in terra, occisi. ἅρματα δ' ἄλλοτε μὲν χθονὶ πίλνατο πουλυβοτείρῃ, ἄλλοτε δ' ἀΐξασκε μετήορα, Ψ, 368, ubi certamen curule describitur, *ein wettrennen zu wagen, (a chariot race.)* ὠρχείσθην (saltabant) δ' ἤπειτα ποτὶ χθονὶ πουλυβ. ϑ, 378. ὀδυσσάμενος (invisus) ἱκάνω ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶν ἀνὰ χθόνα πουλυβότειραν, τ, 408. Sophocles hinc terram in genere παμβῶτιν dixit; et nos dicimus, *Gottes boden, (God's earth.)* sed Ἀχαιΐς, terra Achaiæ, in specie sic appellatur. λαὸν ἀγείροντες κατ' Ἀχαιΐδα πουλυβότειραν, Λ, 769, nam plenissima erat hominum. in genere orbis antiquus plenior fuit hominum quam noster.

πολύβουλος, ου. ὁ ἡ. (Βάλλω) multi consilii. *von viel einsicht und klugem rathe, (of superior understanding and abounding in prudent counsel.)* est epitheton Ἀθηνᾶς, i. e. φρονήσεως. πολύβουλος Ἀθήνη, E, 260, quæ ibi κῦδος ὀρέξει, victoriam et gloriam præbebit. ὁππότε κεν πολύβουλος ἐνὶ φρεσὶ θήσει Ἀθήνη, π, 282.

πολυβούτης, ου. ὁ. (Βοῦς) qui multas habet boves. *reich an rindvieh, (rich in cattle.)* et hinc, a præstantissima specie rei pecuariæ antiquæ, dives pecoris. ab ὁ βούτης, ου, qui boves curat. ἐν δ' ἄνδρες ναίουσι, πολύῤῥηνες, πολυβοῦται, I, 154, 296.

πολυγηθὴς, έος. ὁ ἡ. (Γάω) multum exhilarans, multum gaudii afferens. μισθοῖο τέλος πολυγηθέες Ὧραι ἐξέφερον, Φ, 450, αἳ πολλοὺς εὐφραίνουσαι, ὡς αὔξουσαι τοὺς καρπούς. *die erfreuenden jahreszeiten, (the joyous seasons.)* alii scribunt h. l. πολυγηθέος, referentes ad μισθοῦ, εὐφραίνοντος τοὺς θῆτας, mercenarios: sed minus poëtice. Διὸς εὐναὶ πολυγαθέες, dorice pro πολυγηθέες.

πολυδαίδαλος, ου. ὁ ἡ. (Δάω) multa arte factus. ποικίλος κατὰ τὰ ἔργα τοῦ Δαιδάλου. διὰ θώρηκος πολυδαιδάλου, Γ, 358. Δ, 136. H, 252. Λ, 436. et 32, πολυδαίδαλον ἀσπίδα. ἕζετο δ' ἐν κλισμῷ πολυδαιδάλῳ, Ω, 597, *auf dem mit kunstlicher arbeit geziertem lehnstule, (on the chair adorned with curious work.)* Σιδόνες πολυδαίδαλοι, Ψ, 743, ubi notat active. Χρυσὸς πολυδαίδαλος, ν, 11, ὁ ἀκατέργαστος, καὶ εἰς πολλὰ δαιδάλλεσθαι ἐπιτήδειος, ex quo multa artificiosa fingi possunt. ἐς θάλαμον πολυδαίδαλον, ζ, 15. ὅρμον, monile, σ, 294. est pro πολυδαιδάλεος.

πολύδακρυς, υος. ὁ ἡ. (Δάω) multarum lacrimarum; multum fletum faciens. ἐπέφερον ἀλλήλοις πολύδακρυν Ἄρηα, i. e. pugnam, Γ, 132. et 165, οἵ μοι ἐφώρμησαν πόλεμον πολύδακρυν Ἀχαιῶν. i. e. τὸν πολλῶν δακρύων αἴτιον. Τρωσὶν ἐπιφέρειν (inferre illis) πολύδακρυν Ἄρηα, Θ, 516. sic et T, 318. ὑσμίνη ἀργαλέη, πολύδακρυς, P, 544. ἦν περ γὰρ πόλεμόν γε φύγῃ πολύδακρυν Ἀχαιῶν, X, 487.

πολυδάκρυτος, ου. ὁ ἡ. (Δάω) idem. ἀπάνευθε μάχης πολυδακρύτου, P, 192, notat et, multis lacrimis dignus. πολυδάκρυτος δέ τοι ἔσται, Ω, 620, sc. filius tuus interemtus, coll. 619. deinde et, plenus lacrimarum, πολυδακρύτοιο γόοιο, φ, 57. τ, 213, 251.

πολυδειρὰς, άδος. ὁ ἡ. (Δέρω) multa colla, multa cacumina, habens. ἔχων πολλὰς ἐξοχάς. est epitheton montis, in specie Olympi. ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος Οὐλύμποιο, A, 499. E, 754. Θ, 3. *auf der höchsten spitze dos vielhalsigen Olympus, (on the summit of the many-peaked Olympus.)* et vox sumta est a ζώοις, sicut et οἱ πόδες τοῦ ὄρους, et οἱ κνημοὶ, et αἱ ῥάχεις. *des gebirges das viele gipfel hat, (of the mountain that has many peaks.)* apte quoque conjungitur κορυφὴ et πολυδειράς; nam et ἐν ζώοις συμπεφύκασι τὰ τοιαῦτα.

πολυδένδρεος, ου. ὁ ἡ. (Δέρω) multis arboribus consitus. *voll bäume, (full of trees.)* καί μοι κῆπον ἔχει πολυδένδρεον, δ, 737, *er unterhält und beobachtet meinen baumgarten, (he superintends and takes care of my orchard.)* ἀγρὸν ἐς ἡμέτερον πολυδένδρεον, ψ, 139. et 359, ἐγὼ πολυδένδρεον ἀγρὸν ἔπειμι. et id differentiam facit τοῦ λειμῶνος: nam λειμὼν est tantum planities viridis, pratum, non vero πολύδενδρος.

πολύδεσμος, ου. ὁ ἡ. (Δέω) multis vinculis et clavis compactus, ex multis partibus compositus in unum. ἐπὶ σχεδίης πολυδέσμου, ε, 33, in navigio compacto. et opponitur scaphæ ex una aliqua arbore excisæ. est ergo epitheton navigii non nimis magni. et 338, ἷζε δ' ἐπὶ σχεδίης πολυδέσμου, i. e. πολλοῖς γόμφοις ἐνδεδεμένης. Vide sub πολύζυγος.

πολυδίψιος, ου. ὁ ἡ. (Πέτω) multum desideratus vel desiderandus, πολυπόθητος. est epitheton primariæ urbis in Peloponneso, dictæ Ἄργος, εος, τό. καί κεν ἐλέγχιστος πολυδίψιον Ἄργος ἱκοίμην, Δ, 171, et sane opprobriis dignissimus venirem Argos τὸ πάνυ ποθούμενον ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς. loquitur ibi Agamemnon, rex ejus terræ, absens jam per tot annos ad Trojam. Straboni magis placet, πολυδίψιον intelligere pro πολυΐψιον, i. e, πολυδιάφθορον, πολυβλαβὲς, quia bellis variis fuerit vexatum: ab ἴπτομαι. alii historice rem explicant, et in-

telligunt nomen de antiqua hujus urbis et agri conditione; fuisse ἄνυδρον, donec Danaus ejusque filiæ ex Egypto advenientes, monstraverint τὴν φρεωρυχίαν, artem fodiendi puteos: ex quo deinde factum sit ἔνυδρον. imo et ipse Agamemnon clarus est ob φρεωρυχίαν, cum re vera rariores tamen essent aquæ in regione ista mediterranea: unde celebria fuere in Græcia τὰ Ἀγαμεμνόνεια φρέατα, quæ suo sumtu rex iste fieri curavit. si igitur displiceat metaphorica interpretatio, teneri possit hæc postrema, eo sensu quo Plinius valde sitientem coloniam, Lib. 10, epist. 91, vocat, i. e. aqua bona nequaquam abundantem. confer omnino Strabonem libro octavo: et Callimachum Hymno in Jovem, 19, ibique Spanhemium.

πολύδωρος, ου. ὁ ἡ. (Δόω) multis donis instructus, sive a natura sive a fortuna sive ab aliis. ἄλοχος πολύδωρος, Z, 394, uxor valde dotata, Andromache Hectoris: nam ex nobilissimis et ditissimis parentibus orta, grandem marito attulerat dotem. sic eadem Andromache vocatur, X, 88. et Penelope, ω, 293. vide ergo, πολυδάπαναι ἀληθῶς αἱ κόραι. hinc proverbium: παῖς μοι τριτογενὴς εἴη, μὴ τριτογένεια, i. e. υἱὸς τρίτος, μὴ θυγάτηρ: ludens ad μῦθον Minervæ. sed si est nomen proprium, notat eum, qui plurima habet dona a natura. in poëta est πολύπροικος, et epitheton uxoris dotatæ.

πολύζυγος, ὁ ἡ. (Ἄγω) epitheton navis, multis remigibus instructæ. ἡ πολύεδρος, quæ et eodem sensu πολυκληῒς dicitur: nam τὰ ζυγὰ, transtra navis, i. e. τὰ μεγάλα ξύλα, τὰ τοὺς τοίχους τῆς νηὸς διεμοῦντα καὶ συνάγοντα, (a quibus navis et πολύδεσμος dicitur) vocantur et κληῖδες, quæ δίκην κλειδὸς, pessuli, τὰ ἑκατέρωθεν συνέχουσι. est ergo navis πολύκωπος, multos remos habens, i. e. magna, B, 293.

πολυήρατος, ου. ὁ ἡ. (Ἀρὰ) multis precibus potatus, multis votis dignus. etiam in minus bono sensu, multis infortuniis afflictus. ἐν Θήβῃ πολυηράτῳ, λ, 274, i. e. τῇ πολλὰς ἀρὰς, i. e. βλάβας, ϑιέθειν ὑπομεινάσῃ. nam hunc significatum postulat contextus. πολυηράτου ἐς γάμου ὥρην, ο, 126, ad tempus conjugii multis votis expetendi. nam γάμος est πολυήρατος, vel διὰ τὸ εὐκταῖον αὐτοῦ, χάριν τεκνογονίας: vel et, διότι πολλῶν εὐχῶν χρεία τοῖς περὶ γάμους, ἵνα τύχωσι ἀγαθῶν γυναικῶν. et 365, ἥβην πολυήρατον, exoptatam pubertatem, simulque ἱεράσμιον, amabilem valde, et quâ alter sexus frui sibi optat. ἐπεὶ ἄμφω πολυήρατον ἱκόμεθα εὐνὴν, inquit Ulysses ad suam tot votis et precibus sibi optatam et recuperatam Penelopen, ψ, 354. intelliges ex his omnibus, quod ἡ ἀρὰ nomen habeat ex sono intensivi duplicis α, quo preces votivas, aut deprecatorias et abominantes, efferimus.

πολυηχὴς, εος. ὁ ἡ. (Ἴα) multum et varie sonans. πολυηχὴς αἰγιαλὸς, Δ, 422, sonorum littus maris. πολυηχέα φωνὴν χέει, τ, 521, ubi sermo est de luscinia.

πολυθαρσὴς, έος. ὁ ἡ. (Θέρω) plenus fiduciæ et audentiæ. εἰ αὐτοῖς μένος πολυθαρσὲς ἐνείη, si inesset iis robur fiduciæ plenum, P, 156. ἐνῆκε, indidit, T, 37. ἐνεῖσα, immittens, ν, 387.

πολυϊδρείη, ας. ἡ. (Εἴδω) multorum peritia, *viel erfarenheit, (great skill.)* πάντα ἐφύλασσε νόου πολυϊδρείῃσι, pro πολυϊδρείαις, β, 346, *mit vieler klugheit, (with great prudence.)* οὐκ ἔα εἰπέμεναι (non sivit loqui) πολυϊδρείῃσι νόοιο, prudenter, ψ, 77.

πολύϊδρις, ιος. ὁ ἡ. (Εἴδω) multarum rerum peritus, multa peritia instructus. πολύπειρος, συνετός. ἤλυθε ἀνὴρ πολύϊδρις, ο, 458, versutus, callidus. μάλα περ πολύϊδριν ἐοῦσαν, ψ, 82, multisciam.

πολύϊππος, ου. ὁ ἡ. (Πάω) multos equos alens. πολυΐππου Μέντορος υἱὸν, N, 171, divitis equorum.

πολυκαγκὴς, έος. ὁ ἡ. (Κῶ) valde aridus et urens. τὼ δ' ἐπεὶ οὖν πίνοντε (bibentes ambo) ἀφέτην (dimiserunt ambo) πολυκαγκέα δίψαν, peraridam sitim et urentem, Λ, 641.

πολύκαρπος, ου. ὁ ἡ. (Κάρφω) multis fructibus obsitus. πολύκαρπος ἀλωὴ, η, 122, area variis fructibus fertilis, ager fertilissimus. sic et ω, 220, ἀλωῆς.

πολυκέρδεια, ας. ἡ. (Χάω) magna prudentia agendi commode et dextre. πολυκερδείῃσιν ἄνωγε, ω, 166, magno astu jubebat id fieri: et respectu procorum erat δόλος, respectu Ulyssis utile et callidum inventum.

πολυκερδὴς, έος. ὁ ἡ. (Χάω) valde utilis et prudens et dexter. νόον πολυκερδέα νωμᾷ ἐν στήθεσσι, ν, 255, mentem perprudentem agitans in pectore.

πολύκεστος, ου. ὁ ἡ. (Κέντω) multum et varie pictus acu, multis insitionibus exornatus. πολύκεστος ἱμὰς, Γ, 371, egregie pictum lorum, quo galea collo erat alligata: ὁ κεντητὸς, πολυκέντητος καὶ πολυποίκιλλος.

πολυκηδὴς, έος. ὁ ἡ. (Κῶ) plenus ærumnarum et laborum. πολυκηδέα νόστον, reditum laboriosum et sollicitarum curarum plenum, ι, 37. ψ, 351.

πολυκληῒς, ῖδος. ἡ. (Κλάω) est epitheton navis magnæ et bellicæ, quæ multos habet remiges ordine sedentes ad κληῖδας nauticas. conf. simplex: et de scribendi ratione antiqua vide εὐκληῒς. recentiores scribunt acutum in ultima: sed præstat omnino scribi πολυκλήϊς, ϊδος. est autem, ut perhibet, ἡ κληῒς, ἡ ναυτικὴ καθέδρα: et derivatur a κλάω (a quo et κλείω, claudo, firmo) ἔνθα κᾶται (curvatur) τὸ σῶμα συγκαμφθὲν, in remigando. Sunt ergo naves πολυκλήϊδες, non solum αἱ πολυκαθέδροι, *die viele ruderplätze haben, having many seats for rowers;)* sed et αἱ πολυκλείδωτοι, διὰ τὸ πολυγόμφωτον καὶ εὐάρμοτον, *die aus vielen stücken an einander gefügt*

und geheftet sind, (composed of many pieces connected and nailed together.) cæterum κληῖδες, sedes remigum, vocantur et τὰ ἑδώλια, a τὸ ἕδος, sedes. νηυσὶ πολυκληῖσι, vel accuratius πολυκλήϊσι, B, 74, 175. Ψ, 248. νηΐ πολυκλήϊδι, H, 88. Θ, 239. υ, 382.

πολύκληρος, ου. ὁ ἡ. (Κλάω) opulentus, multæ rei familiaris. oppositum ejus est ἄκληρος. ἠγαγόμην δὲ γυναῖκα πολυκλήρων ἀνθρώπων, ξ, 211, duxi autem uxorem, quæ erat ex valde opulentis hominibus nata, *sehr bemittelter leute kind, (the child of very wealthy parents.)*

πολύκλητος, ου. ὁ ἡ. (Κέλω) ex multis vocatus, ex vario genere vocatus. πολύκλητοι δ' ἔσαν ἄνδρες, Δ, 438, i. e. ἐκ πολλῶν γλωσσῶν συγκληθέντες. nam Græci erant ὁμόγλωσσοι, οὐ πολύκλητοι, βραχύ τι κατὰ τὰς διαλέκτους διαφέροντες, καὶ οὐδὲ τοῖς τόποις πολυσπερέες καὶ πάνυ μακρὰν διεστῶτες. πολύκλητοι ἐπίκουροι, K, 420, i. e. ἄνδρες πολλῶν ἐκ πολίων.

πολύκλυστος, ου. ὁ ἡ. (Κέλω) multis et strepentibus fluctibus. est epitheton maris moti. πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ, δ, 354, et mare circa ostia Nili vere est tale. ζ, 204. τ, 277.

πολύκμητος, ου. ὁ ἡ. (Κάμω) multum laboris et defatigationis et ærumnæ habens. *mühselg, (occasioning a great deal of labour and care.)* πολύκμητος σίδηρος, Z, 48. K, 379. Λ, 133. ξ, 324. φ, 10. est vel ὁ ἀκατέργαστος, περὶ ὃν πολλά ἐστιν καμεῖν, ferrum rude, circa quod multum est laboris si ex eo fiunt opera: vel et, εἰς ἔργα ἤδη χαλκευθεὶς καμάτῳ πολλῷ. et, si talia opera sunt ξίφη καὶ ἔγχη, πολύκμητος intelligi potest, δι' οὗ πολλοὶ ἂν κάμοιεν, i. e. θάνοιεν. sed præstat, intelligere generaliter, circa quem multum laboris et defatigationis est, vel cum fit, vel cum utimur eo. *arbeitsvoll, (laborious.)* πολυκμήτου θαλάμου, δ, 718, circa quem in ædificando laboratum est cum defatigatione.

πολύκνημος, ου. ὁ ἡ. (Κνάω) ubi multa sunt juga et fastigiata loca. Ἐτεωνὸν πολύκνημον, ubi est epitheton urbis et agri circa eam, B, 497.

πολυκοιρανίη, ίας. ἡ. (Κάρα) imperium multorum, quando multi imperant. οὐκ ἀγαθὴ πολυκοιρανίη, ubi sermo est de re bellica, B, 204.

πολυκτήμων, ονος. ὁ ἡ. (Κῶ) qui multa acquisivit et possidet. ἐν Παισῷ ἔναιε πολυκτήμων, πολυλήϊος, E, 613, valde dives, multos agros fertiles habens.

πολυλήϊος, ου. ὁ ἡ. (Γάω) qui multos habet agros segetibus consitos. et per consequens, dives, *ein reicher landmann, (a rich farmer.)* ἐν Παισῷ ναῖε πολυκτήμων, πολυλήϊος, E, 613.

πολύλιστος, (et ob metrum πολύλλιστος) ου. ὁ ἡ. (Λίγγω) qui valde rogat et supplicat. ε, 445, πολύλλιστος δέ σε ἱκάνω, inquit Ulysses enatans ad præsidem fluminis in insula, quem natando tandem attigerat. alibi notat et passive.

πολύμηλος, ου. ὁ ἡ. (Μῆλον) multas oves et pecudes alens. dicitur de regione et de homine. Ὀρχομενὸν πολύμηλον, B, 605, ubi de regione: sed 705, Ἰφίκλου πολυμήλου, de viro. sic, Φόρβαντος, Ξ, 490, i. e. πολυθρέμμονος, πολυζώου: ὡς ἀπὸ μέρους ἑνὸς, τῶν μήλων, i. e. προβάτων.

πολύμητις, ιος. ὁ ἡ. (Μάω) qui multa novit consilia, plenus consilii. est epitheton Ulyssis prudentissimi, A, 311. Γ, 200, 216. K, 148, 382. T, 215. Ψ, 709. φ, 274. etiam Vulcani, πολυμήτιος Ἡφαίστοιο, Φ, 355, artificiosissimi fabri.

πολυμηχανίη, ας. ἡ. (Μάω) scientia et prudentia consulendi et agendi multa optime. Κίρκης κατέλεξε δόλον πολυμηχανίην τε, ψ, 321, artem variam. Vide sequens.

πολυμήχανος, ου. ὁ ἡ. (Μάω) qui multa et bona novit consilia, plenus consilii multi, et qui multa novit prudentissime agenda. est in poëta epitheton Ulyssis. B, 173. Δ, 358, coll. 339, ubi jocatur rex nonnihil; et 362, 363, nam δόλοι κακοὶ oppositi sunt τῇ πολυμηχανίᾳ, quæ in sensu optimo dicitur. Θ, 93. I, 308. Ψ, 723. α, 205, etc. nam persæpe occurrit in Odyssea idem versus.

πολυμνήστη, ης. ἡ. (Νέω) a multis procis ambita. πολυμνήστη βασίλεια, regina multos procos habens, δ, 770, i. e. Penelope. et ψ, 149, ἦ μάλα δή τις ἔγημε πολυμνήστην βασίλειαν. sed ξ, 64, πολυμνήστην τε γυναῖκα, loquitur Eumæus, de puella formosa et a multis petita, sibi in uxorem danda a domino suo: nam loquitur non ut jam habens talem, sed ὡς ἕξων: coll. φ, 214.

πολύμυθος, ου. ὁ ἡ. (Μύω) qui multa habet verba et narranda. ponitur in malo et bono sensu. nam Menelaus dicitur, οὐ πολύμυθος, utpote Laco, Γ, 214, quæ laus opponitur τῷ ἀκριτομύθῳ. Τηλέμαχον πολύμυθον, β, 200, ubi est σκῶμμα de nimia ejus loquacitate.

πολυπαίπαλος, ου. ὁ ἡ. (Πάλλω) versutus, astutus, vafer. Φοίνικες πολυπαίπαλοι, Phœnices valde vafri, ο, 418, versutissimi, callidissimi: utpote negotiatores per omnia maria omnesque terras iis temporibus. in sensu tamen mitissimo accipiendum epitheton, ingeniosissimi: nam Homerus non solet male dicere; multo minus, si de gente tota, eaque nobili, sermo est. cæterum a παλὴ est παλύνω, i. e. λευκαίνω.

πολυπάμμων, ονος. ὁ ἡ. (Πάω) qui multa possidet et acquisivit fruenda, πολυκτήμων. τὰ πάμματα γὰρ παρὰ Δωριεῦσι τὰ κτήματα, opes quibus quis fruitur; et πάσασθαι etiam est κτήσασθαι. duplex μ vero est ex Æolismo, nam Æoles amant duplicatas consonas. quia tamen κτήματα in specie sunt τὰ τετράποδα: hinc πολυπάμμων in specie est, dives pecoribus, *reich an vieh, (rich in cattle.)* ὥστε ὄϊες πολυπάμμονος ἀνδρὸς, Δ, 433.

πολυπενθής, έος. ὁ ἡ. (Πένθω) in multo luctu. Ἀλκυόνες πολυπενθέος, I, 559. σὺ, γέρον πολυπενθὲς, tu, senex luctuose, ξ, 386. πολυπενθέα θυμὸν ἔχουσαν, ψ, 15. Vide sub πένθος.

πολυπίδακος, ου. ὁ ἡ. (Πίω) plenus fontium. Ἴδης πολυπιδάκου, Υ, 59, 218.

πολυπίδαξ, ακος. ὁ ἡ. (Πίω) idem. πολυπίδακος Ἴδης, Ξ, 157, 307. Ψ, 117. Ἴδην πολυπίδακα, Θ, 47. Ξ, 283. Ο, 151. nam Ida mons est πολυπόταμος.

πολύπικρος, ου. ὁ ἡ. (Πίτω) valde amarus et acerbus. μὴ πολύπικρα καὶ αἰνὰ βίας ἀποτίσεαι ἐλθὼν, sc. δείδω, π, 255, ubi neutra sunt adverbialiter, pro πολυπίκρως καὶ αἰνῶς, vereor, ne cum magno nostro luctu ulcisci coneris injurias nobis factas.

πολύπλαγκτος, ου. ὁ ἡ. (Λάω) multum vagans et oberrans. πολύπλαγκτος ἄνεμος, Λ, 308. ὁ μὴ μένων ἀεὶ ἐν ταυτῷ, ventus valde variabilis. hinc et τοὺς κατὰ νοῦν ἀστάτους vocamus ἀνεμιαίους, ventosos. πολυπλάγκτῳ γὰρ ἔοικε, ρ, 511, similis est homini qui multum circumvagatus est. et 425, λῃϊστῆρσι πολυπλάγκτοις, prædonibus multum circumvagantibus in mari. θεοὶ δυῶσι πολυπλάγκτους ἀνθρώπους, υ, 195, malis afficiunt homines multum jactatos peregre.

πολύπους, οδος. ὁ. attice ὁ πούλυπος. (Πάω) et dorice ioniceque πώλυπος, etiam πώλυψ, υπος, ὁ. polypus, animal ἀμφίβιον. præcise est ὀκτάπους, octipes: sed ponitur sæpius numerus certus pro incerto, e. c. Κρήτη ἑκατόμπολις pro πολύπολις, et vice versa incertus pro certo, e. c. πολυγλώχιν pro τρίαινα, *eine dreyzackige gabel, oder ein scepter von drey spitzen, (a trident, or a sceptre with three points.)* cæterum δύσριγον ὁ πολύπους, frigidum animal, vel frigori inimicum, καὶ ἀντέχεται τῆς οἰκείας θαλάμης, ἵνα θερμαίνων ἀντιθάλπηται ὑπ᾽ αὐτῆς. habet vim ad ἡδονὴν καὶ ἀφροδίσια si comeditur. θολὸν ὁ πολύπους ἔχει ἐν τῷ λεγομένῳ μήκωνι, οὐ μέλανα κατὰ τὴν σηπίαν, ἀλλ᾽ ὑπέρυθρον: καὶ ὁ μήκων κεῖται ἐπάνω τῆς κοιλίας οἱονεὶ κύστις, et hunc comedit ipse, si cibum non habet alium. hinc proverbium; ἔδωδα ἐμαυτὸν ὡς πολύπους. πουλύποδος (ob metrum pro πολύποδος) θαλάμης ἐξελκομένοιο, polypi extracti ex cubili suo, ε, 432, ubi parabola de eo explicat tantum τὸ στιῤῥὸν τῆς ἀντοχῆς, *das feste anhalten, (the firmness of the hold:)* nam, sicut polypus firmiter tenet lapillos, quibus in cubili suo adhæserat; sic Ulysses firmiter tenuit petram.

πολύπτυχος, ου. ὁ ἡ. (Πίτω) multas plicas, juga et valles varie alternantes, habens. est epitheton montis. πύλαις πολυπτύχου Οὐλύμπου, Θ, 411, coll. 456, ubi sermo est de monte Olympo, qui habet πολλὰς πτύχας, i. e. φαραγγώδεις πτύξεις καὶ περιοχὰς ἀνακλίσεων. sic, ἀπὸ κρατὸς Ὀλύμπου πολυπτύχου, de vertice, Υ, 5. possit quidem allegorice cœlum intelligi per Olympum; et in cœlo sunt octo sphæræ, ut antiqui numerabant: nam septem planetæ errant, et octava est fixarum: possit et intelligi ἰσχυρὸς, στερεὸς, ad similitudinem corporis multiplicis, quod, quo sæpius est duplicatum, eo firmius est. Ἴδης πολυπτύχου, Φ, 449. Χ, 171.

πολύπυρος, ου. ὁ ἡ. (Σπάω) ubi multum tritici, et in genere, frumenti, provenit, εὔφορος γῆ, *gut korn-land, (fertile arable land.)* Βουπρασίου πολυπύρου, Λ, 755, i. e. πολυσίτου. sic, ἐν Ἄργεϊ πολυπύρῳ, Ο, 372. Δουλίχιον πολύπυρον, ξ, 335. π, 396. τ, 292. Συρίη νῆσος πολύπυρος, ο, 405.

πολύῤῥην, ηνος. ὁ ἡ. et πολύῤῥηνος, ου. ὁ ἡ. (Ἀρὰ) qui multos habet agnos. qui multas habet pecudes. idem ac πολυάρνη. Πελίης ἐν Ἰαολκῷ ναῖε πολύῤῥηνος, Pelias dives, λ, 256. ἐν δ᾽ ἄνδρες ναίουσι πολύῤῥηνες, πολυβοῦται, I, 154, 296, i. e. πολυθρέμμονες, quibus sunt multæ pecudes simul et multa armenta. οἱ ῥῆνες sunt οἱ ἄρνες. sic et ἡ ὑπόῤῥηνος ὄϊς est ἡ γεννήσασα, quæ agnum sub se habet lactentem: quæ et ὕπαρνος dicitur.

πολὺς, έος. ὁ ἡ. τὸ πολύ. (Πέλω) multus, plenus, magnus. idem ac πολλός. et est factum ex πολλός. mutando æolice ο ultimum in υ, et abjecto λ. poni solet in laude, e. c. ὁ πολὺς τὴν θεολογίαν, *ein grosser gottesgelehrter, (a great theologian:)* et contemtim, e. c. πολὺς ἄνθρωπος, plebs, ordo plebeius, *der gemeine mann, der pöbel, (the vulgar.)* πολὺς ὀρυμαγδὸς, multus strepitus, Β, 810. Δ, 449. Θ, 59, 63. ἱδρὼς, sudor multus, Π, 110. Ψ, 507. ὑμέναιος, multi cantus nuptiales, Σ, 493. ἐπέων νομὸς, Υ, 249, verborum lata pastio. χειμὼν, δ, 566, cum οὐ est, nulla hiems vel tempestas adversa. ὀστέων θὶς, magnus acervus ossium, μ, 45. ὕπνος, ο, 393, nimius somnus. πουλὺς ὅμιλος, densum agmen, Θ, 109, ionice. πολέος (διὰ) πεδίοιο θέουσαι, currentes per latum campum, Δ, 244. sic et, ἀνὴρ ἰὼν, Ε, 597. ἵπποι δίενται, equi agitantur per multum campi spatium, Ψ, 475. et 521, θέοντος, currentis per. et 562, πολέος δέ οἱ ἄξιος ἔσται, sc. τιμῆς, i. e. πολύτιμος ἔσται, magni pretii æstimabit eum. sic et Θ, 405. ποθὴν πολέος βιότοιο, β, 126, *die vermissung vieler lebensmittel, (the loss of much of thy provision.)* πυρὸς, sc. ἐπὶ, ad magnum ignem, υ, 25. πολὺν χρόνον, diu, Β, 343. Γ, 157. Μ, 9. δ, 594. ο, 68. ω, 217. πόνον, Ζ, 525. λαὸν, I, 22, multos milites. Σ, 452. Β, 664. κέλαδον, Σ, 530. ὀρυμαγδὸν, Φ, 313. ὅμιλον, Ψ, 651, per magnum conventum populi. βίοτον, δ, 90, multas opes, unde vivitur. sic et ο, 455. σῖτον, τ, 61. πουλὺν ὅμιλον, Κ, 517. et 27, πουλὺν ἐφ᾽ ὑγρὴν, per vastum mare. sic et δ, 709, i. e. πολλὴν θάλασσαν. sic et θῆλυς ἐέρση dicitur, ionice πολέες ἑταῖροι, Β, 417. Τ, 5. Ἀρκάδες, Β, 610. ἱππῆες, Δ, 143. περ ἐόντες, Ε, 94. I, 548. καὶ ἐσθλοὶ, Ζ, 452. Ω, 167. ζ, 284. χ, 204. εἰμὲν τοῖοι, καὶ πολέες, Η, 232, sumus tales, et quidem multi nostrum. λαοὶ, Κ, 171. Π, 550. θηήσαντό ἐ, Ο, 682. ἐπ᾽ αὐτῷ κάππεσον, Π, 661. δάμεν αὐτῷ, multi occisi sunt ab eo, Σ, 103.

μῦθοι παντοῖοι, Υ, 249. *καὶ ἄλκιμοι*, Φ, 586. *σφῶν*, γ, 134, eorum plurimi. *αὐτοὶ πολεῖς*, pro *πολέες*, ipsi multi, Λ, 707. *ἐκ πολέων πίσυρας*, ex multis quatuor, Ο, 680. *πολέων ἀπετίνυτο ποινὴν*, Π, 398. multorum ultionem exigebat. *τὶς ἀνθρώπων*, quisque omnium hominum, Σ, 467. *ἡγήτορα λαῶν*, ductorem magni exercitus, Υ, 383. *νόον ἡρώων ἐδάην*, δ, 267, multorum principum ingenium cognovi. *πῶς κέν τις ἄλλος ἀνθρώπων*, quomodo sane aliquis alius ex omnibus hominibus, ι, 352. *μύθων ὥρη*, multum loqui habet suum tempus, λ, 378. et 415. *ἀνδρῶν φόνῳ*, cædi multorum hominum. *ἀέθλων*, ψ, 350. *τάφῳ πολέων ἀνδρῶν*, ω, 87. *μοῦνος μετὰ πολέσι*, Δ, 388, *einer unter vielen, (alone among many.)* *πολέσιν ἱμᾶσι*, multis loris, Κ, 262. *χρεῖος ὄφειλον*, debebant multis, Λ, 687. *ἕταρον πέμπω πολέσιν μετὰ Μυρμιδόνεσσιν*, mitto sodalem meum una cum militibus meis, Π, 240, ut etiam gregarii milites notentur. et ex ejusmodi locis sumta est notio recentiorum, ut *ὁ πολὺς ἄνθρωπος* sit *ὁ χυδαῖος*, vulgus. et 329, *πολέσιν κακὸν ἀνθρώποισιν*, malum et pestem omnibus; de chimæra. *βαρυστενάχων πολέσιν μετὰ*, Ψ, 60, gemens inter suos milites. *δὲ καὶ ἄλλοις κακὸν ἔσται*, multis et aliis malum erit, β, 166. *ἔχει τιμὴν πολέσιν μετὰ*, habet dignitatem apud populum, λ, 494. *μοῦνος ἐὼν πολέσιν*, solus multis, υ, 30. ob metrum est *πολέσσι*, Ρ, 236, 308. ionice, a nominativo plurali *πολέες*, est adjuncta syllaba *σι*, *πολέεσσι ἀνδράσιν ἄνακτα*, *herrn über viel leute, (sovereign over many people,)* Ε, 546. sic, *ἀνάσσεις*, Ι, 73, imperas omnibus, O Agamemnon. *Θῆκε κέλευθον*, fecit viam omnibus, Μ, 399. *ἄνδρεσσιν ἄνακτα*, Ν, 452, multis hominibus regem. *ἱππεῦσιν*, Ο, 258, omnibus equestribus viris. *ξυνὸν δὲ κακὸν πολέεσσιν τιθεῖσι*, Π, 262, commune malum omnibus faciunt. *Ζεὺς ἤθελε Ἀχαιοῖς Θάνατον πολέεσσι γενέσθαι*, voluit, ut multi morerentur, Τ, 274. *ὀχήσατο κύμασιν*, multis vehebatur fluctibus, ε, 54, *fuhr auf den wellen, (was borne along by the waves.)* *κακοῖσι συνέῤῥηκται*, malis fractus est multis, ϑ, 137. *κακοῖς ἔχεαι*, υ, 200, malis multis teneris. *ὀλέσῃς δὲ πολέας*, et ut perdas bene multos, Α, 559, quod in metro est dissyllabum, vel, si placet, tres breves loco iambi. sic, *ὀλέσῃ*, Β, 4. sed trisyllabum est, Γ, 126, *πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους*, multa inspersit telæ suæ certamina. *πολέας διακοιρανέοντα*, multos cum imperio obeuntem, Δ, 230. et 298, *πεζοὺς πολέας τε καὶ ἐσθλούς*. sic, *ἐξενάριξέ σοι υἱέας*, Ω, 204. et *σὺν νήεσσιν ἄγων*, ω, 426. *Καδμείωνας*, Δ, 385. Ε, 804. *υἷας*, Ω, 479, 520. *ἀέθλους*, γ, 262. contrahitur hic accusativus in, *πολεῖς ἐσάωσε*, Ν, 734, i. e. *πολλοὺς ἀνθρώπους*, ubi alii legi malunt *πόλεις*, civitates; coll. 733, minus bene, ut videtur. nam hæc contractio et alibi, e. c. *πολεῖς ὀλέσαντα αἰζηοὺς*, Ο, 66. *πολεῖς ὅρκους*, Υ, 313. *ἀέκοντας*, Φ, 59. et 131, *ταύρους*. *ἀέθλους*, δ, 170. *πολὺ*, præter notionem adjectivi, etiam adverbialiter jungitur, maxime comparativis et superlativis. *πολὺ φίλταται πόλεις*, urbes carissimæ, Δ, 51. *πολὺ φίλτατος ἑταῖρος*, Ρ, 411, 655. Χ, 233. *πολὺ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι λαοὶ*, Β, 577, *die allermeisten und besten leute, (the most numerous and bravest of the people.)* et 580, 817. *πολὺ πλεῖσται φάλαγγες*, Ο, 448. *φέρτατος*, Α, 581. *πρώτιστος*, Ξ, 442. *πρῶτος*, Η, 162. Θ, 256, coll. 253, ubi est *κατ' ἄρσιν*, deinde *κατὰ Θέσιν*, Ψ, 288. ρ, 328. *μείων*, Β, 529, multo minor; de Ajace Oilei. *φέρτερος*, et *φέρτερον*, Δ, 56, 307. Η. 105. Ο, 165. Χ, 40. *πρότερον*, Ξ, 467. *χείρονος*, Ο, 641. *κέρδιον*, Ρ, 417. *γλυκίων*, Σ, 109. *μᾶλλον*, Ψ, 386, 429. *ἐγὼ σοῦ πολὺ χείρων*, Υ, 434, te multo deterior sum, viribus scilicet. *μεῖζον*, multo majus quid, β, 48. *κάλλιον*, multo pulcrius, ϑ, 543. ρ, 583. *κέρδιον*, utilius, commodius multo, aptius, υ, 316, 381. *πρῶτον*, longe primum, *gar weit das erste voran, (far before,)* ϑ, 197. *πρῶτος*, omnium primus exis ad pastum, ι, 449. *κάλλιστος ποταμῶν*, λ, 238. et 309, *καλλίστους*. *πρώτιστος ἐπάλμενος*, ξ, 220. *πρώτη*, omnium prima vidit eum, ρ, 31. *φίλτατος*, π, 445. ω, 516. *χείρονες ἄνδρες*, φ, 325, *πολὺ πρὸ φίλων μάχεσθαι*, Δ, 373, i. e. *προμάχεσθαι*, multum procurrere ante alios, et pugnare cum hostibus. sic, *ἔθελεν δὲ πολὺ προμάχεσθαι ἁπάντων*, Λ, 217, volebat multum ante alios omnes pugnare. *νῦν γε πολὺ προβέβηκας*, multum progressus es, Ζ, 125, quod idem est ac *προμάχεσθαι*, ante primam aciem pugnare, et suos defendere: nam *τὸ πρὸ* avulsum, maxime propugnationem notat. *πολὺ πρὶν*, multo prius, Λ, 236. Ν, 161. β, 167. *πολύ κε φθαίη πόλις ὑμὴ ἁλοῦσα*, multo sane prius urbs vestra capietur, Ν, 815, et mens Ajacis est, *Τροία πεσεῖται* (cadet) *νῆες περιέσον ται*, naves superstites erunt. *πολὺ προθέεσκε*, multo præcurrebat, Χ, 459. λ, 514. *ἡμῖν Ζεὺς πολὺ (μᾶλλον) βούλεται, ἢ Δαναοῖσι, νίκην*, Ρ, 331, ubi *πολὺ* per ellipsin, sequente *ἢ*, est, multo potius quam. sic et ρ, 404, *αὐτὸς γὰρ φαγεῖν πολὺ βούλεαι, ἢ δοῦναί τι ἄλλῳ*. *οὐ πολὺ ἀπ' αὐτοῦ ἔναιεν*, non longe ab eo habitabat, ο, 96. *πολὺ κάλλος*, multam pulcritudinem, ψ, 156. *ὕδωρ πουλὺ ψυχρὸν*, multam aquam frigidam, τ, 387.

πολύσκαρθμος, ου. ὁ ἡ. (Κῶ) multum saliens, longe et diu currens. *σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίννης*, Β, 814, monumentum velocis Myrinnæ, quæ fuit nobilis Ἀμαζών. habet hoc epitheton partim, quia agilibus equis multum vehebatur, et *εὐσκάρθμους ἵππους* frequenter exercere solita fuit; partim quia ipsa valde pernix pedibus.

πολυσπερὴς, έος. ὁ ἡ. (Σπάω) late dispersus per multos orbis tractus, late discretus. *ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα πολυσπερέων ἀνθρώπων*, Β, 804, hominum ex variis nationibus. *πολλοὺς βόσκει γαῖα πολυσπερέας ἀνθρώπους*, λ, 364, quasi *βοσκήματα*, quæ errant per agros et campos.

πολυστάφυλος, ου. ὁ ἡ. (Ἕω) multis uvis.

est epitheton regionis viniferæ. πολυστάφυλον Ἄρνην, B, 507.

πολύστονος, ου. ὁ ἡ. (Τῶ) multos gemitus vel habens vel faciens. πολύστονα κήδεα, A, 445, ærumnas funestas et multos gemitus exprimentes. Ἔρις πολύστονος, discordia luctuosa, Λ, 73, bellica nimirum, quæ multos morientes gemere facit. sic, ἰὸς, sagitta, ὁ ποιῶν στόνους, O, 451. μάλα δ' εἰμὶ πολύστονος, τ, 118, sum valde miser et ærumnosus.

πολύτλας, αντος. ὁ ἡ. (Ταλάω) qui plurima subit et suscipit et audet. qui et, cum α intensivo, dici potest ὁ ἄτλας, cujus obliqui recipiunt τ, ἄτλαντος, etc. πολύτλας δῖος Ὀδυσσεὺς, Θ, 97. I, 672. Ψ, 729, 778. ε, 171, 354. ν, 250. ρ, 280, quia valde actuosus et in periculis intrepidus erat semperque sui compos.

πολυτλήμων, ονος. ὁ ἡ. (Ταλάω) idem. ἐμὲ θυμὸς ἀνῆκε πολυτλήμων πολεμίζειν, H, 152, inquit Nestor de se juvene, et opponitur τῷ, οὐδέ τις ἔτλη, nemo audebat, 151. πολυτλήμων δὲ μάλα εἰμὶ, perpatiens enim valde sum, σ, 318, *ich kan sehr viel aushalten, (I can endure a great deal,)* inquit Ulyssis.

πολύτλητος, ου. ὁ ἡ. (Ταλάω) qui multa pertulit, qui multa ferre et tolerare potest. πολύτλητοί τε γέροντες, λ, 38, senes qui multa passi sunt, in opposito ad juvenes nondum tot malis conflictatos.

πολυτρήρων, ωνος. ὁ ἡ. (Τρέω) ubi multæ sunt columbæ, πολλὰς ἔχων περιστεράς. πολυτρήρωνά τε Θίσβην, B, 502. et 582, Μέσσην, i. e. Μεσσήνην.

πολύτροπος, ου. ὁ ἡ. (Τρέω) multum et varie versatus et conversus; quod fieri potest vel a fortuna vel a consilio prudente et callido. εἰς πολλὰ τρεπόμενος, i. e. variis fortunæ et casuum conversionibus usus, et, variis consiliis se vertens quasi in formas varias. multum circumagitatus et volutatus a fatis; multis etiam consiliorum formis induens se, πολυκίνητος τῇ διανοίᾳ καὶ ἀληθῶς πολυμήχανος, πολύμητις, πολύνους, ἐπιχειρηματικὸς, πολύβουλος, πολύστροφος, οὐκ ἐφ' ἑνὸς ἑστὼς, τρεπόμενος πολλὰς ὁδοὺς βουλευμάτων, ὁ διὰ πολλὴν ἐμπειρίαν πολύφρων, ποικιλόφρων. substantivum ὁ τρόπος, quod recentioribus notat τὸ ἦθος, nusquam apud poëtam est: ergo non dicit τὸν πολυήθη καὶ τὰ εἴδη διάφορον, sed notat ἐπαινουμένην καὶ πολυειδῆ ἐνέργειαν. sic de luscinia: τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνὴν, quod idem est ac si diceret, eam esse πολύτροπον εἰς ᾠδὴν, variis figuris utentem ad canendum. ἄνδρα πολύτροπον, α, 1, ubi maxime fortunæ et casuum varietas innuitur. σύγε Ὀδυσσεὺς εἰς πολύτροπος, κ, 330, ubi contextus maxime indicat, de animi et ingenii versutia et solertia varia celerique, nomen hoc poni.

πολυφάρμακος, ου. ὁ ἡ. (Χάω) multa habens medicamina. ἰητροὶ πολυφάρμακοι, K, 28. Κίρκης πολυφαρμάκου, κ, 276.

πολύφημος, ου. ὁ ἡ. (Φάω) ubi multæ jactantur voces ominosæ, qui multa habet vaticinia, multas laudes narrans. ἀγορὴν πολύφημον ἱκέσθην, ad concionem in foro multas voces habentem veniebant ambo, β, 150, ἐν ᾗ πολλαὶ φῆμαι λαλοῦνται ἤγουν μαντικοί τινες λόγοι, multæ voces ex quibus omen capi potest. hinc lusit Pythia, obscuro oraculo jubens Thebanos ἐς πολύφημον ἐξενεῖκαι τὸ πρῆγμα, Herodot. V, 79, ubi non est nomen proprium, sed notat concionem populi, varias sententias jactantem. confer l. c. et c. 80. πολύφημος ἀοιδὸς, χ, 376, ὁ σοφὸς καὶ πολυΐστωρ καὶ οὕτω πολλὰς μαντικὰς φήμας εἰδὼς, vel et, ὁ πολλοὺς φημίζων. præstat tamen, *der viel weissagende, (one who predicts many things.)* Vide nomen proprium in R.

πολύφλοισβος, ου. ὁ ἡ. (Φλέω) multi fremitus et strepitus, multarum undarum sonantium. est epitheton maris, A, 34. B, 209. Z, 347. I, 182. N, 798. Ψ, 59. ν, 85.

πολύφορβος, ου. ὁ ἡ. (Ἴα) multa animalia pascens. est epitheton terræ. πολυφόρβου γαίης, Ξ, 200, 301. γαῖαν πολυφόρβην, I, 564, ubi ionice forma fœminini est posita. est ergo idem quod πολυβότειρα. latiori sensu dicitur ζείδωρος et φερέσβιος.

πολύφρων, (Φέρω) multum intelligens, ad multa cogitationibus valens. χόλος, ὅστε ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι, ira, quæ impellere potest vel prudentissimum ad sæviendum, Σ, 108. Ἡφαίστοιο πολύφρονος, nam per ignem permulta artificiosa fiunt, Φ, 367. θ, 297, 327. Ὀδυσῆα πολύφρονα, ξ, 424. υ, 239, 329. φ, 204. οἶνος, ὅστ' ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι, ξ, 464, vinum, quod incitare potest vel egregie sapientem nimis cantare et hilarum esse.

πολύχαλκος, ου. ὁ ἡ. (Χάω) ubi multum est æris et aëneorum vasorum. it. valde firmus. οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον, E, 504. γ, 2, i. e. στερρὸν, qui alibi ob eandem incorruptibilitatem dicitur σιδήρεος: simul et, quia sidera in eo firmiter adfixa hærent, ex opinione sensuali. Δόλων τὶς, πολύχρυσος, πολύχαλκος, multum auri et æris habens, i. e. dives, K, 315. sic, πόλιν Πριάμου, Σ, 289. ἐκ Σιδῶνος πολυχάλκου, ο, 424, ubi multæ erant nobiles officinæ fabriles metallicæ: simul et per æs fortasse indicatur pecunia, qua abundare poterat ista urbs ob purpuram suam egregiam, quæ per omnem orbem in summo erat pretio una cum Tyria purpura. possit simul et intelligi ἡ ὀχυρὰ, ἡ στιῤῥὰ, ob munitiones suas: sed primum præstat.

πολύχρυσος, ου. ὁ ἡ. (Χράω) multum auri habens. Δόλων, πολύχρυσος, πολύχαλκος, K, 315. βασιλεὺς πολυχρύσου Μυκήνης, A, 46. γ, 305. Πριάμοιο πόλιν πολύχρυσον, Σ, 289.

πολυωπὸς, οῦ. ὁ ἡ. (Ὄφ) qui multos quasi oculos habet, foraminosus, *voll augen, (having many eyes.)* οὗ πολλοὶ ὀφθαλμοί. nam et Græcis ponitur ὁ ὀφθαλμὸς pro ἡ ὀπὴ, sicut et nos

facimus. et ἡ ὀπὴ, foramen, ex ὁ ὤψ est ortum nomen apud ævum recentius. differt tamen τὸ πολυοπὸν et πολυωπόν: prius enim est, non ex arte, e. c. ῥάκος πολυοπὸν, pannus lacer et pertusus usu longo; posterius est, ex arte, e. c. δίκτυον πολυωπὸν, rete sic confectum ut habeat multos oculos. δικτύῳ πολυωπῷ, χ, 386, πολλοὺς ἔχοντι ὦπας.

πομπεὺς, έως. ὁ. (Ἕπω) comes et dux, qui deducit aliquem aliquo, συνοδοιπόρος, cujus auxilio aut præsidio aliquis deducitur. est idem qui ὁ πομπός. sic dicitur Αἰθιοπεὺς (ionice) et Αἰθίοψ, ἀριστεὺς et ἄριστος, ἡγεμονεὺς et ἡγεμών. οἵ σοι πομπῆες ἔσονται ἐς Λακεδαίμονα, qui tibi deductores erunt, γ, 325. et 376, εἰ δή σοι, νέῳ ὧδε, θεοὶ πομπῆες ἕπονται, deductores et comites. οὖροι, νηῶν πομπῆες, venti, navium comites, δ, 362. πομπῆες ἀγαυοὶ, deductores tui nobiles, ν, 71. οὔτι σὲ ἄνωγα, ἐμοὶ πομπῆας ὀπάζειν, υ, 364, non postulo a te, ut mihi addas deductores.

πομπεύω, f. εύσω. (Ἕπω) comitor, deduco. αὐτή μιν πόμπευον, ipsa ego eum deduxi eo, ν, 422, inquit Minerva de Telemacho, pro ἐπόμπευον.

πομπὴ, ῆς. ἡ. (Ἕπω) comitatus, deductio. *die geleitung, (the escort.)* αὐτὰρ ὁ βῆ Λυκίηνδε θεῶν ὑπ' ἀμύμονι πομπῇ, Ζ, 171, et ille profectus est in Lyciam sub egregia deorum deductione, comitantibus eum diis, *unter dem guten geleite gottes, (under the good guidance of the gods.)* οὔτε θεῶν πομπῇ οὔτε ἀνθρώπων, ut neque dii neque homines eum comitantes deducant, ε, 32, sed ut ipse sibi jam sit deductor solus. nullo alio comite, sed solus. coll. 37. nam in Scheria demum invenit certam πομπήν. et 173, ἄλλο τὶ δὴ σύ, θεὰ, τόδε μήδεαι, οὐδέ τι πομπὴν, aliud sane tu jam cogitas, non vero dimissionem meam. ἔπειτα δὲ καὶ περὶ πομπῆς μνησόμεθα, η, 191, deinde et de deductione ejus in patriam suam cogitabimus. et 193, ὡς ὁ ξεῖνος, πομπῇ ὑφ' ἡμετέρῃ, ἣν πατρίδα γαῖαν ἵκηται. εἵνεκα ξείνου τάδε τέτυκται, πομπὴ καὶ φίλα δῶρα, de hospite, parata ista sunt, deductio ejus et dona, θ, 545. ἤδη γὰρ τετέλεσται, ἅ μοι φίλος ἤθελε θυμὸς, (quæ cupiebam) πομπὴ καὶ φίλα δῶρα, ν, 41. ἐπεὶ οὐκέτι φαίνετο πομπὴ, κ, 79, quia non jam aderat nobis auxilians comitatus, qui nos sine labore nostro deduceret, sicut antea cum ventum ab Æolo ferentem habebamus. est ergo h. l. in sensu omnium primo. πομπὴ δὲ θεοῖς ὑμῖν τε μελήσει, λ, 331, deductio mea curæ erit diis et vobis. sic 351, ἄνδρεσσι, viris. et 356, πομπήν τ' ὀτρύνοιτε, et deductionem properaretis deinde, post annum scilicet. ὄφρα πομπῆς καὶ νόστοιο τύχῃς παρὰ πατρὸς ἐμοῦ, ζ, 290, ut deductionem et reditum nanciscaris a patre meo. νῆα ἐκ πομπῆς ἀνιοῦσαν, navem a facta deductione Ulyssis revertentem, ν, 150. et 151, ἵνα ἀπολήξωσι πομπῆς ἀνθρώπων, ut desistant a deductione hominum in posterum. et 176, νῆα ἐκ πομπῆς ἀνιοῦσαν. et 180, πομπῆς μὲν παύσασθε βροτῶν, a deductione hominum abstinete in posterum. οὔτε σὺ πομπῆς τεύξῃ, neque tu deductione in patriam potieris, τ, 313, quod vere dicebatur, sed ab ignorante: nam erat jam in patria Ulysses. καὶ τότε Ὀδυσσῆϊ μήδετο πομπὴν, curabat ei dimissionem, et auxilium quo abiret, ε, 233. αὐτὰρ ἐμοὶ πομπὴν ὀτρύνετε, πατρίδα ἱκέσθαι, η, 151, *beschleuniget meine wegbringung, dass ich ins vaterland komme, (hasten my departure that I may reach my native land.)* et 317, πομπὴν δὲ ἐς τόδε αὔριον ἐγὼ τεκμαίρομαι, inquit rex; deductionem tuam in proxime sequentem diem ego constituo perficiendam. πομπὴν δ' ὀτρύνει, ὁ ξεῖνος, hospes urget deductionem suam, θ, 30. et 31, ἡμεῖς δὲ ἐποτρυνώμεθα πομπὴν, et nos maturemus eam. et 33, οὐδεὶς ἐνθάδε δηρὸν μένει εἵνεκα πομπῆς, nemo hic diu residet ob deductionem; sed celeriter eam fieri jubere soleo. ἵνα σοὶ πομπὴν ὀτρύνω δοῦναι Ἐννοσίγαιον, ι, 518, inquit Polyphemus subdolus: ut horter Neptunum dare tibi deportationem celerem in patriam navi tua. τεῦχε δὲ πομπὴν, κ, 18, et parabat mihi promtam devectionem in patriam, sc. Æolus, dato vento comite. apparet ergo, quæ sit ἡ πομπὴ in poëta. apud recentiores est et vox sacra. Vide sub πέμπω, prope finem.

πομπὸς, οῦ, ὁ et ἡ. (Ἕπω) comes et dux, quid educit aliquem aliquo, συνοδοιπόρος, *ein geleiter, (a guide,)* cujus auxilio aut præsidio aliquis deducitur. ἐπεί ῥά οἱ ὤπασα πομπὸν, Ν, 416, sequi eum feci et præbui comitem itineris ad inferos. τοῖον γάρ οἱ πομπὸν ὀπάσομεν, tam bonum ei ducem et comitem adjungemus, Ω, 153. et 182, τοῖος γάρ σοι πομπὸς ἅμα ἕψεται, Mercurius ipse. et 437, σοὶ δ' ἂν ἐγὼ πομπὸς ἱκοίμην, tecum sane comes irem vel quovis. et 439, οὐκ ἄν τίς σοι, πομπὸν ὀνοσσάμενος, μαχέσαιτο, non sane quis tecum, ducem et comitem tuum contemnens, pugnare velit. et 461, σοὶ γάρ με πατὴρ ἅμα πομπὸν ὄπασσεν, inquit Mercurius ad Priamum. ἐμὲ προέηκε Νέστωρ τῷ ἅμα πομπὸν ἕπεσθαι, me proficisci jussit Nestor, ut sequerer hunc dux et comes viæ, δ, 162. et 826, τοίη γάρ σοι πομπὸς ἅμα ἔρχεται, tecum vadit tam bona comes, Minerva scilicet. πομποὶ ἀπήμονές ἐσμεν ἁπάντων, θ, 566, deductores innoxii omnium, qui ad nos casu veniunt, et deportari nostris navibus cupiunt. sic et ν, 174. πέμπε δέ μιν πομποῖσιν ἅμα κραιπνοῖσι φέρεσθαι, Π, 671, deportandum eum (mortuum filium tuum) cura eum deportatoribus agilibus, qui portent eum. sic et 681. Vide sub πέμπω, ad finem.

πονέομαι, f. ήσομαι. (Πνέω) laboro, facio; labores sustineo. ᾔδει γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν, ὡς ἐπονεῖτο, noverat enim in animo fratrem suum, quam laboraret is in animo suo et quam strenue pararet omnia, etiam rem divinam, Β, 409, et de promtitudine regis instruendæ rei divinæ maxime hoc verbum h. l. dicit: quam soleret facere sacrum, hoc tempore certe non omittendum ab eo. simul tamen in genere ad anxietatem animi regis pertinet. sic Ι, 12,

αὐτὸς δὲ μετὰ πρώτοισι πονεῖτο, ipse enim inter primos laborabat cura et anxietate animi. ὄφρα ὅγε ταῦτα ἐπονεῖτο, dum ille artifex hæc elaborabat, Σ, 380. et 413, ὅπλα, οἷς ἐπονεῖτο, instrumenta, quibus opus suum faciebat. ἤτοι ὁ μὲν τὰ πονεῖτο, et sane ille hæc sedulo curabat, his occupatus erat, ε, 222. ἄγγεα, οἷς ἐπονεῖτο, κιρνὰς οἶνον, vasa, quibus occupatus erat, infundens vinum, π, 13. οὕτως οἱ μὲν πονέοντο κατὰ ὑσμίνην, sic pugnabant illi fortiter, E, 84, 627. H, 442, i. e. ἐμόχθουν. οἱ δὲ νέον περὶ δόρπα πονέοντο, illi vero modo et paullo ante de cœnis suis occupati fuerant, et jam postremam manum iis adhibebant, removendo vasa, Ω, 444. παρέθεσαν αὐτῷ μοῖραν κρειῶν, οἳ πονέοντο, apposuerunt ei portionem carnium, qui occupati erant circa secandas et distribuendas carnes ϱ, 258. υ, 281, coll. 280. et 159, ἐπισταμένως πονέοντο, opus faciebant scienter, quod cuique erat faciendum, *arbeiteten geschicklich, (did their work skilfully.)* ὄφρα ἐγὼ κατὰ δῶμα πονήσομαι, ὅττεό με χρὴ, χ, 377, quamdiu ego in domo curabo quod opus mihi est. πολλὰ πονήσατο, multa opera fecit sine me, I, 348. πονησάμενος τὰ ἃ ἔργα, laborans labores suos domesticos Cyclops, ι, 250, 310. 343. ὅπλα πονησάμενοι κατὰ νῆα, cum cuncta instrumenta navigandi curassemus recte et cum studio, λ, 9. μ, 151. οἵ μιν ἴδοντο πονεύμενον, ionice pro πονούμενον, qui eum viderunt laborantem, i. e. strenue pugnantem, Δ, 374. sic, πονεύμενος, pugnans, N, 288, elliptice, i. e. κατὰ ὑσμίνην. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ πονεώμεθα, K, 70, nam, ἡ βασιλικὴ αὐτουργία incitat alios. τόσης ὑσμίνης ἐφέποι στόμα καὶ πονέοιτο, Y, 359, tantæ pugnæ obire possit aciem et laboraret curando eam. σοὶ ἐπέτρεψε πονέεσθαι, tibi mandavit laborem, K, 116. et 117, νῦν ὄφελεν κατὰ πάντας ἀριστῆας πονέεσθαι λισσόμενος, nunc deberet circa omnes principes orando laborare. et 121, οὐκ ἐθέλει πονέεσθαι, *will sichs nicht sauer werden lassen, (will not bestir himself:)* coll. 122, 123, ubi tres caussæ, cur aliquis cesset, ignavia, inscitia, expectatione alterius jubentis. τύμβον ἐγὼ πονέεσθαι ἄνωγα. tumulum ego facere vos jubeo, Ψ, 245, *ein grabmal zu machen, (to make a tomb.)* ὁ μὲν πεπόνητο καθ' ἵππους, ille occupatus erat circa equos accurate regendos, ἠσχολεῖτο, O, 447, et est plusquamp. pass. deponentialiter. idem, vel et perf. pass. deponentialiter, per syncopen, est Γ, 99, κακὰ πολλὰ πέπασθε, pro πεπόνησθε, occupati estis et exerciti multis malis, laborastis multum. sic et ψ, 53. ἐπειὴ μάλα πολλὰ πέπασθε, *da ihr so sehr vieles ausgestanden, (as ye have undergone so much,)* κ, 465. Aristarchus quidem legi jubebat πέπασθε, i. e. κέκτησθε, acquisivistis quasi, *gewonnen habet mit eurer mühe, (have gained by your exertions,)* a πάω f. άσω, possidendum et utendum do: et esset id sane simplicius et elegantius perf. passivum: libri tamen constanter habent πέπασθε. alii operosius id deducunt a πάθω, πανθάνω, πάσχω, f. 2. παθῶ, perf. m. πέποθα, attice πέπονθα, cujus secunda pluralis πεπόνθατε, et πέποθατε, passi estis, per syncopen (i. e. extrusa syllaba ατ) et interserto Sigma πέποσθε: sed cui istæ ambages non quæsitæ videntur?

πόνος, ου. ὁ. (Πνέω) labor, cura, opus strenue faciendum, ἐνέργεια: in specie ἡ καματηρὰ, labor ærumnosus, κακοπάθεια: et adhuc specialius, πόλεμος, pugna. ἐπεὶ παύσαντο πόνου, cum quiescerent a labore apparandæ cœnæ, A, 467. B, 430. H, 319. π, 478. ω, 383, ubi πόνος est ἡ ἑτοιμασία τῆς δαιτός. ἦ μὴν καὶ πόνος ἐστὶν ἀνιηθέντα νέεσθαι, B, 291, imo vero etiam desiderii plenum est, redire domum acceptis malis; ubi est concessio. aliquis conflictans adversa fortuna, omnino cupit redire ad suos. ut ergo πόνος sit, labor animi, desiderium molestum. et 420, πόνον δὲ ἀμέγαρτον ὄφελλεν, laborem vero magnum auxit, bellicum nimirum. πῶς ἐθέλεις ἅλιον θεῖναι πόνον ἠδὲ ἀτέλεστον ἱδρῶτα, Δ, 26, quomodo vis frustraneum facere laborem et sine effectu sudorem. et 57, χρὴ καὶ ἐμὸν θέμεναι πόνον οὐκ ἀτέλεστον. ubi ἅλιος πόνος est ὁ μάταιος, *vergebliche arbeit und müche, (useless labour and pains.)* οὐ γὰρ ἔα πόνος ἄλλος, non enim permittebat labor alius, in pugnando adhibendus et curandus, E, 517. et 567, μέγα δὲ σφεας ἀποσφήλειε πόνοιο, et valde eos excidere faceret labore frustra suscepto: nam occiso Menelao cessabat caussa belli. et 667, τοῖον γὰρ ἔχον (εἶχον) πόνον ἀμφιέποντες, tantum enim laborem habebant, curantes eum vulneratum regem: ubi ergo notat magnum studium cum dolore junctum et festinatione nimia. ἐπεὶ πόνος ὔμμι μάλιστα Τρώων καὶ Λυκίων ἐγκέκλιται, Z, 77, quoniam labor et studium pugnandi vobis maxime super alios incumbit et a vobis sustinetur, ὑπὲρ Τρώων. et 355, ἐπεί σε μάλιστα πόνος φρένας ἀμφιβέβηκεν εἵνεκα ἐμεῖο, quandoquidem te maxime capit labor et studium mei causa. et 525, ἔχουσι πολὺν πόνον εἵνεκα σεῖο, qui pugnant tui causa. δόλων ἆτε ἠδὲ πόνοιο, astutiarum insatiabilis et laboris, Λ, 430, ubi notatur ὁ ἐνεργέστατος, et plenissimus consiliorum pariter ac rei fortiter gerendæ. et 600, εἰσορόων πόνον αἰπὺν, spectans laborem gravem bellicum et infelicitatem. πόνος καὶ νεῖκος, labor et contentio, M, 348, coll. 361, πόλεμος καὶ νεῖκος. et 356, πόνοιο ἀντιάσητον, ut laboris participes sitis, coll. 368, ἀντιόω πολέμοιο, occurro labori pugnæ. τοὺς μὲν ἔα πόνον τ' ἐχέμεν καὶ ὀϊζὺν, N, 2, eos sivit habere laborem bellicum et miseriam. et 344, γηθήσειεν ἰδὼν πόνον, qui gavisus esset viso isto misero labore prœlii. σὺ μὲν πόνου οὔποτε λήγεις, K, 164, tu a labore nunquam cessas. τὸν ἑταῖροι ἔφερον ἐκ πόνου, i. e. ἐκ μάχης pariter καὶ ἄλγους, Ξ, 429. et 480, οὐ θὴν οἴοισίν γε πόνος τ' ἔσεται καὶ ὀϊζὺς ἡμῖν. ὥς κε ἀναπνεύσωσι πόνοιο, ut respirent a labore, O, 235. et 416, τὼ δὲ μιῆς περὶ νηὸς ἔχον πόνον, pugnabant ambo de una nave; κότον καὶ ἐνέργειαν. μάχης ὀλοὸς πόνος, Π, 568, pugnæ perniciosus labor; et sic plene dictum: alibi elliptice πόνος, si pugnam notat. et 651, πόνον αἰπὺν, laborem gravem. ἀτιέρητος πόνος, P, 41, intentatus labor. et 158, ἀνδράσι δυσμενέεσσι

πόνον καὶ δῆριν ἔθεντο, hostibus pugnam faciunt. et 365, *ἀλλήλοις ἀλέξειν αἰπὺν*, a se mutuo arcere gravem laborem, i. e. pugnæ pericula. et 401, *ἐτάνυσσε κακὸν*, intendit exitialem laborem, gravem fecit pugnam et diuturnam. et 718, *φέρετε τὸν ἐκ πόνου*, coll. 735, *ἐκ πολέμου*. *πότε κέν τις ἀναπνεύσειε πόνοιο*, T, 227, quando quis respirare possit a labore? i. e. a luctu et dolore, si omnes mortuos sic lugere velimus. *ὅπως παύσειε πόνοιο αὐτὸν*, i. e. *τῆς πολεμικῆς ἐνεργείας*, Φ, 137, 249. et 524, 525, *πᾶσι δ' ἔθηκε πόνον*, (omnibus adfert luctum) *σοῖς πόνον καὶ κήδεα ἔθηκε*. *σοὶ οὔτι μέλει Τρώων πόνος*, i. e. *ἡ κακοπάθεια*, X, 11. et 488, *αἰεὶ τούτῳ γε πόνος καὶ κήδεα ὀπίσω ἔσονται*, semper ei labor et mala in posterum erunt. *ἔβη ἀμπόνον ἀνδρῶν*, pro *ἀνὰ πόνον*, ivit in prœlium, per aciem, Π, 726, ubi alii legunt *εἰς πόνον*. *τὸν περὶ πάντων Ζεὺς ἐνέηκε πόνοις*, hunc supra omnes Jupiter immisit in mala, laboriosissimum eum fecit, K, 89. et 245, *οὗ πέρι μὲν πρόφρων κραδίη ἐν πάντεσσι πόνοις*, cujus egregie benevolum mihi cor in omnibus negotiis. et 279, *ἥτε μοι αἰεὶ ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασαι*, quæ mihi semper in omnibus laboribus et negotiis duris adstas. *οὕτω κεν καὶ μᾶλλον ὀφέλλειεν πόνον ἄμμι*, sic vel magis augeret laborem nobis, β, 334, i. e. *τὸ ἔργον κατὰ τὴν μνηστείαν*: et est jocose dictum et ironice. *νήπιος, οὔτε πόνων εὖ εἰδὼς*, imperitus, nec rerum gravium gnarus, δ, 818. *ἄνευθε πόνου καὶ ἀνίης*, sine labore molesto, η, 192. *ἐπεὶ πόνος ἄλλος ἔπειγε*, λ, 54, quia alia occupatio nos urgebat. *πόνον ἔχειν καὶ ὀϊζὺν*, θ, 529, ad habendum laborem et miseriam. *πολεμήϊα ἔργα καὶ πόνος*, μ, 117, ubi utrumque fere idem. *σοὶ αἰεὶ ἐν πάντεσσι πόνοις παρίσταμαι, ἠδὲ φυλάσσω σὲ*, ν, 301. υ, 48, inquit Minerva ad Ulyssem. *οὔτινα ἔχει πόνον*, ν, 423, nullam habet ærumnam, *er hat keine anfechtung, (he has no annoyance.)* *ἔτι ὄπισθεν ἀμέτρητος πόνος ἔσται πολλὸς καὶ χαλεπὸς*, ψ, 249. hinc est *ὁ πόνηρος*, laboriosus, ærumnosus, qui et *μόχθηρος* dicitur: sed *πονηρὸς* et *μοχθηρὸς* de animi vitio.

ποντοπορεύω, f. *εύσω*. (Πέρα) mare transeo. ε, 277, *ποντοπορευέμεναι*, pro *ποντοπορεύειν*, navigare. et 278, *ποντοπορεύων*. η, 267.

ποντοπορέω, f. *ήσω*. (Πέρα) idem. *τῆς νηὸς ποντοπορούσης*, λ, 11.

ποντοπόρος, *ου ὁ ἡ*. (Πέρα) mare transiens. est epitheton navis magnæ et maritimæ, μ, 69. ν, 95. A, 439. B, 771. Γ, 46, 444.

πόντος, *ου. ὁ*. (Πνέω) mare, *das meer, (the sea.)* proprie notat *τὸ τῆς θαλάσσης πελαγίζον, οὗ καταπνεομένου ἀνέμοις, κυρτοῦνται κύματα κορυσσόμενα, καὶ ἔξω ἐλαύνονται*: mare altum et patens, ubi venti undas agunt versus littora; ut dictum sit a *πνέεσθαι*, quasi *πνότος*, qui perflatur ventis. *σμαραγεῖ δέ τε πόντος*, B, 210, mare ventis agitatum mugit graviter. sic, *μελάνει*, nigricat, nigrescit, H, 64. *πόντος ἁλὸς πολιῆς οὔ μιν ἔσχεν*, non eum continuit latitudo maris cani, Φ, 59, *das ungestüme meer hat ihn nicht einschliessen und zurückhalten können, (the tempestuous sea has not been able to enclose and detain him,)* coll. 62, 63. *πόντος δέ οἱ οὔτινα ἀπηύρα*, mare ei neminem abripuit, γ, 192. *νῆσος, τὴν πέρι πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται*, κ, 195, *ἤχλυσε πόντος ὑπὸ νεφέλης*, caliginosus fiebat, ξ, 304. μ, 406. ubi ubique de alto mari. *κύματα μακρὰ θαλάσσης πόντου Ἰκαρίου*, B, 145. *εἰ καὶ τὰ νείατα πείρατα γαίης καὶ πόντου ἵκηαι*, Θ, 479. *ὅταν ἐκ πόντοιο σέλας* (fulgor) *ναύταις φανείη καιομένου πυρὸς*, T, 375. *ἄνεμος δ' ἐκ πόντου ἔνεικεν*, ι, 285, qui locus maxime vim nominis, et etymologiam, innuit: ventus ex ponto. et 486, *πλημμυρὶς ἐκ*, æstus ex ponto. *τηλοῦ ὑπὲρ πόντου*, procul trans mare, ν, 257. *ἐκ ἰοειδέος βὰς*, ε, 56. *ἐκ ποντόφιν*, pro *πόντου*, ω, 83. *πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται*, *auf dem hohen windigen meere erhebet und helmet sich die welle, (the wave rises and curls on the tempestuous ocean.)* Δ, 424, ubi quoque apparet, quid sit *πόντος*. *ἀπ' αἰθέρος ἔμβαλε πόντῳ*, Ξ, 258. *πόντῳ κεκλιμένοι*, inclusi mari, O, 740. *ἐν ἰχθυόεντι*, Π, 746. *ἐνὶ οἴνοπι*, Ψ, 316. *μείλανι* pro *μέλανι*, Ω, 79. ubi conf. *μέλας*: nam notat h. l. sinum maris. *ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα*, α, 4. et 197, *κατερύκεται εὐρέϊ*. sic, *ἐνήσομεν*, immittemus, β, 295. μ, 293, i. e. *ἐμβαλοῦμεν τὴν νῆα*. coll. 401. *πολυκλύστῳ*, δ, 354, quale est re vera mare circa ostia Nili. et 821, *ἢ ἐνί. ἔμπεσε*, ε, 50, coll. 56. et 132, *μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι*. sic et η, 250. μ, 388. τ, 172, 274. *ὡς ὅτε ῥινὸν ἐν ἠεροειδέϊ*, ε, 281. sic, *ἐν*, θ, 567. *πολυκλύστῳ*, ζ, 204. *ἰχθυόεντι*, κ, 458. *ἔτι πόντῳ ἐὼν*, ubi apparet casus sextus absolute positus, μ, 264. *πλείοντες ἐνὶ*, π, 368. *τὸν ἐν πόντῳ ἔφαγον ἰχθύες*, ξ, 135. ω, 290. *ὁρῶν ἐπὶ οἴνοπα πόντον*, A, 350, sic, *λεύσσων*, E, 771. *ἰδὼν*, Ψ, 143, facie conversa versus patriam et patrium fluvium. *περᾶν ἐπὶ*, transire per, B, 613. et habet *πόντος* hoc epitheton ob nigredinem altæ aquæ: et ob eundem colorem dicitur *κυάνεος* et *πορφύρεος*. sic, *νηῒ πλέων ἐπὶ*, H, 88. Γ, 47, *ἐπιπλώσας*. et *ἐπιπλὼς εὐρέα*, Z, 291. *ἐρχόμενον κατὰ*, Δ, 276, 278. *ἐλάταις ἐλαύνοντες*, H, 6. *ἐπὶ εὐρέα ἄγουσι*, I, 72. et 4, *ἄνεμοι δύο ὀρίνετον* (cient) *ἰχθυόεντα*. *ἰοειδέα ὀρίνει*, Λ, 298. *κυμαίνοντα*, Ξ, 229. *ἀπείρονα*, δ, 510. *ἀτρύγετον*, O, 27. ν, 419. ρ, 289, coll. ψ, 317, *ἐπ' ἰχθυόεντα*. sic et T, 378. δ, 381, 390. *ἐστόρεσεν θεὸς μεγακήτεα*, γ, 158. *Θρηΐκιον*, Ψ, 230, ubi sic dicitur *ὁ Εὔξεινος καὶ προκειμένη αὐτοῦ ἅπασα ἡ Προποντίς*. *πόντονδε*, ι, 495. κ, 48. *ποντόθεν*, Ξ, 395. vide porro, si lubet, O, 219. Ψ, 214, 744. α, 183. β, 263, 421. γ, 15, 105, 158, 286, 294. δ, 424, 425, 570, 470, 474, 482. ε, 352, 377. et 291, *ἐτάραξε*. ι, 83. λ, 106, 252. μ, 253. π, 229. ω, 118.

πόποι, ὢ πόποι, (Oἴ) est interjectio, notans indignationem, aut luctum, aut admirationem magnam, aut alium ejusmodi motum animi. particula orta est ex *οἴ*, gementis voce, quasi per reduplicationem et admixto *π*. *ὢ πόποι, ἦ μέγα πένθος Ἀχαιΐδα γαῖαν ἱκάνει*, A, 254, ubi Nestor miseratur universam Græciam. sic et H, 124. et 455, *ὢ πόποι, Ἐννοσίγαιε, οἷον ἔειπες*, heu, Neptune, quid dixisti! sic et ν, 140, ubi

Jupiter sic alloquitur Neptunum. sic et Θ, 201. et 427, ὢ πόποι, αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, ubi alloquitur Juno Minervam; eheu, O filia Jovis. ὢ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδε ὀρῶμαι, ubi est cum luctu admirantis, N, 99. Υ, 344. et simpliciter mirantis, Φ, 54. O, 286, ὢ πόποι, ἦ ῥα καὶ ἄλλοι Ἀχαιοὶ ἐν θυμῷ βάλλονται ἐμοὶ χόλον, eheu, certe et reliqui igitur Græci iram in animo concipiunt contra me, Ξ, 49. ὢ πόποι, ἦ ῥα, ἀγαθός περ ἐὼν, ὑπέροπλον ἔειπεν, heu, sane igitur, quantumvis eximius, superbe loquitur, O, 185, inquit Neptunus de Jove. et 467, ὢ πόποι, ἦ δὴ πάγχυ μάχης ἡμετέρης ἐπικείρει δαίμων, heu, certe sane fortuna præcidit consilia pugnæ nostræ. ἦ μάλα ἐλαφρὸς ἀνὴρ, papæ, certe valde levis vir et agilis, Π, 745, ubi est κέρτομον, irrisorie et scoptice dictum. sic et X, 373, ἦ μάλα δὴ μαλακώτερος Ἕκτωρ, postquam occisus est. ἦτε ἐφάμην, certe tamen putabam, P, 171, ubi alii minus bene legunt ὢ πέπον. ἦ ῥα ἅλιον ἔπος ἔκβαλον, heu, certe igitur frustraneum verbum emisi, Σ, 324. ὢ πόποι, ἦ μοι ἄχος Αἰνείου, eheu, certe mihi dolor est de Ænea, Υ, 293, ubi ex affectu ellipticus est sermo. Ἀργυρότοξε, eheu, O Apollo, Φ, 229. et 420, Ἀτρυτώνη. ἦ φίλον ἄνδρα διωκόμενον ὀρῶμαι, X, 168. et 297, ἦ μάλα δή με θεοὶ θανατόνδ' ἐκάλεσαν. ὢ πόποι, ἦ ῥά τίς ἐστι καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισι ψυχὴ, papæ, certe igitur est aliqua etiam in Orci domibus anima, Ψ, 103. et 782, ἦ με ἔβλαψε θεὰ πόδας, proh, certe dea impedivit mihi pedes. ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται, papæ, quomodo tandem mortales accusant deos! α, 32, ubi indignationis vox est. et 253, ἦ δὴ πολλὸν Ὀδυσσῆος δεύῃ, eheu, næ tu multum indiges ejus; ubi est miserantis et dolentis. ὢ πόποι, ἦ μάλα δὴ φίλου ἀνέρος υἱὸς ἐμὸν δῶ ἵκετο, δ, 169, papæ, certe quidem valde amici viri filius meam in domum venit. et 333, κρατερόφρονος ἀνδρὸς ἐν εὐνῇ. sic et ρ, 124. ἦ μέγα ἔργον, δ, 663. ὢ πόποι, ἦ μάλα δὴ μετεβούλευσαν θεοὶ ἄλλως ἀμφ' Ὀδυσῆϊ, de Ulysse, ε, 286, inquit Neptunus. ἦ μάλα δή με παλαίφατα θέσφατα ἱκάνει, ι, 507. ν, 172. ὡς ὅδε πᾶσι φίλος, κ, 38. ἦ μάλα δὴ γόνον Ἀτρέος Ζεὺς ἤχθηρε, λ, 436. οὐκ ἄρα (κατὰ) πάντα νοήμονες, ν, 209, *vernunftig. wolgesinnet, (rational, judicious.)* et 383, Ἀγαμέμνονος οἶτον. ὡς ἄρα τυτθὸς ἐὼν, O, sic parvulus tu, ο, 380. ὡς τόνδ' ἄνδρα θεοὶ κακότητος ἔλυσαν, π, 364. οἷον ἔειπε κύων, ρ, 248. et 454, οὐκ ἄρα σοίγε ἐπ' εἴδεϊ καὶ φρένες ἦσαν. ὡς ὁ μολοβρὸς, σ, 26. ἦ μάλα με Ζεὺς ἄφρονα θῆκε, φ, 102. et 131, ἦ καὶ ἔπειτα. et 249, ἦ μοι ἄχος. ex collatione horum locorum apparebit cuique, non scribendum esse, ὦ πόποι, nam id, ὦ, esset nota vocativi; et manifestum tamen est, esse apud poëtam nil aliud nisi particulam ὢ, cum πόποι, interjectione, conjunctam, ut utraque idem significet. post Homerum quidem nonnulli τὸ, πόποι, de diis adhibuerunt, sic dictis, quasi ἔποπτοι, i. e. πάντα διοπτεύοντες, unde est et ὁ δίοπος, vox ἡγεμονική. cæterum ab recentiori illo ὁ πόπος, i. e. ὁ θεὸς, est τὸ πόπανον, i. e. τὸ πόπῳ ἄνακτι ὀσιούμενον, nam prior pars vocis est a πόπος, posterior ab ἄναξ in significatu divino.

πόρδαλις, ιος et εως. ὁ ἡ. (Ἄλλω) panthera, *ein leoparde, ein tieger, (a leopard, a tiger.)* a recentioribus scribitur ὁ πάρδαλις. quidam veterum sic distinguunt, quod ὁ πόρδαλις sit mas, ἡ πάρδαλις fœmina. et prior dictus a προάλλεσθαι, per transpositionem τοῦ ρ et ο, et interserto δ: altera vero a παράλλεσθαι. nam saltu pugnat maxime hoc animal θρασὺ, cautius tamen apro, qui cæcus ruit in hostem. et pardalis, sicut et leo, ἡμεροῦνται: sed ὗς ἄγριος ἀεὶ ἄγριος. πορδαλίων τε λύκων τ' ἤϊα πέλονται, N, 103, pardalium luporumque escæ sunt. ἠΰτε πόρδαλις εἶσι, sicut panthera prodit, Φ, 573—578, ubi id animal in parabola describitur. καὶ πόρδαλις, δ, 457, ubi Protei mutationes narrantur. nam poëta ipsam feram scribit πόρδαλις, (quasi πρόαλις, προαλλομένη) pellem vero ejus per α.

πορθέω, f. ήσω. (Φύω) idem quod πέρθω. vasto, depopulor, diripio, exscindo. πόλιας καὶ τείχεα ἐπόρθουν, Δ, 308, urbes et muros expugnabant. αὐτῶν ἀγροὺς πόρθεον pro ἐπόρθουν, eorum agros deprædabantur, ξ, 264. ρ, 433.

πορθμεὺς, έως. ὁ. (Πέρα) portitor, qui διὰ πορθμοῦ ἄγει τοὺς περαιουμένους, qui homines transportat trans fretum. idem dicitur ὁ πορθμευτὴς, οῦ, et pretium pro trajectione solvendum, dicitur τὸ πορθμεῖον, quod et ὁ ναῦλος et τὸ ναῦλον ab ἡ ναῦς. navigium ejusmodi dicitur τὸ πορθμίον. πορθμῆες δ' ἄρα τούσγε διήγαγον, υ, 187, *die fahrleute hatten sie übergesetzet, (the ferrymen had carried them over.)* deinde πορθμεὺς, est et, mercator, qui merces transportat per mare, Theocr. Id. I, 57, etsi poëtice tantum sic dicatur.

πορθμὸς, οῦ. ὁ. (Πέρα) fretum, ubi mare transitur facile in terram aliam. στενὴ θάλασσα μεταξὺ δύο γεῶν: στενὸς πόρος θαλάσσης, angustus transitus maris. *eine schmale überfarth, (a narrow strait.)* ἐν πορθμῷ Ἰθάκης τε Σάμοιό τε, δ, 671. ο, 29, in freto inter Ithacam et Samum.

πόρκης, ου. ὁ. (Κῶ) est κρίκωμα συνεκτικὸν τοῦ ξύλου καὶ τῆς αἰχμῆς, circulus quo cuspis hastæ cum bastili firmiter jungitur. περίθει χρύσεος πόρκης, Θ, 495, circumpositus erat aureus vel auratus annulus, de quo τὸ περιθέειν proprie dicitur. sic et Z, 320. est ergo κρίκος, ὃς περιθέει καὶ περιάγει ἑλίσσων τὸ ξύλον εἰς ὃ ἐμβιβληται ἡ αἰχμὴ, ἐκ μεταφορᾶς τοῦ περὶ τοὺς πόδας ξυλίνου δεσμοῦ. vox est a περικεῖσθαι, circumjacere, circumpositum esse: a quo et est ὁ πόρκος, ου, retis piscatorii species.

πόρος, ου. ὁ. (Πέρα) transitus, trajectus; proprie trans fluvium, ubi ab una ripa transitur ad alteram. nam est a περάω, ejusque perf. m. πέπορα. deinde connotat etiam ipsum alveum fluvii, qui labia habet distantia, ad quæ transiri potest; et fluxum fluvii. notat et in genere, viam. Θρύον, Ἀλφειοῖο πόρον, Thryum, ubi Al-

pheus fluvius commode transitur, Β, 592. ὅτε δὴ πόρον ἷξον ποταμοῦ, cum venissent ad alveum et fluentum fluvii, Ξ, 433. Φ, 1. Ω, 692. πόρους ἁλὸς ἐξερεείνων, pertentans et emetiens transitus maris, μ, 259, *durchsuchend die übergange und wege des meeres, (surveying the crossings and passages of the sea:)* ubi quasi alveo fluvii sermo est. hinc est πορίζω, f. σω, viam præbeo, viam invenio et excogito. ἀνὴρ ἐκ τῶν ἀμηχάνων πόρους εὐμηχάνους πορίζων, Aristoph. Equit. 756, vir qui ex difficilibus vias faciles parare potest et comminisci.

πόρπη, ης. ἡ. (Πέρα) est eadem quæ ἡ περόνη, γυναικῶν χλαίναις ἢ πέπλοις addi solita. πόρπας τε, Σ, 401, ubi enumerantur inter opera, quæ Vulcanus fabricatus est Nymphis, ἐχάλκευε: ut ergo materia solida περονῶν καὶ πορπῶν appareat. hinc sunt et οἱ πόρπακες dicti, qui notant τὸ ἐντὸς τῆς ἀσπίδος πρόσθημα, δι' οὗ τὴν χεῖρα διεῖρον, *die queerstücke inwendig im schilde, durch die der schild auf dem arme und an der hand befestiget wird, (the cross-piece inside of the shield by which it is attached to the arm and hand.)* et dicti a similitudine τῆς πόρπης, a qua et τὸ ἐπιπόρπημα, i. e. ἡ τῶν κιθαρῳδῶν ἐφαπτὶς, citharœdorum fibula. Aristoph. Equit. 845, 854. sed ab eadem fibula notat τὸ ἐπιπόρπημα, pariter ac ἡ ἐφαπτὶς, etiam chlamydem. Plutarch. Alex. § 181.

πορσύνω, (Πέρα) transire facio a me ad alterum, adire facio, dono, præbeo: idem ac πόρω. it. promoveo, procedere facio, augeo. ἄλοχος δέσποινα λέχος πόρσυνε καὶ εὐνὴν, pro ἐπόρσυνε, præbebat, γ, 403. η, 347, quæ est honesta circumlocutio concubitus conjugalis, uxor domina præbebat ei lectum, i. e. concubitum, ut πορσύνειν λέχος sit, συγκοιτάζεσθαι, συγκαθευδῆσαι, et paratum esse ad amicitiam conjugalem exhibendam.

πόρταξ, ακος. ἡ. (Πέρα) vitula. idem ac πόρτις. nec est deminutivum, etsi recentiorum usus hanc terminationem deminutivis adtribuerit, e. c. μεῖραξ, μύλαξ, λίθαξ, πίδαξ, σκύλαξ, λείμαξ, πλούταξ, etc. sed apud antiquissimos is usus nondum erat. hinc Homerus nusquam utitur ὑποκορισμοῖς. ὥς τις περὶ πόρτακι μήτηρ, Ρ, 4, sicut mater pro vitula sua. Vide sub ΒΟΥ῀Σ, ad initium.

πόρτις, ιος. ἡ. (Πέρα) vitula, *ein kuh-kalb, (a cow-calf,)* δάμαλις. τ est inserta littera, nam primario dicitur ἡ πόρις, ιος, ab ὁ πόρος, transitus, meatus; ut notetur νέα βοῦς ἄρτι ἀρξαμένη τοῦ πορεύεσθαι. ὅταν ἄγραυλοι πόρτιες περὶ βοῦς ἀγελαίας πᾶσαι σκαίρουσιν ἐναντίαι, quando in villis stabulantes vitulæ circa vaccas armentales saliunt obviæ, κ, 410, (ubi accuratæ editiones legunt πόριες,) nam ejusmodi vitulæ in stabulis et aulis villarum retinentur, sicut ἄρνες et ἔριφοι, quando adultiores exiguntur in sylvas aut alia pascua. ab hac specie deinde quævis juvenca, *eine junge kuh, (a young cow,)* sic vocatur, sicut Ε, 162, λέων ἐξάξει αὐχένα πόρτιος ἠὲ βοὸς, frangere solet cervicem juvencæ aut bovis. dicta ergo est πόρις a πορεία, σκιρτητικὴ γὰρ ἡ δάμαλις, sic et ὁ νεβρὸς quibusdam dictus videtur a νέον πορεύεσθαι. ab Eurip. Suppl. 629, ἡ Ἰὼ vocatur ἡ πόρις Ἰνάχου, juvenca Inachi, nam ejus erat filia, post in vaccam pulcram mutata.

πρυμνὸν δένδρον est pars arboris ad radicem; πρυμνὴ χεὶρ est ad carpum; πρυμνὴ ναῦς est puppis, pars navis ad clavum. hinc est et ὁ πρέμνος, ου vel τὸ πρέμνον, ου, stirps arboris, lignum arboris in trunco, sub cortice. Theocr. Id. 20, 22. unde est πρεμνίζω, f. σω, a stirpe et trunco excido arborem. simul τὸ πρέμνον notat et arborem in genere, e. c. Mosch. 3, 48, ἀδονίδες καὶ χελιδόνες, καθεζόμεναι ἐπὶ πρέμνοις, lusciniæ et hirundines, sedentes in arboribus altis. λᾶαν ἔφερεν, ὅς πρόσθεν πυλῶν εἱστήκει, πρυμνὸς παχὺς, αὐτὰρ ὕπερθεν ὀξὺς ἔην, portabat saxum, quod ante portas steterat, ab inferiore parte crassus, qua parte in terram defossus erat ut angularis lapis, superne vero acutum erat, M, 446, τὰ ἔσχατα καὶ κάτω παχύς; unde et quidam ὑφὲν legunt πρυμνέσπαχυς. ὑπὲρ πρυμνὸν θέναρος, super posteriorem partem volæ, E, 339, coll. 458, ubi prior locus explicatur, οὔτασεν αὐτὴν σχεδὸν, vulneravit eam cominus, (κατὰ) χεῖρα ἐπὶ καρπῷ, in manu apud carpum: ut ergo priore loco non significetur τὸ πρυμνὸν πρὸς τοῖς δακτύλοις, sed κατὰ τὸ ἐπὶ καρπῷ. cæterum ista descriptio vulneratæ Veneris fingit staturam deæ valde celsam, coll. 335, 336, ubi duo participia conatum multum extendendi se herois et adsiliendi in altum innuunt. ἐξέρυσε πρυμνοῖο βραχίονος ὄβριμον ἔγχος, N, 532, ex posteriore brachio, ubi proximum est humero, coll. 529. πρυμνὸν δὲ βραχίονα δουρὸς ἀκωκὴ δρύψε ἀπὸ μυώνων, ultimumque brachium cuspis hastæ dilaceravit et distrinxit a musculis, ut musculi illud non amplius haberent, Π, 323, collatis antecedentibus, ἔφθη οὐτάσαι πρὶν ὦμον ἄφαρ, occupavit vulnerare eum ante, statim in humerum: ut ergo πρυμνὸς βραχίων adhæreat humero. ἀπέταμεν αὐτοῦ πρυμνὴν γλῶσσαν χαλκὸς, E, 292, i. e. ἐσχάτην, posteriorem partem, ubi adhæret gulæ. ὕλην πρυμνὴν ἐκτάμνοντες, fruticeta ad radices excidentes apri, M, 149, *unten an der wurzel abhauende, (cutting off at the root.)* πρυμνὸν σκέλος, ἵνα πάχιστος μυὼν, i. e. suram, Π, 314, nam σκέλος est a talis usque ad genua: sura vero est in superiore aversa tibiæ parte. πρυμνοῖσιν κεράεσσι, ad extrema cornua, ubi adhærent capiti; ad infimam eorum partem, N, 705. δόρυ πρυμνὸν, posteriorem partem hastæ, i. e. cuspidis inferiorem, ubi adhæret hastili, P, 618. πρυμνὸν δεξιὸν ὦμον, ρ, 504. et 463, πρυμνότατον κατὰ νῶτον, ad tergum ubi proximum est cervici, ἔσχατον πρὸς τῇ κεφαλῇ. nam πρυμνὸν semper est τὸ ἔσχατον μέρος: quod potest esse infra, e. c. ad radicem arboris; nonnunquam et supra, ut in hasta et dorso. πρυμνόθεν τομὴ est ἡ πρόῤῥιζος, quando arbor ad radicem succiditur.

πρυμνώρεια, ας. ἡ. (Ὄρω) radix montis, τὸ πρυμνὸν ἤτοι τὸ κατωτάτω τοῦ ὄρους, quod et οἱ πόδες τοῦ ὄρους alibi. ἐν πρυμνωρείῃ Ἴδης, Ξ, 307.

πρώην, (Πρὸ) adverb. nuper, modo, *kürzlich erst vorher, (just now, lately.)* ὅς πρώην μὲν ἐμοὶ ἔστευτο, qui non ita pridem mihi promisit, E, 832, sequente νῦν δὲ, 834. τὸν σὺ πρώην ἔκτεινας, Ω, 500, *den du onlängst erleget hast, (whom thou hast lately slain,)* ante paucos dies.

πρωθήβης, ου. ὁ ἡ. (Ἥδω) in prima pubertate constitutus, ὁ ἄρτι μέλλων ἀλκὴν ἐνδύεσθαι. παῖδας πρωθήβας, pueros primum pubescentes, Θ, 518, quibus custodia murorum permissa. κοῦροι πρωθῆβαι, δαήμονες ὀρχηθμοῦ, θ, 263. τὴν, προθήβην ἔτι οὖσαν, α, 431, hanc, in primo flore ætatis adhuc constitutam: et vides ibi genus fœmininum. Substantiva in ης formant fœmininum in ις. e. c. ὁ δεσπότης, ἡ δεσπότις, ὁ τοξότης ἡ τοξότις, sed ea regula non pertinet ad adjectiva, quæ sunt generis communis, velut ὁ ἡ ἐθελοντὴς, ὁ ἡ πατροφόντης, ου. etc. certum tamen est, ab ἥβη descendere et adjectiva in ος, et ὁ ἡ ἄνηβος, (dorice ἄναβος) ἔφηβος, etc. vid. Theocr. Id. 8, 3, et ἄναβος, est, qui nondum supergressus est annum duodecimum; ἔνηβος autem, qui ad decimum quintum annum accedit.

πρωΐ, (Πρὸ) adverb. mane, *früh*, *(early.)* proprie notat, omne tempus diei antemeridianum, prior dimidia pars diei, *die vormittageszeit, (the forenoon.)* deinde in specie, tempus matutinum primum, *die morgenstunde, (the morning.)* denique in genere, maturum, πρὸ καιροῦ. it. *zeitig, bald, (early, mature.)* cui opp. ὀψέ. πρωῒ δ' ὑπηοῖοι σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες, mane vero cum prima aurora armati, Θ, 530 Σ, 277, 303. quibus locis ὁ ὄρθρος intelligitur. scribitur et πρῷ, et attice πρῴ. cæterum est a πρὸ, ante.

πρώϊζα, (Πρὸ) adverb. ante hesternum diem, nudius tertius. χθιζά τε καὶ πρώϊζα, heri et ante heri, B, 303, conf. χθές. est et neutrum singulare in usu, πρωϊζὸν et πρῳζόν.

πρώϊος, ία, ϊον. (Πρὸ) matutinus, antemeridianus. νευρὴν, ἣν οἱ ἔδησα πρώϊον, nervum, quem arcui alligaveram mane hodie, O, 470, ubi neutrum est adverbialiter; nisi mavis in genere communi attice intelligere. cæterum eodem die mane rupta erat prior νευρὰ ictu lapidis; in cujus locum statim aliam novam addiderat. hinc sunt et αἱ πρῶκες, i. e. δρόσοι, αἱ σταγόνες τῆς δρόσου. Theocr. Id. 4, v. 16. et Callimachus Hymn. in Apoll. 41, ἐν ἄστεϊ δ', ᾧ κεν ἐκεῖναι πρῶκες ἔραζε πίσωσιν, ἀκήρια πάντ' ἐγένοντο.

πρὼν, ωνός. ὁ. (Ἕω) est ἐξοχὴ ὄρους, prominens et eminens locus vel jugum in monte, *ein gipfel oder spitze eines berges oder gebirges, (a summit or peak of a mountain, or range of mountains.)* dicitur et ὁ πρηὼν, ῶνος, et ὁ πρέων, ονος. est, ut videtur, a participio προϊὼν, prodiens. in genere enim ὁ πρὼν est, a natura editior aliquis locus. sic P, 747, seqq. ὥστε πρὼν ἰσχάνει ὕδωρ, ubi describitur agger a natura factus, oppositusque fluvio, porrectus in multam longitudinem. sed, Θ, 553, σκοπιαὶ καὶ πρώονες ἄκροι, ubi sunt cacumina montium prominentia, τόποι ὑψηλοὶ καὶ ἐξοχαὶ ὀρέων, ἐν οἷς τὸ πρωῒ μάλιστα διαφαίνεται, in quibus matutina lux

primum apparet. *νάπαι* enim sunt *χθαμαλαὶ, καὶ διὰ τοῦτο ἀφώτιστοι* prima illa luce. sic et Π, 299. quibusdam ergo hæc vox a *πρωῒ*, mane, facta videtur. *ὑψηλῶν ὀρέων κορυφὰς καὶ πρώονας ἄκρους*, M, 282, sc. operiunt nubes. etymologia a *προϊέναι* est certissima.

πρώρα, *ας. ἡ.* (*Ὄρω*) prora navis. quasi *πρόορα*, ex qua providetur in anteriora. *ἐπὶ ἴκρια νηὸς πρώρης*, *μ*, 230, in tabulata navis proræ.

πρωτόγονος, *ου. ὁ ἡ.* (*Γάω*) qui primus est natus, primogenitus. *ἀρνῶν πρωτογόνων ἑκατόμβην*, Δ, 102, 120. Ψ, 864, 873. et talia vocantur *τὰ πρωτογεννήματα.* Sed *ἡ πρωτογόνος* est active.

πρωτοπαγὴς, *έος. ὁ ἡ.* (*Πήγω*) recens compositus. *δίφροι καλοὶ, πρωτοπαγεῖς, νεοτευχέες*, E, 194. *ἄμαξαν καλὴν, προτοπαγῆ*, Ω, 267, *einen neuen, (a new one.)*

πρωτόπλοος, *ου. ὁ ἡ.* (*Πέλω*) primum navigans. *ναῦν πρωτόπλοον*, Θ, 35. alii scribi jubent *παροξυτόνως*, *ἁλιπλόος*, sed frustra: nam sic cum numeralibus, *ἁπλόος*, *διπλόος*, etc. confunderetur.

πρῶτος, *η, ον.* (*Πρὸ*) primus, *der erste, (the first ;)* ordine temporis, et numeri, et loci. est a *πρὸ*, per syncopen ex *πρότατος*, *πρόατος*, *πρῶτος*. nam comparativus est *πρότερος*. *πρῶτος Ἀγαμέμνων Ὀδίον ἔκβαλε δίφρου*, prior ille illum dejecit de curru et interfecit, prius quam alius alium, E, 38. et 40, *πρώτῳ στρεφθέντι*, primo illi tergum danti. *ὦρτο πολὺ πρῶτος*, H, 162, surgebat omnium primus, multo prius quam alii. sic de tempore et ordine numeri, K, 532. Λ, 737. M, 438. N, 502. Ξ, 509, 511. O, 454. Π, 284, 307. Σ, 92, ubi notatur vehemens cupiditas occidendi hunc præ aliis. Υ, 161. Φ, 392 X, 25, 100. Ψ, 288, 450, 862. *α*, 113. *γ*, 36. Θ, 216. *ι*, 449, 450, 451, ubi ter positum de *κτίλῳ*, et 463. *λ*, 510. *π*, 470. *ρ*, 275. *φ*, 98, 144, 148, 231. *χ*, 212. *Ἄρηϊ πρώτῳ ἔπεχε ἵππους*, dirige equos contra hunc primum, ante quam contra alios, E, 829, 841. *σοὶ μετὰ ἐμὲ*, tibi primo secundum me, Θ, 289, statim post me, ante quam aliis dem aliquid. *ἐν πρώτῳ ῥυμῷ*, Z, 40. Π, 371, temo enim est anterior pars currus, hinc dicitur *πρῶτως*: ut igitur videas prioritatem loci, *der wagen zerbrach vorn an der deichsel, (the forepart of the chariot broke, near the pole.)* *ἐν πρώτῳ ὁμάδῳ μάχεσθαι*, i. e. *ἐν προμάχοις*, in prima acie, P, 380. sic, *ὁμίλῳ*, Υ, 173. *παρά σοι πρώτῳ*, Φ, 76, ubi loquitur filius Priami, qui jam ante semel captus fuerat ab Achille, et venditus, nunc vero rursus in bello, post redemtionem, eidem oblatus ad cædem. ergo apud Achillem in statu captivitatis et servitutis primum cibatus fuerat, deinde apud alios: *αἰχμαλωτισθεὶς, πρῶτον παρὰ τῷ Ἀχιλλεῖ ἔφαγεν, εἶτα καὶ παρὰ ἄλλοις.* *τῷ πρώτῳ*, sequente *δευτέρῳ, τριτάτῳ*, Ψ, 265. *οἵ τ᾽ αὐτῷ πρώτῳ κακὸν εὕρετο*, sibi ipsi primo malum reperit, *φ*, 304. *Νέστορα ἐπὶ πρῶτον ἐλθεῖν*, ad Nestorem primum ire, K, 18, et est masculinum. *τινα πρωτον, τίνα δ᾽ ὕστατον*, quem primum quem ultimum, Λ, 299. Π, 692. sic, *Ἀντιφάτην*, M, 191. *πρῶτον λόχον*, N, 285, quando in primo ordine sederit inter insidiatores bellicos, coll. 276, *an der spitze des haufens im hinterhalte, (at the head of the troops in ambuscade.)* *πρῶτον ἐρύξομεν*, primum eum ante alios inhibebimus, O, 297, coll, 293, *πρόμος.* et 546, *ἐνένισπεν*, primum eum adlocutus est hortando. sic, *προσηύδα*, P, 553. *Δάρδανον*, eum primum, sc. conditorem regni hujus, Υ, 215. et 382, *ἕλεν*, interfecit, ante alios. *ἐπεί με πρῶτον ἔασας ζώειν*, postquam me primum sivisti vivere, Ω, 557, respectu ad tuam sequentem conservationem. precor tibi incolumitatem et reditum in patriam, sicut tu me primum conservasti. *γέροντα*, *β*, 39. *Ὀδυσσῆα*, *ν*, 117. *ἐμὲ ἵκετο*, ad primum me venit, *ρ*, 516. his omnibus locis est masculinum. neutrum vero sæpissime adverbiascit. *οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο*, A, 50. *βουλὴν πρῶτον ἷζε γερόντων*, concilium considere fecit principum ante quam exercitus concionem haberet, B, 53, *πρὸ τῆς ἀγορᾶς.* sic, *διεμέτρεον χῶρον*, dimetiebantur primum regionem, Γ, 315. *ὡς τοπρῶτον ὑπέστην*, sicut antea promisi, Δ, 267. O, 75. *Κύπριδα πρῶτον οὔτασε, αὐτὰρ ἔπειτα*, eam primum vulneravit, et deinde, E, 458. et 848, *αὐτόθι κεῖσθαι, ὅθι πρῶτον κτείνων ἐξαίνυτο θυμὸν*, ibi jacere, ubi primum vel prius vel paullo ante interficiens eripuerat vitam ei. nam *τὸ κτείνειν* erat *τὸ πρῶτον*, et *τὸ ἐᾶν κεῖσθαι* sequebatur. sic porro, Z, 179, 184, 186, *πρῶτον, δεύτερον, τρίτον.* et 260, 345. *ἀλκὴν μέν μοι πρῶτον ὀνείδισας ἐν Δαναοῖσι*, I, 34, tu prius culpasti meam fortitudinem. et in toto eo Diomedis sermone est libertas, verecunda tamen: dicit enim, tibi potius videtur deesse fortitudo et constantia animi, quæ quidem ad summum imperium, quod tu habes, est maxime necessaria. manendum est igitur hic et pugnandum. coll. 32. Λ, 176. P, 64. Ξ, 170, 284. Π, 113, 229. T, 136, 158. Υ, 166. Ψ, 237, 250, 324, i. e. *πρὸ τοῦ εἰς τὸ τέρμα ἐλθεῖν.* et 683. Ω, 27, 348. *κ*, 278. *β*, 190, primum ; sequente *δὲ*, et deinde. *γ*, 320, semel, *einmâl, (once.)* *δ*, 6, 13, *τοπρῶτον*, prima vice. ex quo loco *υἱὸς ὁ πρωτότοκος*, Luc. ii, 7, intelligi potest, primus post virginitatem, sed non primus præcise respectu secundi aut tertii alicujus. sic primipara aliqua dicitur, etsi postea nihil præterea pariat. et 159, 411, 509. *η*, 237. *τ*, 104, *τὸ (τοῦτο) πρῶτον ἐγὼν εἰρήσομαι*, istud primum interrogabo ego. Θ, 120, 197, *σῆμα πολὺ πρῶτον*, i. e. *λίαν ὑπὲρ ἐκεῖνα σήματα*, *weit vorwärts hinaus, (by far the first.)* *τί πρῶτον ; τί δ᾽ ἔπειτα ; τί δ᾽ ὕστατον καταλέξω ;* *ι*, 14, 16. *κ*, 328, semel. *ὁπότε πρῶτον*, quam primum, *so bald als, (as soon as,)* *λ*, 105. *μ*, 158. *ν*, 127, 133, *da du es einmal versprochen hast, (since thou didst at first promise.)* *ξ*, 141, 467, *τοπρῶτον*, quæ scriptio est Dorica, vide *τοπρίν*: et ad h. l. conf. *ἀνακράζω*, *nachdem ich einmal das maul aufgethan habe, (since I have once*

opened my mouth.) 528. π, 149, πρῶτόν κεν τοῦ πατρὸς ἑλοίμεθα νόστιμον ἦμαρ, omnium primum certe eligeremus reditum patris. π, 138, 338, 355. φ, 120. χ, 252. ψ, 214, οὐ τοπρῶτον ὧδε, non ab initio sic. οἱ πρῶτοι τε καὶ ὕστατοι, de loco, Β, 281. οἳ πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν, de tempore, λ, 262, qui primi hujus urbis sedem constituerunt. μετὰ πρώτοις μάχεσθαι, inter primos, in prima acie, Ε, 536, 575. Μ, 321, 324. eadem res aliis verbis, ἐν πρώτοις ἔφερεν ἀσπίδα, Λ, 61, i. e. προεμάχετο, in prima acie pugnabat: coll. 64, ubi apparet, μετὰ et ἐν notare idem. et 296, ἐν πρώτοισι μέγα φρονέων ἐβεβήκει, i. e. προεμάχετο. et 674, ἔβλητο ἐν πρώτοις, i. e. ἐν προμάχοις καὶ πρωταγωνισταῖς. sic et Μ, 306. μετὰ πρώτοισιν ἀνὰ μάχην ἵσταμαι, Ν, 270, inter primos, in primo ordine, sto in pugna. sic, πρώτοις ἐν προμάχοισι μιγέντα ἐμὲ, σ, 378. ἐν πρώτοις ἔκιε, Θ, 337, *gieng mit voran, (went in the van.)* μετὰ πρώτοις ἐόντας, Μ, 315, in prima acie stantes. ἐν πρώτοισι, μέγα προθορὼν, ἐκέλευσε, in primo ordine, longe prosiliens, clamabat hortans, Ξ, 363. καὶ νόον ἐν πρώτοισι Μυκηναίων ἐτέτυκτο, et, prudentiam quod attinet, inter primos Mycenæorum erat, Ο, 643, *am verstande war er einer von den vornehmsten, (for prudence he was one of the first:)* ubi de gradu dignitatis et præstantiæ. sic et ζ, 60, σοὶ μετὰ πρώτοισι ἐόντι, tibi inter magnates versanti. ἐγὼ ἐν πρώτοισιν ὀΐω ἔμμεναι, ego inter optimos artis peritos puto me esse, ϑ, 180. ἡμᾶς πρώτους ἐνέλεγε κήτεσι, non primos numerabat inter cetos, δ, 452. πρώτω, vos duo primi, tempore, Δ, 343. eos duos, Π, 555. πρώτη δὲ Διὸς θυγάτηρ, prima vero Minerva, i. e. præcipue illa ante omnes, Δ, 128. sic, πρώτη, Ο, 17, ἐπαύρηαι, prima tu, et præcipue, fruaris. et 88, πρώτη ἐναντίη ἦλθε θέουσα, prima occurrebat ei currens. λ, 51. ξ, 31, πολὺ πρώτη. πρώτης στειλειῆς, φ, 422, ubi deest ἐκ, inde a primo foramine. πρώτῃ ἐν ὑσμίνῃ, i. e. ἐν προμάχοις, in prima acie, Ο, 340. Υ, 395. μετὰ πρώτῃ ἀγορῇ, in prima concione, i. e. in fronte et primis ordinibus concionis, Τ, 50. πέζῃ ἐπὶ πρώτῃ, Ω, 272, in extrema parte. μοὶ πρώτῃ ζωάγρια ὀφέλλεις, mihi primæ debes conservationem vitæ, ϑ, 462. σὲ πρώτην ἐπιβωσόμεθα, te primam invocabimus, ante alios deos, Κ, 462. ἄστυγα ὑπὸ πρώτην, i. e. ἄκραν, Υ, 275. ἐς σὲ πρώτην ἱκόμην, ad te primam, ζ, 176. πρώτην ἱκέτευσας, primæ illi supplicasti, η, 301, et utroque loco notatur adventus supplex. πρώτην Τυρὼ ἴδον, eam primam et primum, λ, 234. ἀκτὴν, ε, 36, ad primum littus Ithacæ. πρῶται τρίχες ἵππων, Θ, 83, anteriores pili in fronte equorum. νῆες εἰρυνται, quæ primæ naves subductæ, Ξ, 75. Ο, 654. ἄλοχος καὶ μήτηρ, Ω, 710. πρώταις πύλαις, ad primam partem portarum, Θ, 411, ἐν προπυλαίοις, *vor dem thore, (before the gate:)* nam egressæ jam erant porta, sed tamen nondum processerant ulterius. sic πρῶται θύραι sunt τὰ πρόθυρα. ἐν πρώταις θύρῃσιν, quæ præcedebant, Σ, 579. Ο, 634, πρώταις καὶ ὑστατίαις. πρώταις θύραις, ante januam, ad januam, Χ, 66, et sic dicit τὰς αὐλείους θύρας, januam domus quæ in aulam spectat. α, 255. χ, 250, *an der äussern thüre, vor der hausthüre, (at the outer-door, before the house-door.)* πρώτας ἐν γαίῃ ἔθεσαν, Μ, 260, ante murum posuerant in terra. Ξ, 31. Π, 394. neutrum plurale sæpe adverbiascit, pro singulari πρῶτον, i. e. κατὰ τὸ πρῶτον vel τὰ πρῶτα. Dorice id dicitur ταπρῶτα, Α, 6, primum, initio. et 235, semel. 276, 459, primum. Β, 73, 572. Γ, 330. Δ, 17, 19. Π, 131, 133. Τ, 369. ἱππῆας μὲν πρῶτα, πεζοὺς δ' ἐξόπιθεν ἔστησε, Δ, 297. et 301, ἱππεῦσιν μὲν πρῶτα ἐπετέλλετο, equitibus primum et ante omnia id mandabat, *vor allen dingen, (above all things.)* et 424, τὰ πρῶτα, initio, *in der erst, (at first.)* ἐπὴν ταπρῶτα γένηται, postquam semel natus est, Ζ, 489. sic Μ, 420. Ν, 679. Ρ, 612. α, 257. ϑ, 268, 553. σοὶ μαχήσομαι, Ι, 32, tibi primum, et initio orationis meæ, contradicam. Κ, 29, 344. πρῶθ' pro πρῶτα, sequente aspero, Λ, 244. ρ, 573. πρῶτα μὲν ὄτρυνον τοὺς, primum omnium excita illos, Π, 495, 532, 694. et 811, πρῶτα ἐλθὼν, prima vice iens. ἐπειδὴ πρῶτα δαμάσθη, postquam semel occisus est, Τ, 9. et 258, ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν. sic et ξ, 158. ρ, 155. τ, 303. υ, 230. et genitivus pendet ab ellipsi præpositionis ἐκ, sciat nunc omnium primum Jupiter inter deos. πρῶτα μὲν ἐν πεδίῳ πῦρ δαίετο, primum ignis incendebatur, Φ, 343. sic, α, 284, *erst gehe dahin, (first go thither.)* γ, 183, semel. δ, 119. ω, 237, 239, prius. δ, 414, 500. η, 53, 56. κ, 154, 519. λ, 27. et 157, maxime, et primum omnium. et 220, semel. 639. μ, 230. ν, 228. ο, 419, coll. 422. π, 402. ρ, 595. σ, 191. χ, 448. ψ, 131, 142, 224. τὰ πρῶτα λαβὼν, sc. ἄεθλα, primum præmium certaminis, Ψ, 275, *den ersten und vornehmsten preiss, (the first prize.)* et 538. ubi ergo est adjectivum, et pluralis pro singulari. καὶ σοὶ πρῶτα παραστήσεσθαι ἔμελλε μοῖρα ὀλοὴ, ω, 28, etiam tibi semel adstitit parca perdens, i. e. occidit te tandem. quanquam antiqui contendunt, positum h. l. attice pro, πρὸ καιροῦ, *vor der zeit, (prematurely.)* sed est fortasse rectius, si explices potissimum, *dir vor andern, (thee above all others.)* πολὺ πρώτιστος, omnium primus, ξ, 220. τ, 447. σοὶ πρωτίστῳ, Β, 228. Π, 656, ei omnium primo. etiam hujus superlativi neutrum in singulari et plurali, adverbialiter ponitur. πρώτιστον, prima vice, Ξ, 295, *zu allererst, (first of all,)* κ, 462. υ, 60. χ, 491. πρώτιστα, Λ, 105. Β, 405. Ι, 168. Σ, 478. γ, 57, ei maxime. et 419, πρώτιστα (ἐκ) θεῶν ἱλάσομαι 'Αθήνην, ut Minervam omnium primum inter deos placem. δ, 456. ἐμὲ λίσσοντο, ι, 224, ibi me maximopere orabant socii, ut redirent retro, si sumsissent secum caseorum nonnullos, et raptim egissent hœdos et agnos ad navem; et deinde navigarent aliorsum. hoc contextu est τὸ πρώτιστα et τὸ ἔπειτα h. l. intelligendum. ante omnia, ν, 404. ε,

38. χ, 113. τὰ πρώτιστα, λ, 167, prima vice. πολὺ πρώτιστον αὐτὸν, B, 702.

πρωτοτόκος, ου. ἡ. (Τίκω) quæ primum partum edit vel edidit. μήτηρ πρωτοτόκος, οὐ πρὶν εἰδυῖα τόκοιο, P, 5, de vacca, ἡ πρώτως τεκοῦσα. nam tales activæ formæ habent accentum in penultima. sed in antepenultima, ὁ ἡ πρωτότοκος est ὁ πρῶτος τεχθεὶς, primogenitus, passive.

πρώων, ὁ, vide sub πρών.

πταίρω, f. αρῶ. (Πέτω) sternuto, *ich niese, (I sneeze.)* est a πτάω deductum: nam sternutans proclinato capite diffunditur quasi. Τηλέμαχος δὲ μέγα ἔπταρεν, ρ, 541, et ὁ πταρμὸς erat ὄρνις τις (omen quoddam et augurium) τοῖς παλαιοῖς. hinc ὁ πταίρων προσεκυνεῖτο, cujus causam reddit Aristoteles: et dicebatur, Ζεῦ σῶσον. quod ὁ πταρμὸς bis vel ter repetitus, sanet τὴν λυγγὰ, singultum, docet Medicus apud Platonem in Symp. sumpto aliquo πταρμικῷ φαρμάκῳ, remedio sternutamenta ciente. de equis dicitur πτύρειν, et ὁ πτυρμός. πταίρω dicitur et πτάρνυμαι.

πτάτο, pro ἔπτατο, vide sub πτῆμι.

πτάω, f. πτήσω. (Πέτω) volo: labor quasi volatu; cado, accido; ruo cum impetu. idem ac πέτομαι. ὅταν ἐκ νεφέων πτῆται νιφὰς ἠὲ χάλαζα, quando ex nubibus volat et decidit vehementer nix aut grando, O, 170, quod est pro πτάεται, contr. πτᾶται, ionice πτῆται.

πτελέα, ας. ἡ. (Πέτω) ulmus, *ein ulmenbaum, rüstern, (an elm-tree.)* plantari solita ad sepulcrum, διὰ τὸ ἄκαρπον, sicut et ἡ ἰτέα. cæterum bona ἡ πτελέα ad ædificandum. quia est arbor valde patula, hinc ratio denominationis Græcæ apparet. περὶ δὲ πτελέας ἐφύτευσαν Νύμφαι ὀρεστιάδες, Z, 419, ad sepulcrum herois. πτελέην ἕλε χερσὶν εὐφυέα μεγάλην, Φ, 242, prehendit manibus ulmum magnam, quæ prociderat jam ante tempus aliquod in hunc fluvium. et 350, καίοντο πτελέαι τε καὶ ἰτέαι, cum Vulcanus incendisset campum et fluvium. crescit enim læte ad aquas. Vide sub Πτελεὸς in R.

πτερόεις, όεσσα, όεν. (Πέτω) alatus, *geflügelt, (winged.)* καὶ φωνήσας, προσηύδα αὐτὸν ἔπεα πτερόεντα, et clara voce loquens, alloquebatur eum verbis alatis, B, 7. Ψ, 601, 625. δ, 550. χ, 311, etc. Ἀθηναίην ἔπεα πτερόεντα προσηύδα, Δ, 69. E, 713. ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα, Ξ, 356, ubi accusativus personæ est omissus. καί μιν φωνήσασα ἔπεα πτερ. προσηύδα, O, 89. καί μιν λισσόμενος, Φ, 73. et 121, καί οἱ ἐπευχόμενος, ἔπεα πτερόεντα ἀγόρευεν pro ἠγόρευε, et glorians super eum, dixit hæc verba. sic, πολλὰ πρὸς ἀλλήλους ἔπεα πτερόεντα ἀγόρευον, loquebantur ad se invicem multis verbis, Ω, 142, et πολλὰ ibi est adverbium, ad ἠγόρευον, *sie sprachen viel mit einander, (they conversed much together.)* sic, οἱ δὲ πρὸς ἀλλήλους, ν, 165. dicuntur autem ἔπεα hoc epitheto, διὰ τὸ ταχὺ, quia celerrime ab ore loquentis per aërem ad aures audientis accidunt; καὶ διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς ἁρμονίαν καὶ εὐσυνθεσίαν, quia multa verba unum tamen quasi corpus efficiunt, unamque sententiam; et quia eloquentia celebres facit homines et quasi alis extollit. ἰοὶ πτερόεντες, sagittæ, non celeres modo, sed et pinnis aptæ, *die schnell durch die luft fliegende und hinten gefiederte, pfeile, (arrows which are feathered and fly swiftly through the air,)* Δ, 117. Π, 773. et pro ἰοὶ, ἰὰ πτερόεντα, Υ, 68. ὀϊστοὶ πτερόεντες, sagittæ, E, 171. λαισήϊα πτερόεντα, parmulæ leves, ἐλαφρὰ, E, 453. M, 426, quæ tam facile portantur brachio quasi essent pennæ.

πτερὸν, οῦ. τό. (Πέτω) ala, *ein flügel, (a wing.)* et in genere, penna, *eine feder, (a feather.)* est a πέτω, pro πετερὸν, per syncopen: id quo volatur. proprie enim πτερὸν est pars πτέρυγος, utpote totius, penna alaris, *die schwungfedern im flügel, (the wing-feathers,)* τὰ πτίλα. deinde ponitur pro alato ipso, pro, τὸ πτηνὸν, quod est a πτάω, f. ήσω. οἰωνοὶ, πτερὰ πυκνὰ περιβαλόντες, aves carnivoræ, densis suis alis circumvolantes te, Λ, 454, nisi πυκνὰ potius est pro πυκνῶς, crebro. γυῖα αὐτῷ ἠΰτε πτερὰ γίγνετο, membra ei fiebant quasi alares pennæ, T, 286, quia ἀβαρῆ, non gravata, καὶ κουφίζοντα τὸν ἥρωα. σὺν δὲ πτερὰ πυκνὰ λιάσθησαν, simulque alares pennæ densæ antea distensæ sunt, Ψ, 879, ut solet quando avis moritur ex ictu. τόσα αὐτοῦ (ἀετοῦ) ἑκάτερθεν ἔσαν πτερὰ, tantæ ejus utrimque erant expansæ alæ, Ω, 319. τιναξάσθην (quatiebant ambæ aquilæ) πτερὰ πολλὰ, multas pennas, quas excutiebant sibi, β, 151, nisi πολλὰ est adverbialiter neutrum, quatiebant sæpissime et multum alas suas; ut de evulsione pennarum nulla ibi sit mentio: quod etiam præstat. notatur solus alacer et impetuosus volatus. πυκινὰ πτερὰ δεύεται ἅλμῃ, densæ alæ earumque pennæ madefiunt salsa aqua, ε, 53, nam pennæ in avibus aquaticis sunt valde densæ, ne humor queat penetrare ad corpus: ergo solæ pennæ extra madefiunt. ἐρετμὰ πέλονται νηυσὶ πτερὰ, λ, 124. ψ, 272, remi sunt alæ navibus. ἔτιλλε πέλειαν, κατέχευεν δὲ πτερὰ χαμᾶζε, accipiter vellebat in aëre columbam, et pennas deorsum fundebat ad terram, ο, 526, ubi sic dicuntur pennæ in genere. Φαιήκων νέες (naves) ὠκεῖαι, ὡσεὶ πτερὸν ἠὲ νόημα, η, 36, ubi πτερὸν notat avem, a parte totam, et quidem velocissimam, ὄρνιν ὠκυπέτην. generalem notionem τοῦ πτεροῦ, discas ex Herodoto, IV, 7, f. coll. 31, ἔοικε γὰρ ἡ χιὼν πτεροῖς, similis est nix, quando densa cadit, pennis. hinc fabulæ dicunt, apud Hyperboreos aërem repleri pennis dense, ut prospicere nemo queat, οὔτις δύναται ὁρᾷν οὔτε ἰεξιέναι, ὑπὸ πτερῶν κεχυμένων.

πτέρυξ, υγος. ἡ. (Πέτω) ala, *der flügel, (a wing.)* proprie, pars illa corporis avium, circa quam sunt pinnæ, μέρος σώματος, περὶ ὃ τὰ πτερὰ, ut notetur τὸ σαρκῶδες τῆς πτέρυγος. Aristarchus scribi jubet ἡ πτερὺξ, ύγος, contra usum communem. hinc est πτερύσσομαι, f.

ύξομαι, alis plaudo, alas moveo; quod et πτερυγίζειν dicitur, Aristoph. Plut. 575. πτέρυγος ἔλαβεν, ala prehendit avem, Β, 316. ὑπὸ πτέρυγος ἔβαλεν αὐτήν, *traf den vogel unter dem flügel, (hit the bird under the wing,)* Ψ, 875. ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι, Β, 462, lusitantes alis volando, de gruibus et cygnis. τιταινομένω πτερύγεσσιν, β, 149, extendentes se ambæ alis.

πτῆμι, (Πέτω) pro πτῆμι et, præfixo Iota, dicitur ἵπτημι et ἵπταμαι. volo: labor quasi volatu; cado, accido; ruo cum impetu. idem ac πέτομαι et πτάω. ὠκὺς δ' ἐκ μελέων θυμὸς πτάτο, pro ἔπτατο, imperf. med. celer ex membris avolabat animus seu vita, Ψ, 880, *fur aus, (forsook.)* ἐκ χειρῶν ἔπτατο ἐρετμά, μ, 203, ex manibus evolabant remi: quod festive dictum; nam alibi dicuntur remi, alæ navis: hic vero avolant ipsæ istæ alæ ex manibus. potuisset dicere, ἔκφυγεν, sed suavius existimavit illud. οὔτι ἄνευ θεοῦ ἔπτατο δεξιὸς ὄρνις, ο, 530, volavit avis augurii. ὀϊστὸς, Ν, 592, volabat sagitta. quidam hanc formam dicunt esse a πτάω, f. ήσω, aor. 1. med. ἐπτησάμην, per syncopen ἐπτάμην: sed cum ἵπταμαι sit usitatissimum; etiam simplicior forma πτάμαι non est repudianda. αἰχμὴ πταμένη, volans cuspis, i. e. hasta, Ε, 282, quod innuit τὸ τάχος τῆς προέσεως, celeritatem emissionis. ψυχὴ ἐκ ῥεθέων πταμένη, vita ex corpore volans, Π, 856. Χ, 362. sed aor 2. ἐπτόμην recte per syncopen factus dicitur pro ἐπετόμην.

πτήσσω, f. ήξω. (Πέτω) terreo, animum concidere facio. εἰς πτοίαν κινέω, θροέω, ἐκφοβέω, *ich schröcke, (I terrify.)* est ergo verbum transitivum, κατ' ἀλλοπάθειαν intelligendum, non vero αὐτοπαθῶν. πτῆξε δὲ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν, perculit, perterrefecit, animum eorum, Ξ, 40, *machete dass sie sehr erschraken, (terrified them exceedingly.)* alii legunt h. l. πῆξε, pro ἔπηξε, i. e. πεπηγέναι οἷον τῷ δέει ἐποίησε, faciebat ut adfigeretur quasi animus et concresceret metu, *machete erstarrend, (chilled with terror.)* sed male. sæpius tamen etiam intransitive notat hoc verbum: terreor, paveo; contraho me et deprimo. κείμην πεπτηὼς, pro πεπτηχὼς, jacebam contractus et deprimens me post arbusta, ne conspicerent me hostes, ξ, 354. et 474, ἀνὰ δόνακας καὶ ἕλος πεπτηῶτες, in arundineto latitantes insidiatores, coll. 479. πεπτηὼς γὰρ ἔκειτο ὑπὸ θρόνον, contractus enim præ metu jacebat sub sella, χ, 362, i. e. διὰ δειλίαν συνεσταλμένος. coll. 479, ubi apparet arcta cognatio verbi πτήσσειν cum πίπτειν, quod confer. cæterum πτήσσειν est commune et Atticum, πτώσσειν vero Ἰωνικόν. sic et ῥήσσω et ῥώσσω, a quo est ὁ ῥὼξ, ωγός.

πτῆται, vide sub πτάω.

πτοέω, et ionice πτοιέω, f. ήσω. (Πέτω) conterreo, percello, consterno; facio quasi concidere: vehementer moveo aliquem. *ich mache scheu, setze in heftige bewegung, schröcke, (I fill with fear, throw into violent agitation, terrify.)* τῶν δὲ φρένες ἐπτοίηθεν, ionice pro ἐπτοήθησαν, χ, 298, *da wurde ihr herz heftig beweget und erschröcket, (their minds were vehemently moved and panic struck.)* est ergo a πέτω et πίπτω.

πτολίεθρον, ου. τό. (Πέλω) urbs; civitas. idem ac πτόλις. nec est deminutivum, sed derivativum per paragogen. Τρώων εὐναιόμενον πτολίεθρον, Α, 164, Troicam aliquam urbem; quales multæ in satis amplo illo regno. εὖτε ἂν πτολίεθρον ἕλωμεν, quandocumque aliquam capimus urbem, Β, 228. Μεδεῶνα, ἐϋκτίμενον πτολίεθρον, Β, 501. et 505, Ὑποθήβας. et 538, ἔφαλον, αἰπὺ, urbem ad mare sitam, altam. et 546, Ἀθήνας. et 569, Μυκῆναι. et 584, ἔφαλον, Ἕλος. de Troja ipsa sæpissime ponitur, quæ sane per deminutivum appellari non debuit, utpote ingens urbs. Ἰλίου ἐκπέρσαι εὐναιόμενον πτολίεθρον, Β, 133. ἐξαλαπάξαι ἐϋκτίμενον, Δ, 33, ubi dulce quid sonant verba. et 239, ἐπὴν πτολίεθρον ἕλωμεν, ubi κατ' ἐξοχὴν posita hæc vox, sicut ἡ πόλις. εἴκε Ἰλίου ἐκπέρσης, Ν, 380. ῥύομαι αὐτόν τε καὶ αἰπεινὸν πτολίεθρον, Ο, 257, i. e. Trojam. ἐκπέρσειν ἄνευ ἔθεν, Ρ, 407. κτῆσιν, ὅσην πτολίεθρον ἐπήρατον ἐντὸς ἐέργει, de Troja, Χ, 121. sed de urbe non nominata, Σ, 512. Ἰλίου ἐκπέρσαντες, Φ, 433. ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε, α, 2. Πύλον, Νηλέος εὐκτίμενον, γ, 4. et 485, Πύλου αἰπύ. ἐς Λῆμνον, ἐϋκτίμενον πτολίεθρον, θ, 283, quod est pro, εἰς τὸ τῆς Λήμνου πτολίεθρον. nam hoc nomen præcise notat urbem, non vero civitatem vel populum. Κικόνων ἱερὸν ἑλόντες, ι, 165. Λάμου αἰπὺ, κ, 81. Πύλου αἰπὺ, ο, 193. Νήρικον εἷλον, ἐϋκτίμενον, ω, 376. ἑπτὰ δέ οἱ δώσω εὖ ναιόμενα πτολίεθρα, Ι, 149, 291. et 396, κοῦραι ἀριστήων, οἵτε πτολίεθρα ῥύονται, filiæ principum, qui urbes conservant et tuentur.

πτολιπόρθιος, ου. ὁ ἡ. (Φύω) urbis expugnator et vastator. Ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον, ι, 504. et 530, ubi Cyclops hoc cognomen scoptice repetit ex ore Ulyssis; quod tantulus et tam infirmus, tam superbum titulum arroget sibi. cæterum terminatio ιος est ex sequente ος, ut in κάπρος, κάπριος: ὁμοῖος, ὁμοίϊος: λοῖσθος, λοίσθιος: αἰδοῖος, αἰδοίϊος, etc. Dores dicunt ἄσσιον pro ἄσσον, αἴψιον pro αἶψα, μάλλιον pro μᾶλλον, ἔγγιον pro ἐγγύς.

πτολίπορθος, ου. ὁ ἡ. (Φύω) idem. ὑπ' Ὀϊλῆϊ πτολιπόρθῳ, Β, 728, nam multas urbes expugnarat ὁ Ὀϊλεύς. οὔτε πτολίπορθος Ἐνυὼ, neque Bellona urbium vastatrix, Ε, 334. Ἄρηα, Martem, Υ, 152. et 384, Ὀτρυντεύς. Ἀχιλλεὺς, Θ, 372. Ο, 77. Φ, 550. Ω, 108, nam captæ et expilatæ sunt viginti tres urbes Trojanæ ductu ejus bello Trojano, etsi non ipsa Troja. Ὀδυσσεὺς, Β, 278. Κ, 363. π, 442. σ, 355. χ, 283. ω, 119, conf. πόλις, ad initium. nam ex captis olim urbibus non opes solum, sed et homines honestiores, maxime mulieres formosiores, in prædam cedebant; sæpe et urbes ipsæ incendebantur

πτόλις, ἡ, vide πόλις.

πτόρθος, ου. ὁ. (Πέτω) ramus, *ein ast, ein gros-*

ser zweig mit vielen sprossen, (a branch, a large bough with many twigs,) κλάδος πλατὺς τὲ καὶ ἐπιμήκης. est hoc nomen compositum quidem ex πετάω, expando, et ὄρω, unde est τὸ ὄρθιον, erectum in altum: ut ergo sit ὁ διαπεπετασμένος εἰς ὀρθόν. sed ob affinitatem, et memoriæ juvandæ causa, cum ὄρω et ὀρθὸς jam ex antecedentibus notum sit lectori, ad πέτω referri hoc nomen placuit. πυκινῆς ὕλης πτόρθον ἔκλασε φύλλων, ex denso frutice ramum foliorum refregit, ζ, 128, πολύφυλλον, ad tegenda inferiora nudi corporis. perlucebat tamen per hunc ramum nonnihil: quod suspicatus est poëta, inquiens, hujus et Alcinoi mirata est filia membrum.

πτύγμα, ατος. τό. (Πέτω) quod complicatum est, complicatura. πρόσθε δέ οἱ πέπλοιο φαεινοῦ πτύγμα ἐκάλυψεν, et ante eum prætexit plicaturam pepli candidi, E, 315, ut notetur τὸ δίπλωμα πέπλου καὶ περίττευμα, partem illam pepli quam duplicare poterat, *das stück ihres oberkleides das sie sonst doppelt überschlagen konte, hielte sie vor in als eine bedeckung, (that part of her upper garment which would otherwise fold over, she held before to skreen him.)*

πτυκτὸς, ἡ, όν. (Πέτω) complicatus. γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ, scribens in tabula duplicata, Z, 169, in codicillis. ergo πτυκτὸς πίναξ est ἡ ἐπιστολή. et ea illis temporibus consistebat ex duabus ligneis tabellis, quibus verba insculpebantur intus, deinde complicatæ obsignabantur: nam scribere humidis coloribus nondum erat inventum illis temporibus. confer πίναξ. hinc est et, extruso τ, τὸ πυκτίον, i. e. βιβλίον, et ἡ πυξὶς, pyxis, et τὸ πυξίον, tabula.

πτὺξ, υχός. ἡ. (Πέτω) plica, plicatura, complicatio, duplicatio. hinc sunt αἱ περιπτυχαὶ, involutiones; quibus opponuntur αἱ ἀναπτυχαὶ, explicationes: et sol dicitur ἀναπτύσσειν τὰ ἐν σκότῳ. διὰ ἓξ πτύχας ἦλθε δαΐζων χαλκὸς, H, 247, per sex complicationes penetravit diffindens ferrum, *durch sechs übereinanderliegende lagen und doppelungen drunge und gieng das zerschneidende eisen, (the sharp iron penetrated through six folds.)* et sermo est de clypeo. sic, πέντε σάκεος πτύχες, Σ, 481, de clypeo Achillis, coll. Υ, 269—272, ubi dicitur hasta penetrasse per duas exteriores plicaturas clypei ferreas; in tertia vero aurea hæsisse, sub qua deinde duæ aliæ stanni erant plicaturæ, nam quinqueplex erat id scutum, πεντάπτυχος ἦν ἡ ἀσπίς. κατὰ πτύχας Οὐλύμποιο, Λ, 77, in jugis Olympi, *auf den verschiedenen anhöhen und gleichsam lagen und falten des gebirges, darauf die götter wohnen, (on the different peaks, and as it were strata and folds of the mountain inhabited by the gods.)* sic Υ, 22, πτυχὶ Οὐλύμποιο ἥμενος, i. e. περιοχῇ τινί. τάχα δ' ἵκανον πτύχας ἠνεμοέσσας, τ, 432, celeriter pervenerunt nobiles illi venatores in alta juga montis, *auf das windige,* i. e. *hohe, gebirge, (on the windy,* i. e. *lofty mountain.)*

πτύον, ου. τό. (Πέτω) ventilabrum, *eine wurfschaufel, (a fan for winnowing corn.)* et in genere, pala, *eine schaufel, (a shovel,)* qua quid in altum vel longum projicitur et exhauritur. ὅτε ἀπὸ πλατέος πτυόφιν (πτύου) μεγάλην κατὰ ἀλωὴν θρώσκουσι κύαμοι ἢ ἐρέβινθοι, N, 588, coll. E, 500, 501. est ergo ibi non, δι' οὗ γῆν ἀναῤῥίπτουσι, sed λικμητικὸν πτύον, ἀναβάλλον τὰ ἠλοημένα. recentiores Attici dixere et, τὸ πτέον. Vide sub ἀθηρηλοιγός.

πτύσσω, f. ύξω. (Πέτω) plico, *ich falte, (I fold:)* in rugas et sinus complico, *ich mache dass etwas falten, höhen und tiefen, hat, (I cause something to have folds, elevations and depressions.)* est ejusdem originis cum πίπτω, a πέτω, πετύω, πετύσσω, per syncopen πτύσσω. hinc fit, extruso τ, ob euphoniam, πὺξ, complicatis digitis, *mit geballeter faust, (with clenched fist;)* et πυκνὸς, densus et ὁ πύξος, buxus. a perf. pass. ἔπτυγμαι fit ἡ πυγμὴ, ejusque derivata, et τὸ πτύγμα, et ὁ πύκτης, ου, pugil, et πυκταλίζειν, i. e. πυκτεύειν, pugilatum exercere. ab eodem verbo est et ὁ πυγὼν, et αἱ κατὰ σῶμα πυγαὶ, clunes, et οἱ Πυγμαῖοι, qui a gruibus oppugnantur, et πέρδιξιν εἰς ὄχημα utuntur, qui equitant in perdicibus, quos vide in R. etiam ὁ πνὺξ, υχὸς et υκὸς, locus judicii Attici et concionum, a πυκνός. ἡ μὲν πτύξασα καὶ ἀσκήσασα τὸν χιτῶνα, α, 439, complicans et componens apte tunicam Telemachi. πτύξασα εἵματα καλὰ, complicans et componens vestes lotas, ζ, 111, 252, *da sie die wäsche geleget, (folding the washed garments:)* quale πτύσσειν dicitur et διπλοῦν. ἔγχεα δ' ἐπτύσσοντο, hastæ curvabant et quasi duplicabant se, N, 134, ergo εὐλύγιστα τὰ τοιαῦτα ἔγχεα, *(sehr schlank und schwank) (very slender and flexible)* ὡς καὶ μικροῦ δεῖν πτύσσεσθαι, i. e. διπλοῦσθαι ἐν τῷ ἀμπεπαλλόμενα σείεσθαι, ut pæne duplicarent se inter vibrandum.

πτύω, f. ύσω. (Πέτω) spuo, *ich spucke, (I spit.)* est a πέτω, πετύω, πτύω, cadere facio ex ore. αἷμα παχὺ πτύοντα, Ψ, 697. idem verbum dicitur φθύζω, f. σω.

πτωκάζω, f. άσω. (Πέτω) concido præ metu, deprimo et contraho me præ metu, vel præ tristitia, aut ad significandam humilitatem meam: sum timidus, fugio. idem quod πτώσσω. οὐ Τυδέϊ φίλον ἦν ὧδε πτωκάζειν, non sic timide se gerere solebat Tydeus, Δ, 372, coll. 371.

πτὼξ, ωκός. ὁ ἡ. (Πέτω) pavidus. ὁ καταπτώσσων καὶ ὑποπτήσσων καὶ δειλός. et est epitheton leporis, metu se contrahentis et ad terram deprimentis. locus ubi multi sunt lepores, dicitur πολύπτωξ, ὁ ἔχων πτῶκας πολλούς. nonnunquam, per ellipsin, hoc nomen substantive ponitur. πόδας ταχὺς πτὼξ, ὑπὸ θάμνῳ κατακείμενος, οὐ λήθει τὸν ἀετὸν καὶ ὑψόθι ἐόντα, P, 676, aquila in alto volans conspicit tamen leporem contrahentem se et deprimentem sub frutice. ἁρπάζων ἢ ἄρνα ἀμαλὴν ἢ πτῶκα λαγωὸν, ubi plene positum, X, 310. scribitur et ὁ ἡ πτὰξ, ακός. Vide sub λαγωός.

πτώσσω, f. ώξω. (Πέτω) concido præ metu, deprimo et contraho me præ metu, vel præ tristitia, aut ad significandam humilitatem meam: sum timidus, fugio. τί πτώσσεις; cur es timidus, et depressus animo? Δ, 371. τίς σε ἀνάγκη πτώσσειν ἐνθάδε, E, 634, quid tibi necesse est hic esse timido et perculso animo? *was brauchest du denn dich hier vor furcht ineinander zu ziehen? (why then needest thou here shrink with terror?)* et voluit dicere, διατρίβειν, quis cogit te hic versari? licet tibi abesse hinc: sed in deterius convertit. τὸ ἐόντι pertinet ad sequentia verba. τοὺς νῦν εἰ πτώσσοντας ὑφ' Ἕκτορι πάντας ἀκούσει, si audiet, eos omnes timore concidisse sub Hectore, H, 129. οὐδ' ἄρ' ἔτι δὴν ἀλλήλους πτώσσοιμεν, Y, 427, non sane jam diu nos invicem fugitabimus per militares ordines, ut nos tueamur in multitudine. ἀκρίδες πτώσσουσι καθ' ὕδωρ, præ metu involant et cadunt in aquam, Φ, 14. et 26, Τρῶες πτῶσσον (ἔπτωσσον) ὑπὸ κρημνοὺς, præ timore abscondebant se depressi sub ripas altiores fluminis; ut notetur κρύψις διὰ δειλίας. πτώσσων κατὰ δῆμον βούλεται αἰτίζων βόσκειν ἣν γαστέρα, ρ, 227. σ, 362, reptans timide et curvato dorso per urbem, mavult mendicando pascere ventriculum suum: *sich bettelhaft bückend vor den leuten, (bowing in the manner of a beggar before the people.)* πτώσσουσαι ὄρνιθες, exterritæ fugientes aves, X, 304. πτώσσειν ergo est verbum intransitivum, πτήσσειν vero transitivum.

πτωχεύω, f. εύσω. (Πέτω) mendico, *ich gehe betller, bettele, (I beg, go a begging.)* πτωχεύω ἀνὰ δῆμον, mendico per populum, τ, 73. πρὸς ἄστυ λιλαίομαι ἀπονέεσθαι πτωχεύσων, ad urbem cupio abire mendicaturus, ο, 308, ἐπαιτήσων. τὸν δύστηνον ἄγε εἰς πόλιν, ὄφρ' ἂν ἐκεῖθι πτωχεύσῃ δαῖτα, panem suum mendicet, ρ, 11. et 19, δαῖτα πτωχεύειν, i. e. ζητεῖν πτωχικῶς. κατὰ ἄστυ πτωχεύεσκε, ionice pro ἐπτώχευε, σ, 2.

πτωχὸς, οῦ. ὁ. (Πέτω) mendicus. a πτώσσω. qui incurvando et submittendo se rogat necessaria, *ein bettler, (a beggar.)* differt ab ὁ πένης, ητος, is enim manuum suarum opera panem quærit, *der sein brodt mit arbeit verdienet, (who earns a subsistence by labour,)* a πένομαι (conf. πενία): multo etiam magis ab ὁ ξεῖνος. ὄφρα καὶ ἄλλος πτωχὸς ἀλεύεται ἠπεροπεύειν, ut et alius mendicus caveat mentiri, ξ, 400. πάντοσε χεῖρ' ὀρέγων, ὡς εἰ πτωχὸς πάλαι εἴη, ρ, 366, ubi de Ulysse, qui mendici miseri personam sumserat, ut certius exploraret, quæ in domo sua gererentur, et quo animo quisque esset: ad omnes extendens manum, quasi mendicus ab antiquo esset. πτωχὸς πανδήμιος, mendicus per omnem populum vagans, *ein landbettler, (a strolling beggar,)* σ, 1. οὐδέ τις ἄλλος ἡμετέρων μύθων ξεῖνος καὶ πτωχὸς ἀκούει, φ, 292. et 327, ἀλλ' ἄλλος τις πτωχὸς ἀνὴρ ἀλαλήμενος ἐλθὼν, sed alius quis mendicus vagans adveniens huc. πτωχῷ ἐναλίγκιον, mendico similem, π, 209. et 273, λευγαλέῳ perdito et misero. λευγαλέῳ. ἠδὲ γέροντι, ρ, 202, 337. ω, 156. πτωχῷ βέλτιόν ἐστι κατὰ πτόλιν ἠὲ κατ' ἀγροὺς δαῖτα πτωχεύειν, ρ, 18, mendico utilius est, per urbem quam per agros cibum mendicare. περὶ πτωχῷ ἐριδαίνομεν, de mendico contendimus invicem, σ, 402. πτωχὸν ἀνιηρὸν δαιτῶν ἀπολυμαντῆρα, mendicum miserum, conviviorum perniciem, ρ, 220. et 387, πτωχὸν δ' οὐκ ἄν τις καλέοι τρύξοντα ἑαυτὸν, mendicum vero non sane quis vocet attriturum bona vocantis. πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες ξεῖνοί τε πτωχοί τε, δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε, a Jove et in tutela ejus sunt omnes hospites et mendici, munusculum vero est exiguum, jucundum tamen, ζ, 207. ξ, 58. πτωχοὶ ἀνιηροὶ, δαιτῶν ἀπολυμαντῆρες, ρ, 377. πτωχοὶ καὶ ἀλήμονες, mendici et vagabundi, τ, 74. εἴπου πτωχῶν γε θεοὶ καὶ ἐριννύες εἰσὶν, ρ, 475, si quidem deus etiam mendicorum causa pœnas reposcit. πτωχῶν κοίρανος, *ein bettelvoigt, (the poor's beadle,)* σ, 105. ἀμφὶ πτωχοὺς κακοείμονας, male vestitos, *die zerlumpten, (the ragged people,)* σ, 41.

πυγμαχία, ας. ἡ. (Μάχω) certamen pugnorum. πυγμαχίης ἀλεγεινῆς, Ψ, 653. et 665, εἰδὼς πυγμαχίης, peritus pugilatus. et hoc certamen erat valde periculosum, ut apparet ex 672—699. sic et ex σ, 90—106.

πυγμάχος, ου. ὁ ἡ. (Μάχω) pugil, qui certat pugno. *ein klopffechter, (a prize-fighter.)* οὐ γὰρ πυγμάχοι εἰμὲν (ἐσμὲν) ἀμύμονες, Θ, 246. hinc est verbum πυγμαχέω. a πὺξ, pugno, *mit der geballeten faust, (with the clenched fist.)* Vide sub ἱμάς.

πυγμὴ, ῆς. ἡ. (Πέτω) pugilatus: in quo certamine caput et facies in primis petebatur. πυγμῇ νικήσαντα, Ψ, 669, circa quem locum exercitium hoc ipsum potest cognosci, sicut et Virgil. V. 400, seqq. Vide sub πτύσσω.

πυγούσιος, ία, ιον. (Πέτω) unius ulnæ. nam ὁ πυγὼν, όνος, est τὸ ἀπὸ ἀγκῶνος μέχρι δακτύλων κεκαμμένων (i. e. συνεπτυγμένων) διάστημα, spatium a cubito usque ad digitos compressos in manum, *vom ellenbogen bis an die knöchel der in die hand gelegten finger, (from the elbow to the knuckles of the clenched fist:)* πυγονιαῖος. βόθρον ὀρύξαι ὅσον τε πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα, scrobem fodere latam unam ulnam ab omnibus lateribus, *einer kleinen elle weit ins gevierte, (an ell square,)* κ, 517. λ, 25. hinc sunt οἱ πυγμαῖοι. a πύξ.

πύελος, ου. ὁ. (Πύω) proprie, alveus in quo ac asservatur, ut flos lactis superne nascatur, *ein milchgrapen, (a milk-pan.)* deinde in genere sic dicitur vas cavum, ex quo lavor vel vescor, *eine schüssel, eine runder trog, (a dish, a round pan,)* ἡ λεκανίς. est ab ὁ πύος. χῆνας, πυρὸν ἐρεπτομένους παρὰ πύελον, anseres, triticum comedentes apud alveum suum ligneum, τ, 553. quodvis cavum et excipiens aliquid, sic vocari potest. Vide sub ἀσάμινθος, et πλυνός.

πυθμὴν, ένος. ὁ. (Πάω) fundus, ima pars vasis aut aliorum, pes. *der boden unten, der*

fuss eines dinges, (the bottom, foot of a thing.) est a πύθω, quia ibi plantæ aut res aliæ facillime corrumpuntur putredine. a recentioribus dictus est ὁ πύνδαξ, ακος. unde dictus est κύλιξ ἀπυνδάκωτος, ὃς οὐ τραπεζοῦται, poculum sine pede, quod in mensa collocari nequit, *ein stumpfschwanz. ein trinkgeschirr ohne fuss, das nicht niedergesetzet werden kann, (a goblet without a foot which cannot be set down on a table.)* κύκλα χρύσεα ἑκάστῳ πυθμένι ὑπέθηκε, Σ, 375, *an den boden eines jeden grossen trinkgeschirre,* (de tripodibus enim sermo est, a Vulcano factis) *setzete er güldene walzen, dass sie fortrollen konnten von einem zum andern, (at the bottom of each large goblet he put gold wheels, so that they could roll from one to another.)* παρὰ πυθμένα ἐλαίης, ad fundum oleæ arboris, ν, 122, 372, i. e. ad radices. sic et ψ, 204, ὑποταμὼν πυθμένα ἐλαίης, infra accidere et polire cædendo inferiorem truncum stantis in terra arboris oleæ. ut ergo ὑποταμεῖν h. l. sit τὸ κάτωθεν ἐκκόψαι τὸ παχὺ τοῦ πυθμένος: προταμεῖν vero τὸ, ἄνωθέν ποθεν. *er bauete um den oben abgeköpfeten oelbaum ein zimmer; den in der erde stehen gelassenen stamm machete er zu einem fusse seiner bettstelle, und hieb daher diesen stamm glatt und gerade: dass allso die bettstelle erdfeste war, (he built a room round the trunk of the olive-tree, the top of which had been cut off; and he made the trunk serve for the foot of a bedstead, and shaped and smoothed it for the purpose, so that the bedstead was firmly fixed in the ground.)* δύω δὲ ὑπὸ πυθμένες ἦσαν, Λ, 634, ubi de poculo Nestoris est sermo: et nisi fallimur, designatur primum fundus poculi ipsius, *der boden im becher, (the bottom of a goblet;)* deinde sub eo est pes, superne acutior, infra latus, qui est alter fundus, *der fuss, (the foot.)* prior est ὁ φύσει, alter vero ὁ πρόσθετος. alii h. l. ὑφὲν legunt, ὑποπυθμένες, ab ὁ ἡ ὑποπυθμὴν, ένος, et trahunt ad πελειὰς, quod duæ columbæ sub fundo fuerint fictæ, loco pedis poculi sustinentes illud. sed tunc fortasse scribendum esset ὑποπύθμενες. ad formam ἐριαύχενες. alii legunt ὑπὸ πυθμένεσι, sub fundis, et intelligunt quoque duas columbas ibi fuisse: abjecto Iota per apostrophum. possint ii duo πυθμένες etiam intelligi de lato pede infra, in quo fuerint δύο ῥοπάλια ὀρθὰ, duæ rectæ virgæ, sustinentes poculum ipsum. possit et intelligi ad formam Germanorum *birkenmeier,* qui videntur habere parvum poculum intus, quod tamen in fundo ad latus est perforatum, ut sequatur alius longe capacior fundus et venter. quod tamen vix placet. Capuæ in æde Minervæ visebatur olim poculum cum duobus ῥοπαλίοις ὀρθοῖς, *mit zwey silbernen saulen, die vom breiten fusse in die höhe stunden, und den becher selber trugen, (with two silver pillars which rise from the broad foot and support the bowl of the goblet;)* quod dicebatur fuisse Nestoris. vides igitur et hic aliquid, quod exercere possit ingenia ad ineptias damnata.

πύθω, vide ΠΥ'Ω.

πύκα, (Πέτω) adverb. dense, condensate: accurate, intelligenter. nimirum a firmitate pugni ponitur hoc adverbium metaphorice, de omnibus probe addensatis et firmis, ut dicantur πύκα ὄντα ἢ ποιητά. πύκα ἔτρεφεν αὐτὸν, accurate et cum assiduo studio educavit eum, E, 70. πύκα περ φρονεόντων, etiam eorum qui valde firmo et constanti solent esse animo, *die ihren verstand ser wohl beysammen zu haben pflegen, (who possess firm and resolute minds,)* I, 550. Ξ, 217. θάλαμος πύκα ἐβάλλετο, habitatio dense et crebro et firmiter impetebatur jactis missilibus, I, 584. Λυκίων πύκα θωρηκτῶν, dense et firmiter armatorum, M, 317. Τρώων, O, 689, 739, et tales πύκα θωρηκταὶ sunt οἱ πεπυκνωμένοι τῇ θωρήξει, *dichte und feste geharnischet, (closely encased in armour,)* quales postea dicti sunt οἱ κατάφρακτοι. πύλας πύκα στιβαρῶς ἀραρυίας, portas dense et robuste aptatas, M, 454, ut notetur ἡ πυκνότης et τὸ στεῤῥὸν portarum. σάκεος πύκα ποιητοῦ, Σ, 607, clypei firmiter, simulque intelligenter facti. τέγεος, conclavis firmiter et accurate facti, *des dichte und feste gebaueten saales, (of the well and solidly constructed hall,)* α, 333. θ, 458. π, 415. σ, 208. φ, 64. θαλάμου, α, 436. δόμου, χ, 455.

πυκάζω, f. άσω. (Πέτω) condenso, dense et firmiter construo et contego, πυκνόω, σκεπάζω, καλύπτω, σκέπω. μὴ ἐντὸς πυκάζοιεν σφέας αὐτοὺς, ne intus ipsi se occultarent in navi, μ, 225, i. e. κρύπτοιεν, σκέποιεν, ut inter ipsos et Scyllam sit aliquid solidi, ne hæc eos conspiceret et raperet. κυνέη πύκασεν κάρη Ὀδυσσέος ἀμφιτεθεῖσα, galea contexit firmiter caput Ulyssis circumposita capiti, K, 271, i. e. στερεῶς καὶ πυκνῶς ἐκάλυψε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, *der helm verwarete seinen kopf dichte, (the helmet completely protected his head.)* et per hoc verbum distinguitur hæc militaris κυνέη ab alia, quæ a Sophocle dicitur ἡλιοστερὴς κυνέη, ἣ σκέπει κεφαλὴν σκιάζουσα τὸν ἥλιον, ὡς μὴ κατακαίειν τὸ πρόσωπον, et est idem quod ἀσκητὸς πῖλος, *ein huth wider die sonne, (a skreen from the sun.)* Ἕκτορα δ' αἰνὸν ἄχος πύκασε φρένας ἡνιόχοιο, Θ, 124, i. e. τὰς τοῦ Ἕκτορος φρένας, τὸν Ἕκτορα καὶ τὰς φρένας αὐτοῦ, ἐκάλυψε ἢ ἐπύκνωσε (undique cinxit et operuit) λύπη ὑπὲρ ἡνιόχου, luctus ob aurigam suum. nam λύπη πυκνοποιεῖ, coarctat et comprimit: et πυκάζειν non solum τὸ σκεπάζειν et κρύπτειν, sed et τὸ πυκνοῦν notat, contrahere in arctum, densare. genitivus causæ elliptice est et 125, ἀχνύμενος (ὑπὲρ) ἑταίρου. sic et, ἄχος πύκασε φρένας, P, 83. et 551, πορφυρέῃ νεφέλῃ πυκάσασα (Ἀθήνη) ἑαυτὴν, nigra nube involvens et contegens undique sese, καλύψασα. νέκυν πυκάσας, mortuum corpus undique contegens, Ω, 581. ἅρματα εὖ πεπυκασμένα κεῖτο, B, 777, currus bene contecti stabant otiosi, ἐσκεπασμένα, ne fœdarentur pulvere aut aliis sordibus. ὄζοισιν πεπυκασμένος, sedebat in arbore, obtectus densis frondibus ne conspici posset, Ξ, 289. ἅρματα δὲ χρυσῷ πε-

πεπυκασμένα κασσιτέρῳ τε, Ψ, 503, currusque undique exornati et obducti auro et stanno; et sermo ibi est de curribus currentibus in certamine curuli, *mit gold und weissem kupfer oder weissem eisen stark besetzet, (thickly ornamented with gold and tin.)* ῥάκεσιν πεπυκασμένος ὤμους, pannis obtectus humeros, χ, 488. πρὶν πυκάσαι γένυν εὐανθέϊ λάχνῃ, antequam gena eorum contegeret se et dense impleret beneflorida lanugine, λ, 319, σκεπάσαι.

πυκιμήδης, εος. ὁ ἡ, (Μάω) prudens, curiosus. per syncopen pro πυκινομήδης, πυκινὰ μήδεα εἰδώς. γραίης πυκιμήδεος, α, 438. Vide sub κεδνός.

πυκινὸς, ἡ, όν. (Πέτω) condensatus, non rarus aut tenuis, contectus. sæpissime autem hæc forma nominis ponitur metaphorice, firmus, it. prudens, callidus. ἀνερχομένῳ πυκινὸν λόχον εἷσαν, contra redeuntem collocaverunt densum et occultum insidiatorum globum, Δ, 392. sic, μὴ δείσητε Ἀργείων πυκινὸν λόχον, ne timeatis, Ω, 779. et λ, 524, ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν λόχον ἠδ' ἐπιθεῖναι, vel aperire condensatas et probe tectas insidias vel occlusas tenere; ubi sermo est de equo ligneo, in quo inclusi erant Græci, quibus præerat Ulysses, ut is vel exire inde vel manere juberet. ut ergo πυκινὸς sit, occultus, obtectus, *versteckt hinter etwas, (concealed behind something.)* πυκινὸς θώρηξ, densus et firmus, O, 529. δόμος, firma domus et occlusa, K, 267. M, 301, ubi est in oppositione pecorum qui in agris pascuntur. sic et ζ, 134. et η, 81, 88, ubi est de domo regia bene munita. δόλος, qualis supra erat λόχος, Z, 187. Διὸς πυκινὸν νόον, Jovis providam et cuncta simul complectentem mentem, O, 461, εἰπεῖν πυκινὸν ἔπος, dicere hoc verbum certum et firmum, H, 375, quo fidere et illi et nos possimus. αὐτῷ φάσθαι πυκινὸν ἔπος, ei dicere prudens consilium, Λ, 787. Ω, 75, i. e. συμβουλὴν prudentissimam et maxime solidam. et 744, ubi Andromache dolet, Hectorem morientem non dicere potuisse sibi πυκινὸν ἔπος, cujus postea meminisse posset. στορέσαι πυκινὸν λέχος, sternere cubile densum, I, 617, 655. η, 340. ψ, 177, 179, ubi videtur sic dici, lectus ligneus, cui imponuntur deinde molliora. et 291. νέφος, densam nubem, E, 751, 395, ubi addita verba, ἠμὲν ἀνακλῖναι ἠδ' ἐπιθεῖναι, vel aperire eam vel conclusam habere. πυκινὸν ἄχος, densus et multus dolor, Π, 599. qui alibi adverbialiter exprimitur, λ, 88, πυκινόν περ ἀχεύων: nam ἡ λύπη πυκνοῖ καὶ συστέλλει, sicut ἡ χαρὰ διαχέει: maxime autem notatur τὸ ἀχεύειν κατὰ συνέχειαν, καὶ μὴ ἀραιῶς ἐκ διαλειμμάτων, si quis continenter multum gemit. πυκινοῦ θαλάμου, ψ, 229, densi et bene conclusi cubiculi. πυκινοῖς βελέεσσι, Λ, 575, crebris et dense jactis jaculis. sic, λάεσι, Π, 212, apte junctis et firmiter hærentibus saxis, ut murus fiat. ὄζοις, ramis multis et densis, Φ, 245. σταυροῖς, vallis, sudibus densis, Ω, 453. θάμνοις, ε, 471, coll. 480. ἐν πετάλοις, τ, 520, in frondibus densis. μύθοις, verbis et sermonibus prudentibus et continuis, γ, 23. σύες πυκινοὺς κευθμῶνας ἔχοντες, κ, 283, sues, habentes latibula bene occlusa et firma. ὕλης ἐκ πυκινῆς, ex sylva densa, Σ, 320. ζ, 128, ex denso arbusto. ἐν λόχμῃ πυκινῇ, in lustro denso, τ, 439, ubi jacebat aper. πυκινὴν ἠρτύνετο βουλὴν, frequens coëgit concilium, B, 55, coll. 53. K, 302, et cum concilio illo seriam habuit consultationem. μάλα χρεὼ ἐσθλῆς καὶ πυκινῆς βουλῆς, I, 76, valde opus est bono et firmo consilio. μητρὸς πυκινὴν ὠπίζετο ἐφετμὴν, Σ, 216, matris reverebatur serium et etiam atque etiam datum mandatum. ἀσπίδα ῥινοῖς πυκινὴν, scutum pellibus densum et firmum, N, 804, νεφέλην, Π, 298. ἄτη πυκινὴ, damnum multiplex ex errore practico ortum, Ω, 480, et possit esse h. l. πυκνὴ, ἡ πυκνοποιὸς, quæ pectus coarctat et comprimit; ut opponatur τῇ ἡδονῇ χαυνούσῃ καὶ διαχεούσῃ. χηλὸν πυκινὴν, cistam bene firmatam et occlusam undique, ν, 68. πυκιναὶ φάλαγγες, Δ, 281. E, 93. πυκιναῖς ἐνέκυρσε φάλαγξι, N, 145. ἄκανθαι, ε, 329. et 433, λάϊγγες crebri calculi. μελεδῶναι, τ, 516, densæ et graves curæ. λιθάδεσσι, firmis et bene junctis lapidibus, ψ, 193, ut murus ædificii fieret. πυκινὰς θύρας, Ξ, 167, 339, firmas januas et occludentes. στίχας, N, 680, ordines densos militum. αὐτὸν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφικάλυψεν, Ξ, 294, ubi sermo est de Jove, adveniente ad eum Junone; amor eum cepit et cor ejus firmum. sed cum φρένες proprie sint præcordia, diaphragma: apparet, notionem occlusi undique et pleni, etiam hic locum habere. πυκινὰ φρεσὶ μήδεα ἔχοντες, Ω, 282, 674, coll. Γ, 208, densa et firma consilia in pectore habentes. ἐμοὶ πυκινὰ φρονέοντι, ι, 445, me in animo agitante anxia et simul firma. simul opponitur talis τῷ χαύνῳ, homini dissoluto, qui habet φρένας ἀραιὰς, et quasi fungus. quia autem τὸ ἀραιὸν majus explet spatium quam τὸ πυκνὸν ejusdem ponderis: hinc Hesiodus τὸν μωρὸν vocat φρένας ἀφνειὸν, Ἔργ. 453, qui abundat suo sensu, qui sibi videtur late extentus quasi prudentia, et felix sibi, secumque contentus. γρηῢς πυκινὰ φρεσὶ μήδεα ἔχουσα, firma et certa, τ, 353. πυκινὰ πτερὰ, ι, 53, densas plumis alas. δέρμασιν ἐν πυκινοῖσιν, coriis in densis et bene consutis, i. e. in utribus, β, 291, τοῖς στερεοῖς, καὶ συνεῤῥαμμένοις καλῶς. talia εὐραφέα καὶ εὐάρμοστα δέρματα vocantur una voce ὁ κώρυκος (a χωρεῖν, capere) et ὁ θύλακος: etiam τὸ φασκώλιον, *felleisen, mantelsack, (a portmanteau,)* qui et ὁ φάσκωλος, i. e. ἡ ἱματιοφορὶς, ίδος. dicitur et ὁ σάκτας, ου, a σάττω.

πυκινῶς, (Πέτω) adv. dense, condensate, firmiter, occluse; crebro, continenter; prudenter, certo. θαλάμοιο θύρας πυκινῶς ἀραρυίας, januam thalamo sic aptam ut probe occluderet eum, I, 471. hinc additur ῥήξας, effringens: nam τὰ πυκινὰ ῥήγνυνται, non autem τὰ ἀραιὰ εὐδιάλυτα. hinc ὁ ῥηξήνωρ est, ὁ τὴν τῆς φάλαγγος πυκνότητα ῥήσσων, qui ordines in acie perrumpit, τέρποντες πυκινῶς ἀκαχήμενον, T, 312,

oblectantes continenter gementem, *anhaltend und ängstlich, (continually and bitterly.)* αὐτάρ σοι πυκινῶς ὑποθήσομαι, αἴκε πίθηαι, Φ, 293, α, 279, at tibi prudenter et certa ratione suadebo, si obsequi volueris. σανίδας πυκινῶς ἀραρυίας, januas firmiter aptatas ut claudant introitum, Φ, 535. β, 344. πυκινῶς ἀκάχημαι, τ, 95, continenter et anxie tristor. sic, ἀκάχηται, ψ, 360. ἀκαχήμενος ἦτορ, υ, 84. θύρην ἀραρυῖαν, χ, 155, 258. θύρας, φ, 236. ψ, 194.

πυκνὸς, ὴ, όν. (Πέτω) densus, *dicht, dick, (close, thick.)* quasi πυκανὸς, a πύκα. opponitur τῷ ἀραιῷ, raro, et τῷ λεπτῷ, tenui. πυκνὸν καὶ μαλακὸν, Ξ, 349, densum et mollem ; ubi sermo est de herbis multis et mollibus, ex tempore succrescentibus, ut inservirent Jovi sub dio in terra cubanti : et utrumque pertinet ad omnia tria ante memorata. πυκνοὶ ἐφέστασαν ἀλλήλοις, N, 133. Π, 217, stabant densis ordinibus. sic de ramis arbusti, πυκνοὶ ἀλλήλοις ἔφυν, densi inter se invicem nati erant, ε, 480, coll. 471. πυκνοῖς λάεσσι, dense aggestis lapidibus, Ω, 798, ubi de sepulcro herois sermo est. ὀδόντες πυκνοὶ καὶ θαμέες, μ, 92, ubi utrumque fere idem, dentes densi et conferti ; sic, ut notetur πύκνωσις ἥτε καθ' ἕνα ἕκαστον ὀδόντα, καὶ μάλιστα ἡ κατὰ τοὺς στοίχους. est ergo bestia καρχαρόδους, οντος. ὁ ἡ. sic, σταυροὺς πυκνοὺς καὶ θαμέας, vallos validos et confertos, ξ, 12, *starke und fest an einander schliessende pallisaden, (a strong and close palisade.)* ergo ἡ ἄγαν πυκνότης signatur hac παραλλήλῳ θέσει epithetorum idem notantium. σκόλοπας πυκνοὺς (dense stantes) καὶ μεγάλους, altos, M, 57, et erant πυκνοὶ, ὥστε μὴ μεσάζεσθαι, ut nihil intervalli inter se relinquerent ad perpendum. στίχες πυκναὶ, ordines densi, in exercitu, H, 61. πυκναῖς λιθάδεσσιν, ξ, 36, crebris lapidibus conjectis. et 521, χλαίνην πυκνὴν καὶ μεγάλην, *einen dicken und grossen mantel, (a large and thick cloak.)* coll. 529, ubi eadem dicitur ἀλεξάνεμος μάλα πυκνὴ, ventum arcens valde densa. πυκνὴ λόχμη, τ, 442, coll. 439, densum cubile apri in sylva. πυκναὶ σμώδιγγες, Ψ, 716, *striemen die dick auflaufen und dichte neben einander liegen, (large weals close to one another.)* μήδεα πυκνὰ, i. e. συνετὰ, Γ, 208, ubi metaphorice positum nomen : nam prudentia est solidum quid. deinde et numerus consiliorum magnus innuitur. conf. Ω, 282. διὰ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλην, per arbusta densa et sylvam, Λ, 118. κ, 150, 197. πυκνὰ καρήατα, Λ, 309, crebra capita, i. e. multi homines. et 454, πτερὰ πυκνὰ περιβαλόντες aves carnivoræ. et Ψ, 879, πτερὰ πυκνὰ λίασθεν pro ἐλιάσθησαν, demissæ sunt alæ ejus densæ, *liess die flügel hängen, (drooped its wings.)* ῥωπήϊα, virgulta densa, N, 199. Ψ, 122. ξ, 473. sæpe hoc neutrum plurale adverbiascit. πυκνὰ ἀνεστονάχιζε, crebro gemebat, K, 9, ubi de hac crebritate et densitate gemituum præcedens parabola est intelligenda. πυκνὰ μάλα στενάχων, Σ, 318. Φ, 417. πήρην πυκνὰ ῥωγαλέην, peram, in qua fissuræ erant multæ, ν, 438. ϱ, 198. pro πυκνὸς dicitur et συχνὸς, creber, multus, densus. Vide sub πτύσσω.

πυλάρτης, ου. ὁ ἡ. (Ῥέω) firmis et probe aptatis clausisque portis obstructus. ab ἡ πύλη, porta, et ἄρω, apto, ejusque tertia sing. perf. pass. est epitheton Ἅιδου apud poëtam, παρὰ τῷ τὰς πύλας ἀραρυίας (apte cohærentes et claudentes introitum) εἶναι αὐτῷ, i. e. εὖ ἡρμοσμένας, διὰ τὸ ἐκεῖθεν δυσεξίτητον καὶ ἀδιεξόδευτον. et id epitheton apprime aptum : egressus enim nemini patet ; et introspicere in statum post mortem, nemo potest vivus. Ἀΐδαο πυλάρταο, pro πυλάρτου Ἀΐδου, Θ, 367. N, 415. λ, 276. aptum præterea epitheton ad Ἀΐδην, ὃν οὐκ ἔστιν ἰδεῖν.

πυλαωρὸς, οῦ. ὁ. (Ὅρω) custos portæ vel januæ. ab ὁ οὖρος vel ὧρος, custos, et ἡ πύλη, porta. ὀτρυνέων παρὰ τεῖχος ἀγακλειτοὺς πυλαωροὺς, Φ, 530, adhortaturus ad murum, vel ad mœnia, custodes nobiles portarum, duces qui custodiæ portarum præerant. κύνες, οὓς ἔτρεφον ἐν μεγάροισι τραπεζῆας, πυλαωροὺς, canes, quos alvi in domo de mensa, custodes januæ et atrii, X, 69, ubi quidam, nimis diligentes, scribi jubent, θυραωροὺς, quia πύλαι ἐπὶ πόλεως, θύραι ἐπὶ οἴκου, dicantur ; h. l. autem sermo sit de domo. cæterum vide, non homines solum, sed et canes, dicuntur πυλωροί. λαθὼν ἱεροὺς πυλαωροὺς, Ω, 681, clam sacris portarum custodibus in castris Græcorum.

πύλη, ης. ἡ. (Πέλω) porta urbis, introitus et aditus per mœnia in urbem ferens, *ein thor, stadtthor, (a gate, town-gate.)* nam est ab ἡ πόλις, mutato æolice ο in υ. deinde in genere, quævis magna porta. et proprie notat ἡ πύλη totum, τὴν δίοδον καὶ τὸν τῆς εἰσόδου τόπον, et τὰς σανίδας quibus iste aditus claudi vel aperiri potest : imo primum est maxime id quod πύλη dicitur. πᾶσαι δ' ὠΐγνυντο πύλαι, ἐκ δ' ἔσσυτο λαὸς, *es eröfnete sich das ganze thor, und das heer zog heraus, (the whole gate was opened and the people rushed forth,)* B, 809. Θ, 58, ubi πᾶσαι sunt ὅλαι, ita ut μία μὲν πύλη sit, at valvæ ejus, quam latissime potuit, apertæ fuerint. πύλαι Σκαιαὶ, Γ, 145. Z, 237, ubi est ὑστερολογία, nam φηγὸς est longe ante portas. et 392. Π, 712. Σ, 453. nam sic vocabatur porta Trojana versus castra Græcorum. πύλαι Δαρδάνιαι, E, 789. ἰθὺς σανίδων, αἳ πύλας εἴρυντο πύκα στιβαρῶς ἀραρυίας, M, 454, seqq. coll. 120, οὐδὲ πύλαις εὗρεν ἐπικεκλιμένας σανίδας. et 127, ἐν δὲ πύλῃσι δύο ἀνέρας. et 131, προπάροιθε πυλάων ὑψηλάων, nam ἐν est ad, et προπάροιθε est ad ut defendam. et 145, πυλάων πρόσθε, ad portas, earumque defensionem. et 171, οὐκ ἐθέλουσι πυλάων χάσασθαι, cedere ex porta : nam duo viri defendebant eam portam. et 175, ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο πύλῃσιν, nam plures erant portæ in illo muro castrensi. ὑψηλαί τε πύλαι, σανίδες τ' ἐπὶ τῇς ἀραρυῖαι μακραὶ εὔξεστοι, Σ, 275, ubi vides discrimen : πύλαι sunt totum, σανίδες vero valvæ ligneæ quibus operitur et clauditur porta : *die hohen*

thore, und die thorflügel die dieselben völlig bedecken und zumachen, (the high gates, and the leaves by which they are opened and shut.) λαὸν ἐρυκάκετε πρὸ πυλάων, Z, 80, milites cohibete ante portas. κείνους δὲ κιχησόμεθα πρὸ πυλάων ἐν φυλάκεσσι, K, 126, illos enim inveniemus ante portas inter vigiles. Ἰλίου προπάροιθε πυλάων τε Σκαιάων, X, 6, coll. 35, 194, πυλάων Δαρδανιάων, quæ sunt in genere omnes portæ Troicæ; sed Σκαιαὶ πύλαι erat nomen proprium unius portæ. et 413. 439, ὅτι πόσις (maritus ejus) ἔκτοθι μίμνε πυλάων, extra portas restiterit, nec cum aliis introierit. ἀγχοῦ δὲ ξύμβλητο πυλάων, prope portas occurrerunt ei, Ω, 709, 714. πυλέων ἐξέσσυτο, ex porta propere egressus est, H, 1. βαλλομένων πυλέων, cum ferirentur portæ, M, 340. et hæc terminatio in έων maxime est Ionica. ἀμφὶ πύλαις εὖ ποιηταῖς, E, 466, ad portas bene structas. ἐνιχριμφθέντα πύλῃσιν, P, 405, postquam accessisset prope ad portas. ἐσθλὸν ἐόντα ὀλέσωσιν ἐνὶ Σκαιῇσι πύλῃσιν, ad, X, 360. ἡδὺ μάλα κνώσσουσα ἐν ὀνειρείῃσι πύλῃσι, δ, 809, valde suaviter dormiens ad portas somniorum; conf. ὀνείρειος. *die so sanfte schlief als wäre sie todt, (who slept as soundly as if she were dead.)* δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων, somniorum, nihil reale sed vanas imagines, habentium, τ, 562. conf. ὄνειρος. εἰσελθοῦσα πύλας καὶ τείχεα, Δ, 34, introiens in urbem. τείχεος ἐῤῥήξαντο πύλας, muri portas perrupissent, M, 291. et 466, ἐσᾶλτο. et 470, κατ' αὐτὰς ποιητὰς ἐσέχυντο, per ipsas bene paratas portas. sic, ἐσᾶλτο, N, 679. πεπταμένας ἐν χερσὶ πύλας ἔχετε, late expansas manibus habete portas, Φ, 530, coll. 535, ἂψ ἐπιθεῖναι σανίδας πυκινῶς ἀραρυίας, rursus obdere et claudere valvas. et 537, ἄνεσάν τε πύλας καὶ ἀπῶσαν ὀχῆας, ubi est hysterologia, removerunt pessulos et aperuerunt portas. εἰ μέν κε πύλας καὶ τείχεα δύω, si quidem intravero urbem, X, 99. et 137, ὀπίσω δὲ πύλας λίπε, reliquit portam, fugit ab urbe et 507, οἶος γάρ σφιν ἔρυσο πύλας καὶ τείχεα μακρὰ, solus enim illis conservabas urbem. nam est ea circumlocutio urbis. ὤϊξε, Ω, 446. ποιήσομεν εὖ ἀραρυίας, ὄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη, H, 339, 438, in muro castrensi. ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι, ibi sunt ferreæ portæ, Θ, 15, in Tartaro: et notant tales portæ τὸ δυσεξίτητον, quod exitus et reditus inde nullus sit. tales habet et ὁ Ἅιδης. αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ, Θ, 393. et 411, πρώτῃσι δὲ πύλῃσι, i. e. non procul a portis, ἐν τοῖς προπυλαίοις: nam egressæ jam erant portis. sic et θύραι πρῶται dicuntur, locus proximus ante januam, vestibulum. sic, πύλαι οὐρανοῦ ἔμυκον, mugiebant, E, 749, et quæ sint istæ πύλαι, exponit ipse poëta, 751, sc. νέφη βροντώδη, *gewitterwolken, die sich beym blitzen gleichsam auf und zu thun, und dabey sehr prasseln, (thunder-clouds which seem to open at the lightning, and at the same time rattle loudly.)* πύλαι ἠελίοιο, ω, 12, conf. ἥλιος. ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν, inimicus enim mihi ille est pariter ac mortis portæ, I, 312. ξ, 156, i. e. ὡς ὁ ᾅδης καὶ θάνατος. nam διὰ τῆς εἰσόδου δηλοῦται τὰ ἐντὸς, per portas significantur ea quæ intus habitant. sic et ὁ οὐδὸς sæpe notat totum templum vel ædificium, cum iis qui vel quæ sunt intus. πύλας Ἀΐδαο περήσειν, ire per portas Plutonis, i. e. mori, E, 646. Ψ, 71, *zu den wohnungen der verstorbenen eingehen, ins reich der todten, (to enter the abodes of the dead, the kingdom of death.)*

πυλοιγενὴς, έος. ὁ. ἡ. (Γάω) in Pylo urbe natus, ab ἡ Πύλος. interserto ι, ut in ὁδοιδόκος pro ὁδοδόκος, ὁδοιπόρος, etc. potuisset et scribi Πυληγενής. Πυληγενέες δέ οἱ ἵπποι ὠκύποδες φέρον ἅρμα, currum ejus trahebant equi veloces in Pylo nati, Ψ, 303, sic enim scribunt quidam, ubi alii habent Πυλοιγενέες. utrumque recte.

πύλος, ου. ὁ. (Πέλω) porta urbis, idem ac πύλη. q. v. ἐν πύλῳ ἐν νεκύεσσιν, i. e. ἐν τῇ τῶν νεκρῶν πύλῃ, i. e. δόμῳ, in domo mortuorum, E, 397, portam ut primam partem pro tota regione et civitate quasi ponens. nam Hercules descenderat ad inferos, ibique sagitta vulnerarat τὸν Ἅιδην. sic φθογγὴ et φθόγγος, ποθὴ et πόθος, χολὴ et χόλος, ὠνὴ et ὦνος, βολὴ et βόλος, τιμὴ (pro τίμημα) et τῖμος, etc. a qua analogia hac in voce disceditur, quatenus et fœmininum et masculinum παροξύνεται.

πύματος, η, ον. (Πύω) ultimus, postremus. *der lezte, der hinterste, (the last, the hindmost.)* ponitur de loco et de tempore: et est pro πύθματος, ab ὁ πυθμὴν, *der unterste boden oder fuss eines dinges, (the bottom or foot of any thing.)* πύματος ὤτρυνε φάλαγγας, i. e. οὐραγὸς ἦν, claudebat agmen militum, Δ, 254. nam in re militari ἡ οὐρὰ secundum Xenophontem est τὸ ὀπίσω τῆς φάλαγγος. et hic est de loco. ᾧ πυμάτῳ σπένδεσκον, cui postremo libabant, η, 138, post alios deos: de ordine temporis. ἄνδρα κτείνας πύματον, Λ, 758, ubi πύματος potest esse ὁ ὕστατος ἢ ἔσχατος, quem alibi ὀπίστατον dixit, postremus in agmine: potest et esse, μεθ' ὃν οὐκ ἔτι ἄλλον ἀνεῖλον, ultimus a me interfectus, post quem nullum alium ex eo agmine interfeci, postquam prius multos interfeceram. posterius videtur verius. αὐτὸν δ' ἂν πύματόν γε κύνες ἐρύουσι, X, 66, ipsum fortasse post omnes reliquos lacerabunt canes; ubi τὸν ἐν τῷ μέλλοντι χρόνῳ ἔσχατον notat. πύματον ἐτέλεον δρόμον ἵπποι, Ψ, 373, posteriorem cursum, quo revertebantur ad carceres a meta. et 768, de heroibus cursu pedum certantibus; ultimam partem curriculi sui. Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι, inquit Cyclops, ι, 369, illum ego postremum comedam, absumtis aliis omnibus: quod beneficium erat morte ipsa crudelius simul et ignominiosum heroi, quasi is paucorum dierum vitam in tali exspectatione, magni faceret. sed quid aliud dare posset Cyclops. sic, πύματον (illum hominem ultimum inter reliquos ante absumtos) ὡπλίσατο δόρπον, paravit sibi in cœnam, β, 20. ὅτε μὲν μετὰ πρώτοις, ἄλλοτε δὲ ἐν πυμάτοις, Λ, 65. δέρμα κελαινὸν, η

(pro ὃ, attice, ut pronomen relativum in genere formando se applicet ad sequens, non ad præcedens, nomen) πυμάτη ἄντυξ ἔθεεν ἀσπίδος, Z, 118, corium nigrum, quod velut ultimus circulus obibat clypeum rotundum. ergo πυμάτη h. l. πρὸς διαστολὴν τῶν λοιπῶν κύκλων, εἰς οὓς ἀναλυόμενον δύναται τὸ τῆς ἀσπίδος ἐπίπεδον τέμνεσθαι. ἐξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης, K, 475, ad extremam partem et postremam currus. ῥινὸς ὑπὲρ πυμάτης, N, 616, naso super extremo, ubi desinit nasus ad frontem. πυμάτην ἄντυγα, Σ, 607, ad ultimam et extremam oram, *am äussersten rande, (at the edge.)* πύματον καὶ ὕστατον, adverbialiter, suprema vice, *zum leztenmale, (for the last time,)* X, 203. υ, 116. sic in plurali, πύματα καὶ ὕστατα, δ, 685. υ, 13. conf. ὕστατος.

πὺξ, (Πέτω) adverb. pugno, *mit der geballeten faust, (with the clenched fist.)* est a πτύσσω, f. πτύξω, abjecto τ. πτύσσοντες γὰρ (complicantes) τοὺς τῆς χειρὸς δακτύλους, καὶ οὕτω στρυφνοῦντες εἰς πύκνωσιν, οἱ πυγμάχοι (pugiles) ἀθλοῦσιν: εἰς γρόνθον συστρέφοντες, ὅπερ κόνδυλόν φασιν οἱ σοφοί. πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα, Pollucem, bonum pugilem, Γ, 237. λ, 299. οὐ γὰρ πύξ γε μαχήσεαι, Ψ, 621. et 634, πὺξ μὲν ἐνίκησα τόν. et 660, ὥπερ ἀρίστω πὺξ, μάλα ἀνασχομένω, πεπλήγειν. πύξ τε παλαισμοσύνη τε, Θ, 103. et 130, πὺξ δ' αὖ Λαοδάμας, sc. ἐνίκα πάντας. et 206, ἢ πὺξ, ἠὲ πάλη. Vide sub πτύσσω.

πύξινος, ίνη, ινον. (Πέτω) buxeus, e buxi ligno factus. ζυγὸν πύξινον, jugum ex eo ligno factum, Ω, 269, πρὸς στεῤῥότητα καὶ κάλλος.

πύξος, ου. ὁ. (Πέτω) buxus. est a πτύσσω, f. ὔξω, quia πάνυ πυκνὸν ξύλον τὸ πύξινον.

πῦρ, υρός. τό. (Φύω) ignis, *das feuer, (fire.)* est quasi φῦρ, a φύω: nam ignis sursum exsurgit; præterea ope ignis seu caloris omnia crescunt et nascuntur. in mythologia est Vulcanus, cui ne Jupiter quidem, i. e. aër, resistit; nam aëre libero alitur ignis. sed tamen et Ζεὺς habet suum πύρινον ἔγχος, igneam hastam; unde Pindarus eum ἐγχεικέραυνον vocat. πῦρ est οὐσία λεπτομερεστάτη, διὰ παντὸς ἱκνουμένη, quapropter et παμφάγον dictum: et Persæ id etiam ἐθεοποίουν. πυρὶ φλεγέθοντι, Φ, 358. ἀναμαιμάει ἄγκεα θεσπιδαὲς πῦρ, percurrit cupide convalles ignis immensum ardens, Υ, 490—492, ubi dicitur μαιμᾶν, quasi ἔμψυχόν τι. et sicut h. l. sic alibi, plurimæ Παραβολαὶ de igne, quas vide in R. ἠΰτε πῦρ, τό,τε πόλιν ἀνδρῶν φλεγέθει, P, 737—739, et sermo ibi de igne fortuito, non per fraudem aut vim humanam orto: coll. Φ, 522—524, ubi idem ignis dicitur καπνὸς, concomitans positum pro efficiente. et tales parabolas de heroibus maxime adhibet, εἰς δεῖγμα ἐνεργείας ἡρωϊκῆς καὶ δραστηριότητος. πῦρ δήϊον, ignem hostilem, ad differentiam ignis orti aut illati non ab hoste, I, 347, 670. Π, 301. Σ, 13. πρῆσαι (διὰ) πυρὸς δηΐου, incendere igne hostili, B, 415. πῦρ αἰθόμενον κατέσβεσεν, exstinxit ignem ardentem, Π, 293, ad differentiam aliorum ignium, φλόγα μὴ ἐχόντων, e. c. ignis in corde, in oculis irati in prœlio acri, etc. σέλας αἰθομένου, Θ, 559. καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο νοστήσαιμεν ἄμφω, vel ex ardente igne rediremus nos ambo incolumes, K, 246, quæ est descriptio summæ fiduciæ in socium. δέμας αἰθομένου μάρναντο, pugnabant instar ignis ardentis, i. e. acerrime, Λ, 595. Σ, 1. N, 673, i. e. ὥσπερ ἂν πῦρ μάχοιτο, et dicitur id de igne quasi de vivente et sentiente. πῦρ ἀκάματον ἔδαιεν Ἀθήνη αὐτῷ ἐκ κόρυθος καὶ ἀσπίδος, E, 4, ignem non deficientem et quasi indefatigabilem accendit ei Minerva ex galea ejus et clypeo, i. e. prudenter ita poliverat ipse arma sua ita, ut late splenderent et radiarent, et ut ipse conspiceretur in rebus gerendis præ aliis ex fulgore armorum suorum. ejusmodi arma terrent hostem, præter quod præstringunt oculos. Alexander in India aliquando τῇ κινήσει ἀσπίδος ἀστραπτούσης in periculo speciem dei apud barbaros fecit sibi, quasi σέλας divinum cingeret eum; et sic evasit incolumis. ὅστις φέροι ἀκάματον, ignem non desinentem et deficientem, sed ardentem usque ad finem, O, 731. Π, 122. Σ, 225. Φ, 341. ἀΐδηλον, destruens, B, 455. I, 436. Λ, 155. θεσπιδαὲς πῦρ πάντη ὀρώρει περὶ τεῖχος, M, 177, et additur, λάϊνον, ubi quæstio est, an id ad πῦρ an ad τεῖχος pertineat? qui ad τεῖχος trahunt, explicant vel proprie, ignis, qui ferebatur ad incendendas naves Græcorum, undique elucebat circa murum lapideum; vel metaphorice, splendor armorum immensus, una cum prœlio acerrimo, circa murum lapideum oriebatur. qui ad πῦρ, imaginantur ignes ex muro emicantes, quando jacula vehementissime allideruntur lapidibus, ut scintillæ ubique elucerent. sed si confers 441, πῦρ θεσπιδαὲς ἐνίετε νηυσὶν, apparet, simplicissimam primam explicationem esse optimam. sic et O, 597, 598. Ἥφαιστος δὲ τιτύσκετο θεσπιδαὲς πῦρ, πρῶτα μὲν ἐν πεδίῳ πῦρ δαίετο, καῖε δὲ νεκροὺς πολλοὺς, Φ, 342, 343, quod poëtice dictum de intolerabili ardore aëris eo die, quo primo planities infestabatur et corpora mortua diffluere cœperunt, deinde vero etiam fluvii quasi fervere et coqui visi sunt. hinc et Juno, i. e. aër, hortatur Vulcanum ad parandum ignem. coll. 381, 379, ubi Juno jubet Vulcanum restinguere ignem, i. e. aër refrigeratus faciebat ut cessaret æstus et ardor diei. μέγα δ' ἴαχε θεσπιδαὲς πῦρ, Ψ, 216, ubi de rogo ardente sermo est. Πρωτεὺς γίγνεται, δ, 418. πῦρ φαεινὸν, E, 215. ὀλοὸν, N, 629. O, 605, ad differentiam aliorum lætorum aut utilium ignium. μέγα καιέτωσαν, Θ, 521, etiam domi: quanto majus in publico. ἔδαιεν αὐτὸς μέγα, accendit ipse magnum ignem, I, 211. et 212, ἐπεὶ πῦρ κατεκάη, *da das feuer abgebrannt war, (when the fire had burned down.)* πῦρ ἀμαθύνει πόλιν, I, 589. ἐσθίει πάντας, Ψ, 182. et 183, δώσω αὐτὸν πυρὶ δαπτέμεν. πρύμνην πῦρ ἄμφεπεν, puppim ignis circumdedit, Π, 124. sic, γάστρην τρίποδος, Σ, 348, quod quasi de vivo dictum; et verbum notat κυκλοῦν καὶ πάντοτε ἐνεργεῖν. ἐνέπεσε

νηυσὶν, incidit contra naves, Π, 113, quod verbum vim notat. πῦρ ἐπὶ ἐσχάρας μέγα καίετο, ε, 59, 60, et multus usus ignis olim apud ἐνδόξους. cæterum hinc est composita ἡ πυρκαϊά. conf. η, 7, 8, 13. ἐμβαλόντες κλισίῃσι, Θ, 501. *feuer anlegend an ihre hütten, (setting fire to their tents.)* ι, 231. κ, 358. ο, 97, 321. σ, 2. τ, 63, ἀπὸ λαμπτήρων. et 446, ὀφθαλμοῖσι δεδορκὼς, i. e. ὡς πῦρ βλέπων: quod alibi dixit, ὄσσε οἱ πυρὶ ἐΐκτην, A, 104. δ, 662. ὄσσε πυρὶ δεδήει, M, 466, *die augen funkelten, (his eyes flashed like fire.)* λάμπετον, N, 474. ἀνέκαιον, υ, 123. φ, 176, 181. χ, 481, 491. ψ, 51. I, 468, 88. O, 420, 718. χίμαιρα, δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο, Z, 182, terribile spirans robur ardentis ignis: quod de omni irato et efferato dici potest; etiam de λοιδόρῳ καὶ βλασφήμῳ, imo et de oratore vehemente. Ἕκτωρ πυρὸς ἔχει αἰνὸν μένος, P, 565, quod alibi dixit, μάχεται δέμας πυρός: nam est πῦρ καρδιακόν. ἐνῆκε (immisit et injecit rogo) πυρὸς μένος σιδήρειον, ignis vim irresistibilem, Ψ, 177. et 238, ὁπόσον ἐπέσχε (occupaverat) πυρὸς μένος, quæ phrasis etiam quasi de ἐμψύχῳ posita. sic Ω, 792, coll. 787. πυρὸς αἰθομένοιο, i. e. φλόγα ἔχοντος πυρὸς, ad differentiam ignis carbonarii aut alius ejusmodi non flammantis, Θ, 559. Π, 81. X, 135, 150. δηΐοιο, Θ, 181. Λ, 666, ubi deest διά: et differt hostilis ignis ab alio lætiori, e. c. γαμηλίῳ, τῷ ἐν θήραις, τῷ φρυκτωρικῷ, etc. ἵνα πυρὸς λελάχωσι θανόντα, ut participem ignis faciant mortuum, O, 350. X, 342. Ψ, 76. H, 79, 80. et 410, οὔτις φειδὼ νεκύων γίγνεται, (διὰ) πυρὸς μειλίσσειν, nulla parcendi mortuis ratio est, per ignem illis officium facere, *durchs feuer ihnen gütlich zu thun, (to pay the last duties to them by fire.)* ἐν πυρὸς αὐγῇ, ad splendorem ignis lucentis, I, 206. et 242, νῆας ἐμπρήσειν (διὰ) μαλεροῦ, naves incensurum pernicioso igne. ὅσαι Τρώων πυρὸς ἐσχάραι, i. e. ὅσοι οἰκήτορες Τροίας, *so viel feuerstäte in der stadt sind, (as many hearths as there are in the city,)* K, 418. θάμνοι ἐπειγόμενοι πυρὸς ὁρμῇ, arbusta celeriter correpta et prostrata impetu ignis, Λ, 157. οὔτε πυρὸς τόσσος γε ποτὶ (pro πρὸς, adverbialiter, insuper) βρόμος αἰθομένοιο, Ξ, 396, ubi de terrifico fremitu sylvæ ardentis parabola. λεύσσω ἐρωὴν δηΐοιο, video impetum ignis hostilis, Π, 127. θώρηκα φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς, thoracem nitidiorem quam est fulgor ignis, Σ, 609. ὑπαὶ ῥιπῆς, sub impetu et accessu ignis, Φ, 12, coll. 13, φλέγει ἀκάματον πῦρ. ὅταν ἐκ πόντοιο ναύτῃσι (nautis ex mari prospicientibus versus littus) φανήῃ σέλας αἰθομένοιο, T, 376, i. e. πυρσοῦ σωστικοῦ, *eines strand-feuers, (a fire on shore to guide mariners,)* quod vident παραπλέοντες. conf. φανός. σπέρμα πυρὸς σώζων, scintillam servans sub cinere, ε, 490. εὕδει ἐν κόνι ἄγχι πυρὸς, dormit in cinere humi, prope focum, λ, 190. atque id adflictandi sui causa. πυρὸς δ' ὀλοοῖο θύελλαι, μ, 68, conf. θύελλα. ἐτίθει αὐτῷ εὐνὴν ἐγγὺς πυρὸς, ponebat ei cubile prope ignem, ξ, 518, ὅσον ἵκετο ἀϋτμὴ πυρὸς, in quantum venit fumus, σ, 290. τ, 20, i. e. ὁ καπνός. ἐπεὶ κε πυρὸς θέρω, ρ, 23, quandoquidem per (διὰ) ignem caluero, θερμανθῶ. ἀσσοτέρω πυρὸς ἕλκετο δίφρον θερσόμενος, propius ad ignem traxit sibi sellam siccandus et calefaciendus, τ, 506. πολέος αἰθομένου αἰόλλει ἀνὴρ γαστέρα, υ, 25, ventriculum repletum adipe et sanguine (*eine magenwurst*) (*a blood-pudding*) versat vir ad ignem multum ardentem. θάλπων ἔνθα καὶ ἔνθα (ἐν) σέλαϊ πυρὸς, φ, 246, calefaciens eum ex omni parte in splendore ignis. λαμπόμενος πυρὶ πάντοθεν, O, 623, de heroë, induto armis fulgentibus. οὐ σοι μαχοίμην πυρὶ φλεγέθοντι, non pugnaverim tecum et cum tuo igne ardente, Φ, 358, inquit fluvius ad Vulcanum. πυρὶ νῆας ἐνιπρήσω, Θ, 182. et 217, κηλέῳ, ardenti igne incendam naves. sic M, 198. Ξ, 47. O, 417. X, 374. ἐνίει αὐτὸν πυρὶ, ipsum immitte igni, i. e. incende eum, Φ, 338. κατασμύξαι πυρὶ νῆας, incendere igne naves, I, 649. ὡσεὶ ἅπασα Ἴλιος πυρὶ σμύχοιτο, X, 411. ὅστις ἐπὶ νηυσὶ φέροιτο σὺν πυρὶ κηλείῳ, pro ἐπιφέροιτο, inferret se contra naves cum igne, O, 744, i. e. πῦρ φέροι ἐπὶ νῆας. ἐνέβαλλε θυηλὰς πυρὶ, I, 220, jecit in ignem primitias et libamina, coll. 219. ὁπόταν Τροίη μαλερῷ πυρὶ πᾶσα δάηται δαιομένη, Υ, 316, quando Troja tota exitiali igne cremetur incensa. sic, καιομένη, Φ, 375. ὡσεί τε πυρὶ χθὼν πᾶσα νέμοιτο, B, 780, quasi terra tota igne depasceretur; ubi describitur fulgens armis exercitus, per planitiem iens. τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν, εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, Υ, 371, 372, ei ego obviam eo, vel si igni similis esset manibus, i. e. vehementissimus et violentissimus; quod repetitur affectus causa: si me vel confecturus sit. hoc aliquis ἐπιφώνησε πλακοῦντι θερμῷ παρατεθειμένῳ, cum placenta fervens ei esset apposita, οὗ πάντες ἄλλοι ἀπείχοντο, quo alii omnes abstinebant: sed magno suo malo; deglutiens enim periit. cæterum h. l. sensus est de pugna maxime fervida. τρίποδα ἵστασαν ἐν πυρὶ κηλέῳ, Σ, 346, coll. 344, ἀμφὶ πυρὶ στῆσαι τρίποδα. sic et X, 443. Φ, 362, 361, 367. Θ, 426, 434, 435, 437. μ, 237. πάντα καταφλέξω πυρὶ κηλέῳ, X, 512. conf. Ψ, 52, 45. ἐν πυρὶ δὴ βουλαί τε γένοιντο μήδεά τ' ἀνδρῶν, B, 340, in igne sane fuerint consilia nostra, i. e. ἐοίκασιν αἱ βουλαὶ ἡμῶν καὶ αἱ σπονδαὶ συγκατακαυθῆναι ταῖς τῶν ὅρκων θυσίαις καὶ ἀπολέσθαι: et sermo est Nestoris ad principes Græcos gravis et ironicus, exprobrantis levitatem et inconstantiam iis. γλώσσας ἐνέβαλλον πυρὶ, i. e. ἐνετίθουν, γ, 341. et 446, κεφαλῆς τρίχας. sic et ξ, 422. καθίζετο ἐπὶ ἐσχάρῃ ἐν κονίῃσι παρὰ πυρὶ, sedebat juxta focum humi ad ignem, η, 154, coll. 160, ἐν αὐγῇ πυρός: nam ἐπὶ et ἐν tali contextu est idem, apud, juxta, ad. ἐπυράκτεον ἐν πυρὶ κηλέῳ, i. e. καυστικῷ, ι, 328, coll. 378, 380, 390. τὰ μὲν πυρὶ ἐνέβαλλε, *legte es aufs feuer, (put it on the fire;)* πρὸς ὁλοκαύτωσιν, ξ, 429. κεῖνται γαστέρες ἐν πυρὶ, jacent farcimina ad ignem et super igne, ut assentur, σ, 44. παρὰ πυρὶ, i. e. ἐγγὺς πυρὸς, τ, 55. θέμεν πυρὶ, da-

bamus igni, i. e. ἐκαύσαμεν, ω, 65, combussimus. πυρὰ πολλὰ καίωμεν, ignes multos accendamus, Θ, 509, qui illuminent totam regionem, ut videre etiam procul possimus, si hostes fugiant. hæc est vis in πολλὰ, i. e. μεγάλα. sic et 550. Ι, 77. Κ, 12. τὰ πυρεῖα, ων, sunt instrumenta ad ignem eliciendum adhibita. ea non chalybs et silex, sed duo ligna dura et arida, quæ attritu mutuo exardescebant: ξύλον, ὃ προστριβόμενον ἑτέρῳ ξύλῳ πῦρ γεννᾷ: τὸ μὲν ἐστὶν ὕπτιον, ὃ καλεῖται στορεὺς, θάτερον δὲ παραπλήσιον τρυπάνῳ, ὅπερ ἐπιτρίβοντες τῷ στορεῖ στρέφουσιν. Theocrit. Id. 22, 33. et Festus in voce *terebrare*. inventio hujus instrumenti tribuitur Phrygibus, unde Φρύγια πυρεῖα. ab aliis vero Prometheo, de quo Diod. Sic. lib. 5.

πυρὰ, ᾶς. ἡ. (Φύω) rogus ad comburendum mortuum. it. bustum, locus ubi rogus arsit et mortuus combustus fuit. πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαὶ, Α, 52, rogi mortuorum ardebant frequentes. πυρῆς ἐπιβάντα ἀλεγεινῆς, Δ, 99, rogo impositum tristi. sic, ἐπέβησε πολλοὺς, Ι, 542. ἀμφὶ πυρὴν χεύωμεν τύμβον ἕνα, ad bustum faciamus aggesta terra unum tumulum omnibus illis mortuis communem, Η, 336. et 435, ἐποίεον. et 434, ἀμφὶ πυρὴν κριτὸς ἔγρετο λαὸς Ἀχαιῶν, circa bustum exsurgebat delecta manus eorum, ad tumulum in eo loco faciendum ubi rogus fuerat. conf. Ψ, 256, et circa. δώδεκα δὲ προπάροιθε πυρῆς ἀποδειροτομήσω Τρώων ἀγλαὰ τέκνα, jugulabo duodecim Trojanos juvenes illustri loco natos, ante rogum, Σ, 336. Ψ, 22. et reliquus apparatus rogi, in quo vir illustris comburebatur, describitur luculenter, in funere Patrocli, Ψ, 110—177. 192—258. et in funere Hectoris, Ω, 786—799. erat ejusmodi rogus fere quadrangularis, et valde amplus, siquidem Patrocli rogus quovis latere habuit centum pedes. in summo medio rogo jacebat mortuus, ad quem adscendebatur gradibus. πυρὴν ἐμπλήσειν ἐσθλῶν, rogum impleturum te esse bonis rebus, κ, 523. λ, 31, e. c. melle, floribus, adipe, vestibus stragulis, armis, odoribus, etc. et communem ibi omnibus mortuis honorarium pollicetur rogum Ulysses. ἥρωες τεύχεσιν ἐῤῥώσαντο (i. e. ἐῤῥωμένως ἐκινήθησαν) περὶ πυρὴν καιομένου Ἀχιλλέως, ω, 69, decurrebant in armis: et funus Achillis circa eum locum describitur.

πυράγρα, ας. ἡ. (Ῥέω) forceps fabrorum ferrariorum. dicta quia ex igne colligit aliquid et congregat ad se. *feuerzange, (tongs.)* ad hanc formam dicta est ἡ κρεάγρα, Aristoph. Vesp. 1150, instrumentum quo coquus carnes coctas extrahit ex olla. et catachrestice etiam uncus quo vas ex puteo extrahitur, quando aquam haurimus. id. Eccl. 994, seqq. πυράγρην γέντο i. e. εἵλετο, apprehendit forcipem, de Vulcano, Σ, 477. εὐποίητόν τε πυράγρην, γ, 434, ubi est inter instrumenta fabri aurarii. ab antiquis idem instrumentum vocabatur χαλκευτικὸς καρκίνος, *der schmiedekrebs, (pincers.)* ἡ χειράγρα, morbus ille, chiragra, dicta est ex similitudine, quia manus capit.

πυρακτέω, f. ήσω. (Ἄγω) ab ἄγω et πῦρ, in igne verso, ita ut aduratur non comburatur. ι, 328, ἐπυράκτεον ἐν πυρὶ κηλέῳ, ad ardentem ignem illud versabam et candefaciebam.

πυργηδὸν, (Φύω) adverb. catervatim, legionatim. est vox militaris, sumta inde, quod πύργος etiam partem aciei et exercitus notat; et notat διάταξιν στρατιωτικὴν τετραγωνοειδῆ, κατὰ πλινθίον συντεταγμένην (*in ziegelsteines figur gestellet*) *(formed into a square)* πύκνωμα πολὺ ἔχουσαν (multipliciter condensatam) ἐν τῷ, τοὺς μὲν προστάτας εἶναι (in prima linea stantes) τοὺς δὲ κατὰ νώτου αὐτοῖς τετάχθαι (alios post tergum horum positos esse) τοὺς δὲ καὶ τριστάτας ἵστασθαι, (alios in tertia linea stare) καὶ εἰσέτι τυχὸν ἐπὶ πλέον, et sic fortasse porro per plures series. apud nos legiones nostræ in acie stant tribus ordinibus, *drey mann hoch, (three deep;)* antea quatuor ordines, *vier glieder, (four ranks,)* in usu fuerant. Livius lib. 37, c. 40, aciem Antiochi, regis Syriæ, duos et triginta ordines a fronte introrsum habuisse scribit, (*dass das volk in der schlachtordnung 32 mann hoch gestanden,*) *(that the troops in battle array stood thirty-two men deep)* et hanc aciem in decem partes divisam fuisse. οἱ δέ τε πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες, Μ, 43. Ν, 152, se ipsos instruentes ordinatim. πυργηδὸν ἀρηρότες, Ο, 618, instructi per ordines. et Græcus antiquus πύργος στρατιωτικὸς habebat quinque ordines (*stunde in fünf gliedern*) *(had five ranks)* et veteres tradunt ita: οἱ μὲν πρωτοστάται (*die im ersten gliede*) *(those in the front rank)* κατὰ τὸ μέτωπον προβεβλημένα εἶχον τὰ δόρατα: (*richteten ihre spiesse vorne vorwärts gegen den feind*) *(held their spears projected toward the enemy)* κατόπιν δὲ οἱ δευτεροστάται (*die zunächst hinter ihnen im zweiten gliede*) *(and those behind them in the second rank)* κατὰ δεξιὰ πλευρὰ τῶν πρωτοστατῶν παραβεβλημένοι δόρατα μείζω δυσὶ πήχεσι: (*strecketen spiesse an der rechten seite des ersten gliedes vorwärts, die zwey ellen länger waren*) *(pointed forward their spears, which were two yards longer, on the right side of the first rank)* καὶ οἱ τρίτοι ὀπίσω ἔτι (*die im dritten gliede*) *(those in the third rank)* παρὰ ἀμφοτέρους μείζοσι δόρασι τὴν αὐτὴν τάξιν πληροῦντες. (*hatten noch längere spiesse vorwärts gerichtet*) *(had still longer spears held forward)* τέταρτοι μέντοι καὶ πέμπτοι τὰς αἰχμὰς εἶχον ὀρθὰς, (*hielten die spiesse in die höhe*) *(held their spears erect)* ὡς ἂν, εἴπου κενωθείη ἡ τάξις, αὐτοὶ τὸ λεῖπον ἀναπληροῖεν, (*stunden zum einrücken, wenn vorne lücken wurden*) *(stood ready to step forward, to fill up vacancies)* et hæc erat forma pedestris aciei, hostem excipientis. vocatur autem apte πύργος, murus, siquidem, ut murus arcte junctis lapidibus, ejusmodi ordo militaris arcte junctis militibus firmiter stabat. quartus et quintus ordo

etiam ad id stabat, ut tergum pugnantium tutum præstaret, et se converteret, si opus esset.

πύργος, ου. ὁ. (Φύω) turris, *ein thurm, (a tower.)* munitio, *eine burg, verschanzung, (a castle, fortress.)* est cum *τὸ πῦρ* ejusdem originis, nam eminet et emicat. *ἤριπε δ' ὡς ὅτε πύργος*, ad terram cecidit sicut quando turris aliqua concidit, Δ, 462. *πόλιος, ἣν πέρι πύργος ὑψηλὸς*, urbis, circa quam murus cum turribus altis, ζ, 262, ubi a parte appellatur totum in singulari: nam in muro urbis antiquæ erant turres certo intervallo positæ. et quia talis murus cum turribus valde muniebat urbem; hinc vir fortissimus dicitur *πύργος*, λ, 555, Ajax Telamonius: *eine burg und brustwehre, (a bulwark.)* *πύργου τάφρος*, fossa ante murum ducta, Θ, 213, nam Trojani omne id spatium campi, quod fossa illa a castris Græcis (*ἐκ νηῶν*) separabat, complebant, ut adorirentur fossam et murum et castra. *εἱστήκει θείου ἐπὶ πύργου*, Φ, 526, stabat in sacra turri; nam omnis munitio est res sacra, utpote defendens et servans homines. et 529, *ἀπὸ πύργου βαῖνε χαμᾶζε*, a muro descendit in planum. murus Trojanus ibi in singulari sic dicitur, utpote plurimas habens turres. *κωκυτοῦ δ' ἤκουσε καὶ οἰμωγῆς ἀπὸ πύργου*, X, 447, ex muro ortam lamentationem audiebat domi suæ: nam ex muro tollebatur clamor, qui usque ad interiora domus non procul inde sitæ penetrabat, et ad aures Andromaches texentis. *Φοῖβος ἐϋδμήτου ἐπὶ πύργου ἔστη*, Π, 700, constitit in muro bene structo. *τοῖοι Τρώων ἡγήτορες ἧντο ἐπὶ πύργῳ*, Γ, 153, tali modo sedebant senatores et principes senes Trojanorum in muro: et id ex more; nam in muro collocabantur senes, et imbelliores, custodiæ causa, et ut ad consilium pugnantibus dandum præsto essent. et 384, *τὴν δ' ἐκίχανε πύργῳ ἐφ' ὑψηλῷ*, illam inveniebat in alto muro. *ἤγε πύργῳ ἐφεστήκει*, Z, 373. et 431, *μίμνε ἐπὶ πύργῳ*, mane in muro. *ὡς οὖν εἴδον' Ἑλένην ἐπὶ πύργον ἰοῦσαν*, cum viderent Helenam, euntem in murum, Γ, 154. sic, *ἔβη ἐπὶ μέγαν*, Z, 386, ivit in murum altum. *Αἴας, φέρων σάκος, ἠΰτε πύργον*, ferens scutum, quod erat instar muri et munitionis alicujus lapideæ, A, 485. P, 128. ut ergo videas, *πύργον* non præcise esse turrim. *ἄστυ δὲ πύργοι ῥύσονται*, Σ, 274, urbem munitiones defendent. *οὐ πύργων ἡμετέρων ἐπιβήσεαι*, Θ, 165, non murum nostrum conscendes. *πύργων βαλλομένων*, cum murus percuteretur et in murum jacularentur hostes, I, 570. et 584, *πρίν γε Κουρῆτες ἐπέβαινον πύργων*, antequam illi hostes scandere inciperent murum. *δούρατα πύργων βαλλόμεναι*, trabes turrium, contra quas jaculabantur hostes, M, 36, ergo non totæ lapideæ, sed trabibus interpositis. et 154, *χερμαδίοις ἐϋδμήτων ἀπὸ πύργων ἔβαλλον*, jaculabuntur saxa ex muro. et 258, *κρόσσας πύργων ἔρυον*, ubi conf. *κρόσσαι*. et 260, *ἔχματα πύργων*, fulcra muri. *ἐνὶ μένειν ἔνδοθι πύργων*, inclusi intra mœnia, Σ, 287. *πόλις πύργοις ἀραρυῖα*, urbs muris apte circumdata, Θ, 737. *δείμομεν ὑψηλοὺς*, ædificemus murum altum in quo sint turres, H, 338. et 437, *ἔδειμαν*, ædificarunt turres altas in muro. *στησόμεθα ἀνὰ πύργους*, consistemus in muro, Σ, 278, et per murum turresque. *ἐϋδμήτους ἐπὶ*, X, 195, ad murum. *ὅτε δὴ πύργους τε νεῶν καὶ τάφρον ἵκοντο*, cum venirent ad murum castrorum et ad fossam; ubi est Homericum *πρωθύστερον*, Ω, 443. sed et divisio quædam militaris in exercitu vocatur *πύργος*. sic est Δ, 334, *ὁπότε πύργος ἄλλος Ἀχαιῶν ἐπελθὼν ὁρμήσειε Τρώων*, expectabant una stantes Athenienses et Cephallenii, quando alia aciei pars contra Trojanos impetum faceret, ut tunc et ipsi prœlium inciperent. ergo *πύργος* in re militari est et, legio, phalanx, pars magna exercitus. et 347, *νῦν δὲ φίλως χ' ὁρόῳτε, καὶ εἰ δέκα πύργοι Ἀχαιῶν, ὑμέων προπάροιθε, μάχοιντο*, nunc libenter sane videretis, si vel decem legiones Græcorum ante vos starent et pugnarent. sed M, 232, *τοῦ γὰρ δὴ πρὸς πύργον ἴσαν*, commodissime explicatur, contra hujus murum, i. e. contra partem muri quem is cum suis obtinebat defendendum, invadebant hostes, coll. 333, *πάπτηνε δ' ἀνὰ πύργον, Ἀχαιῶν εἴ τινα ἴδοιτο ἡγεμόνων*, circumspexit per murum, an aliquem ducum Græcorum, conspicari possit qui ei auxiliaretur. nam de *τάξει πολεμικῇ* h. l. intelligere, quasi ejus legionem in muro stantem maxime invaserint hostes, necesse non est, etsi omnino una cum muri parte etiam intelligitur pars illa militum ibi constitutorum. circumscriptio mœnium urbis, est apud Euripid. Hecub. 16, *γῆς ὀρθὰ ἔκειτο ὁρίσματα, πύργοι τ' ἄθραυστοι ἦσαν Τρωϊκῆς χθονός*: ubi *ὁρίσματα γῆς* sunt iidem *πύργοι*, qui circumdant solum urbis, *γῆν*, et sequens versus est explicatio prioris: coll. 21, ubi id, *ὁρίσματα γῆς*, et *πύργοι*, ut unum idemque, uno nomine vocatur *ἡ Τροία*. Vide sub *πυργηδὸν*, 'ΑΠΟ' aliquanto sub initio, et *οὐλαμός*.

πυργόω, f. ώσω. (Φύω) muro et turribus munio. deinde in genere, *πολίζω, mache zu einer verschlossenen stadt, (I surround a town with walls.)* *Ἀμφίων τε Ζῆθός τε πρῶτοι Θήβης ἔκτισαν ἐπύργωσάν τε*, primi Thebas condiderunt et muro munierunt, *ὡς πόλιν ἐτείχισαν*, λ, 263, 262.

πυρετὸς, οῦ. ὁ. (Φύω) æstus, *brennende hitze, (burning heat.)* *κύων Ὠρίωνος φέρει πολλὸν πυρετὸν βροτοῖς*, Sirius adfert hominibus magnum æstum diebus canicularibus, X, 31. postea medici febrim ardentem hoc nomine appellarunt. Vide sub *ἠπίαλος*.

πυριήκης, εος. ὁ ἡ. (Κῶ) cujus cuspis est ignita. *πυριήκεα μοχλὸν*, ι, 387, quasi *πυρὶ ἠκονημένον, πυρίνην ἔχοντα ἀκὴν*, ut sanguis effossi oculi eodem tempore cohiberetur, et vulnus a putredine conservaretur.

πυρίκαυστος, ου. ὁ ἡ. (Κῶ) igne circumustus, igne duratus et siccatus. *πυρίκαυστος σκῶλος*, sudes præusta, N, 564.

πυρκαϊά, (ionice πυρκαϊὴ) ᾶς. ἡ. (Κῶ) rogus, ἡ πυρά. it. bustum, locus ubi crematus est mortuus. νεκροὺς πυρκαϊῆς ἐπενήνεον, Η, 428, 431. ἀπὸ πυρκαϊῆς, Ψ, 158. et 225, ἑρπύζων παρὰ πυρκαϊήν. et 228, πυρκαϊὴ ἐμαραίνετο. et 231, ἀπὸ λιασθείς. et 237, κατασβέσατε τὴν οἴνῳ. et 250, κατέσβεσαν. sic et Ω, 791.

πύρνον, ου. τό. (Σπάω) panis, *brodt, (bread.)* frustrum panis; vel ex usu antiquo, panis parvus rotundus integer. est pro τὸ πύρινον sc. σιτίον, panis triticeus, nam proprie est adjectivum, unde et ὁ πύρνος (pro πύρινος, sc. ἄρτος) in singulari dicitur. est ergo ab ὁ πυρός. in specie sic dicitur panis egeno porrigendus. αἴκεν τὶς κοτύλην (poculum parvum, *einen trunk*) *(a draught)* καὶ πύρνον ὀρέξῃ, ο, 311. sic, δώσει δέ οἱ πύρνον καὶ κοτύλην, ρ, 12. et 362, ὡς ἂν πύρνα ἀγείροι, mendicus nimirum, ψωμούς.

πυρός, οῦ. ὁ. (Σπάω) triticum, *weizen, (wheat.)* deinde in genere, frumentum, *korn, (corn,)* a præstantia speciei appellatum genus. est pro σπυρὸς, et id æolice pro σπορὸς, abjecto Sigma, a σπείρω, ejusque perf. m. ἔσπορα. ὑμῖν προτέροις μελίφρονα πυρὸν παρέθηκε, apponere solebat; inquit Hector ad equos suos, de Andromache, Θ, 188, sc. non semper, sed quandoque, animi causa et marito gratificans. et h. l. est vel nomen speciei pro genere, frumentum quo vescuntur equi, πυρὸς pro κριθή: vel est, panis, posita materia pro materiato, ut dederit nonnunquam his equis panem vino respersum; sicut nos panem cerevisia maceratum. et hoc posterius videtur verius. sic et Κ, 569, ἵπποι μελίφρονα πυρὸν ἔδοντες, ubi tamen manifesto species pro genere. ἐν πεδίῳ λωτὸς πολὺς, πυροί τε, ζειαί τε, ἠδὲ κρῖ λευκὸν, δ, 604. πυροὶ καὶ κριθαὶ, ι, 110. πυροὺς καὶ κριθὰς, τ, 112. et 536, χῆνες πυρὸν ἔδουσιν ἐξ ὕδατος, anseres comedunt triticum aqua maceratum; sic enim felicissime saginantur. ἐπεὶ παρήλεσαν πυρὸν, cum mola comminuissent triticum ad panes inde conficiendos, υ, 109. hinc est et ἡ σπυρίς, ίδος, quia panes et alia edulia in iis ferri solita.

πυροφόρος, et ob metrum πυρηφόρος, ου. ὁ ἡ. (Φέρω) tritici ferax. ab ὁ πυρὸς, triticum: et ab hac specie notatur in genere, ager fertilis frumenti, *ein gut korn land, (good corn land.)* ἀρούρης πυροφόροιο, Μ, 314. πεδίοιο, Φ, 602, ubi notatur fertilitas agri Trojani. ἄρουραι πυροφόροι, Ξ, 123. ἐς πεδίον πυρηφόρον, γ, 495, τὸ ἐγγὺς Λακεδαίμονος, εὔφορον σίτου: nisi forte ibi est nomen proprium. ὁ ζέφυρος est quasi ζωοφόρος, nam venti faciunt frumenta plena, et dant sic victum.

πυρπολέω, f. ήσω. (Πέλω) circa ignem versor, ignem curo et alo, ignem verso. πυρπολέοντας ἐλεύσσομεν, nos ex navi videbamus jam procul ignem in littore et promontoriis versantes insulanos, κ, 30, et intelliguntur ii ignes, qui navigantium causa in littoribus aluntur, ut interdiu fumo, noctu autem fulgore suo, signum dent, non procul esse terram et portum.

πυρσός, οῦ. ὁ. (Φύω) fax nocturna, in littore ardens ut nautis in mari signum det. alias vocatur ὁ φανὸς et πανός. interdiu signum procul dabatur fumo; noctu igne. πυρσοὶ φλεγέθουσιν ἐπήτριμοι, Σ, 211, faces ardent densæ; et sermo ibi est de urbe obsessa, quæ ignibus nocturnis, et diurno multo fumo, significat vicinis insulis, se esse in periculo. ante receptam in bello tubam signum pugnæ sic dabatur: stante utraque acie procedebant ex utraque acie sacri deo πυρφόροι, faces ardentes manibus tenentes; easque projiciebant in medium μεσαίχμιον, recedebantque illæsi; post concurrebant acies. hinc Eurip. Phœn. 1386, ἐπεὶ δὲ ἀφείθη πυρσός. ibique schol. tuba demum tempore expeditionis τῶν Ἡρακλειδῶν illata Græciæ ab Ἀρχώνδᾳ Tyrrheno, opem laturo Heraclidis. cæterum τοῖς πυρφόροις parci solebat: unde de internecione est proverbium, οὐδὲ πυρφόρος ἐσώθη. Vide sub φαίνω, aliquanto sub initio.

ΠΥΩ, (pro quo deinde usus dixit Πύθω) f. ύσω. putrefacio, resolvo putredine, *ich mache faulend, (I cause to putrefy.)* it. neutraliter, putresco, *ich faule, verwese, (I putrefy, decay.)* est ex sono fictum verbum quem edunt qui offenduntur odore vel visu putredinis. hinc est τὸ πύον, ου, pus, sanguis putrefactus, *eiter, (pus:)* et verbum πυόω, f. ώσω, ad suppurationem perduco, quod et πυέω, f. ήσω. σοῦ δὲ ὀστέα πύσει ἄρουρα, ossa tua putrescere faciet terra, Δ, 174. ὁ δὲ πύθεται, putredine absumitur, Λ, 395. αὐτοῦ ὀστέα λευκὰ πύθεται ὄμβρῳ, ejus ossa alba putrescunt pluviis, α, 161. ὀστέα ἀνδρῶν πυθομένων, ossa virorum putredine absumtorum, μ, 46.

πω, (Ὁ) enclitica. aliquo modo, fortasse. jungitur aliis partibus orationis. ἐσθλὸν δ' οὐδέ τί πω εἶπας ἔπος, pro οὐδέπω τὶ ἐσθλὸν ἔπος, Α, 108. et 262, οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας, pro οὔπω, nunquam. μήπω, non sane, Δ, 234. et 331, οὐ γάρ πω, nondum enim. οὐδ' ἄν πω τότε, Μ, 290, pro οὐδέπω, nequaquam. μὴ δή πω, Ο, 426, nullo sane modo, nequaquam. οὐδ' ἄρα πώ τι ᾔδεε, Ρ, 401. pro οὐδέπω, nondum enim quidquam sciebat, *er wuste noch nicht das geringste davon, (he knew not yet any thing of it.)* et 422, μήπω, *auf keine weise, (by no means.)* οὐδέ νύ πω, nondum etiam, Χ, 9, *noch wohl nicht, (not even yet.)* μὴ δή πω, ne jam, Ψ, 7. οὐδέ τί πω, nondum aliquo modo, γ, 23. μήπω, neutiquam, Σ, 134. μή μέ πω, Ω, 553. μήπω τήνδε ἔγειρε, nondum excita eam, χ, 431. ψ, 59, ne sane. οὔπω, nequaquam, Ξ, 143. nondum, nullo modo, Ο, 632. Σ, 378. οὐ γάρ πώποτε, pro οὔπω ποτὲ, Γ, 442, nondum unquam. sic et πώποτε, unquam, componitur.

πωλέσκετο, pro ἐπωλεῖτο, πωλεύμην pro ἐπωλούμην, vide sub πολέω.

πῶλος, ου. ὁ. (Ἄλλω) pullus, maxime equinus, *ein pferdefüllen, (a colt.)* deinde et equus primæ ætatis, *ein jung pferd, (a young horse.)* est quasi πόαλος, ab ἡ πόα, gramen, et ἄλλομαι, qui per herbas salit. ἵππους θηλείας,

πολλαῖς δὲ πῶλοι ὑπῆσαν, sub uberibus habebant pullos, Λ, 680. ἵπποι θήλειαι, πώλοις ἀγαλλόμεναι ἀταλοῖς, Υ, 222. et 225, ὑποκυσάμεναι ἔτεκον δυοκαίδεκα πώλους, imprægnatæ pepererunt, ubi sermo est de Borea in equum se mutante, et ineunte equas pulcras. οἵτε Ἠῶ πῶλοι ἄγουσι, qui adolescentes equi Auroram vehunt, ψ, 246. et apte dat Auroræ, utpote pueritiæ quasi diei, equos juniores.

πῶμα, ατος. τό. (Πάω) operculum, *ein deckel, (a lid,)* ἐπίθημα: et est κιβωτοῦ, ἢ χύτρας, ἢ καὶ τραπέζης. a πάω, i. e. κτάομαι: φυλάσσει γὰρ πᾶν πῶμα κτητά τινα. sic a κέω, contr. κῶ, est τὸ κῶμα: a βρόω, βρῶ, τὸ βρῶμα. πῶμα φαρέτρης, Δ, 116. ι, 314. χηλοῦ, cistæ, arcæ, Π, 221. Θ, 443, 447, τὸ σκέπασμα τῆς χηλοῦ. πώμασιν ἄρσον ἅπαντας ἀμφιφορεῖς, β, 353, operculis apte operi et occlude omnes amphoras. Vide sub κρήδεμνον.

πῶς, (῾Ο) quomodo, quantopere. inservit interrogationi, aut admirationi. πῶς γάρ σοι δώσουσι γέρας, quo modo enim dabunt tibi præmium honorarium, Α, 123, quæstio indignabunda. et 150, πῶς τίς ἔπεσίν σοι (pro σοῦ) πείθηται, quomodo obsequatur quis verbis tuis, *wie solte jemand? (how should any one?)* πῶς ἐθέλεις, Δ, 26, ubi θαυμαστικῶς et indignabunde positum. et 351, πῶς δὴ, quomodo tandem; eodem modo positum. πῶς μέμονας, quomodo constituisti, Η, 36, ubi est solum interrogativum. πῶς ἂν ἀπὸ σεῖο αὖθι λιποίμην, quæ est quæstio miserabilis; quomodo tandem a te hic relinquar solus, Ι, 437. πῶς γάρ με ἐπιτέλλεαι; quomodo imperas mihi? Κ, 61, *was befiehlest du mir denn? (what dost thou desire me to do?)* et 243, πῶς ἂν αὐτοῦ λαθοίμην, *wie könnte ich doch den vergessen? (but how could I forget him?)* (sic et α, 65.) et 408, πῶς αἱ φυλακαί; *wie sind die wachen bestellet? (how are the guards posted?)* et 424, πῶς νῦν εὕδουσι; μεμιγμένοι, ἢ ἀπάνευθε; *wie liegen sie jetzt? unter den andern, oder besonders? (how do they sleep now? mixed or apart?)* πῶς τ' ἄρ' ἔοι τάδε ἔργα; *und wie wird das nun werden? (how can this be?)* Λ, 837, sic, πῶς κε ἔοι; Ξ, 333, *wie würde es doch aussehen! (how then would it look!)* πῶς κε σὺ σαώσειας, *wie konntest du denn retten? (how couldst thou then preserve?)* Ρ, 149. et 327, πῶς ἂν εἰρύσαισθε, *wie wollet ihr doch schützen! (how could ye still defend!)* πῶς δ' ἄρ' ἴω, nam quomodo nunc eam ad prœlium? Σ, 188. et 364, πῶς δὴ ἔγωγε οὐκ ὄφελον, quomodo tandem ego non debui. πῶς κέν τις ἀκούσαι, quomodo tandem aliquis audire possit, Τ, 81. πῶς δὲ σὺ νῦν μέμονας, Φ, 481. πῶς δέ κεν ἐξέφυγεν, Χ, 202. ubi id πῶς est dubitative positum, et habet sensum non mere interrogativum, sed fere encliticæ πως, aliquo modo. πῶς ἐθέλεις ἐλθεῖν, quomodo vis ire, Ω, 203. et 519, πῶς ἔτλης ἐλθεῖν. πῶς δέ σε ναῦται ἤγαγον δεῦρο; α, 171. sic et ξ, 188. πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς δ' ἄρ' προσπτύξομαι αὐτόν; γ, 22, quomodo igitur accedam, et quomodo igitur alloquor, eum? *wie soll ich denn nun? (how shall I then?)* et deliberat ibi Telemachus cum Mentore, seniore et peritiore. et 248, πῶς ἔθανε Ἀτρείδης; πῶς ἂν ἐγώ σε δέοιμι; Θ, 352, quomodo tandem ego te vincirem? πῶς κεν τίς σε, ι, 351. πῶς ἦλθες; κ, 64, *wie bist du gefahren? (how art thou come?)* et 337, πῶς γάρ με κέλῃ, *wie könntest du mir denn beissen? (how couldst thou then bid me?)* πῶς ἦλθες, *wie bist du gekommen? (how hast thou come?)* λ, 57, 154. et 143, πῶς κέν με ἀναγνοίη; et 335, πῶς ὑμῖν ἀνὴρ ὅγε φαίνεται εἶναι; et 474, πῶς ἔτλης. πῶς κέν μοι τελέσειας μῦθον ἐμὸν, ο, 195, ubi quoque habet notionem encliticæ; perficeres mihi aliquo modo id quod volo? *würdest du mir denn wohl? (wouldst thou then?)* πῶς γὰρ δὴ τὸν ὑποδέξομαι; π, 70, quomodo enim ego eum excipere possim. πῶς δ' ἂν σὺ νεωτέρῳ ἀνδρὶ μάχοιο; σ, 31. et 222, πῶς νῦν; ubi est ellipsis affectuosa, *wie nun? (how now?)* πῶς νῦν τὸ πρᾶγμα γέγονεν; πῶς γὰρ σὺ δαήσεαι, quomodo enim tu scies de me, τ, 325. ἐτιμήσασθε, tractastis, υ, 129. πῶς δὴ νῦν ὀλοφύρεαι, quomodo sane nunc trepidas; χ, 231.

πως, (῾Ο) enclitica, non directe quærit, sed notat, quodammodo, *etwa wohl, (perhaps.)* præponitur tamen nonnunquam eadem, ut supra ex duobus exemplis videatur: et tunc habet quoque circumflexum. αἴκεν πως βούλεται, Α, 66, si forte vult. sic, θωρήξομεν υἷας Ἀχαιῶν, si quo modo armare poterimus eos, Β, 72, *ob wir etwa zu den waffen bringen können, (if we can anyhow arm them.)* οὐ μέν πως, Δ, 158, *ja doch nicht etwa, (nay not perhaps.)* αἰεὶ μέν πώς μοι ἐπιπλήσσεις, Μ, 211, *du bestrafest mich doch auch immer, (thou art always reproaching me.)* μάλα πώς με καθίκεο θυμὸν ἐνιπῇ, Ξ, 104, *du hast mich gar sehr gerühret durch dein zureden, (thou hast deeply moved me somehow by thy discourse.)* αἲ γάρ πως αὐτόν με θυμὸς ἀνείη, Χ, 346, si modo enim ipsum me animus sineret aliqua ratione, ὅπως δήποτε: et sensus est, natura abhorreo ejusmodi cibum; sed velim mihi quomodocunque injici hunc appetitum, ut te crudum possim vorare. οὐ γάρ πως, *denn wohl nicht, (for certainly not,)* Θ, 358. οὐκ ἄν πως, υ, 392.

σαρδάνιος, ον. ὁ ἡ. (Σέω) quod et σαρδόνιος scribitur. ponitur de risu, γελᾷν σαρδάνιον, sc. γέλωτα, vel ut neutrum adverbialiter positum putetur: si quis ridet vel ridere videtur, cum tamen animo intus male sit. μείδησε δὲ θυμῷ σαρδάνιον μάλα τοῖον, υ, 302, ubi de Ulysse sermo est, quem personatum procus, conjecto in eum magno osse, vulnerare voluerat, ipse autem ictum levi declinatione corporis vitaverat. os igitur irati Ulyssis diducebatur, quasi arrideret, at risus verus non erat. eandem rem exprimit poëta, 347, οἱ δ' ἤδη γναθμοῖσι γελώων (ἐγέλων) ἀλλοτρίοισι, illi autem jam ridebant malis alienis, i. e. non verus erat risus, sed gestus tantum ridentium: maxillæ eorum et animi non congruebant; perturbati et anxii potius erant animis, quam hilares, et is vultus ergo erat alienus. idem sentit Horatius, Lib. 2. Sat. 3, 72. talem risum, non verum nec ex animo ad hilaritatem diffuso ortum, risit Juno, O, 101—103, quæ ridere videbatur χείλεσι μόνοις, sed μέτωπον οὐκ ἰάνθη; frons ipsa exhilarata non est et explicata. τὸ, ἄκροις χείλεσι σεσηρέναι (labra diducere velut risurus) indicat τὸ ἔσω δακνύμενον θυμῷ (ira) ἢ λύπῃ. est ergo factum nomen a σεσαρέναι, i. e. ὑπανοίγειν τὰ χείλη. aliis placet insula ἡ Σαρδώ, όος, vel Σαρδὼν, όνος, in qua dicunt nasci σέλινον amarissimi succi, quod qui gustet, pereat μετὰ σπασμοῦ σεσηρώς: sed ista interpretatio quæsita magis est quam verosimilis. cæterum hinc est verbum διασαρδονεῖν, e. c. διεσαρδόνησεν, i. e. διεγέλασεν οὐκ ἐπὶ διαχύσει, risit non re vera et hilariter, sed specie aliqua: et ponitur et de irrisione, *vom höhnischen lachen, (a sarcastic laugh,)* ap. Plat. de Repub. lib. 1.

σὰρξ, ρκός. ἡ. (Ῥύω) caro, *das fleisch, (flesh.)* quæ nudatur detracta cute vel pelle. dorice dicitur, etymo propius, σὺρξ, ρκός, ἡ, ut appareat, esse a σύρω, quod dorice et æolice in futuro habet σύρξω: nam ἀποσύρεται δέρμα ἀπὸ τῶν σαρκῶν, si ad vescendum præparantur. κορέει κύνας ἠδ' οἰωνοὺς δημῷ καὶ σάρκεσσιν, satiabit, Θ, 380, sic, κορέεις, N, 832. οὐδ' ἀπέλειπεν ἔγκατά τι σάρκας τε καὶ ὀστέα, non relinquebat, ι, 293, de Polyphemo homines vorante. οὐ γὰρ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀστέα ἶνες ἔχουσι, nervi jam non cohibent et obtinent carnes et ossa, λ, 218, de umbris mortuorum. σάρκες δὲ περιτρομέοντο μέλεσσι, carnes circumtremebant in membris, σ, 76. πολλὸν δὲ διήφυσε σαρκὸς, multum carnis exhausit et discidit, τ, 450, de apro, femur hominis cædente. et quia carnes nil nisi musculi sunt, quibus corpus humanum regitur et quasi loris vel habenis trahitur: hinc simplicissime a σύρειν potest factum nomen concipi.

σαυρωτὴρ, ῆρος. ὁ. (Στάω) ferramentum infimum in extremo hastili, cujus ope hasta poterat inferiori sua parte infigi terræ, ut erecta staret; τὸ ἐν τῷ ἑτέρῳ τοῦ δόρατος ἔσχατον ὀπίσθιον σιδήριον: κοῖλον σιδήριον, ἐξ ἄκρου ὀξὺ, ᾧ ἐντιθέμενον τὸ ὀπίσω ἄκρον τοῦ δόρατος, ὀρθὸν αὐτὸ ἱστάναι ποιεῖ, πηγνύμενον κατὰ γῆς. est pro σταυρωτὴρ, ab ὁ σταυρὸς, et quasi erector hastæ solo infigendæ. idem dicitur ὁ οὐρίαχος, i. e. τὸ οὐραῖον καὶ ἄκρον τοῦ δόρατος, etiam ὁ κρόσφος et γρόσφος, et στύραξ quasi στήραξ a στῆναι. ἔγχεα ὀρθὰ ἐπὶ σαυρωτῆρος ἐλήλατο, hastæ rectæ in cuspide posteriori stabant fixæ, K, 153. τ

euphoniæ causa est extrusum, cæterum is mos statuendi hastas erectas in castris, abolitus est postea: nam prociderat aliquando hasta una et altera noctu, eoque strepitu terrorem nocturnum incusserat exercitui.

σάφα, (Φάω) adverbialiter pos. ortum a σαφὴς, per sync. ex neutro plur. σαφέα, certas res, certæ et liquidæ res. liquida, liquido; clara, clare; vera, vere. οἰωνῶν σάφα εἰδὼς, i. e. σαφέα οἰωνῶν, res certas quod attinet auguria sciens, α, 202. οὔπω σάφα εἰδὼς μαχέσασθαι θηρὶ, nondum exacte sciens pugnare cum leone, O, 632. οὔπω σάφα οἶσθα, οἷος αὐτοῦ νόος, B, 192, nondum certo nosti et perspicue. et 252, ἴδμεν, scimus. οἶδα, E, 183. εἴσεαι, videbis aperte, scies certissime, H, 226. ὃς σάφα εἰδείη τεράων pro τεράτων, i. e. σαφέα τῶν τεράτων, M, 228. σάφα οἶδα καὶ αὐτὸς μυθήσασθαι, Υ, 201, 432. ἐπιστάμενος σάφα εἰπεῖν, i. e. σαφέα εἰπεῖν, qui dispositus es natura, certa et vera loqui, Δ, 404, cui opponitur ψεύδεσθαι, simulare. ἀγγελίην ἡμῖν σάφα (κατὰ τὰ σαφέα) εἴποι, β, 31, 43, nuntium nobis, secundum rem certam et liquidam, narret. et 108, ἣ σάφα ᾔδη, quæ perspectum id habebat. sic et ω, 143, *die es gewiss und genau wuste, (who knew for certain.)* σάφα εἰπεῖν, rem certam dicere, γ, 89. ἐπιστάμεναι σάφα, vos scientes rem certam, δ, 730. οὐδέ μοι ἔτλης νόστον σοῦ πατρὸς σάφα εἰπέμεν, neque sustinuisti mihi dicere aperte et ex certo reditum tui patris, ϱ, 106. et 153, ὅδε οὐ οἶδεν, *der weiss nichts gewisses, (he knows not for certain.)* et 307, τόδε γε οὐ οἶδα, et 373, αὐτὸν δὲ, οὐ σάφα οἶδα, πόθεν γένος εὔχεται εἶναι, quod ipsum attinet non liquido scio, unde fateatur se esse genere. ἦ ἤδη οἶδε Πηνελόπεια νοστήσαντά σε δεῦρο, ω, 403.

σαώζω, f. σω. (Σέω) salvum et incolumem præsto, idem ac σόω, σώω, et σώζω. ἀλλ' ἄγε δή σε κακῶν ἐκλύσομαι ἠδὲ σαώσω, κ, 286, quasi ex dura servitute: et hinc σῶστρα debet Mercurio Ulysses. σὺ δὲ φράσαι εἴ με σαώσεις, tu dispice, an me incolumem præstaturus sis, A, 83. νὺξ δὲ ἥδε ἠὲ διαῤῥαίσει στρατὸν ἠὲ σαώσει, I, 78, nam hæc nox aut delebit castra aut servabit: res est in summo discrimine. βουλὴ, ἥτις ἐρύσεται ἠδὲ σαώσει Ἀργείους, K, 44, ubi utrumque fere idem. ἐκ φλοίσβοιο σαώσομεν ἐσθλὸν ἑταῖρον, ex tumultu eripiemus eum, E, 469, estque ionice pro σαώσωμεν in conjunctivo. καὶ λίην σὲ ἔτι νῦνγε σαώσομεν, et omnino te adhuc nunc quidem eripiemus et salvum præstabimus, T, 408, sed quid in posterum fieri possit, dubitamus. φράζεσθαι θεοὶ, ἠέ μιν ἐκ θανάτοιο σαώσομεν, ἠέ μιν ἤδη Ἀχιλλῆϊ δαμάσομεν, X, 175. καὶ κήρυκα σαώσομεν, χ, 357. σφῷ μέν κε σαώσετε λαὸν, N, 47, vos duo sane servabitis exercitum. τὼ καὶ νῶϊ πόλινδε σαώσετον, hi duo et nos ambos in urbem incolumes ferent, E, 224, tertia dualis futuri. Αὐτομέδοντα σαώσετον ἐκ πολέμοιο, P, 452, salvum evehatis ambo ex pugna: secunda dualis fut. ἐν δοιῇ δὲ, σαωσέμεν, ἢ ἀπολέσθαι, νῆας, in dubio est, servaturine simus castra, an amittamus ea, I, 230, ubi sermo paullo perturbatior, ut in magno loquentis adfectu: prior enim infinitivus (ionice pro σαώσειν) est activus; alter vero est intransitivus ad νῆας, an naves perituræ sint. φράζεσθε σαωσέμεν ἡνιοχῆα, T, 401, studete salvum referre aurigam vestrum, ô equi: coll, 408. πέπειθα σαωσέμεναι (Attica paragoge pro σαώσειν) νέας ἁμὰς, N, 96, confidebam salvas præstaturos vos esse naves nostras. τὸν μὲν ἐγὼν ἐσάωσα, ε, 130, *den habe ich gerettet, (I have saved him.)* τοὺς δ' ἐσάωσας ῥηϊδίως, X, 18. σάωσε δὲ, νυκτὶ καλύψας, E, 23. κνέφας (caligo) νῦν ἐσάωσε Ἀργείους, Θ, 500. ἐκ πολέμου, Λ, 751. καί τε πολεῖς, i. e. πολλοὺς, N, 734, ubi alii legunt πόλεις, urbes et civitates. εἰ μὴ νὺξ, Ξ, 259. τὶς θεῶν ἐῤῥύσατο καὶ, O, 290, τὸν Ἕκτορα. ἥ με, Σ, 395. εἰ μή τίς με θεῶν ὀλοφύρατο καί με, δ, 264. et 284, σάωσε δὲ πάντας. et 444, ἀλλ' αὐτή. et 513, Ἥρη. τὸν δ' ἐσάωσεν ἐς ποταμοῦ προχοὰς, ε, 452, ἐπειδή σε οὗτος ἐρύσατο καὶ, χ, 372. Θέτις δὲ καὶ Εὐρυνόμη με ἐσάωσαν, Σ, 405. ὅντινα τῶνγε πόδες καὶ γοῦνα σάωσαν, Φ, 611. φράζεο νῦν, ὅπως κε πόλιν σαώσῃς, P, 144, quasi Trojani sint nihil, utpote ex quibus solus Hector restet pugnaturus; Lycii autem sint omnia. et 692, αἴκε τάχιστα νέκυν ἐπὶ νῆα σαώσῃ, ubi et de mortui corpore si integrum aufertur ex manu hostium. ὄφρα σαώσῃς Τρῶας, X, 56. πῶς κε σὺ φῶτα σαώσειας, quomodo tandem tu virum servares et eriperes, P, 149. εἴ τινα ἐκ πολέμου φεύγοντα σαώσειαν, si quem ex prœlio fugientem servare queant, M, 123, οἱ ἀνέρες. ῥεῖα θεός γε σαώσαι ἄνδρα, eripere et incolumem præstare queat, γ, 231. ἦ γάρ κέν μιν ἔπειτα καὶ ἐκ θανάτοιο σαώσαι, δ, 753, et est aor. 1. opt. regulariter. καί μοι φίλον υἷα σάωσον, δ, 765, ἀλλ' υἷα Κλυτίοιο σαώσατε, O, 427. μέ ἐκ ποταμοῖο σαῶσαι, Φ, 274. τὸν νῦν οὐκ ἔτλητε νέκυν περ ἐόντα σαῶσαι, Ω, 35, de corpore mortui. ἀλλὰ καὶ ὣς ἀνέμιμνε, σάω δὲ ἑταίρους, Π, 363, sed et sic resistebat, servabatque socios: est imperf. sine augm. per apocopen, pro ἐσάωζε. et tales apocopæ sunt æolice. ζωοὺς δ' ἐσάω, vivos autem salvos præstare studebat, Φ, 238, in opp. ad mortuos, quos fluvii præses ἐξέβαλλε θύραζε ex fluentis suis, 237. sic et in imperativo, ἀλλὰ σάω μὲν ταῦτα, σάω δέ με, pro σάωζε, at conserva ista et conserva me, ν, 230. αὐτόν μέν σε πρῶτα σάω, te ipsum primum serva, ϱ, 595. sic apud Callimach. in Lau. Pall. 142, Δαναῶν κλᾶρον ἅπαντα σάω, ὦ θεὰ, Danaorum fortunam omnem serva. et Hymn. in Cer. 135, χαῖρε θεὰ, καὶ τάνδε σάω πόλιν. ἔνθεν δ' οὔτι σαώσεαι, inde autem nequaquam salvabis te, φ, 309. οἵτε ἐσάωθεν οἵτε ἀπόλοντο, pro ἐσαώθησαν, γ, 185. ἢ ἀπολέσθω ἠὲ σαωθήτω, P, 228, *er komme um oder bleibe am leben, (whether he dies or lives.)* νῦν ἄρκιον, ἢ ἀπολέσθαι ἠὲ σαωθῆναι, καὶ ἀπώσασθαι κακὰ νηῶν, O, 503, jam sufficit, sive pereamus sive conservemur, dummodo infortunium a navibus et castris repellamus. εἴ σοι θέσφατόν ἐστι σαωθῆναι, si tibi fatale est ut incolumis evadas, κ, 473.

σαώτερος, α, ον, vide sub Σάος.

Σβέω, f. έσω. (Σέω) extinguo ignem, et deinde metaphorice quidvis aliud. descendere a σείειν, quatere, concutere, verisimile est: nam reprimitur motu aliquo violento ignis aut vita, si extinguitur. οὐδέποτε ἔσβη πῦρ, non extinguebatur ignis, I, 468, *das feuer verlöschete nicht, (the fire was not extinguished.)* sic, οὖρος, γ, 182, ventus secundus non extinctus est, non cessavit: et notatur aër tepidus satis commotus. est aor. 2. passivi. κεῖνός γ' οὐκ ἐθέλει σβέσσαι χόλον, I, 674, non vult extinguere iram suam, quæ est igni similis. ἀνθρώπων σβέσσαι (ob metrum pro σβέσαι) μένος, hominum extinguere robur, Π, 621, i. e. occidere eos: nam θάνατος ὁ ψυχρὸς est omnino σβέσις τοῦ ἐνθέρμου μένεος.

σεβάζομαι, f. άσομαι. (Σέω) vereor, ἐκπλήσσομαι, *ich scheue mich, habe bedenken, entsehe mich, (I fear, stand in reverence of, abstain from.)* est a σέβω σεβάζω, sicut a σκέπω σκεπάζω, a μίμνω μιμνάζω, a λίπω λιπάζω, a στίγω στιγάζω, etc. apud recentiores vero obtinuit notio τοῦ τιμᾷν, unde ὁ σεβαστὸς postea dictus: sed eam apud Homerum ne quæras. κτεῖναι μέν ῥ' ἀλέεινε, σεβάσσατο γὰρ τόγε θυμῷ, Z, 167, interficere quidem abstinebat se, nimis iniquum enim id putabat animo suo; et sermo est de Prœto, apud quem ab uxore delatus erat innocens Bellerophon, quasi aperte insidiaretur pudicitiæ ejus: ἐξεπλάγη, ὡς φρικτὸν ὄν. et 417, οὐδέ μιν ἐξενάριξε, σεβάσσατο γ. τ. θ. neque eum (occisum a se Eëtionem Achilles) spoliavit armis, verebatur enim id facere, *davor entsahe er sich, aus hochachtung vor diesem gewesenen braven und grossen herrn, (he forbore out of respect for so brave and illustrious a man.)* et vides simul originem notionis recentioris.

σέβας, αος. τό. (Σέω) admiratio cum magno animi motu, ἔκπληξις. notat et in deteriori sensu, si quid indignitate sua nos percellit, νέμεσις, αἰδώς. σέβας δέ σε θυμὸν ἱκέσθω, Πάτροκλον κυσὶ μέλπηθρα γενέσθαι, Σ, 178, magnopere indignum tibi videatur et minime ferendum, hunc talem virum canibus projectum jacere; et est περίφρασις τοῦ, σεβάσθητι, *erschrick davor in deinem herzen, und lass es dir recht entsetzlich dünken, (have a horror of it at thy heart, and consider it as most atrocious,)* σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα, admiratione magna moveor intuens te, γ, 123, inquit Nestor ad Telemachum sibi antea nunquam visum. sic et δ, 75, ubi Telemachus admiratur magnificentiam domus Menelai. et 142, σέβας μ' ἔχει εἰσορόωσαν, inquit Helena de Telemacho. μ' εἰσορόωντα, ζ, 161, inquit Ulysses supplex ad Nausicaam, laudans formam ejus admirabilem; et est idem quod ἄγαμαι, τέθηπα, coll. 166, 168. et θ, 383, ubi eadem sunt verba Ulyssis ad Alcinoum, admirantis saltatores eximios.

Σέβω, (Σέω) in timorem et pudorem injicio, ad timorem et pudorem moveo, valde vereri facio. et forma media, σέβομαι, valde moveor, ἐκπλήττομαι, αἰδέομαι, vereor, confundor pudore aut admiratione. apud recentiores notat, revereor, suspicio, honore et cultu prosequor: ut apud Euripid. Androm. 914, τοὺς κακίονας σέβων, deteriores magis curans et honorans. et hic significatus frequens apud eundem, et Sophoclem. sed ea significatio Homerica et antiqua non est. hinc τὸ σέβας est ἡ ἔκπληξις, *das bewundernde erschrecken, (astonishment.)* est a σεύω, moveo valde; mutato υ in β. et ab hoc σέβω fit σεμνὸς, mutato β in μ, ut sæpe. Ἀργεῖοι ἰλεγχέες, οὔ νυ σέβεσθε; Δ, 242, an non commovemini pudore? οὐκ αἰδεῖσθε; *entsehet, scheuet und schämet, ir euch nicht? (are you not ashamed?)* σεπτὸς, ἡ, ὸν, colendus, venerandus: unde est ὁ ἡ θεόσεπτος, pro deo colendus, divinus, Aristoph. Nub. 291. et σεπτεύω idem est quod σέβω.

σεῦ pro σοῦ, vide sub ΣΥ, prope initium.

σειρά, ᾶς. ἡ. (Ῥέω) proprie est funis, τὸ σχοινίον. est nomen generale, notans πλέγματά τινα, ἢ ἀπὸ σχοίνων ἢ σπάρτων ἢ κανάβεως ἢ ἄλλοθεν. et est ab εἴρω, necto, jungo. hinc est vulgare ἡ σίρα, quæ antiquitus erat σχοῖνος, i. e. σειρὰ πλεκτὴ, deinde etiam ἐπὶ ξυλίνων μοχλῶν τῶν ἐντὸς poni cœpit, de pessulo ligneo, qui intus obditur foribus. σειρὴν χρυσείην, Θ, 19—27, quæ catena Jovis aurea, est vel concatenatio elementorum quatuor quæ dicuntur, ex quibus omnia constant; vel series dierum a sole illustratorum: sed ii explicant et intelligunt optime, qui hanc catenam volunt esse ænigma imperii monarchici, ex uno solo pendentis. σειράς τ' εὐπλέκτους, funes dense tortos, Ψ, 115. σειρὴν πλεκτὴν, χ, 175, 192, ubi est vel εἶδός τι σχοινίου, vel et ἱμάντος, ut ostendunt οἱ παράσειροι ἵπποι, et οἱ ἀνασειραζόμενοι. etiam recentioribus sunt σειραὶ πεπλεγμέναι διὰ σχοίνων, φυτῶν δηλαδή. sed ἡ σειρὴν, ῆνος, est ζωΰφιον ἀμυδρόν τι κλαυθμυρίζον, *eine art von bummel, (a kind of humble bee.)* hinc, κατὰ σειρῆνας ᾄδειν, est ambiguum: nam si illæ Σειρῆνες τοῦ μύθου intelliguntur, laudat; sin ζωΰφια illa, vituperat.

σέλας, ατος. τό. (Ἕλω) splendor, fulgor. *der glanz, (brilliance.)* est σειομένη (σευομένη) καὶ ἐξορμῶσα ὕλη τοῦ πυρὸς ἢ πυρώδους τινὸς, exiens splendor ignis aut ignei alius corporis. sic dicitur σέλας ἄστρων, πυρὸς, λαμπάδος. et προβάλλεται σέλας ἐκ πυρὸς ἤ τινος πυρόεντος, ὡς οἷον ἀκοντιζόμενον δι' ἀέρος, οὐ καίει δέ: ὡς οὐδὲ ἀστραπαὶ, φῶς μόνον ἀφιεῖσαι. est tamen et σέλας δαιόμενον, i. e. καιόμενον, quod vocatur ὁ κεραυνὸς, fulmen, ὃς φέρεται φωσφορῶν κατὰ λοιπὰ σέλατα, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν κατακαίων, καὶ οἷς ἂν ἐνσκήψῃ καυστειρὸς ὢν οἷα καὶ πῦρ. δαιόμενον δὲ ἧκε σέλας μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν, Θ, 76, i. e. fulmen, misit Jupiter, collato 133—135, ubi tale fulmen, quod est βέλος Διὸς accuratius describitur. et 509, καίωμεν πυρὰ πολλὰ, σέλας δ' εἰς οὐρανὸν ἵκῃ, accendamus ignes multos, et splendor alte in aërem veniat, *dass der glanz weit leuchte, (that their glare may be thrown to a great distance.)* νηὸς καιομένης σέλας, O, 600, splendorem navis ardentis. ὡς ἀπ' Ἀχιλλῆος

κεφαλῆς σέλας αἰθέρα ἵκανε, sic a capite Achillis (i. e. a splendente ejus galea) splendor in aërem veniebat, Σ, 214, *sein kopf glanzete weit, (his helmet shone afar off.)* ὄσσε δεινὸν ὑπὸ βλεφάρων, ὡσεὶ σέλας, ἐξεφαάνθη, Τ, 17, oculi terribiliter sub palpebris, tanquam fulgur, emicuerunt. sic alibi, δεινώ οἱ ὄσσε φάανθεν, et, πῦρ δεδορκὼς, et, ὄσσε δέ οἱ πυρὶ ἐΐκτην. et 366, τὼ δέ οἱ ὄσσε λαμπέσθην ὡσεί τε πυρὸς σέλας. et 374, τοῦ δ' ἀπάνευθε σέλας γένετο ἠΰτε μήνης, ab eo fulgor oriebatur sicut lunæ. et 375, ὡς δ' ὅταν ἐκ πόντοιο σέλας ναύτῃσι φανείη καιομένοιο πυρὸς, ceu ex mari cum nautis apparet fulgor ardentis ignis, ubi conf. πῦρ, et φανός. nam nautis noctu ignibus signa dantur. et 379, ὡς ἀπ' Ἀχιλλῆος σάκεος σέλας αἰθέρα ἵκανε, sic a clypeo Achillis fulgor per aërem ibat. et denotantur arma fulgentia et politissima. δαΐδων σέλας, σ, 352, fulgor et splendor facum ardentium. χίλια ἐν πεδίῳ πυρὰ καίετο, πὰρ δὲ ἑκάστῳ εἵατο (sedebant) πεντήκοντα, σέλας πυρὸς αἰθομένοιο, mille ignes ardebant in campo, splendor ignis ardentis erat, Θ, 559, conf. πεντήκοντα. μινύθουσι δὲ οἶκοι ἐν σέλαϊ μεγάλῳ, Ρ, 739, pereunt ædes in splendore magno, i. e. flamma magna; posito adjuncto pro subjecto, splendore pro igne ipso. θάλπων (calefaciens) σέλα πυρὸς, pro σέλαϊ per apocopen, φ, 246, ad luculentum ignem. hinc est σελαγέω, f. ήσω, fulgeo igne. σελαγέομαι, incendor claro igne, *ich stehe in vollem feuer, (I am all on fire,)* Aristoph. Ach. 924, 925. Nub. 285, 604.

σελήνη, ης. ἡ. (Ἕλω) luna lucens, *der scheinende mond, (the moon shining.)* est a τὸ σέλας per paragogen: nisi putes, inesse τὴν ἔνην vel ἕνην, quæ notat novilunium, deinde adjective ἔνος, η, ον, est vetus, maturus; ut notetur nova luna jam matura ad splendorem fundendum. Sed quia id adjectivum est recentiorum Atticorum: in Homerica voce hæc etymologia locum habere vix poterit. eadem dicitur ἡ σεληναία, Eurip. Phœn. 180. alias luna dicitur et ἡ μήνη. ἐν οὐρανῷ ἄστρα φαεινὴν ἀμφὶ σελήνην φαίνεται, Θ, 551, ubi non necessario intelligenda est σελήνη πλησιφαὴς καὶ πληροσέληνος, luna plenissima; nam hæc obscurat potius astra propinqua fulgore suo. hinc Sappho: ἀστέρες μὲν ἀμφὶ καλὰν σελάναν ἄψ ἀποκρύπτουσι φαεινὸν εἶδος, ὁπότ' ἂν πλήθοισα (πλήθουσα, dorice; plena) μάλιστα λάμπῃ γᾶν. sic φαεινὴ ἐσθὴς, ζ, 74, vocatur, non jam splendens, lavari enim oportebat eam, sed natura sua λαμπρὰ, etsi jam obfuscata paullum. Sed nec his ambagibus opus est: nam simile de luna, micante inter minores ignes, est et Horatio hoc sensu usurpatum, Lib. 1. Od. 12, 46—48. qui vero h. l. scribi jubent φάει νῆν contracte pro νέαν, luce novam; ut notet lunam novam prima sua luce apparentem: hi audacter satis ludunt. οὔτε κε φαίης οὔτε ποτ' ἠέλιον σόον ἔμμεναι οὔτε σελήνην, Ρ, 367, nam ob densissimum pulverem, dubium esse poterat, dies sit jam an nox; neque tamen sol aut luna interlucebat, ex quo id dubium solvi posset: ergo putares, et solem et lunam pariter periisse. ἠέλιόν τ' ἀκάμαντα, σελήνην τε πλήθουσαν, effinxit Vulcanus in scuto Achillis, Σ, 484, conf. πλήθω. ὥστε γὰρ ἠελίου αἴγλη πέλεν ἠὲ σελήνης κατὰ δῶμα, δ, 45, quasi enim solis splendor aut lunæ erat per domum. sic et η, 84. ἀὴρ βαθεῖα ἦν, οὐδὲ σελήνη οὐρανόθεν προὔφαινε, erat densa obtenebratio, nec luna ex cœlo lucebat, ι, 144. φᾶρος, ἠελίῳ ἐναλίγκιον ἠὲ σελήνῃ, ω, 147, albedine sua et splendore. Νεοκλῆς ὁ ἐκ Κρότωνος finxit, mulieres in luna parere ova; ex quibus deciderint aliquando duo, ex quibus nati sint, ex altero Castor et Pollux, ex altero Helena: præterea homines in luna esse πεντεδεκαπλασίους ἡμῶν, *funfzehenmal grösser als wir, (fifteen times larger than we.)* ex quo saltem id apparet, opinionem de luna habitata non esse novam. narrarunt præterea prisci, lunam esse recentiorem terra. hinc Arcades dicti προσέληνοι, antiquiores luna. vide Aristoph. Nub. 397. ὁ ἡ πανσέληνος, tempus plenilunii, Aristoph. Ach. 84.

σέλινον, ου. τό. (Ἕλω) apium, herbæ species. dictum ἀπὸ σεύεσθαι (i. e. ὁρμᾶσθαι καὶ αὔξεσθαι, crescere læte) ἐν ἕλει, i. e. διύγρῳ τόπῳ, *weil es an sumpsigen orten gerne wächset, (because it thrives in wet ground.)* ἐλεόθρεπτόν τε σέλινον, Β, 776, ubi per epitheton et natura ejus herbæ et etymologia significatur: nam ἐλεόθρεπτον est, θρεπτὸν ἐν ἕλεσι. λειμῶνες μαλακοὶ (prata mollia et aquosa) ἴου ἠδὲ σελίνου θήλεον, virebant violis et apio, ε, 72. amplior quædam et generosior species hujus herbæ dicta est ἱπποσέλινον, ut ἵππος notet amplitudinem: quæ significatio et ex aliis apparet, e. c. ἱππομανὴς, i. e. ὁ πάνυ μανιώδης. sic et syllaba βου (a βοῦς) præfixa notat magnitudinem insignem, e. c. βούμαστος vel βούμασθος, insigni magnitudine uberum præditus. aliud ab hoc ἐλείῳ σελίνῳ est τὸ πετροσέλινον. cæterum illud ἕλειον σέλινον erat, ex quo in Nemeis et Isthmiis ludis coronæ victoribus fiebant. et ratio harum coronarum erat, quia Nemea et Isthmia erant ἀγῶνες ἐπιτάφιοι in memoriam heroum priscorum: σέλινον autem herba erat diis inferis sacra. Vide sub βοτάνη.

σέλμα, ατος. τό. (Σέω) transtrum, trabs lata et crassa ab altero ad alterum latus navis pertingens: τὸ μεταξὺ τῶν τοίχων τῆς νηὸς, ὃ καὶ ζυγὸς καὶ σελὶς καλεῖται, καθέδρα ὃν ἐρέτου, in cujus extremitatibus sedent remiges. est a σέλλω, et notat, respectu ad sedem remigis, τὸ αἴτιον ὁρμῆς τῇ νηΐ. hinc et Sophocles idem σέλμα dicit θοὸν εἰρεσίας ζυγὸν, ὡς τοῦ θέειν αἴτιον, velox jugum remigationis. per tropum notat totam navem. hinc in epigrammate, de magna nave, τίς τόδε σέλμα πέλωρον ἐπὶ χθονὸς εἵσατο, i. e. ἵδρυσε, ἔκτισε, ἐκάθισε.

σέο, pro σοῦ, vide sub ΣΥ̓, prope initium.

σεὺ, pro σοῦ, vide sub ΣΥ̓, prope initium.

σεύατο, pro ἐσεύατο, vide sequens.

σεύω, f. σεύσω. (Σέω) agito, persequor. κινηθῆναι ποιέω, παρακινέω, διώκω, ὀρίνω. *ich treibe,*

jage, verfolge, scheuche, (I drive, chase, pursue, scare.) ὅς ποτε Διωνύσοιο τιθήνας σεῦε (ἔσευε) κατὰ Νυσήϊον, qui olim Bacchi nutrices insectatus erat per Nysseum, Z, 133, ἐδίωκε. ἔσσευε (κεφαλὴν ἀποκοφθεῖσαν) κυλίνδεσθαι, projiciebat caput ejus abscissum ut volveretur, Λ, 147. στρόμβον δ' ὣς ἔσσευε βαλὼν, τὸ χερμάδιον, saxum jaciens movere se fecit velut turbinem, Ξ, 413, *sezte den stein durch den wurf in bewegung, (hurled the stone.)* σεῦεν κύνας, abegit et dimovit canes, ξ, 35. σεῦα σὲ κατὰ ὀρέων, pro ἔσευά σε, agitavi te per montes, Υ, 189. αἷμα ἔσσευα, pro ἔσευσα, sanguinem elicui et fluere feci, E, 208, ἐξ αὐτῶν. ἡμιόνους σεῦαν παρὰ ποταμὸν, mulos egerunt ad fluvium, ζ, 89, pro ἔσευσαν. σεύας ἵππους, pro σεύσας, equos agitans, O, 681. εἴπερ ἂν αὐτὸν (τὸν λέοντα) σεύωνται κύνες καὶ αἰζηοὶ, abigere conentur canes et juvenes, Γ, 26, διώκωσι. sic, ὅτε κάπριον κύνες καὶ αἰζηοὶ σεύονται, quando aprum insectantur, Λ, 415, et ἀμφὶ, 414, est adverbialiter, circumdantes eum. ὄφρα ὕλη ἐσσεύοιτο καῆναι, ut materia agitaretur a ventis ad ardendum, Ψ, 198, ubi est optativi præsens passivum, cui præfixum est ionice ε, et Sigma duplicatum ob metrum; vel in genere ἐσσεύομαι dicunt Iones sæpe pro σεύομαι: quod deinde per syncopen facit ἔσσυμαι, concitor, concito ipse me. ὅτε ἐσσεύετο διώκειν, quando impetum sumebat ad persequendum, P, 463, quando se concitabat: et ibi ε penultimum producitur, vel tres breves sunt loco spondei. ἐπὶ τεύχεα ἐσσεύοντο, ad arma discurrebant capienda, B, 808, ὥρμων. sic ω, 465. κατὰ πεδίον παρὰ ἐρινεὸν ἐσσεύοντο, per campum ad sylvam caprificorum ruebant cursu, Λ, 167. et 419, ἀμφὶ Ὀδυσσῆα Τρῶες, circa eum et in eum ab omni parte incurrebant. et 548, λέοντα κύνες καὶ ἀνέρες, abigere conabantur, abigere aliquando solebant eum. κατὰ ἀμαξιτὸν, per viam publicam currebant, concitabant se cursu, X, 146. ἐπὶ κοῖτον, ad cubile properabant, ξ, 456. σεύατο (ἐσεύσατο) ἀνὰ ἄστυ, movebat se celeriter per urbem, Z, 505, ὥρμησεν: nam heroës omnia, quæ faciunt, cum insigni alacritate faciunt. sic, σεύατο, οἷός τε Ἄρης ἔρχεται, ibat alacriter, qualis Mars vadit, H, 208. ἐπὶ Θρηκῶν ὄρεα, Ξ, 227. ἐπὶ κῦμα, ι, 51. ὁπότε μιν σεύαιτο, si forte insequeretur eum, Υ, 148, sc. τὸ κῆτος. σευάμενος, ὥστε ἵππος, currens sicut equus, X, 22. ἔσσυμαι est, ut paullo ante dictum est, per syncopen pro ἐσσεύομαι, præfixo ε, pro σεύομαι. nam præteritum passivum fingere, pro σέσευμαι, per metathesin τοῦ σ, non quidem absonum esset omnino, est tamen non necessarium, cum et aliam ejusmodi formam ibi viderimus. ποσὶν ἔσσυμαι ἀμφοτέροισι, pedibus incitor ambobus, i. e. omnes artus mei pleni sunt cupiditate vadendi, N, 78. θυμὸς δέ μοι ἔσσυται ἤδη, animus mihi incitatur jam, impetum sentit, κ, 484. ἰθὺς Λυκίων ἔσσυο, recta in Lycios ruebas, vadebas, Π, 584, est imperf. pro ἐσεύεο, ab ἐσευόμην, per syncopen, et duplicato Sigma. τί μοι ὧδε διὰ σπέος ἔσσυο μήλων ὕστατος, cur mihi sic per speluncam incedebas ovium ultimus, O aries, ι, 447. ψυχὴ κατὰ ὠτειλὴν ἔσσυτο ἐπειγομένη, anima per vulnus avolabat festinans, Ξ, 519, pro ἐσεύετο. σύτο δ' αἷμα, et exiliit sanguis, Φ, 167, ἐξώρμησε. συβώτης ἔσσυτο ἀνὰ πρόθυρον, ξ, 34, properabat ad locum ante januam. πρώτιστος ἔσσυτο ἀνασχόμενος δόρυ, primus festinabat protendens lanceam, υ, 448. aliis hæc forma est plusquamp. pass. pro ἐσεσεύμην, ἐσέσευσο, etc. per syncopen et transpositionem. possis commodius etiam a σύω pro σεύω deducere, ut imperf. med. sit ἐσυόμην, ἐσύεο, ἐσύετο, per syncopen et duplicatum Sigma. ex participio vero elucet, non esse præteritum perfectum. τάς τε τρεῖ, ἐσσύμενός περ, quas tamen horret, licet valde incitans se, Λ, 553, et est particip. præsentis pro σευόμενος vel συόμενος: et ε præfigitur quibusdam formis hujus verbi, sicut in aliis verbis integris, e. c. ἐθέλω pro θέλω, ἐγρηγορέω pro γρηγορέω, etc. sic et P, 663. οὔτι κυλίνδεται (ὁ λίθος) ἐσσύμενός περ, non amplius volvitur etsi antea valde ruens et currens, N, 142, *so stark er sich auch vorher bewegete, (impetuously though it moved before.)* ἔμεινε, καὶ ἐσσύμενός περ ὁδοῖο, mansisset, etsi valde festinans ad iter, δ, 733, pro καίπερ. conf. ἐπείγεσθαι. ἦ μάλα δή σε καὶ ἐσσύμενον κατερύκω, Z, 518, *ich halte dich wohl gewiss genug auf, da du doch eilig bist, (I have indeed detained thee long enough, as thou art in haste.)* καὶ ἐσσύμενόν περ ἐρωήσαιτε ἀπὸ νηῶν, N, 57, etsi valde urgentem et furentem repuleritis a navibus; *so heftig ehr auch ansetzet, (notwithstanding the fury of his attack.)* et 315, καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο, etsi valde incitantem se ad pugnandum, *hitzig aufs fechten, (eager for the fight.)* et 787, πὰρ δύναμιν δ' οὐκ ἔστι καὶ ἐσσύμενον πολεμίζειν, præter vires autem non potest vel promtissimus pugnare. μεμαῶτα καὶ ἐσσύμενόν περ ἀλύξαι, cupientem licet et conantem elabi, δ, 416. ὅς ἐσσύμενον κατερύκῃ, qui festinantem detinet, ο, 73. ἐσσυμένην (μητέρα) κατερύκει, festinantem matrem retinet, Π, 9, ἡ παῖς συνθέουσα, puella una currens. καὶ ἐσσύμενοί περ, N, 630, etsi valde cupidi. μάλα ἐσσυμένους πολεμίζειν, valde promtos ad pugnandum, Λ, 716, pluralis ad præcedentem singularem, λαὸν, 715; qualis constructio est Attica, ad sensum, non ad vocabula. ἴσχειν ἐσσυμένους πολέμου, cohibere cupidos pugnandi, Ω, 404. in usu tamen est et forma aor. 1. pass. ἐσσύθην, unde particip. συθεὶς, cum celeritate iens, Eurip. Iphig. Taur. 1294.

ΣΕ´Ω, et ΣΕΙ´Ω, f. σείσω. agito, concutio, moveo: it. congrego. σεῖσ' pro ἔσεισε, sc. τὴν αἰγίδα, O, 321, coll. 308. et Apollo habet ægidem, i. e. sol attraxit nubem densam tonantem et fulminantem, et quidem h. l. adversus faciem aciei Græcæ. οἱ δὲ (ἵπποι) σεῖον ζυγὸν, γ, 486. ο, 184, equi quatiebant et motitabant jugum suum, currentes in itinere ad currum juncti. σείων ἐγχείην, E, 563, quassans et moti-

tans eundo. μιλίνη, X, 133. κολλητὰς σανίδας, I, 579, sæpe aperiens januam, et intrans ad filium: nisi mavis intelligere τὸ θυροκρουστεῖν, καὶ πρὸς βίαν τὰς θύρας κόπτειν, ὡς καὶ σείεσθαι αὐτάς. σείοντε ἐγχείας, vibrantes, quassantes, hastas suas, Γ, 345. ἀμφὶ δέ οἱ κροτάφοισι φαεινὴ σείετο πήληξ, circa tempora ejus fulgens motitabatur galea, N, 805, et per hoc totum indigitatur pars galeæ, crista. πόδες Ἴδης ἐσσείοντο, duplicato Sigma ob metrum, Υ, 59, *wurden erschüttert, (were shaken.)* σείσατο δ' εἰνὶ θρόνῳ, movebat se Juno in sella sua, præ impatientia animi, Θ, 199. ἔγχος σειόμενον ἐλέλικτο, hasta mota tremebat, N, 558. et 135, σειόμενα ἔγχεα. σεισμὸς describitur Υ, 56—65, et ejusmodi motum naturæ vehementem, qui illo die acciderat, poëta vocat prœlium deorum. a σείω est et τὸ σινίον, ου, cribrum, idem quod τὸ κόσκινον, (quod est a κινέω) et inde est verbum σινιάζω, f. άσω, agito vehementer quasi in cribro, Lucæ xxii, 31, idem quod κοσκινίζω. et notatur acris concussio, cedens ad purgationem. proprie σινίον non est cribrum, sed vannus aliqua, in qua quid ad ventum agitatur. a σείω est et σήθω, excutio cribrando, f. σήσω. unde est ἡ σῆσις, εως, cribratio, agitatio. Atticis est inde verbum ἀττάω, cribro, et διαττάω. nam Sigma facile transit in τ. cæterum σείω scribitur et σίω, apud Anacreontem, 22, 3.

σηκάζω, f. σω. (Στάω) stabulo includo. et in genere, includo, ἐγκλείω. est pro στηκάζω. sicut σηκὸς proprie est τόπος τῆς τῶν ἀρνῶν στάσεως, sic et hoc verbum proprie de agnis: per tropum de quibusvis aliis in conclusum vel angustum locum adactis. καί νύ κε σήκασθεν (pro ἐσηκάσθησαν, ionice, inclusi essent intro acti) κατὰ Ἴλιον, ἠΰτε ἄρνες, sc. οἱ Τρῶες, παρὰ τοῦ Διομήδεος διωκόμενοι, Θ, 131, in urbe sua, sicut agni.

σηκοκόρος, ου. ὁ ἡ. (Κείρω) qui stabulum verrit et purgat, *der die bauerhütte oder den stall reine hält, (one who keeps the farm-house or stable clean.)* est forma ut in νεωκόρος. σηκὸς est ἡ μάνδρα, a στήκω, statuo, stabulo, pro στηκός: hinc et οἱ σταθμοὶ, i. e. αἱ τῶν ζώων ἐπαύλεις. deinde apud recentiores ὁ σηκὸς notat templum, ναὸν, quia ibi animalia statuuntur, ut immolentur. σηκοκόρον τ' ἔμεναι, ρ, 224, ut sit purgator stabuli, *ein ausmister, (a stable-boy, one who cleans the stable.)*

σηκὸς, οῦ. ὁ. (Στάω) stabulum, *ein stall, (a stable:)* proprie agnorum, deinde in genere pecudum juniorum, imo pecoris. est pro στηκὸς, ab ἵστημι. hinc dicitur agnus ὁ σηκίτης, ου. recentiores τὸν σηκὸν ponunt et ἐπὶ ναοῦ, de templo et sacrario, ut notet τὸ ἡρῷον: e. c. ὃς τόνδε ἔχεις τὸν σηκὸν, ἵλεως γένου, qui hoc habes sacellum, propitius esto. αἱ σηκίδες dicebantur οἰκογενῆ παιδισκάρια, ancillulæ in villa natæ: in specie ἡ σηκὶς vel σηκύλη vel σικύλη erat ἡ ἐν ἀγρῷ τὸ ταμιεῖον φυλάττουσα, *die ausgeberinn oder meierinn auf dem hofe, (the housekeeper or female superintendent of a farm-house,)* (Aristoph. Vesp. 765.) qualis erat ἡ τοῦ Λαέρτου γραῦς, Εὐρύκλεια q. v. in R. σταθμούς τε, κλισίας τε, κατηρεφέας ἰδὲ σηκοὺς Σ, 589, quæ tres voces fere idem notant. στείνοντο δὲ σηκοὶ ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων, plena erant stabula agnis et hœdis, ι, 219. et 227, ἐρίφους τε καὶ ἄρνας σηκῶν ἐξελάσαντες. et 319, ἔκειτο μέγα ῥόπαλον παρὰ σηκῷ. et 439, ἐμέμηκον (balabant oves) περὶ σηκοὺς, circa stabulationes agnorum suorum. οὐδέ τι σηκοὶ ἴσχουσι, κ, 412, nequaquam stabula cohibent eos, vitulos. apud recentiores ὁ σηκὸς notat et id pondus, quod in æquilibrio stare facit lances libræ. unde iis est σηκόω, f. ώσω, addito aliquo pondere stare facio libram in æquilibrio. inde est τὸ σήκωμα, æquipondium. et ἀντισηκόω, ex altera lance æquum pondus addo, Eurip. Hec. 57. Vide sub στατός.

σῆμα, ατος. τό. (Σέω) signum, *ein zeichen, (a sign;)* res quæ nos movet ad aliquid agendum vel cogitandum. est enim a σέω, ejusque perf. pass. σέσημαι. ἔνθα ἐφάνη μέγα σῆμα: δράκων, B, 308, coll. 321. et 353, ἐναίσιμα σήματα φαίνων Ζεὺς, auspicata signa ostendens, nam τὰ δεξιὰ sunt fausta. hinc postea compositum est nomen, ἡ διοσημία. contrarium est Δ, 381, Ζεὺς, παραίσια σήματα φαίνων, inauspicata, non addicentia. sic, ἐνδέξια, I, 236, ad dextram ostensa signa apparere faciens, i. e. fausta. τρὶς ἀπὸ ὀρέων ἔκτυπε Ζεὺς, σῆμα τιθεὶς Τρώεσσι, Θ, 171, quod σῆμα faustum explicatur aliis verbis, 175, nam priore loco, 171, νίκην, pertinet ad σῆμα, per appositionem aut explicationem, i. e. quod signum illis prænuntiabat victoriam. ἀστεροπῇ, δεικνὺς σῆμα βροτοῖσιν, N, 244. λαμπρότατος μὲν ὅγ' ἐστὶ, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται, fulgidissima quidem est hæc stella, attamen malum signum est, quia ariditates secum fert, X, 30, et sermo est de Sirio vel cane majore, cui comparatur exitiabilis Achilles fulgens in armis suis. δέελον δὲ ἐπέθηκε σῆμα, signum conspicuum et facile noscendum apponebat, K, 466. σῆμα δέ σοι ἐρῶ ἀριφραδὲς, signum tibi dicam valde noscibile, Ψ, 326. et 455, ἐν μετώπῳ (ἵππου) λευκὸν σῆμα ἐτέτυκτο περίτροχον ἠΰτε μήνη, album signum rotundum velut luna. ὑπερέβαλε σήματα πάντα, vel, ut alii legunt, πάντων, superabat jactu disci signa omnia, Ψ, 842, nam notata erant loca signis, ubi discus ab aliis missus deciderat: duo autem viri præstantes ante jecerant eundem discum. πόρεν δὲ ὅγε σήματα λυγρὰ, γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλὰ, deditque is ei signa perniciosa, scribens in tabula duplicata multa vitam perdentia, Z, 168, ubi σήματα sunt signa cogitationum, et per γράψας determinantur ea signa, ad differentiam τῶν ἀπὸ στόματος. insculpta erant ea signa, sive vocabula fuerint, sive aliæ figuræ, in tabulam ligneam duplicem: ex quibus intelligebat rex Lyciæ, occidendum esse Bellerophontem. et 176, ᾔτεε σῆμα ἰδέσθαι, ὅ,τι αὐτῷ παρὰ γαμβροῦ φέροι, ubi est singularis pro plurali: sunt enim eadem σήματα, quæ 168. et 178, ἐπειδὴ σῆμα

κακὸν παρεδέξατο γαμβροῦ. κλήρου σῆμα, sortis signum, i. e. rem eam quam sortis loco injecerat in galeam, H, 189, coll. 175, 187, certa ergo nota notata erat sors, cujus esset. κλῆρος ergo est τὸ σῶμα τοῦ κλήρου τὸ διδόμενον πάλλεσθαι; sed σῆμα est τὸ σημεῖον ἐν τούτῳ τῷ κλήρῳ. non necesse vero est litterarum figuras cogitare, aut artificiose insculptum quid: sed signum inditum prout tempus ferebat. nam ipse κλῆρος erat res vilis hoc loco, ut apparet ex 190. præterea notat τὸ σῆμα νεκρικὸν, τὸν τάφον, qui est σημεῖον τοῦ νεκρὸν αὐτόθι κεῖσθαι: monumentum mortui, tumulus. σῆμα Μυρίννης, B, 814, i. e. τύμβον αὐτῆς: sed σῆμα est εὐφημότερον dictum, tanquam σημεῖον κειμένου τινὸς ἐκεῖ. cæterum id eo tempore non erat οἰωνὸς ἀγαθὸς (omen faustum) τοῖς βαρβάροις, conf. τύμβος. ἐπέχεε σῆμα, Z, 419, aggessit terram super bustum monumenti causa, διὰ χώματος ὑψηλοῦ ἐσήμανε τὸν τόπον τῆς ταφῆς. et additur, Nymphas hunc locum honorasse plantandis ibi arboribus, i. e. amici plantarunt ibi arbores, quæ lætæ creverunt: Nymphæ enim sunt humores fœcundi terræ. σῆμα δέ οἱ χεύωσιν ἐπὶ Ἑλλησπόντῳ, monumentumque ei mortuo aggerent ad Hellespontum, H, 86, τυμβοχοήσωσιν. sicut igitur σῆμα hoc sensu dicitur, διὰ τὸ σημαίνειν, τεθάφθαι τινὰ ἐκεῖ: sic et μνῆμα, quia in memoriam revocat de mortuo. βουλὰς βουλεύει θείου παρὰ σήματι Ἴλου, *er hält kriegesrath bey dem grabmale des göttlichen Ilus, (holds a council of war at the grave of the godlike Ilus,)* K, 415, quod σῆμα erat in medio campo, ex more vetusto: et Hector eo congregaverat duces, in memoriam conditoris regni. cæterum non bono omine: nam in monumentis sepulcralibus de pugna consultare, inauspicatum semper putatum est. παρὰ Ἴλου σῆμα παλαιοῦ, Λ, 166. αὐτοῦ (ibi) καὶ αὐτῷ σῆμα τετεύξεται, monumentum ei fiet, Φ, 322. πρίν γε ἐνθεῖναι Πάτροκλον πυρὶ, σῆμά τε χεῦσαι, Ψ, 45. et 257, χεύαντες τὸ σῆμα, coll. 256, ubi id explicatur per, χυτὴν γαῖαν ἐπέχευαν: et id h. l. erat κενήριον, monumentum inane, sine corpore mortui. et 255, τορνώσαντο δὲ σῆμα, circulo designarunt: ex quo apparet, rotundum fuisse tumulum. et 331, σῆμα βροτοῖο πάλαι κατατεθνειῶτος. τρὶς δ' ἐρύσας (cum ter raptasset corpus Hectoris) περὶ σῆμα, Ω, 16. et 51, ἕλκει. et 416. et 755, πολλὰ ῥυστάζεσκεν, crebro raptabat trahendo. et 799, σῆμα ἔχεαν, monumentum aggesta terra fecerunt. et 801, χεύαντες δὲ τό. est ergo τὸ ἐπάνω χῶμα in sepulcro vel busto, tumulus terræ superpositus. vox μνημεῖον est recentiorum. sic, α, 291, σῆμά τέ οἱ χεῦαι, quia antiqui πολλὸν χοῦν ἐπιφοροῦν τοῖς ὀστέοις τῶν τεθνεώτων: hinc et χώματα vocabant τὰ σήματα, i. e. ἀναχωματισμούς. conf. 2 Samuel. xviii, 17. σῆμα δὲ ὁ τάφος κατ' εὐφημισμὸν dicitur: et h. l. est quoque σῆμα κενήριον. sic, σῆμά τέ οἱ χεύσω καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερεΐξω, β, 222. ἐμοὶ χεῦαι ἐπὶ θινὶ θαλάσσης, λ, 75. λίθος ὑπέρπτατο σήματα πάντων, discus superabat jactu suo signa omnium, qui antea jecerant, et quorum loca erant signata ubi discus decidisset in terram, θ, 192, ubi ergo σήματα sunt, loca notata signis certis, ubi discus a prioribus missus deciderat: coll. 193, ἔθηκε τέρματα, posuit signa. et 195, καί κε ἀλαὸς διακρίνειε τὸ σῆμα ἀμφαφόων, etiam cæcus discernere possit hoc signum palpando, quam longe sc. superet notata loca reliquorum. σῆμα δέ σοι ἐρέω μάλα ἀριφραδὲς, signum tibi dicam valde luculentum et facile discernendum, λ, 125. ψ, 273. hinc est τὸ σημάτιον. sed τὸ σημάδιον est ex lingua vulgi. σήματα ἀναγνούσῃ, agnoscenti signa illa, τ, 250, *die merkmale und wahrzeichen, (the signs and indications.)* ἔπος ἔφατο, σῆμα ἄνακτι, loquebatur aliquid, quod in omen verti posset ab hero suo, υ, 111, ubi conf. φήμη, 100. σῆμα ἀριφραδὲς ἄλλο τί δείξω, signum luculentum aliud indicabo, *ein ander zeichen daran du mich erkennen kanst, (another mark by which thou mayst know me,)* φ, 217, inquit Ulysses, detegens se servo fideli. et 231, τόδε σῆμα τετύχθω, sc. τοῦ ἐφεξῆς ἔργου, et σῆμα est h. l. imperium rei agendæ, indicatio quid deinde cuique sit agendum. et 413, Ζεὺς μεγάλα ἔκτυπε, σήματα φαίνων, i. e. σημεῖα τοῦ μέλλοντος, *er gab durch diss donnern anzeigungen, (by this thunder he gave tokens.)* ἀριφραδὲς ἄλλο δείξω, ψ, 73. et 110, σήματα κεκρυμμένα, occulta signa ex quibus nosci possum. et 188, μέγα σῆμα τέτυκται ἐν λέχει ἀσκητῷ, magnum signum inest in lecto elaborato a me, sc. in lecti dormitorii sponda: nam structura hujus lecti ipsa, erat maximum signum, hunc verum esse maritum, quia sciebat structuram eam. coll. 202, οὕτω τοι τόδε σῆμα πιφαύσκομαι. et 206, σήματα ἀναγνούσῃ. et 225, ἐπεὶ ἤδη σήματα ἀριφραδέως κατέλεξας. σῆμά τι μοι νῦν εἰπὲ ἀριφραδὲς, dic mihi signum aliquid ex quo agnoscam te esse filium meum verum, ω, 328. et 345, σήματα ἀναγνόντος. hinc est ὁ ἡ παράσημος, quod primitus non honestam habebat notionem, ὁ ἀδόκιμος, e. c. de moneta, cujus signum falso esset impressum: ut sit, qui imitatur signo aliquo aliquam rem. postea vero honestiorem nacta est vox notionem. hinc τὸ ἐπίσημα est, insigne, *ein wapen, (a coat of arms,)* quale in clypeis pictum vel sculptum esse solebat. vide Eurip. Phœn. 1114, seqq. 1121, seqq. 1132. contra ἄσημα ὅπλα sunt, nullo insigni notata, 1119. vide et 1137, seqq. 1142, ibi enim varia sunt in clypeis heroum narrata insignia. ὁ ἡ παράσημος, ου, reprobus, non justæ notæ, ἀδόκιμος, ex metaphora τῶν κιβδήλων νομισμάτων. δόξα μήτε ἀτρεκὴς μήτε παράσημος, existimatio neque luculenta neque malæ notæ, Eurip. Hipp. 1116. de σήμασι in clypeis veterum est et locus apud Æschyl. Sept. c. Th. 438, seqq. ubi Capaneus habet clypeum, in quo pictus erat vir nudus cum face ardente, addita inscriptione aureis litteris: πρήσω πόλιν, inflammabo urbem. nam insignia illa primitus fuere temporaria, ad negotium præsens aptata: postea facta sunt permanentia.

σημαίνω, f. ανῶ. (Σέω) significo, indico, *ich*

zeige an, bezeichne, (I indicate, denote) in specie, indico alicui quid ei sit agendum, impero, præsum, *ich führe den befehl, befehle, (I give orders, command.)* sic et apud Romanos signum sæpe notat imperium, *die ordre, (command,)* et hic significatus est etymologiæ maxime propinquus. *σημαίνει φυλάκεσσι*, præfectus est vigilum, K, 58, *προΐσταται αὐτοῖς. σημαίνουσιν λαοῖς*, P, 250, præsunt militibus. *ἀλλ' εὖ οἱ φάσθαι πυκινὸν ἔπος ἠδ' ὑποθέσθαι, καί οἱ σημαίνειν*, Λ, 788, qui infinitivi sunt pro imperativis, et notant idem: da ei prudens consilium et mone, et præcipe ei agendum. nam sæpius *ταυτολογοῦντας* inducit poëta, majoris inculcationis causa. *σήμαινε* (imperf. sine augm.) *'Οδυσσεὺς*, præerat et imperabat et agendum docebat, χ, 450. *ἕκαστος ἀνὴρ σημαινέτω, οἷσί περ ἄρχει*, quisque imperet iis quid sit faciendum, quorum princeps est, B, 806, *ἐπιτασσέτω*. nam non omnes fortasse intelligebant mentem Hectoris, cum tam variæ essent copiæ alienigenarum. *πᾶσι δὲ σημαίνειν ἐθέλει*, vult omnibus præcipere et imperare, A, 289, coll. 288, ubi duo alia synonyma, *κρατέειν, ἀνάσσειν*. et 296, *μή μοι σήμαινε*, ne mihi impera, *ἐπιτέλλεο. αἴθε ὤφελλες ἀεικελίου στρατοῦ ἄλλου σημαίνειν*, Ξ, 85, utinam imperator esses alius cujusdam exercitus minus boni. *τοῖς ἐπεποίθει σημαίνειν*, Π, 172, quibus mandaverat imperium cum fiducia. *οὐ δέ ἑ μήτηρ σημαίνειν εἴασκεν ἐπὶ δμωῇσι γυναιξὶν*, χ, 427, neque eum mater imperare sinebat ancillis suis. *ὁ δὲ σημαίνων ἐπέτελλεν*, Φ, 445, ille autem præcipiebat nobis facienda. *ἐγὼ δείξω ὁδὸν ἠδὲ ἕκαστα σημανέω* pro *σημανῶ*, ego monstrabo viam et singula indicabo accurate, μ, 26, *will dir alles genau bezeichnen, (will show thee every thing minutely.) σήμηνε* (pro *ἐσήμηνε*) *δὲ τέρματα*, signabatque loca ad quæ dirigendus esset cursus, Ψ, 358, 757.

σημάντωρ, *ορος. ὁ.* (Σέω) præcipiens, jubens, imperans, præfectus. *ὁ κελεύων, σημαίνων τι ποιητέον. σιγῇ δειδιότες σημάντορας*, Δ, 431, milites silentio reveriti duces suos in agmine. sed iidem dicuntur *κοσμήτορες*, quando ordinant et instruunt aciem. *οὐδὲ ἵππω δευέσθην σημάντορος*, equis duobus non deerat rector, Θ, 127. *σημάντορος οὐ παρεόντος*, i. e. *ἐπιστατοῦντος τοῖς θρέμμασιν*, O, 325, ubi sermo est de grege boum vel ovium, cui præsens non est pastor vel villicus. *ἐπιτειλαμένῳ σημάντορι πάντα πιθέσθαι*, ρ, 21, ubi in re rustica sic vocat *τὸν ἐπιτάσσοντα*: præcipienti villico in omnibus obtemperare. conf. *τηλίκος. οὗτοι σημάντορές εἰσιν ἐν οἴκῳ*, τ, 314, non sunt heri et præcipientes in domo.

σήμερον, ('Ρέω) adverb. hodie, *heute, (today.)* est ab *ἡμέρα*, et *σέω* moveo, compositum, quasi hoc ipso movente se die. *νῦν μὲν σήμερον — ὕστερον αὖτε, nun zwar heute — morgen aber, (now indeed to-day — but to-morrow,)* H, 30, 291. Θ, 142, quo explicatur *τὸ νῦν*, non esse id multorum annorum, aut moræ longæ, sed hoc uno die. sic, *σήμερον*, Λ, 431. T, 103. Υ, 128, 211. ρ, 186, 252. σ, 376. attice est *τήμερον*, imo et *τήμερα*, Aristoph. Nub. 699. *ὁ σημερινὸς*, hodiernus.

Σήπω, f. *ήψω*. f. 2. *απῶ*. (*Ἄπω*) putrefacio, *mache faulend, greife durch fäulniss an, (I putrefy, render putrid.)* est ab *ἅπω*, spiritu aspero mutato in Sigma, ut solet: quatenus *ἅπτω* notat accendo. nam putredo non minus absumit ac dissolvit rem, ac ignis et incendium facit. sicut Germani dicunt, *es gehet an, (it is going,)* i. e. incipit putrescere. *καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται*, B, 135. ubi *σέσηπε* est præt. medii in sensu passivo, pro *ἐσάπη*, computrescere cœperunt ligna navium. sic a *τήκω* præt. med. *τέτηκε* passive est pro *ἐτάκη*, contabuit. alias id præteritum est ambiguum: e. c. *δέδορκά σε*, i. e. *βλέπω σὲ*, active: et *δεδορκὼς ἄστρον ὣς λάμπειν*, passive, qui visus est tanquam sidus splendere, *θεαθείς*. cæterum l. c. attice est verbum singulare cum neutro plurali; simul tamen et *κοινὴ χρῆσις* adhibetur in *λέλυνται*, dissoluta sunt. *οὐδέ τι οἱ χρὼς σήπεται*, Ω, 415, nondum ei corpus putrescit, *sein leib ist noch nirgends angegangen, (his body has not begun to putrefy.)*

σθεναρὸς, *ὰ, όν.* (Στάω) validus, constans, fortis. *Ἄτη σθεναρή τε καὶ ἀρτίπος*, I, 501, Ate robusta et pedibus integra.

-σθένης, terminatio, vide sub *περισθενής*.

σθένος, *εος. τό.* (Στάω) robur, *die stärke, (strength.)* dicitur de corpore et de animo: estque a *στάω, ἵστημι*, ut notetur constantia non cedens laboribus aut difficultatibus, *standhaftigkeit, an muth, oder an kräften des leibes, (firmness either of mind or body.) ἐν δὲ κραδίῃ ἑκάστου ὦρσε σθένος ἄληκτον πολεμίζειν*, B, 451, in corde unius cujusque excitabat robur animi et corporis indefesse pugnare. sic, *ἐνέβαλε*, Λ, 11. Ξ, 151. Φ, 304. sic, *τοῦ μέν τε σθένος ὦρσε*, E, 139, hujus quidem vim concitavit, leonis; coll. 208, *ἤγειρα δὲ μᾶλλον*, sed tamen magis excitavi eum tantummodo; quæ phrasis notat idem. et 783, *τῶν τε σθένος οὐκ ἀλαπαδνὸν*, horumque (aprorum leonumque) robur non est imbecillum. sic et H, 257. et de bubus, σ, 372. *σοὶ σθένος οὐκ ἐπιεικτὸν*, inquit Minerva ad Jovem, Θ, 32, et Juno, 463, tibi est potentia cedere nescia. *οὐ δύναται σθένος Ἕκτορος ἴσχειν*, sustinere, I, 351, i. e. Hectorem robustum et animosum. sic, *σθένος Ἰδομενῆος*, i. e. *ὁ Ἰδομενεὺς αὐτὸς*, N, 248. *Ὠρίωνος*, Σ, 486, i. e. Orionem ipsum. et 606, *Ὠκεανοῦ*, i. e. Oceanum. sic et Φ, 195. *Ἠετίωνος*, Ψ, 827, i. e. *ὁ Ἠετίων*. et 280, *ἡνιόχου ἐσθλὸν*, i. e. nobilem aurigam. ubi alii male legunt *κλέος* pro *σθένος*. cæterum conf. *ἴς*, et *μένος*, quæ idem notant, eodemque modo ponuntur. hinc est compositum *ὁ ἡ μεγασθενής, έος*, et nomen propr. *Μεγασθένης, εος, ὁ*, nam ll. cc. additum est *μέγα*. *τῶν δέ σθένος ὄρνυται αἰὲν*, Λ, 826, robur et standi promtitudo in acie, augescit perpetuo. *νύκτα μὲν εἰν ἀγορᾷ σθένος ἕξομεν*, Σ, 274, per noctem continebimus robur virorum, i. e. viros fortes, in foro ut

ibi quidem requiescant paululum, congregati tamen maneant. et 420, ταῖς μὲν ἔνεστι νόος, καὶ αὐδὴ, καὶ σθένος, de aureis puellis Vulcani. σθένος ἀνέρος σχῶμεν, cohibeamus eum, Φ, 308. μέγα τε σθένος, Θ, 136, coll. 134, 135: nam ex illo membrorum habitu conjectat juvenis illud σθένος: videtur hospes μεγάλα δύνασθαι, nam omnia membra sunt bene compacta et succi vividi plena. cæterum σθένος et δύναμις notant idem. ἀνὴρ σθένεος πειρώμενος, vir periculum faciens roboris sui, O, 359. χειρῶν καὶ σθένεος πειρήσομαι, φ, 282. σθένεός τε καὶ ἀλκῆς ἐπειρήτιζεν Ὀδυσσῆος, χ, 237, tentabat robur et fortitudinem ejus. εὐξάμενος Διΐ, ἀλκῆς καὶ σθένεος ἔπλητο φρένας, P, 500, cum precatus esset Jovi, implebatur in pectore robore et fortitudine. et 212, πλῆσθεν δὲ αὐτῷ μέλεα ἀλκῆς καὶ—, impleta sunt ei membra robore. σθένεϊ βλεμεαίνων, Θ, 337, de Hectore; et I, 237, de leone et apro, M, 42. P, 22, 135. de Vulcano, Υ, 36, cum fortitudine circumspiciens. τεῖχος ῥηξόμεθα σθένεϊ μεγάλῳ, M, 234. ὥστε δέ μιν σθένεϊ μεγάλῳ, N, 193. et 678, πρὸς δὲ, σθένεϊ αὐτὸς ἄμυνεν, insuper et ipse fortiter assistebat defendendo. ὃς (Sarpedon, rex) Λυκίην εἴρυτο (tuebatur et custodiebat) δίκῃσί τε καὶ σθένεϊ ᾧ, Π, 542, justitia et fortitudine sua; ᾧ, i. e. ἰδίῳ. quæ summa laus est regis, si est justus et fortis. κάρτεϊ καὶ σθένεϊ σφετέρῳ, propria sua constantia in prœlio, P, 322. et 329, κάρτεΐ τε σθένεΐ τε πεποιθότας. et 751, σθένεϊ ῥέοντες ῥηγνῦσι, fluvii vi fluentes perrumpunt aggerem. ὅσον μὲν ἐγὼ δύναμαι χερσίν τε ποσίν τε καὶ σθένεϊ, Υ, 360, ubi σθένος multum differt a duobus aliis: nam manuum δεξιότης aut pedum ὠκύτης cessat si vel deest materia et causa agendi vel si lassitudo supervenit; σθένος autem, animus robustus et fortis, adest quoad vivit vir ille.

σίαλος, ου. ὁ. (Ἀλῶ) porcus saginatus, *ein mastschwein, (a fat hog.)* ὁ σιτευτὸς χοῖρος. nam vox est composita a σιτεῦσθαι ἅλις. frequenter nutritum esse. συὸς σιάλοιο ῥάχιν (*den rücken, das zimmer,* [*the chine,*] tergum,) τεθαλυῖαν ἀλοιφῇ, florentem pinguedine, I, 208. ἀπαλοτρεφέος σιάλοιο, tenere nutriti porci, Φ, 363, ubi epitheton signat, hunc χοῖρον non esse ἐκ τῶν συάγρων: nam σίαλος est ὁ ἐν οἴκῳ τρεφόμενος. σιάλους εὕοντες ἐν αὐλῇ, β, 300, *sengende, (singeing.)* conf. εὕω. σιάλοισιν ἐοικότας ἐννεώροις, κ, 390. vid. ἐννέωρος. ζατρεφέων σιάλων τὸν ἄριστον, ξ, 19. et 41, ἄλλοις δὲ σύας σιάλους ἀτιτάλλω ἔδμεναι, nutrio et curo comedendos. et 81, σιάλους σύας μνηστῆρες ἔδουσιν, coll. 80, ex quo apparet differentia inter χοῖρον et σίαλον. nam χοῖρος simpliciter est ὀλιγοτρεφὴς, *ein mager schwein von der heerde, (a lean hog.)* conf. χοίρεος. ἱέρευον δὲ σύας σιάλους, ρ, 181. τρεῖς σιάλους κατάγων οἳ ἔσαν ἐν πᾶσιν ἄριστοι, υ, 163, 251. notat ergo porcum masculum diligenter nutritum, non vetulum, neque nimis pinguem. sed apud alios, maxime in neutro τὸ σίαλον, notat et salivam.

σιγαλόεις, όεσσα, όεν. (Σίζω) de quo silentium oritur, admirabilis. ponitur de rebus, quæ cum admiratione et silentio spectantur et suspiciuntur. ἡνία σιγαλόεντα, E, 226, 328. Λ, 128. P, 479. ζ, 81, ut notentur habenæ, adeo τεχνικῶς καὶ εἰς κάλλος εἰργασμένα, artificiose et pulcre factæ, ut contra eas nemo dicere possit aliquid, sed potius stet mutus, et cum silentio quasi religioso miretur eas. alii volunt legi στιγαλόεντα, i. e. κατεστιγμένα ποικίλμασιν, *bunt gestickete, (variously embroidered;)* sed quam frigida sit ista expositio, docebunt sequentia loca. cave etiam putes, dici sic ἡνία τὰ εὐμάλακτα, mollia, κατὰ τοὺς λεγομένους μάσθλητας, καὶ διὰ τοῦτο σιγηλὰ, καὶ μὴ θορυβοῦντα ψόφῳ ἦχου κατὰ (ad morem, secundum) τοὺς ἀδεψήτους ἱμάντας: unde aliquis facete et ludens dixit ἀμύγδαλα σιγαλόεντα, i. e. τὰ λεπτόφλοια καὶ μὴ θορυβοῦντα ἐν τῷ θραύεσθαι, amygdala quæ non sonant si digitis confringuntur, propter mollitiem corticis sui: qualia sunt τὰ Θάσια. hoc apud Homerum nihil esse, docebunt itidem sequentia. sunt ergo, τὰ σιγὴν ποιοῦντα τῷ βλέποντι, διὰ τὸ εὖ πεποιῆσθαι: non vero, ἁπαλὰ καὶ μὴ ψοφοῦντα. εἵματα σιγαλόεντα, X, 154, ubi sermo est de vestibus pretiosis et admirandis, quas lavabant nobiles fœminæ. sic et, ζ, 26. δέσματα, redimicula admiranda capitis, quæ gestabat Andromache, X, 468, ubi manifesto hoc epitheton pulcritudinem et pretiositatem innuit, σιγὴν ἐμποιοῦντα δι' ἔκπληξιν, non vero σιγηλὰ καὶ ἄκτυπα δι' ἁπαλότητα, quod ridiculum foret opinari hoc loco. ἐν θρόνῳ φαεινῷ σιγαλόεντι, ε, 86, in sella splendida admirabili, τῷ σιγὴν ἐμποιοῦντι διὰ τὸ ἀξιοθέατον, et ob artem. ῥήγεα, pallia admirabilia, ζ, 38. λ, 188. τ, 318, 337. ψ, 180, et his locis epitheton etiam ad præcedentia substantiva simul pertinet. sic, ῥήγεϊ σιγαλόεντι, ν, 118. χιτῶνα, tunicam, ο, 60. τ, 232, coll. 234, ubi est μαλακὸς καὶ λαμπρὸς ὡς ἥλιος, ubi hæc duo prædicata simul sumta efficiunt τὸ σιγαλόεν, i. e. admirabile, quod et diserte additur, 235, πολλαὶ αὐτὸν (χιτῶνα τοῦτον) ἐθηήσαντο γυναῖκες, multæ fœminæ, utpote rei textoriæ peritæ, cum admiratione et stupore spectabant eam tunicam, tam artificiose textam. ὑπερώϊα σιγαλόεντα, i. e. τὰ ἐμποιοῦντα σιγὴν τῷ βλέποντι διὰ τὸ θαυμαστὰ εἶναι, τὰ ἐκπληκτικὰ, π, 449. σ, 205. τ, 600. χ, 428, et sic dicitur habitatio Penelopes in superiore parte ædium, *die vortreflichen zimmer im obern stocke des pallastes, (the superb apartments in the upper floor of the palace.)* est ergo, quando quis conticescit præ jucunditate et admiratione spectandi vel fruendi apud poëtam. τὸ ἁπαλὸν καὶ εὐαφὲς καὶ μὴ σκληρὸν ἢ κτυποῦν est idea a recentioribus addita.

σιγάω, f. ήσω. (Σίζω) sileo, taceo. *ich bin stille, schweige, (I am silent.)* ἐγκλεισμῷ λόγου ἔοικε hoc verbum, inclusioni sermonis convenit. hinc Sophocles: εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλείσει φόβος. σίγα, tace, quiesce, Ξ, 90. ξ, 493. ρ, 393. τ, 42, 486. Vide sub σιωπάω.

στατὸς, ἡ, ὸν. (Στάω) stans, constitutus. ὡς στατὸς ἵππος, ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ, O, 263. Z, 506, equus stabularis, pastus hordeo ad præsepe, *ein stallpferd, (a horse kept in a stable.)* in opposito ad equum, cum grege aliorum in agro et pratis pascentem. hinc est τὸ ἱπποστάσιον, *ein pferdestall, (a stable:)* sicut τὸ βουστάσιον, τὸ βούσταθμον: eadem res etiam simpliciter dicitur οἱ σταθμοὶ et τὰ σταθμά. ὁ σηκὸς ζωϊκὸς *(ein viehstall) (a beast-house,)* est pro στηκός: et alius σηκὸς, i. e. ναὸς est, περὶ ὃν τὰ ἱερεῖα ἵσταντα, stabulantur res sacræ. τὰ ἀρκύστατα sunt loca ubi retia stant expansa ad capiendam feram, Æschyl. Pers. 99. et retia ipsa. ab ἡ ἄρκυς, υος, rete.

σταυρὸς, οῦ, ὁ. (Στάω) palus erectus stans, idemque qui ὁ σκόλοψ, *ein pfal, (a pale, stake.)* οἱ σταυροὶ sunt ὀρθὰ καὶ ἀπωξυμμένα ξύλα, quæ et vulgo dicuntur σταύαρα. habet igitur nomen a στάω, παρὰ τὴν στάσιν, εἰς ἀέρα, si scilicet cum ἀὴρ compositum nomen existimare velis, quod tamen necesse non est: nam terminationes derivatorum varie figurantur. hinc est τὸ ἀνασταυροῦσθαι, i. e. ἀνασκολοπίζεσθαι, transfigi palo acuto, *gespiesset werden, (to be impaled;)* vel et crucifigi, *gekreuziget werden, (to be crucified:)* nam in pœna addebatur fere palo lignum transversum superne, ad formam litteræ T. ἀμφὶ μεγάλην αὐλὴν ἐποίησαν σταυροῖσιν πυκινοῖς, circa fecerunt magnam aulam dense junctis sibi invicem palis vel vallis, *mit dichtstehenden pallisaden, (with close palisades,)* Ω, 453, σκολόπεσσιν, οἷς φράττεται αὐλή. sic de aula Eumæi, σταυροὺς ἐκτὸς ἔλασε διαμπερὲς ἔνθα καὶ ἔνθα πυκνοὺς καὶ θαμέας, ξ, 11, *hatte dicht stehende pallisaden rund drum auf allen seiten herum gezogen, (had erected close palisades all round.)* Vide sub σκόλοψ.

σταφυλὴ, ῆς. ἡ. (Ἕω) uva, *eine traube, (a grape.)* attice dicitur ἀσταφυλὴ, et derivatur a στάω et ὅλος, utpote quæ tota stat et consita est acinis. deinde et, ad similitudinem uvæ, sic vocatur is fructus, ex quo fit ὁ ἰξός. imo et in gutture hominis sic vocatur columella illa, *der zapfen, (the uvula,)* ὁ ἐν τῷ στόματι κίων, maxime si adfecta est morbo ut longior facta videatur. σταφυλῇσι μέγα (valde) βρίθουσαν ἀλωὴν, Σ, 561, vineam admodum gravatam uvis. ἡμερὶς ἡβώωσα, τεθήλει δὲ σταφυλῇσι, ε, 69, vitis adulta, quæ læta erat uvis. ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλὴ γηράσκει, η, 121, uva senescit et matura manet usque in adventum novæ uvæ: conf. ἐπί. ἔνθα δ' ἀνὰ σταφυλαὶ παντοῖαι ἔασιν, ω, 342, *da sind allerley arten von trauben dran, (there are all sorts of grapes.)* ὁ Ἀλκαῖος canit: μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω, nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem. ὁ σταφυλῖνος, ου, est δριμὺ λάχανον καὶ ἱκανῶς θρεπτικὸν, διεγερτικὸν δὲ καὶ εἰς τὰ κατὰ Ἀφροδίτην, unde a quibusdam φίλτρον appellatur, a nobis pastinaca; et habet nomen Græcum, quia cum sapore uvæ convenit. cæterum ἡ σταφυλὴ est uva plene matura, ἡ σταφὶς est uva arida vel passa, ὁ ὄμφαξ est uva immatura adhuc. hinc metaphorice prima incipiens pubertas puellæ dicitur ὄμφαξ, matura jam pubertas σταφυλὴ, supergressa vero annos pubertatis primævæ, et jam vetula virgo est σταφίς. Theocr. 28, 9. ἡ σταφυλὶς est eadem quæ ἡ σταφυλή. Vide sub δρῦς, prope medium.

σταφύλη, ης. ἡ. (Ἕω) perpendiculum architectonicum, ἐργαλεῖον τεκτονικὸν ἐξισάζον τὰ ὑποκείμενα, dictum σταφύλη ἐπὶ τῆς καθιεμένης μολύβδου. nam globulus plumbeus, demissus ab imposito triangulo, explorat locum an sit horizontalis. ἵππους, σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐΐσους,

equos, in dorso sibi æquales, velut perpendiculo exquisiti, B, 765. ἦσαν ἄμφω ἶσον τὸν νῶτον. instrumentum id ita dictum, quia globus plumbeus fere refert acinum, et dependet a funiculo ut acinus a pede suo. an σταφύλη etiam sit ἡ στάθμη, i. e. σχοινίον λεπτὸν χριόμενον μίλτῳ ἢ μέλανι, quo fabri lignarii maxime utuntur; quærendum aliis relinquimus.

στάχυς, υος. ὁ. (Χάω) spica frumenti, *eine korn-aehre, (an ear of corn.)* est pro σίταχυς, ab ὁ σῖτος, frumentum, triticum; et χέω, fundo, capio: ὁ σῖτον χέων. περὶ σταχύεσσιν ἐέρση, Ψ, 598, circa spicas ros. Vide sub ἀσπαίρω.

ΣΤΆΩ et στέω, f. ήσω. stare facio, constituo, *ich mache stehen, ich stelle, (I cause to stand, I place.)* sto, *ich stehe, (I stand.)* pondero, *ich stelle auf die wage, wäge, (I put into the balance, weigh.)* ἀλλ' ἄγε δὴ, στέωμεν, at age sane, resistamus, X, 231, est præsens conj. a στέω, quod in metro legitur στῶμεν. alibi est στέωμεν, correpto ω, Λ, 348. et στείομεν, producto ε, O, 297. ab hac forma oritur verbum στεύω et στεύομαι, interserto υ. φυλόπιδα πολέμου στήσειν, λ, 313, i. e. ἐγερεῖν, *erregen zu wollen ein gefechte, (to strive, to stir up a fight,)* quasi κειμένην καὶ ἡσυχάζουσαν antea. et verbum aptum est huic rei: nam pugnantes stant, et pugnaturi constituunt se et componunt. hinc recentiorum est συνίστασθαι πόλεμον, et πολεμικὴ ἐπισύστασις, et στάσις μάχιμος, etc. στῆσα (pro ἔστησα) νέας, stare feci, constitui, naves, δ, 582. ξ, 258. ϱ, 427. ἵππους ἔστησε, stare fecit equos in eo loco, E, 368, 775. Θ, 49. N, 34. νεφέλας, E, 523, quod alibi dicit, ἐκρέμασεν αὐτὰς Ζεὺς, suspendit nubes immotas. ἔγχος, adplicuit et constituit hastam ad parietem, *stellete, (placed,)* O, 126. α, 127. ϱ, 29. πάντας εὐκρίνας, Π, 199, cum bene ordinasset eos et collocasset quemque militem in ordinem suum. ἱστὸν νηὸς, malum navis erexit, Ψ, 852. ἥμισυ ἔστησεν ἐν ἄγγεσι, dimidium lactis stare fecit in vasis, ι, 248. νεφέλην Κρονίων ὕπερ νηὸς, nubem Jupiter supra navem adduxit et constituit, μ, 405. ξ, 303. νῆας, ὅθι 'Αθηναίων ἵσταντο φάλαγγες, stare fecit naves eo, ubi stabant Atheniensium copiæ, B, 558, ubi conf. Σαλαμὶν in R. πεζοὺς ἐξόπιθεν, pedites constituit post eos, Δ, 298. νῆα ἐπὶ ἐσχατιῆς λιμένος, β, 391, constituit navem in exteriori parte portus, ἐν 'Αμνισῷ, sc. αὐτὸν ὁ ἄνεμος, τ, 188, sistebatque eum ventus ad eum locum, deferebat eum eo. πελέκεας, φ, 120, 123, statuit eos ordine. ἑκατόμβην ἔστησαν περὶ βωμὸν, victimas constituerunt circa aram, A, 448. τὸν μὲν ἐπὶ ἐσχάρῃ, ξ, 420, porcum statuerunt ad focum, antequam mactaretur, ut sacraretur quasi lari familiari et diis. στήσαμεν ἐν λιμένι νῆα, μ, 305. στῆσαν ἡμιόνους, stare fecerunt mulos, Ω, 350. ἱστὸν ἀείραντες, erexerunt malum, β, 425. ο, 289. et his locis notat transitive. sæpissime vero etiam intransitive. στῆσεν ἐν προθύροις, stetit in vestibulo, constitit, η, 4. ἔστησαν ἐναντίοι, κ, 391, stabant coram ea. ἐν λιμένεσσι, Ψ, 745, steterant in portubus. ἐν προθύροις, δ, 22, constiterunt in vestibulo. πλησίοι, N, 488, stabant juxta. et correpte idem dicitur ἔστασαν, constituerunt, vel, steterunt; priori et transitivo sensu est, B, 525, ἔστασαν στίχας Φωκήων. sic, νῆας, γ, 182. λαμπτῆρας, σ, 306, focos portatiles constituebant ibi, in quibus ardebant ligna arida ad lucendum convivis, nondum invento usu cereorum aut candelarum. intransitive vero est Δ, 334, ἔστασαν μένοντες, stabant exspectantes. et 331, στίχες. sic, ἵπποι, ubi stabant equi, K, 520. πλησίοι, Λ, 592. μάλα ἀλλήλοιϊν, N, 708, ubi deest πλησίω. ἐλατῆρες ἐν δίφροις, stabant in curribus agitatores equorum, Ψ, 370. ἀμειβομένω ἐπέεσσιν, γ, 149, stabant contendentes verbis. ἐν ψαμάθοις, δ, 426, stabant in arena naves. ψυχαὶ ἀχνύμεναι, λ, 541. ὀφθαλμοὶ ὡσεὶ κέρα, oculi steterunt velut cornua, i. e. sicci, τ, 211. χηλοὶ, cistæ, φ, 52. ergo tertia pluralis aor. 1. hanc correptionem τοῦ η in α, ob metrum, patitur. nulla autem est ratio, cur legere velis ἕστασαν per spiritum asperum. præterea eadem persona syncopatur in ἔσταν, ἐν λειμῶνι, stabant in prato, B, 467. ἐναντίοι 'Αχαιῶν, P, 343. E, 497. Z, 106. Λ, 214, 216. et id, pugnandi causa. ἀντίοι ἔσταν ἅπαντες, exsurgebant omnes, accedente eo, honoris causa, A, 535. σταν δὲ πρόσθεν αὐτοῦ, stabant coram eo, advenientes improviso, I, 193, ubi omissum est augmentum. sic, σταν δὲ ἀμφὶ αὐτὸν, constiterunt circa eum, Π, 601. μεταστοιχεὶ, Ψ, 358, 757, constiterunt ordine. τρίχες ὀρθαὶ ἐν μελέεσσιν, Ω, 359. αἱ δὲ, ancillæ constiterunt a fuga, ζ, 311. θεοὶ ἐν προθύροις, θ, 325. ἀμφὶ 'Οδυσσέα, χ, 115. et 181, ἑκάτερθε. ἐν μεγάροισι, ω, 391. et 440, ἐν μέσσοις. εἴ κεν ἄποινα στήσωσι, si statuere velint pretia redemtionis, X, 350, *darstellen wollten, (could give:)* nisi ibi est τεχνικὴ λέξις, ut notet, appenderint, *darwägen wollten, (would weigh:)* sic, χρυσοῦ στήσας δέκα τάλαντα, decem talenta auri appendens, T, 247. Ω, 232, i. e. σταθμήσας, ὡς πρὸς ἀκρίβειαν. hinc est ὁ στατήρ: et, ἀποστήσονται, solvendi causa appendent: et μεταστῆσαι, permutare appendendo, *umtauschen durch gegeneinander wägen, (to exchange by weight.)* λαὸν δὲ στῆσον, exercitum stare fac, Z, 433. ἀμφὶ πυρὶ στῆσαι τρίποδα, ad ignem statuere, Σ, 344, coll. 346. X, 443. Ψ, 40. θ, 434. ἴκρια δὲ στήσας, constituens, ε, 252. ἔριν στήσαντες ἐν ὑμῖν, π, 292. τ, 11, rixam surgere facientes inter vos. ἔνθα ἵππους στήσασα, E, 755. μύλην, molam stare faciens, υ, 111, *da sie die mühle stille stehen liess, (stopping the mill.)* Imperfectum, ἔσταον, est ionice στάεσκον, et per syncopen, στάσκον. στάσκε, stabat, Γ, 217. στάσκε, μέγα ἰάχων, Σ, 160. Forma media nunc transitive nunc intransitive notat. στήσομαι constituam me, stabo, Σ, 308. et 278, στησόμεθα, stabimus firmiter. ἀντ' αὐτοῦ στήσομαι, stabo contra eum, Y, 90, ubi potest esse præpositio ἀντὶ, potest et adverbium ἄντα, contra, coram, obsis-

tendo. sic στήσεσθαι ἐν πολέμῳ, stare in pugna contra ducenos singuli, Θ, 234, ubi infinitivus pendet a verbo finito, 230. νῦν εἶω περὶ γούνατα ἐμὰ στήσεσθαι Ἀχαιοὺς, Λ, 608, i. e. γουνάσεσθαι. οἱ δὲ ἱστὸν στήσαντο, erigebant malum, Α, 480. κρητῆρας, β, 431, statuerunt crateras; quod est antecedens, pro consequenti, ἔπιον. sic, κρητῆρα στήσασθαι ἐλεύθερον, Ζ, 528. πῶς σὺ μέμονας ἀντία ἐμοῦ στήσασθαι, contra me consistere, Φ, 482, *gegen mich stand zu halten, (to make a stand against me.)* στησάμενοι δ' ἐμάχοντο μάχην, Σ, 533, stantes pugnabant pugnam. sic. et, ι, 54. et 77, ἱστοὺς, malos erigentes illi. ἱστὸν, malum erigentes nos, μ, 402. sed, ἱστὸν μέγαν στησαμένη, constituens magnam telam, β, 94. τ, 139. ω, 128. ὁ δὲ ἐστάθη (pro ἐστήθη) ἠΰτε πέτρη, ille stabat sicut petra firmiter, ρ, 464. possis etiam perfectum activi commode derivare a στάω, ut sit ἵστηκα, correpte ἵστακα, pro σέστηκα, et ut spiritus asper sit loco τοῦ Sigma ab initio repetendi, sed ob κακοφωνίαν omissi: retulimus tamen, secuti morem, ad ἵστημι.

στέαρ, ατος. τό. (Στάω) adeps crassus et densus, *talg, (suet.)* et ex hac notione apparet etymon a στέω vel στάω, consisto. differt a τῇ πιμελῇ, sicut Germanorum *talg* differt a pinguedine, *fett, (fat.)* ἐξένεικε στέατος μέγαν τροχὸν, φ, 178, 183, extulit magnum orbem duri adipis vel sebi. Vide sub πιμελή.

στείβω, f. ψω. (Στάω) calco, πατέω, καταπατέω. calcando tero, τρίβω τοῖς ποσίν. calcando denso, πυκνοποιέω, *ich presse, (I press.)* est a στέω vel στάω, nam stante i. e. recto pede id fit. ἵπποι, στείβοντες νέκυάς τε καὶ ἀσπίδας, calcantes cursu suo cadavera et scuta jacentia, Λ, 534. sic, στεῖβον, pro ἔστειβον, Υ, 499. ἔστειβον δ' ἐν βόθροισι, ζ, 92, de lavantibus vestimenta, ἐπάτουν, ἔτριβον τοῖς ποσίν. hinc est ὁ στίβος, i. e. ὁ πάτος, ἡ ὁδὸς, quæ et ἡ τρίβος. et ἡ στιβὰς, άδος, quæ proprie est ἡ πεπιλημένη καὶ καταπεπατημένη στρωμνὴ, in specie vero ῥίψις ἢ θέσις φύλλων κεκλιμένων χαμαὶ, ex foliis aridis factus humi lectus recubitorius; vel et ex viminibus teneris et viridibus. conf. εὐνή. στείβειν et στιβάζειν est et in genere, συντιθέναι, dense componere. Vide sub Τρίβω.

στειλειή, ῆς. ἡ. et στειλειά, ᾶς. ἡ. (Τίλλω) foramen illud in securi aut bipenni, in quod inseritur manubrium ligneum: ὀπὴ πελέκεως εἰς ἣν ἐνείρεται (ἐμβάλλεται) ὁ στειλεὸς, qui et τὸ στειλεὸν, et ὁ στειλειὸς et τὸ στειλειὸν, dicitur. nominis ratio apparet: est enim ἡ στειλειὰ, δι' ἧς στέλλεται (per quam inseritur apte) τὸ δεῖον ἢ ἐμβαλλόμενον. dicitur et ἡ στειλά. οὐκ ἤμβροτε πρώτης στειλειῆς πελέκεων πάντων, φ, 422, *er verfehlete die vörderste und erste öse nicht von allen gerade hintereinander stehenden beilen, (it did not miss the first opening in all the axes placed in a line one behind another.)*

στειλειόν, οῦ. τό. (Τίλλω) est τὸ ἐνιέμενον ξύλον εἰς τὴν, θηλυκῶς λεγομένην, στειλειὰν i. e. ὀπὴν τοῦ σιδήρου. manubrium, *der stiel am beil oder axt, (the handle of an axe or hatchet.)* dicitur et ὁ στειλεὸς, et vulgo τὸ στειλειάριον. est indidem a στέλλω, apto, instruo. ἐν πελέκει στειλειὸν περικαλλὲς, ἐλάϊνον, εὖ ἐπαρηρὸς, ε, 236. hinc est et ἡ στελγὶς, ίδος, strigil; quæ et ἡ στλεγγίς. unde στελγίζω et στλεγγίζω: et ἡ στελεγγὶς, et στελεγγίζω. Vide supra.

στεῖνος, εος. τό. (Τῶ) angustia, angustum spatium. est ionice pro στένος, *eine enge, gedränge, (a straight, narrow place.)* στείνει ἐν αἰνοτάτῳ, in difficillima angustia spatii, Θ, 476, inter fossam et murum. sic, Μ, 66, στεῖνος γὰρ, i. e. τὸ μεταξὺ τῆς τάφρου καὶ τοῦ τείχους στενοχώρημα, *der enge raum zwischen der mauer und dem graben, (the narrow space between the wall and the ditch.)* ἐν στείνεϊ τῷδε, Ο, 426, ubi est τὸ ἔσω τοῦ τείχους καὶ τοῦ πρώτου στίχου τῶν νηῶν, angustum spatium in castris inter murum et primum navium subductarum ordinem. ergo στεῖνος ibi erat ad utrumque latus muri: extra castra inter murum et fossam; intra castra inter murum et naves. potest στεῖνος et esse, coarctatio et condensatio virorum pugnantium: et id maxime locum habet loco ex Ο citato. στεῖνος ὁδοῦ κοίλης, via cava angusta, Ψ, 419. εἶλεον ἐν στείνει, χ, 460, congregabant eas in angusto loco.

στείνω, (Τῶ) in arctum cogo, ango: dense onero. στείνοντο δὲ λαοὶ, nam exercitus arctatus fuisset, Ξ, 34, sc. in angusto fere spatio ad castra habenda: *würden seyn beschweret worden, (would have been cramped.)* ideo naves separandæ fuerant, ut amplius fieret spatium, maxime in littore, ubi accessus ad mare facilis, necessarius erat. notatur ergo τὸ στενοχώρημα. στείνοντο δὲ σηκοὶ ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων, ι, 219, stabula arcte impleta erant agnis et hœdis. θύρετρα εὐρέα στείνοντο φεύγοντι, σ, 385, amplæ januæ arctæ fierent fugienti tibi. ἀρνειὸς, λαχμῷ στεινόμενος καὶ ἐμοὶ, ι, 445, aries, denso vellere oneratus anxie et me; inquit Ulysses, qui sub ariete pendebat: στενοχωρῶν. ποταμὸς, στεινόμενος νεκύεσσιν, Φ, 220, fluvius, oppletus dense cadaveribus.

στεινωπὸς, οῦ. ὁ ἡ. (Ὄφ) angustum quasi oculum habens, angustus. a στενὸς, ionice producto ε per ει, et ὁ ὤψ, oculus, it. apertura quævis. στεινωπῷ ἐν ὁδῷ, angusta in via, *in einem holen wege, (in a narrow way,)* Η, 143, et sic plene dictum. alibi elliptice ponitur ἡ στεινωπὸς, sc. ὁδός. sic et Ψ, 416, 427, coll. 419, ubi idem dicitur τὸ στεῖνος. ἡμεῖς δὲ στεινωπὸν ἀνεπλέομεν γοόωντες, μ, 234, nos per angustam illam viam navigabamus gementes; ubi notatur στενὸς ille πορθμὸς, ὁ μεταξὺ Σκύλλης καὶ Χαρύβδιος, quam angustiam ante notarat, 102. apud recentiores στενωποὶ sunt quævis angustæ viæ in agris aut in urbibus: sicut εὐρωπὸς est vicus latus. proprie vero στενωπός est, ἔνθα οὐκ ἔχουσι διαπετάννυσθαι εἰς θέαν, ἀλλ' ἀποστενοῦνται, οἱ ὦπες εἰς τὸ βλέπειν, ubi oculi non possunt expatiari, sed ubi prospectus in arctum cogitur. hinc in opposito

τὸ εὐρωπὸν est τὸ πλατὺ, e. c. σπήλαιον εὐρωπόν.

στεῖρα, ας. ἡ. (Στάω) carina navis, ἡ τρόπις. it. juvenca quæ nunquam adhuc peperit. est a στεῤῥὸς firmus, firmiter stans, solidus, mutato ρ in Iota, et retracto accentu, cujus contrarium fit in ἡ δέρη et δειρή. dicitur autem sic, quia carinam oportet esse firmam, utpote fundamentum totius navis: juvenca vero metaphorice a carina est dicta, vel, quia uterus ejus adhuc est firmus et compactus. hinc deinde in genere ἡ στεῖρα vocata est, sterilis fœmina, quæ nunquam peperit, quæ et ἡ στεῖρος dicta. ἀμφὶ στείρῃ κῦμα ἴαχε, circa carinam (i. e. circa navem euntem) sonuit graviter unda, Α, 482. β, 428. στεῖραν βοῦν ῥέξαι, κ, 522. λ, 30, quæ esset βοῦς γυνὴ στεῤῥὰ, juvenca plenis viribus, nondum partu debilitatis. βοῦν στεῖραν ἄγων, adducens, υ, 186.

στείχω, f. ξω. (Στάω) vado, eo: ordine et serie procedo. *ich gehe, steige, ziehe; gehe in reihe und ordentlich, (I go, ascend, proceed; go regularly and in order.)* pertinet ad στείω vel στάω, quia vadens erectis pedibus alternatim statuit se in solo. στείχειν ἐς πόλεμον, vadere in expeditionem, ire ad bellum, Β, 833. Λ, 331. ἑκατὸν κοῦροι ἅμα ἔστειχον, Ι, 86. οἱ δὲ ἅμα αὐτῷ ἔστιχον (aor. 2.) Π, 258. ὁπότε ἂν στείχῃ ἠέλιος πρὸς οὐρανὸν, λ, 17, quandocumque sol in antemeridiano cursu est; et ponitur hoc verbum de sole, διὰ τὴν, κατὰ στοῖχον, i. e. τάξιν, πορείαν αὐτοῦ. nam proprie στείχειν est, disposito ordine incedere, statuto ordine. ὅτε στείχῃσι ἀνὰ ἄστυ, η, 72, quando per urbem ambulat ille. ἀνὰ ὁδὸν στείχων, per viam ambulans, i. e. ὁδίτης, ψ, 136. στείχοντες ὁδὸν κατὰ, ρ, 204. ἐνθάδε ἀπὸ Ἄργεος, huc proficiscentes ab Argis, Β, 287, in exercitu. εἴ τινα λάβοι στείχοντα θύραζε, ι, 418. et 444. ὕστατος ἀρνειὸς ἔστειχε θύραζε, ibat foras: ut ergo et de uno dicatur. τὸ στοιχεῖον præter alia et notat umbram a sole factam interdiu: hinc apud Aristophanem Eccles. 648, σοὶ μελήσει, ὅταν ᾖ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον, λιπαρῶς χωρεῖν ἐπὶ δεῖπνον, quando umbra sit decempedalis: nimirum umbra corporis tui contra solem stantis. nam horologia umbratica artificialia tunc nondum habebant Athenis. confer Salmasium ad Solinum.

Στέλλω, f. ελῶ. (Τέλλω) apto, instruo, exorno, *ich stelle in ordnung und in gehörigen stand, rüste aus, (I put in proper order, equip.)* it. contraho, comprimo, colligo, *ich nehme zusammen, ziehe ein, stelle ein, (I collect, contract, draw in.)* est a τέλλω, præfixa Sigma: quod confer. Νέστορα, οὓς ἑτάρους στέλλοντα, *der seine leute in gute ordnung stellete, und zugleich gute leren und regeln ihnen vorstellete, und sie also gut bestellete, (who was arranging his men, and at the same time giving them good advice and instructions, and thus duly preparing them,)* Δ, 294, suos ordinantem et præceptis instruentem. οὔ σε στέλλοιμι εἰς μάχην, Μ, 325, non te statuerem in pugnam, *wolte dich nicht im gefechte mit einstellen, (would not place thee in the battle,)* sc. ὡς ὑποστράτηγον ἐμὸν, non ordinarem et constituerem te. ἄλλοι δὲ στέλλεσθε κατὰ στρατὸν, Ψ, 285, vos alii vero parate vos et instruite per castra, *machet euch fertig, (prepare yourselves,)* εὐτρεπίζεσθε, κοσμήθητε, εἰς ἀγῶνα, ad certamen ludicrum: nam ego abstinebo a certamine. σοὶ νῆα στελέω (pro στελῶ) καὶ ἅμα ἕψομαι αὐτὸς, β, 287, adornabo tibi navem, simulque ipse comitabor te; εὐτρεπίσω, exornabo navem instrumentis et hominibus debitis. ἐννέα νῆας ἔστειλα, novem naves armavi, exornavi necessariis, ξ, 248, *ich rüstete neun schiffe aus, (I equipped nine ships,)* coll. 247. hinc est ὁ στόλος, apparatus, ornatus; et ἡ στολὴ, et ὁ στολμὸς, apta vestium induitio. ἱστία μὲν στείλαντο, omisso augmento, Α, 433, contraxerunt, collegerunt vela, *sie zogen die seegel ein und legten sie zusammen, (they furled the sails.)* ἱστία νηὸς στεῖλαν, γ, 11, i. e. συνέστειλαν, compresserunt. sic, ἱστία δὲ στέλλοντας, i. e. συστέλλοντας, π, 353. ab hac notione est τὸ περισταλτικὸν, circa contrahens et comprimens. cæterum notat et, περικρύπτειν, περικαλύπτειν, unde ad vestimenta transiit hoc verbum. imo apud recentiores accessit etiam mittendi notio.

στέμμα, ατος. τό. (Στάω) corona, *ein kranz, (a chaplet;)* vitta lanea, vel sacerdotis capiti imposita, vel ramo appensa qualem supplices præferunt. στέμμα Ἀπόλλωνος ἔχων ἐν χερσὶ ἀνὰ σκήπτρῳ χρυσέῳ, coronam sacerdotis Apollinaris tenens in manibus, una cum aureo (inaurato) scipione, Α, 14, humilitatis causa non in capite gestans eam. στέμμα est, στέφανος ἐκ φύλλων, corona ex frondibus, lauri vel oleæ: sic enim solebant supplicare principibus veteres, ferentes in manu ejusmodi sertum vel frondem. vide Eurip. Orest. 383. eam frondem protendebant ad genua ejus cui supplicabatur. sic et Androm. 894, στεμμάτων οὐχ ἥσσονας σοῖς προστίθημι γόνασιν ὠλένας ἐμὰς, inquit Hermione supplicans, cum tangeret genua Orestis, frondem oleæ vero non haberet. vides ergo, στέμμα in tali contextu non esse vittam vel coronam, sed κλάδον ἐλαίας. mirum quantum vocabularia nos decipiunt, si eorum significatus editos ubique deprehendi opinamur. ὁ ἔχων τὰ στέμματα, Aristoph. Plut. 686, est ipse Æsculapius, ἀεὶ στεφανηφορῶν, ὡς ὑγίας αἴτιος.

στεναχίζω, f. ίσω. (Τῶ) apud poëtam est, anxius sum, gemo, angustia animi et anxietate et sollicitudine laboro. idem ac στένω. ὁ δὲ ἠρνεῖτο στεναχίζων, Τ, 304, ille vero recusabat id gemebundus. οὐδὲ ἔτι κεῖνον ὀδυρόμενος στεναχίζω οἶον, nec jam illum solum lugens deploro, α, 243. ὄφρα ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω, ι, 13. λ, 213. π, 195, ut adhuc magis lugens ingemiscam? οὕνεκα σὺ στεναχίζων πάσχεις ἄλγεα, π, 188. ἀδινὸν στεναχίζων, ω, 316.

στενάχω, (Τῶ) idem. est quidem vox στένω, cum paragoge. idem verbum dicitur et στενάζω, f. ξω. gemo, ingemisco, cum gemitu deploro. ἀλλ' αἰεὶ στενάχω καὶ κήδεα (luctus) μυρία πέσσω, (coquo) Ω, 639. χαράδραι μεγάλα στενάχουσι ῥέουσαι εἰς ἅλα ἐξ ὀρέων, Π, 391, ubi de torrentibus præcipitantibus ex alto, metaphorice. et 393, ὡς ἵπποι μεγάλα στενάχοντο θέουσαι, ubi ergo comparatio est de anhelitu animæ et strepitu narium in celeri cursu. cæterum nota ibi rhythmum in fine duorum versuum, ῥέουσαι, θέουσαι. additum μεγάλα gravius facit hoc verbum in se non nimis grave. et 489, ὤλετό τε στενάχων ὑπὸ γαμφηλῇσι λέοντος, periitque gemens sub maxillis leonis; de tauro, coll. 491. πυκνὰ μάλα στενάχων, Σ, 318. Φ, 417. βαρέα, qui gravia, i. e. graviter ingemiscebat, Θ, 334. Ν, 423, 538. Ξ, 432. ἀδινὰ, crebro, Ω, 123. sic, μεγάλα, δ, 516. κ, 76. ι, 420. et 429, τῆς ἔχετο στενάχων, huic petræ adhæsit gemens et cum sono trahens animam. τὴν αἰεὶ στενάχεσχ' pro στενάχεσκε, ionice pro ἐστέναχε, propter hanc adsidue gemebat, Τ, 132. ὡς οἱ μὲν στενάχοντο κατὰ πτόλιν, lugebant, Ψ, 1. ἑταῖροι, κ, 55. τοὺς δὲ στενάχοντο γοῶντες, ι, 467, illos vero gemebant lugentes. et 415, Κύκλωψ δὲ στενάχων τε καὶ ὠδίνων ὀδύνῃσι, gemens dolensque ex doloribus. et 436, στενάχοντες ἐμείναμεν ἠῶ, gementes tacite, expectavimus auroram: et eo loco sola animi anxietas et angustia exprimitur. sic et, ι, 306. βαρὺ δὲ στενάχοντος ἄκουσεν, audiit enim eum graviter gementem, θ, 95, 534. ἀδινὰ στενάχοντα, crebro ingemiscentem, η, 274. μεγάλα, ψ, 317. οἱ δὲ, μεγάλα στενάχοντες, ἐφοίτων, ξ, 354, magnopere dolentes et indignantes, ibant quærentes fugitivum.

στένω, f. ενῶ. (Τῶ) apud poëtam semper est, anxius sum, gemo, angustia animi et anxietate et sollicitudine laboro. μέγα (neutrum adverbialiter) δὲ (αὐτὸς) ἔστενε (κατὰ, quod attinet) κυδάλιμον κῆρ, Κ, 16. Φ, 247. et nominativus personæ expressus est, ὁ δὲ, Σ, 33, ut ellipsis præpositionis ad accusativum appareat: ille valde gemebat in corde suo generoso. ἐν δέ τε οἱ κραδίῃ στένει ἄλκιμον ἦτορ, Υ, 169, in medio ei gemit forte cor, et angustatur. πόντος ἔστενεν, Ψ, 230, mare gemebat: desinentibus enim ventis tamen mare aliquamdiu jactat κύματα κωφά. cæterum est idem, quod Ionicum verbum στείνω.

στερεὸς, ὰ, ὸν, et στεῤῥὸς, ὰ, ὸν. (Στάω) firmus, durus, solidus, densus et stans quasi. est cum στηρίζω unius originis. ἄλλον μειλιχίοις, ἄλλον στερεοῖς ἐπέεσσιν ἐνείκεον, Μ, 267, alium blandis, alium duris verbis increpabant. βοέαις αὔαις στερεαῖς, Ρ, 493, coriis bubulis (i. e. clypeis) aridis, densis et firmis. ἕξω δ' ὡς ὅτε τις στερεὴ λίθος, ἠὲ σίδηρος, continebo hoc secretum apud me, quasi aliquis durus lapis, aut ferrum, τ, 494, nemo quid ex me eliciet. σοὶ κραδίη ἐστὶ στερεωτέρη λίθοιο, ψ, 103, tibi cor est durius saxo, quod stat obnixum, nec mollitur.

pro στερεὸς dicitur et στερέμνιος, ου, ὁ ἡ, stremmig, *(hard, firm:)* et στέριφος, η, ον, quod et sterilem, infœcundum, notat. ταῖς στερίφαις οὐκ ἔδωκε μαιεύεσθαι, Plat. Theæt. sterilibus mulieribus non dedit obstetrices esse.

στερέω, f. έσω et ήσω. (Στρῶ) privo, destituo, solum stare facio. idem quod στέρω. ἐμὲ στερέσαι τῆς ληΐδος ἤθελε πάσης, me privare volebat totius prædæ, ν, 262. hinc est ὁ ἡ βιοστερὴς, cui deest victus.

στερεῶς, (Στάω) adverb. firmiter, solide, constanter, immobiliter. ὅς κε στερεῶς ἀποείπῃ, qui obstinate negaverit, Ι, 506. πολλοῖς δ' ἔντοσθεν ἱμᾶσιν στερεῶς ἐντέτατο, ἡ κυνέη, Κ, 263, galea intus firmiter et dense obducta erat loris. ἠρνεῖτο, Ψ, 42, recusabat constanter et omnino. et 715, νῶτα ἑλκόμενα στερεῶς, dorsa tractata duriter. ἐμὲ κατέδησαν στερεῶς, ξ, 346, me colligaverunt firmiter et arcte.

στέρνον, ου. τό. (Στάω) pectus, *die brust, (the breast,)* τὸ στῆθος. est a στερεὸς, ob os illud latum et firmum pectoris. Ἀγαμέμνων, στέρνον ἴκελος Ποσειδάωνι, pectus quod attinet, similis Neptuno, Β, 479, ubi conf. Ποσειδῶν, in R. εὐρύτερος δ' ὤμοισι καὶ στέρνοισιν, latior humeris et pectore, Γ, 194, erat Ulysses Agamemnone: i. e. fortior et prudentior. ὅν αὐτὸς ὑπὸ στέρνοιο τυχήσας βεβλήκει πρὸς στῆθος, Δ, 106, 108, quem ipse sub pectore indeptus percusserat in pectus: et utrumque notat idem. et 528, ἔβαλε στέρνον ὑπὲρ μαζοῖο, percussit eum in pectus supra mammam. σάκος πρόσθε στέρνοιο φέρων, Η, 224. ἦγεν αὐτὸν ὑπὸ στέρνοιο λαβὼν, amplexus est eum sub pectore et duxit, Λ, 841, i. e. ἐπὶ τῷ στήθει αὐτὸν ἀγκαλισάμενος. ἢ στέρνων ἢ νηδύος ἀντιάσειε, Ν, 290, vel pectori vel ventri occurrerit sagitta: et pluralis est ob duas partes pectoris. αἰχμὴ στέρνοιο διέσσυτο, Ο, 542, cuspis per pectus transiliit. στέρνον γυμνωθεὶς, nudatus ad pectus, Π, 312. quia scutum non accurate satis prætenderat pectori. sic et 400. ἀσπίδα πρόσθεν στέρνου ἔχε, Τ, 163. σάκος πρόσθεν στέρνοιο ἐκάλυψε, sc. αὐτὸν, Χ, 313, scutum texit eum ad pectus. ὑπὸ στέρνοισι κονίη ἵστατο, Ψ, 365, de equis currentibus, sub quorum pectoribus pulvis adsurgit. et 508, ἱδρὼς ἀπὸ στέρνου ἵππων, sudor a pectore equorum defluxit. κρήδεμνον ὑπὸ στέρνοιο τάνυσσαι, extende et liga vittam tibi sub pectore, ε, 346, 373, ut melius natare possis. ὑπὸ οἰῶν στέρνοισι δέδεντο, ι, 443, sub ovium pectoribus ligati erant.

στεροπὴ, ῆς. ἡ. ("Οφ) fulgur. it. fulgor. πᾶς χαλκῷ ἔλαμπε, ὥστε στεροπὴ Διὸς, Λ, 66. et 83, χαλκοῦ δὲ στεροπήν. et 184, Ζεὺς εἶχε στεροπὴν μετὰ χερσὶν, quasi telum suum. hinc Pindarus Jovem vocat ἐγχεικέραυνον, quasi pro hasta utentem fulmine. ἐγέλασσε χθὼν χαλκοῦ ὑπὸ στεροπῆς, Τ, 363, risit quasi, et læta specie se induit, terra sub fulgore æris resplendescentis ubique. χαλκοῦ δὲ στεροπὴν, χρυσοῦ τε, δ, 72, 73, de domo magnifice exornata intus.

ἔπλητο δὲ πᾶν πεδίον πεζῶν τε καὶ ἵππων, χαλκοῦ τε στεροπῆς, de exercitu, ξ, 268. ρ, 437.

στεροπηγερέτης, ου. ὁ. (Ῥίω) solius Jovis epitheton, qui fulgura et fulmina congregat et inducit. a præcedente. Π, 298. Vide sub νεφέλη, et Ζεὺς in R. prope initium.

στεύω, (Στάω) idem quod στέω, stare facio, sto, ὑφίσταμαι, ὑπομένω ἀσφαλῶς κίονος δίκην, *stehe wie eine säule, (I stand like a pillar.)* forma media, στεύομαι, consisto, *ich stelle mich, (I place myself,)* promitto, recipio in me, *ich stehe wovor, bin gut wovor, (I promise, pledge myself;)* profiteor, *ich gestehe, bestehe worauf, (I declare, insist upon something.)* στεῦται (per syncopen, pro στεύεται) γάρ τι ἔπος ἐρέειν Ἕκτωρ, *er stellet sich so hin als wolle er reden, (he seems to be preparing to speak,)* Γ, 83. στεῦται γὰρ νηῶν ἀποκόψαι ἄκρα κόρυμβα, Ι, 241, confirmat enim se abscissurum esse extremas partes navium, διαβεβαιοῦται, *er setzet dieses versprechen feste, er versichert, (he positively declares, he affirms.)* sic, στεῦται γὰρ, ἀκοῦσαι Ὀδυσσῆος, ρ, 525, confirmat, se audisse de Ulysse. στεῦτο (pro ἐστεύετο) γὰρ εὐχόμενος νικήσειν, affirmabat enim glorians, se victurum esse, Β, 597, ἐνστατικῶς ἔλεγε, *er bestunde beharrlich darauf, er werde siegen, (he confidently affirmed that he would conquer.)* Ἥρῃ στεῦτο ἀγορεύων, Τρωσὶ μαχήσεσθαι, affirmabat verbis Junoni, se pugnaturum contra Troas, Ε, 832, pollicebatur, ὑπέσχετο. στεῦτο γὰρ, παρὰ Ἡφαίστου οἴσειν τεύχεα, recipiebat enim in se, allaturam se esse arma a Vulcano, Σ, 191. ὅγε, ἀμφοτέρων ἀποκόψειν οὔατα, Φ, 455, constituebat enim secum, se abscissurum aures utrisque, ὥριζε καὶ διεβεβαιοῦτο κατὰ διάνοιαν, *sezte sich es für, (resolved.)* στεῦτο γὰρ διψάων, stabat enim sitiens, λ, 583, ubi est in significatu primo, prc ἵστατο, quasi ἐστέετο, interserto υ, et omisso augmento. στεῦνται, pro στεύονται, instant, minantur, Æschyl. Pers. 49.

στεφάνη, ης. ἡ. (Στάω) cinctura, ora: *eine umkränzung, randung, (an inclosure, border,)* quicquid circulum vel circuitum extremum facit. αὐχένα ὑπὸ στεφάνης εὐχάλκου, collum sub circulo ferreo galeæ, i. e. inferne ad galeam, Η, 12, ut a parte illa, qua galea desinit collum tegere, tota dicatur galea; ὑποκάτω τῆς στεφάνης. nam galea inferne ad collum habebat prominentiam quandam circularem, πρόβλημά τι, *etwas auswärts gebogenes vorstehendes, (a circular protuberance.)* ἐπεθήκατο κεφαλῇ στεφάνην χαλκείην, i. e. galeam, Κ, 30. χαλκοβάρεια στεφάνη, Λ, 96. est ergo eadem quæ ἡ περικεφαλαία, vel ἡ κυνέη, quia caput cingit et plenius quasi constituit. λίθος ἀπὸ πέτρης, ὅν κατὰ στεφάνης ποταμὸς χειμάῤῥοος ὤσῃ, Ν, 138, saxum de petra, quod ab extrema ora verticis detrusit torrens: ubi στεφάνη est ἡ τοῦ ὄρους πετρώδους ἐξοχὴ et exterior ora ejus in suprema πλατύτητι. αἱ μὲν καλὰς στεφάνας εἶχον, puellæ habebant pulcras capitis vel ventris cincturas, Σ, 597, ubi est κόσμος γυναικεῖος. sic et οἱ πύργοι, muri et turres, superne habebant suas στεφάνας, *ihre obere einfassungen und randungen, (their upper circumvallations and bulwarks.)* Vide sub εὐστέφανος.

στέφανος, ου. ὁ. (Στάω) circulus, corona. *ein kranz, (a wreath, chaplet.)* πάντη γάρ σε περιδέδηε στέφανος πολέμου, ubique circa te ardet circulus pugnæ, Ν, 736, i. e. impetus hostilis ex omnibus partibus. ponit ergo poëta hanc vocem ὡς ἐπὶ κύκλου: nam coronam honoris vel lætitiæ causa datam aut gestatam ignorat. οὐκ ἐν νίκῃ, οὐκ ἐν θυσίᾳ, οὐκ ἐν συμποσίῳ, οὐδὲν αὐτόν. sunt ergo illæ victoriales aut convivales coronæ inventum recentiorum. conf. Aristoph. Acharn. 637, 638.

στεφανόω, (Στάω) cingo, circumdo. αἰγίδα, περὶ ἣν πάντη φόβος ἐστεφάνωτο, Ε, 739, i. e. κύκλῳ περιέχει, terror cingit eam, et complectitur totam. ἐπὶ ἀσπίδι Γοργὼ ἐστεφάνωτο, in clypeo Gorgo sita erat et circumdata, Λ, 36, occupabat medium orbem clypei, circumposita et expansa in eo erat, κεφαλὴ αὐτῆς δηλαδή. et sermo est de clypeo Agamemnonis. ἀμφὶ τὸν Δία θυόεν νέφος ἐστεφάνωτο, Ο, 153, circumposita erat odora nubes, i. e. κύκλῳ περιεῖχεν τὸν Δία. περὶ νῆσον πόντος ἐστεφάνωται, κ, 195, i. e. περιέχει αὐτὴν κύκλῳ. et his locis est tmesis compositi verbi περιστεφανόομαι et ἐπιστεφανόομαι. apud Pindarum est notio coronationis in capite.

στέφω, f. ἔψω. (Στάω) circumdo, cingo: orno, κοσμέω: ἀναπληρόω, expleo. semper est σεμνὴ λέξις, et quædam πλήρωσις notatur. est a στέω, stare facio, constare facio, quia cincta vel impleta statum habent rectiorem. sic et apud Romanos, pueri coronant vina, i. e. pocula plena ad summam oram faciunt. θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει, θ, 170, i. e. ὄψιν ἄμορφον ἀναπληροῖ ἡ πιθανότης τοῦ λέγειν, coll. 169, non est formosus, at hunc formæ defectum explet deus data eloquentia. ἀμφὶ κεφαλῇ ἔστεφε νέφος θεὰ, Σ, 205, ubi est compositum per tmesin, pro ἀμφέστεφε, nubem auream circumdedit dea capiti ejus, i. e. fulgore rutilante cinxit et ornavit. Vide sub ἐπιστεφής.

στέω, vide ΣΤΑ'Ω.

στῆθος, εος. τό. (Στάω) pectus. idem quod τὸ στέρνον. est a στάω deductum nomen, partim ob firmiorem pectoris structuram præ ventre inferiori, partim ob prominentiam ejus, maxime apud fœminas. ὤμω κυρτὼ, ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε, Β, 218, de Thersite, humeri curvi, versus pectus contracti, Ἥρῃ δ' οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον, Junoni vero non cepit pectus iram, Δ, 24. Θ, 461. conf. χάζω. et hoc est τὸ ἀθυρόγλωττον, quando lingua clausa non est janua quasi; et Homerice, τὸ ἀκριτόμυθον: et ἀπύλωτον ἔχειν στόμα. λόγοι τυραννήσαντες φαῦλοί εἰσι δορυφόροι θυμοῦ, δεσπότου κακοῦ. αὐτὸν ἔβαλε στῆθος παρὰ μαζὸν δεξιὸν, Δ, 480, omisso πρός. sic, Θ, 121, 313. Ο, 577. χ, 82, 286, 404. nam pectus distinctum est duobus μαστοῖς vel μαζοῖς, βεβλή

καὶ τὸν πρὸς στῆθος, Δ, 108, coll. 106. Ξ, 412. ἔβαλε στῆθος μεταμάζιον, Ε, 19, *traf mitten auf die brust, (struck the middle of the breast,)* στῆθος μέσον οὔτασε δουρὶ, Ν, 438. Ο, 523. Π, 597. βάλεν αὐτὸν κατὰ στῆθος, Θ, 303. πρὸς, Ο, 250. ἔβλητο πρὸς στῆθος, de leone, Π, 753. κληῒς ἀποέργει (separat) αὐχένα τε στῆθός τε, Θ, 326. ἔκοψεν αὐτὸν κατὰ στῆθος, Μ, 204, de dracone vulnerante aquilam. οὐτάμεναι (vulnerare) αὐτὸν πρὸς στῆθος ὅθι φρένες ἧπαρ ἔχουσιν, ubi diaphragma adjacet hepati et cohibet hepar, ι, 301. ἐπέλασα θαλάσσῃ στῆθος, admovi pectus mari, nataturus, ξ, 351. μή σε στῆθος καὶ χείλεα φύρσω αἵματος, σ, 21. στῆθος δὲ πλήξας, manu sibi pectus percutiens, υ, 17. ὄπα μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει, vocem magnam ex pectore emittebat, Γ, 221. ἄγχι στήθεός ἐστι κανὼν, Ψ, 761. et 763, ἀγχόθι δ᾽ ἴσχει στήθεος. στήθει δὲ δόρυ ἐνέπηξε, Ο, 650. στήθεα δ᾽ ἱμερόεντα, desiderabilia pectora, Veneris, Γ, 397, ut ergo pectus ejus totum nudum fuerit. ἄφρεον δὲ στήθεα, omisso κατὰ, et spumabant quod attinet pectora, Λ, 282, de equis currentibus. et in hoc versu bis duæ breves sunt pro una longa. χερσὶ δὲ πᾶσαι στήθεα πεπλήγοντο, plangebant pectora, in luctu, Σ, 31, 51, mulieres Achillis. et Briseis, Τ, 285, χερσί τ᾽ ἄμυσσε στήθεά τ᾽ ἠδὲ ἁπαλὴν δείρην, vulnerabat leviter sibi, *ritzete, (grazed.)* λαχνήεντα, de Vulcano, lavante se, Σ, 415. φάνεν (ἐφάνησαν) δέ οἱ εὐρέες ὦμοι, στήθεά τε, στιβαροί τε βραχίονες, σ, 68, de Ulysse. κραδίη δέ μοι ἔξω στηθέων ἐκθρώσκει, Κ, 95, exsilire quasi vult ex pectore meo. ἔχει κότον ἐν στήθεσσιν, (ob metrum pro στήθεσιν) ἑοῖσι, Α, 83, tenet iram repostam in pectore. et 189, ἦτορ ἐν λασίοις. θώρηκας ἀμφὶ στήθεσσιν, Β, 544. et 142, τοῖσι δὲ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινε, commovebat. eadem phrasis est Δ, 208. Γ, 395, coll. 397. ρ, 150. φ, 87. θ, 178. ρ, 47. υ, 9. coll. 17. τοῖος πᾶσιν θυμὸς ἐνὶ, Δ, 289. et 309, τόνδε νόον καὶ θυμὸν ἔχοντες ἐνί. et 313, ὡς θυμὸς ἐνί. et 360, οἶδα γὰρ, ὥς σοι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοις ἤπια δήνεα οἶδε. et 430, ἔχοντα αὐδὴν ἐν, populum cohibentem voces in pectoribus, i. e. silentem. ὄφρα εἴπω, ἅ με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει, Η, 68. ἐν γάρ τοι στήθεσσι μένος πατρώϊον ἧκα (pro ἐνῆκα, immisi) ἄτρομον, Ε, 125. et 513, καὶ ἐν στήθεσσι μένος βάλε (pro ἐνέβαλε, indidit, per tmesin) ποιμένι λαῶν. αὐτῷ θυμὸς ἐπάτασσεν ἐνὶ, animus ei palpitabat in præcordiis, Η, 216. μεγαλήτορα θυμὸν ἴσχειν ἐν, Ι, 256, magnanimos spiritus et iram cohibere in pectore et frænare memento. et 606, εἰσόκε ἀϋτμὴ ἐν στήθεσσι μένῃ, quoad spiritus et halitus in pectore maneat. sic et Κ, 90. et 9, πυκινὰ ἀνεστονάχιζεν ἐν. ἄλλῳ δ᾽ ἐν στήθεσσι τίθει νόον Ζεὺς ἐσθλὸν, Ν, 732. οὔποτέ με ὧδε ἔρος γυναικὸς θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἐδάμασσε, Ξ, 316, et 39, ἄχνυτο δέ σφιν θυμὸς ἐνί. τοῖσι δὲ θυμὸν ἔθελξε ἐν, Ο, 322. κῆρ γηθεῖ ἐνὶ, Ξ, 140. ἔλπετο θυμὸς ἑκάστου ἐνὶ, Ο, 710. ἐν δέ γε θυμὸς στήθεσιν ἄτρομός ἐστι, Π, 163. et 691, ὅς οἱ καὶ τότε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἀνῆκεν, qui ei et tunc animum in pectore excitavit. οὔτε μέγιστος θυμὸς ἐνὶ, de apro, Ρ, 22. et 68, ὡς τῶν οὔ τινι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἐτόλμα ἀντίον ἐλθεῖν, contra ire. et 570, καί οἱ μυίης θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἐνῆκεν. χόλος ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται, Σ, 110. et 113, θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φίλον δαμάσαντες ἀνάγκῃ. sic et Τ, 66. et 202, καὶ μένος οὐ τόσον ἦσιν (pro ἦ, sit) ἐνὶ στήθεσσιν ἐμοῖσιν. et 328, πρὶν μὲν γάρ μοι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἐώλπει. et 348, καί οἱ νέκταρ στάξον ἐνὶ στήθεσσι, pro ἔνσταξον. et 353, ἐνέσταξε. ἔγνως ἐμὴν ἐν στήθεσι βουλὴν, Υ, 20. οὔτε νόημα γναμπτὸν ἐνὶ, Ω, 41. ἀοιδῆς λυγρῆς, ἥτε μοι αἰεὶ ἐνὶ στήθεσσι φίλον κῆρ τείρει, α, 341. μή τί σοι ἄλλο ἐν στήθεσσι κακὸν μελέτω ἔργον τε ἔπος τε, β, 304. οὔ μοι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι σιδήρεος, ε, 191—222, τλήσομαι, ἐνὶ — ταλαπενθέα θυμόν. αἰεὶ ἐν — νόον πολυκερδέα νωμῶν, ν, 255. ἄχνυμαι ἐν ἐμοῖς, ξ, 169. et 391, θυμὸς ἐνὶ — ἄπιστος, incredulus. οἶσθα γὰρ, οἷος θυμὸς ἐνὶ — γυναικὸς, ο, 20. σὸν κῆρ τετλάτω ἐν, π, 275. οὔ σοι τοιοῦτον ἐνὶ — νόημα, ρ, 403, non tibi tale ingenium in pectore. καθαπτόμενος ἦτορ ἐν — υ, 22. et 217, ἐμοὶ τόδε θυμὸς ἐνὶ — πολλὰ ἐπιδινεῖται. et 328, ὄφρα μὲν ἡμῖν θυμὸς ἐνὶ — ἐώλπει. et 366, νόος ἐν — τετυγμένος οὐδὲν (nequaquam) ἀεικής. θυμός μοι ἐνὶ — τέθηπε, stupet, ψ, 105. χεῖρας ἐπιθέμενος στήθεσσιν ἑταίρου, Σ, 317. Ψ, 18, mortui, lugens. ἐνορούσας στήθεσσιν, irruens in pectus cæsi hostis, exuturus ei arma, Φ, 182. ἐν δέ μοι αὐτῇ στήθεσι πάλλεται ἦτορ ἀνὰ στόμα, Χ, 452. ἐπὶ στήθεσσιν κάππεσε, Ψ, 727, in pectus ejus procidit pectore suo. ἀτέμβει θυμὸν ἐνὶ — Ἀχαιῶν, β, 90. et 125, τοῦτον νόον, ὅν οἱ νῦν ἐν στήθεσσι τιθεῖσι θεοὶ, pro ἐντιθεῖσι. ἥν τινα μῆτιν ἐνὶ — κέκευθε, γ, 18. ἐμοὶ κραδίη αὖτις ἐνὶ — ἰάνθη, δ, 549. σοὶ δέ τις ἐν ἀκήλητος νόος ἐστὶν, κ, 329. σμερδαλέος αὐτῷ ἀμφὶ περὶ στήθεσσιν ἀορτὴρ, λ, 608. ἰὸν ἐμβαλοῦσα στήθεσσι, υ, 62, sagittam injiciens Diana pectori; de morte subita. θώρηκα περιέδυνε στήθεσσι, Γ, 332. Λ, 19. Π, 133, Τ, 371. sic, ἐνέδυνε χιτῶνα περὶ — Κ, 21. χιτῶνα ἔθηκε ἀμφὶ στήθεσι, π, 174, nam sæpe per hanc partem præcipuam signatur totum corpus. sic, ἔβραχε χαλκὸς ἐπὶ στήθεσσιν ἄνακτος, Δ, 420. ἔλαμπε περὶ — θέοντος, Χ, 32. πολλάκι μοὶ κατέδευσας ἐπὶ στήθεσσι χιτῶνα οἴνου, Ι, 486. στήθεσι παμφαίνοντας, pectora nudatos, Λ, 100, i. e. toto corpore, exutis tunicis. λὰξ ἐμβὰς στήθεσι, pede imposito pectoribus, Ζ, 65. Ν, 618. Π, 503. ἀμφὶ στήθεσφιν, pro quo tamen alii legunt στήθεσσιν, Β, 388. διὰ στήθεσφιν, pro στηθέων, Ε, 41, 57. Θ, 259. Λ, 448. Χ, 284. χ, 93. ἀπὸ στήθεσφιν, Λ, 374. τόσην ὄπα ἧκεν ἐκ στήθεσφιν, Ξ, 150. περὶ, Μ, 401. ἀπὸ στήθους λέγειν, loqui, non de scripto vel libro, sed ex memoria et ex tempore; sicut nos dicimus, *aus dem herzen beten, (to pray extempore.)* hinc est verbum ἀποστηθίζειν, ex animo loqui. Vide sub πoῦς ad initium.

στήλη, ης. ἡ. (Στάω) columna erecta, cippus, statua. est a στάω, f. στήσω. ἑσταότα αὐτὸν ἅτε στήλην, stantem firmiter eum, sicut columnam aliquam lapideam, Ν, 437, nam proprie notat columnam saxeam ex terra exstantem, monumenti aut alius significatus causa. τύμ-

βῳ τε στήλῃ τε, monumento et cippo, Π, 457, 675. prius fit ex terra adgesta, posterius ex columna super eam erecta, cui inscribi solebat titulus brevis. ὥστε στήλη, ἥτε ἐπὶ τύμβῳ εἱστήκει τεθνηότος, P, 434, ubi parabola de ea; et sermo est de mortuo. ejusmodi στήλη sæpe erat statua; et in monumentis sepulcralibus sæpe ἀγάλματα ἵππων aut talium. hinc dicitur composite, στήλη ἐπιτύμβιος. τύμβον χεύαντες, καὶ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες, μ, 14, coll. 15, tumulum congerentes, et superne cippum erigentes; et ibi hæc στήλη erat ἐρετμὸν, remus ligneus erectus. στήλῃ, ἀνδροκμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ, columnæ vel statuæ, supra tumulum viri fato functi, Λ, 371, ut appareat, proprie esse ἀνδριάντα τὸν ἐκ λίθου ἀνεστηκότα. hinc est στηλιτεύω, monumento trado, memoriæ causa: et ὁ στῆλος, qui mutat τὸ η, ut fiat ὁ στύλος, columna, it. stylus, sicut a τηρέω fit ὁ τυρὸς, et ab ἡ ἅλμη ἁλμυρός. scribitur et ἡ στύλη: columna: et Germanorum, *stuhl, (a stool, a chair,)* sella stans, ejusdem est originis. στήλας δὲ προβλῆτας ἐμόχλεον, M, 359, ubi sunt saxa crassa oblonga, exterius applicata muro, ne facile fundamentum ejus læderetur: τὰ ἐξέχοντα τῶν θεμελίων, vel et, αἱ λεγόμεναι ἀντήρειδες vel ἀντήριδες, ab ἀντὶ et ἐρείδω. et stabant istæ ὀρθαί.

στηρίζω, f. ίξω. (Στάω) stare facio firmiter, statuo, figo; confirmo; sto firmus. est a στάω per paragogen. οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, Δ, 443, de Eride, attollit caput et infigit id cœlo, i. e. quam maxime augetur; et in aëre alto clamor ejus personat valide. ἴριδας Κρονίων ἐν νέφεϊ ἐστήριξε, τέρας ἀνθρώπων, Λ, 28, Jupiter iridas in nube fixit ut sint signum hominibus et ostentum. στηρίξαι ποσὶν ἔμπεδον, μ, 434, stabilire me pedibus firmiter. sic, οὐδὲ πόδεσσιν εἶχε στηρίξασθαι, neque poterat pedibus consistere et firmare se, Φ, 242. πάντη δὲ κακὸν κακῷ ἐστήρικτο, Π, 111, ubique enim malum malo adhærebat et nitebatur, et in propinquo stabat alteri malo: et id vult poëta, πανταχοῦ στεῤῥῶς ἐφεστάναι κακὰ πυκνὰ τοῖς Ἀχαιοῖς, ὡς οἷον ἀσφαλῶς πεπηγότα, quasi adfixa, infixa, nec cedentia viribus removentium; conf. κακόν.

στιβαρὸς, ὰ, όν. (Στάω) condensatus, compactus, densus, firmus, nervis et robore plenus. *dichte, steif, stark, feste, (close, compact, firm, strong.)* πυκνὸς, στεῤῥός. est a στείβω, ejusque a. 2. ἔστιβον, per metaphoram a probe et dense calcata via. ὤμῳ στιβαρῷ, E, 400. αὐχένα στιβαρὸν, Σ, 415. Θ, 136. et notat musculosum et nervosum. στιβαρὸν ἔγχος, E, 746. Θ, 390. Π, 141, 802. T, 388. α, 100. σάκος, Γ, 335. Π, 136. Σ, 478, 608. T, 373, firmum scutum et densum. στιβαροὶ βραχίονες, σ, 68. στιβαροῖς ὤμοις, ξ, 528. ο, 61. στιβαρῆς χειρὸς, ἀπὸ, N, 505. Π, 615. Ψ, 843. Θ, 189. ἐκ, O, 126. χερσὶ στιβαρῇσι, M, 397. Ψ, 686, 711. δ, 506. Θ, 84. μ, 174. σ, 334. χεῖράς τε στιβαρὰς, ι, 454. δίσκον στιβαρώτερον οὐκ ὀλίγον περ, Θ, 187, discum, non sane paullulum modo crassiorem et firmiorem.

στιβαρῶς, (Στάω) adverb. firmiter, robuste, dure. πύλας πύκα στιβαρῶς ἀραρυίας, M, 454, ubi notatur portæ πύκνωσις στεῤῥή: nam non omnia densa sunt et firma.

στίβη, ης. ἡ. (Στάω) pruina, ἡ ἑωθινὴ πάχνη, *der reif, (hoar-frost.)* est a στείβω, quatenus notat πυκνοποιέω: πυκνοῦται γὰρ ἡ δρόσος παχνουμένη: sicut et ἡ στίβος est ἡ ἐν τῷ καταπατεῖσθαι πυκνουμένη ὁδός. στίβη κακὴ, ε, 467. ὑπηοίη, sub auroram facta, ρ, 25. pertinet ad στείβω et τὸ τῖφος, εος, locus uliginosus et paludosus, vel in genere locus uvidus et pascuis aptus, *eine niederung, ein bruch zur vieh-weide, (a marsh for pasturing cattle;)* pro στῖφος. Theocr. Id. 25, 15, νομοὶ αἰὲν τεθηλότες ἀνὰ μέγα τῖφος ποταμοῦ, pascua semper herbosa et viridia in magna palude riparum fluvii. apud Strabonem Lib. 8. p. 239, edit. Casaub. est adjectivum τιφώδης ὁ ἡ. ἕλειον καὶ τιφῶδες χωρίον, regio palustris et aquosa.

στίλβω, f. ψω. (Στάω) niteo, corusco: lævis sum. est ab eadem origine qua στιβαρός: nam bene compacta et dense curata solent esse lævia et nitentia, ut ex corpore bona habitudine prædito hominis apparet. et a tali corpore transfertur deinde ad alia probe adornata. κάλλεϊ τε στίλβων καὶ εἵμασιν, de Paride succi et venustatis pleno, Γ, 392, et participium proprie pertinet ad prius nomen. χιτῶνας εὐνήτους, ἦκα στίλβοντας ἐλαίῳ, Σ, 596, tunicas albas leniter et suaviter nitentes quasi ab oleo superlito; conf. ἔλαιον. et tales tunicæ erant quidem subtili filo, at dense compacto. κάλλεϊ καὶ χάρισιν στίλβων, ζ, 237. coll. 230, de Ulysse probe loto et recipiente pristinam habitudinem. proprie ergo de lævore nitido et compacto dicitur: unde est similitudo olei. fuit et in usu forma verbi στίλπω et στίλφω: unde est nomen pr. Στίλπων ἢ Στίλφων, ωνος. sic καλύβω et καλύπτω. a στίλβω est ἡ στιλβηδὼν, όνος, nitor, lævor.

στιλπνὸς, ἡ, όν. (Στάω) nitidus, lævis. est a στίλπω, sicut a θάλπω est θαλπνὸς, a τέρπω τερπνός. στιλπναὶ ἕερσαι, Ξ, 351, nitentes guttæ roris.

στίξ, ιχός. ἡ. (Στάω) in genere est, ordo militaris, divisio aliqua militum, nullo certo numero eorum præfinito. præcise vero est ἡ πεντακοσιοστὺς στρατιωτῶν, cohors militum peditum, habens viros quingentos. est a στείχω, διὰ τὸ τῆς πορείας εὔτακτον. quinque ejusmodi στίχες, habentes in universum bis mille quingentos viros, ut quælibet στὶξ habuerit quingentos, enumerantur, Π, 168—199. στιχὸς εἶμι διαμπερὲς, ubi singularis generaliter, pro plurali indefinito, T, 362, omisso διά: vado per ordines penitus, *ich dringe durch die stehenden glieder der feinde, (I penetrate the ranks of*

the enemy.) et præsens est pro futuro, certitudinis causa. κρατεραὶ στίχες ἀσπιστάων, fortes ordines clypeis armatorum, i. e. gravis armaturæ, Δ, 90, 201, 221. et 330, οὐκ ἀλαπαδναί. τοῖαι, Η, 65. et 61, πυκναί. ἐπήλυθον, Λ, 412. Ρ, 107. ἄρθεν, Π, 211, apte junctæ sunt. Φωκήων στίχας ἵστασαν, constituerunt ordines eorum, Β, 525. ἵζοντο κατὰ στίχας, Γ, 326, consederunt secundum ordines. nam extra pugnam sedisse in acie antiquos, ubique apparet apud poëtam: quod Cæsar de barbaris sui temporis narrat. τοὺς Ἕκτωρ ἐνόησε κατὰ στίχας, animadvertit eos inter ordines, i. e. in acie, Ε, 590, et κατὰ στίχας pertinet ad Ἕκτωρ, non ad τούς. κεκλόμενοι ἑτάροισι κατὰ, adhortantes suos in acie, Δ, 91. ἀγχίμολόν οἱ ἦλθε κατὰ, Π, 820. Τρώων στίχας Ἄρης ὤτρυνε μετελθὼν, Ε, 461, eorum ordines obiens Mars adhortabatur. ἐπιπωλεῖται στίχας ἀνδρῶν, Γ, 196. sic, ἐπιπωλεῖτο, Δ, 231, 250. Λ, 264, 540. Ἕκτορα ἐποιχόμενον στίχας ἀνδρῶν, Ο, 279. et 615, ῥῆξαι. ᾧ (qua hasta) δάμνησι (domat et superat(στίχας ἀνδρῶν ἡρώων, Ε, 746. Θ, 390. α, 100, et id notat τὸ πολὺ τῆς ῥωμαλεότητος Minervæ: οὐ γὰρ στίχα μίαν ἀλλὰ στίχας, et quidem ἡρώων: tam præstans et efficax est hasta ejus. ὅστις σφιν ἐπὶ στίχας ἡγήσαιτο, qui iis præesset in acie, Β, 687, κατὰ στρατιωτικὰς τάξεις. ἵππους μὲν ἐπὶ στίχας ἔρυξαν, equos cum curribus re. traxerunt ad ordines pedestres suos, Γ, 113, nam equestres viri ante aciem pedestrem pugnabant initio conflictus. ἀλαπάζοντα στίχας ἀνδρῶν, vastantem ordines, Ε, 166. sic, ἐναίροντα, cædentem, Λ, 188, 203. πειρητίζων, tentans, Μ, 47. et 48, εἴκουσι στίχες ἀνδρῶν, cedunt ordines. ῥηξάμενος πυκινὰς, perrumpens, Ν, 680. φοβῆσαι, fugare, Ρ, 505. et 510, ἀμύνεσθαι, propulsare ordines hostium. πολλὰς δὲ στίχας ἡρώων πολλάς τε καὶ ἵππων ὑπερᾶλτο, Υ, 326. οἳ θρέξασκον (ionice pro ἔθρεξαν) ἐπὶ στίχας ἀλλήλοισι, Σ, 602, coll. 599, 600, de saltatoribus, qui nunc saltabant velociter in orbem, nunc vero per series sibi invicem occurrentes vel et simpliciter recta linea juncti progredientes: ποτὶ μὲν τροχοειδῆ καὶ κυκλοτερῆ δρόμον ἐποιοῦντο, ποτὶ δὲ ἀντιμέτωποι ἀλλήλων γιγνόμενοι κατ' ὀρθὸν δὲ ἀλλήλων ἔθεον. Vide sub ἴος, unus.

στιχάω, f. ήσω. (Στάω) vado, eo: ordine progredior. ἐστιχόωντο (pro ἐστιχῶντο, ab ἐστιχάοντο) ἰλαδὸν εἰς ἀγορήν, vadebant agminatim ad concionem, Β, 92. et 516, τῶν δὲ τριήκοντα γλαφυραὶ νέες ἐστιχόωντο, triginta eorum naves ierant in ordine una cum reliqua classe. sic et 602, 680, 733. ἐξ ἵππων ἀποβάντες ἐς μέσον Τρώων καὶ Ἀχαιῶν ἐστιχόωντο, de curru descendentes in medium eorum ibant, Γ, 266. sic et pugnaturi duo, certamine singulari, 341. τευχέα εἱμένοι, armis induti progrediebantur in acie, Δ, 432, de exercitu procedente. νομῆες ἅμα βόεσσιν τέσσαρες, quatuor pastores cum bubus ibant, Σ, 577. est formatum verbum ab aor. 2. ἔστιχον, a στείχω, q. v. et ponitur quoque de navibus, cursum facientibus ordine suo.

στόμα, ατος. τό. (Τέμω) os, *der mund, (the mouth.)* est a perf. m. τέτομα, a τέμνω, præfixo Sigma: nam ipsum os est fissura, et os comminuit cibum per dentes, et mordere potest. est ergo quasi mordens, *der beisser, (the biter.)* nam non exterior pars oris tantum, ubi labia sunt, sed et interiora ejus, hoc nomine appellantur. εἴ μοι δέκα στόματα εἶεν, Β, 489. κεφαλὴ, στόμα τε ῥῖνές τε, οὔδει πλῆντο, caput, os et nares, admovebantur terræ, Ξ, 467, *der abgehauene kopf fiel viel eher auf die erde, ehe der noch eine weile stehende rumpf umfiel, (the dissevered head fell to the ground some time before the trunk.)* ἀγκῶνάς τε περιδρύφθη, στόμα τε ῥῖνάς τε, lacerabatur quod attinet cubitos, os et nasum, *er beschund sich im fallen, (he lacerated himself in falling,)* Ψ, 395. et 777, ἐνέπλητο ὄνθου βοέου στόμα τε ῥῖνάς τε, implebatur fimo bubulo os et nares, *bekam maul und nase voll ochsenmist als er da hinein fiel, (his mouth and nostrils were filled with cow-dung when he fell in.)* tale os plenum fimo, possit vocari βορβόρου ὀπὴ, fissura cœno plena; quas voces componens ὁ βαρύγλωσσος Ἱππῶναξ, βορβορόπην ὕβρισε γυναῖκά τινα, σκώπτων ἐκείνην εἰς τὸ παιδογόνον, ὡς ἀκάθαρτον, vulvam illius esse plenam cœno et immundam. στόματος δὲ ἐξέπτυσε ἅλμην, ex ore exspuit salsuginem, ε, 322. et 456, θάλασσα κήκιε πολλὴ ἀνὰ στόμα τε ῥῖνάς τε, multa maris aqua fluebat ei per os et nasum, *lief ihm aus maul und nase, (ran from his mouth and nose.)* σύν τε στόμα ἐρεῖσαι, λ, 425, comprimere os, ut fieri solet morientibus, ne hiet post mortem. ἄραβος (crepitus) δὲ διὰ στόμα γίγνετο ὀδόντων ὑπαὶ δέους, præ timore, Κ, 375, *die zähne im munde klapperten fur furcht, (the teeth in his head chattered for fear.)* μῦθον, ὃν οὔ κεν ἀνήρ γε διὰ στόμα πάμπαν ἄγοιτο, sermonem, qualem sane vir cordatus per os emissurus omnino non esset, Ξ, 91. ἀφλοισμὸς (spuma) δὲ περὶ στόμα γίγνετο, circa os fiebat, Ο, 607. χεῖρα ἀνδρὸς παιδοφόνοιο (qui liberos meos occidit) πρὸς στόμα ὀρέγεσθαι, ori meo admovere, Ω, 506. πρηνὴς ἐπὶ στόμα, pronus cadens in faciem, Ζ, 43. sic, κατέωσε ἐπὶ στόμα, dejecit eum in faciem, Π, 410. et 345, αὐτὸν κατὰ στόμα ἔνυξε, transfodit eum per os. ponitur deinde et de aliis rebus. ξυστὰ (hastilia) κατὰ στόμα εἱμένα χαλκῷ, superne induta ferro, Ο, 389, ubi στόμα est idem quod τὸ στόμωμα. ἠϊόνος στόμα μακρὸν, littoris magnum et longum os, Ξ, 36, quasi littus esset ἔμψυχόν τι: et est locus, ubi mare ἀποπτύει (evomit) συνήθως ἄχνην. ποταμῶν στόματα, fluviorum ostia, Μ, 24, i. e. faciebat, ut fluvii retro currerent: et στόμα ibi est locus, ubi fluvius se exonerat in mare, δι' οὗ ἐκβάλλειν καὶ ἐρεύγεσθαι ποταμὸς εἰς θάλασσαν dicitur. ποταμοῖο κατὰ στόμα ἷξε νέων, ad fluvii ostium venit nans, ε, 441. ab hac metaphora vocis στόμα sunt et τὰ στόμια ποταμῶν, et αἱ ἐκβολαὶ, et

τάπης, ητος. ὁ. (Βάω) stragulum, *eine decke, matrazze, (a carpet, a mattress.)* est quasi πάτης, nam subjicitur sedenti et cubanti, et adscenditur; nunquam vero superponitur. semper ὑπόκειται τάπης, nunquam autem οἷόν τι σκέπασμα ὑπέρκειται, scribitur et δάπις, ιδος et ιτος. et τάπις, ιδος. qui vocem a θάλπειν, extruso λ et mutato θ, deductam volunt, præter quod operosius faciunt, etiam significatum τάπητος non attendunt, cum τάπης non ad fovendum et contegendum adhibeatur; sed ut ipse prematur et quasi superambuletur. nam et in solo sternuntur tapetes apud lautiores. εἷσεν δ' ἐν κλισμοῖσι τάπησί τε πορφυρέοισιν, I, 200. sedere fecit Achilles hospites suos in sellis quibus purpurei tapetes instrati erant, *auf lehnstülen mit purpurdecken, sich drauf zu setzen, (to sit down on couches with purple covers.)* αὐτὰρ ὑπὸ κράτεσφι τάπης τετάνυστο φαεινὸς, K, 156, sub capite substratus erat tapes splendidus; ubi de strato dormitorio sermo est, et ubi τάπης iste pro προσκεφαλαίῳ erat. χηλὸς πλήρης χλαινῶν, οὔλων τε ταπήτων, Π, 224, *der schlosskorb voll mantel und wolliger matrazzen, (a chest filled with mantles and fleecy rugs:)* ubi sine dubio sunt ἀμφίμαλλοι τάπητες, ex utraque parte crispi et villosi, quales et ἀμφίταποι dicebantur; ut eo mollius illis incumberetur. nam αἱ ψιλοδάπιδες vel ψιλοτάπιδες sunt ψιλαὶ καὶ μὴ μαλλωταί: ἄμαλλοι, *nicht wollig und zottig, (not woolly or fleecy:)* et tales in δαπέδῳ solum substernebantur. δώδεκα δὲ χλαίνας, τόσους δὲ τάπητας, Ω, 230, inter dona quæ Priamus ferebat Achilli pro redimendo corpore Hectoris. et 645, δέμνια *(eine bettstelle,) (a bedstead)* ὑπ' αἰθούσῃ θέμεναι, καὶ ῥήγεα καλὰ ἐμβαλέειν, στορέσαι τ' ἐφύπερθε τάπητας, ubi inest Homerica ὑστερολογία, nam tapetes isti imponebantur lecto ligneo, et super eos expandebantur ῥήγεα. eadem verba sunt δ, 298, et utroque loco sermo est de lecto hospitis regii. his igitur incumbebat dormiturus, et χλαίναις οὔλαις contegebat se. sic et η, 337, in domo Alcinoi regis. τάπητα φέρεν μαλακοῦ ἐρίοιο, δ, 124, ubi de sella Helenæ est sermo, cui insternebatur iste tapes laneus mollis, ut ei insideret regina. εὕδουσι ἔν τε τάπησι καὶ ἐν τρητοῖς λεχέεσσι, κ, 12, de filiis regis Æoli. ἐν δὲ θρόνοις ἐμβάλλετε τάπητας πορφυρέους, υ, 150. δώδεκα χλαίνας, τόσους δὲ τάπητας, ω, 257, inter dona hospiti nobili data. Substernuntur ergo vel pedibus, a quo et nomen habent, a πατεῖσθαι; vel sellis imponuntur, vel lectis dormitoriis κατά τι εἶδος στρωμνῆς, ὁποῖα ἴσως καὶ τὰ καλούμενα ἐπεύχια. Sed τὰ ῥήγεα erant ἐφαπλώματα, *eine art von bettlaken, (a kind of blankets.)* ἀμφιτάπητες sunt οἱ ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν δασεῖς, *auf beyden seiten wollig und rauh, (woolly and rough on both sides.)* Sed οἱ ἑτερόμαλλοι ab

una tantum parte, quales fere plerique *τάπητες* esse solebant *μαλλωτοί*.

ταρβέω, f. *ήσω*. (Ῥάω) confundor animo, quod fit vel pavore, vel reverentia nimia. *ich werde verwirret im gemüthe, werde furchtsam, (I am confused, intimidated.)* proprie, vel in specie est, *τεταράχθαι τὴν βοὴν*, cui opponitur *εὔρυβίαν εἶναι καὶ ἀγαθὸν βοὴν*: timentium enim *οὐκ αἴρεται βοὴ, ἀλλὰ ἄφωνοι καθίστανται*: nam est militare verbum, exprimens militem pavidum, et ad fortiter clamandum in prœliis minime alacrem. ficta tamen magis est hæc compositio, ad enarrandam verbi vim. *τὼ μὲν ταρβήσαντε, καὶ αἰδομένω βασιλῆα, στήτην*, Α, 331, stabant ambo confusi animo, et verentes principem Achillem; nec quidquam loqui poterant, ut sequente versu additur. sermo est de præconibus, odioso ministerio fungentibus invitis. *ὁ δ' ἄρ' ἕζετο, τάρβησέν τε*, Β, 268, de Thersite, male accepto ab Ulysse; *er setze sich ganz verwirret nieder und war stille, (he sat down overwhelmed with confusion and was silent.)* *οὐκ ἐτάρβει Τυδεὺς, μοῦνος ἐὼν μετὰ πολέσι*, Δ, 388, non percellebatur animo, solus inter multos adversarios versans: *er erschrak nicht, (he was not daunted.)* *τὸν δὲ, οὐ ταρβήσας, προσέφη*, hunc, minime territus, adloquebatur, Ε, 286. Λ, 384. *παῖς, ταρβήσας χαλκὸν*, puer exhorrescens ferrum, Ζ, 469. *ὁ δὲ ἄρα ἕστη, τάρβησέν τε βαμβαίνων*, Κ, 374, ille igitur constitit terrebaturque crepitans dentibus. *πληθὺν ταρβήσας*, exhorrescens multitudinem, Λ, 405. *τοῦ δὲ κῆρ οὔποτε ταρβεῖ, οὐδὲ φοβεῖται*, cujus cor nunquam conterretur, Μ, 46, et hæc duo verba non signant idem: nam *ταρβεῖν* dicitur *ὁ ἁπλῶς κατὰ ψυχὴν δειλιῶν, φοβεῖται δὲ καὶ ὁ φεύγων*. *τοῦ ἀγαθοῦ οὐ τρέπεται χρὼς, οὐδέ τι λίην ταρβεῖ*, Ν, 285, egregii viri color non mutatur, nec terretur nimis. conf. *λίαν*. *ἐπεὶ ἴδον Ἕκτορα, ἐτάρβησαν*, cum viderunt eum, exterriti sunt, *erschraken sie, (they were frightened,)* Ο, 280. *τίς κέ σε ἄλλος ταρβήσειε*, quis tandem te horreat, Ρ, 586. *Πηλείδης ταρβήσας*, conterritus, Υ, 262, coll. 279, *δείσας*. et 283, perculsus. et 380, 430. *μήτε λίην τρέε, μήτε τι τάρβει*, esto bono animo, Φ, 288. et 575, *οὐδέ τι θυμῷ ταρβεῖ, οὐδὲ φοβεῖται*, nec timidus est, nec fugit. *θάρσει φρεσὶ, μηδέ τι τάρβει*, Ω, 171, ubi vides opposita. *μηδέ τι θυμῷ τάρβει*, η, 51, nec quidquam verere. *ταρβήσας δὲ ἑτέρωσε ἔβαλε ὄμματα*, *er wendete erschrocken die augen ab, (in affright he turned his eyes another way,)* π, 179, verens ne hic deus aliquis esset. *ἀγορεύεις θαρσαλέως, μηδέ τι θυμῷ ταρβεῖς*, σ, 330, 390. notat ergo *δειλιᾶν*.

τάρβος, *εος*. *τό*. (Ῥάω) terror, pavor, confusio animi. *μηδέ τι οἱ θάνατος μελέτω φρεσὶ, μηδέ τι τάρβος*. Ω, 152, 181, nequaquam mors ei ob oculos versetur, neque alius timor.

ταρβοσύνη, *ης*. *ἡ* (Ῥάω) idem. *ὑπελύθησαν δὲ γυῖα ἑκάστης ταρβοσύνῃ*, σ, 341. *die mägde hätten für schrecken mögen in die knie sinken, (the maids were scarcely able to stand for fright:)* nam et terror est *λυσιμελὴς*, membra resolvens a firmitate sua.

ταρπέσθαι, *τάρπησαν* pro *ἐτάρπησαν*, vide sub Τέρπω, prope finem.

ταρσός, *οῦ*. *ὁ*. (Τρέω) crates super qua siccatur aliquid, plexa ex viminibus, *eine horde, (a hurdle.)* it. superficies manus vel pedis lata, a latitudine et metaphorice sic appellata, vel quia multi nervi et venæ ibi sunt quasi contextæ in formam cratis. est a *τέρσω*, i. e. *ξηραίνω*. *ταρσοὶ μὲν τυρῶν ἔβριθον*, ι, 219, crates caseis gravatæ erant, i. e. *οἱ καλαθίσκοι, ἐν οἷς τυροκομοῦσιν, καὶ ἐν οἷς τερσαίνονται οἱ τυροὶ, οἱ κρεμαστῆρες, ἐφ' ὧν τυροὶ τέρσονται*. *ἔβαλε ταρσὸν δεξιτεροῖο ποδὸς*, Λ, 377. et 388, *νῦν δέ με ἐπιγράψας ταρσὸν ποδὸς*, ubi sic vocat exteriorem superficiem plantæ pedis: nam illa pars est *ὀστώδης* et nervis complicata valde: recentiores dicunt *ὁ ταῤῥός*. etiam ordines remorum vocantur *ταρσοί*: etiam pars illa dura in alis avium, cui adhærent pinnæ ad volandum. proprie autem est *ἀγγεῖον πλεκτὸν ὡς ψίαθος ἐκ καλάμων*. apud Eurip. Iphig. Taur. 1346, *ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον*, lato pendente remo remigium alatum: ubi *ταρσὸς* notat latitudinem remi, et remum ipsum, *ὁ πίτυλος* vero est impulsus remorum alacer, *ἡ πλάτη* et *ὁ ταρσός*, h. l. est idem, coll. 1347. Herodot. VIII, 12. Vide sub *τέρσω*.

ταρφειός, *ά*, *όν*. (Τρέω) densus, condensatus. idem ac *ταρφής*. *νιφάδας ταρφειὰς*, nives densas infundit terræ, Μ, 158. sic, *νιφάδες ταρφειαὶ*, nives densæ volantes ex nubibus, Τ, 357. et 359, *κόρυθες*, galeæ plurimæ. est hoc novum adjectivum a fœminino *ταρφεῖα*, a *ταρφὺς*, ortum.

ταρφής, *έος*. *ὁ ἡ*. (Τρέω) densus, condensatus, *dick, häufig, (thick, close.)* dicitur idem et *ταρφὺς*, *εῖα*, *ύ*, i. e. *δασύς*. proprie ponitur *ἐπὶ δάσους φυτῶν, ἐπὶ φυτῶν πυκνῶν τῶν κατὰ γῆν*: deinde per metaphoram de aliis, sicut Romani suum, densus, adhibent, et Germani suum, *dick, dickmals, (thick.)* *ταρφέες ἰοὶ*, crebræ sagittæ, Λ, 387. χ, 246, quæ et possunt intelligi firmæ, robustæ. sic, *ταρφέας ἰοὺς*, Ο, 472. *δράγματα ταρφέα πίπτει*, Λ, 69, i. e. *συχνὰ, πυκνὰ*, manipuli crebri et dense collocati cadunt metendo. hoc neutrum plurale, ex more Græco, adverbialiter ponitur: *στρέφεται ταρφέα*, crebro convertit se, Μ, 47. *βάλλοντες*, jaculantes crebro et dense, Ν, 718. *ἐπαΐσσει*, Χ, 142, irruit in eum crebro, et celeriter repetitis vicibus. *ἀμειβομένω*, θ, 379, frequenter alternantes ambo; ubi conf. *ἀμείβεσθαι*.

τάρφθη pro *ἐτάρφθη*, vide sub Τέρπω, ad finem.

τάρφος, *εος*, *τό*. (Τρέω) densitas sylvæ et arbustorum, *πύκνωμα ὕλης*, *das dickicht, (the thicket.)* est a *τρέφω*, condenso, coagulo, nutrio; transposito ρ. pro *τράφος*. *λέοντε ἐτραφέτην ὑπὸ μητρὶ βαθείης τάρφεσιν ὕλης*, Ε, 555, ubi poëta ipse etymologiam indicat. *πῦρ μαίν*.

ται ἐν ὄρεσι, βαθείης ἐν τάρφεσιν ὕλης, O, 606. hinc est verbum ταρφέω, i. e. τρέφω, in specie ζῶα.

ταρχύω, f. ύσω. (Ῥάω) sepelio, ἐνταφιάζω μετὰ συνήθους ταράχου, cum solita pompa et conturbatione animi. nam verbum est deductum ab ὁ τάραχος, strepitus, confusio; qualis in funere esse solebat. τὸν νέκυν (corpus mortuum, *die leiche*) *(the corpse)* ἀποδώσω, ὄφρα ἑ ταρχύσωσιν Ἀχαιοὶ, ut sepeliant id cum solenni strepitu et lamentatione, H, 85. ἔνθα ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε ἔται τε τύμβῳ τε στήλῃ τε, sepelient eum fratres et amici tumulo et cippo, Π, 456, 674. τὰ τάρχεα, et αἱ τάρχαι, sunt justa parentalia, *feierliche leichenbestattung, (funeral obsequies.)* ὁ ἡ ἀτάρχυτος, insepultus, sine honore funeris. verbum dicitur et ταρχεύω et ταρχέω.

Τάσσω, f. άξω. (Τῶ) dispono, constituo, ordino. est a verbo antiquo τάω, quod designat locum ubi quid est, aut ponendum est. hinc est ἡ ἔκταξις, acies militaris instructa: quæ apud antiquissimos erat triplex. in prima acie stabat equitatus; post hunc erat acies levioris armaturæ vel militum quibus minus fidebatur; post hos erat robur peditum. sic Nestor suos instruxerat, Δ, 297—300. secunda et tertia autem acies habebat certa intervalla, quæ Homerus vocat γεφύρας πολέμου, pontes pugnæ, per quæ se recipiebat equitatus fessus aut pulsus, et quæ deinde se jungebant, ne hostis una irrueret; sic et in tertia acie, ut velites se per ea reciperent: et deinde, junctis his intervallis, seria incipiebat pugna peditatus firmissimi. ὁ λειποτάκτης non solum est ὁ φεύγων πρὸ τῶν ἄλλων, fugiens ex acie ante quam reliqui; sed et, ὁ, τῶν ἄλλων μαχομένων, αὐτὸς μένων ἐν ταῖς σκηναῖς, qualis describitur B, 391, 392. cæterum οἱ λειποτακτοῦντες antiquitus propositam habebant mortis pœnam, et ut abjicerentur insepulti, O, 348—351. ταγέω et ταγεύω, præsum, ordino res. ταγεῖν πάσης Ἀσιάδος, dux esse omnis Asiæ, Æschyl. Pers. 766.

ταύρειος, είη, ειον. (Ὄρω) taurinus. κυνέην ταυρείην, K, 258, conf. κυνέη. ἀσπίδα ταυρείην, clypeum corio taurino inductum, N, 60, 163. sic, ἀσπίδι, Π, 360.

ταῦρος, ου. ὁ. (Ὄρω) taurus, maritus armenti. est nomen factum ex τάειν i. e. τείνειν τὴν οὐρὰν, λόγῳ ἰδιότητος: pugnaturus enim protendit caudam. fortasse et a membro suo genitali. cæterum est σεμνὸν ζῶον καὶ ἡγεμονικὸν apud antiquos; cujus ἀρχὴ est βασιλικὴ, cum leonis principatus sit violentus et tyrannicus; hinc crebræ comparationes magnificæ sumtæ sunt a tauris, et locutiones metaphoricæ, apud antiquiores. κατέκηά σοι πίονα μηρία ταύρων, in sacrificiis, A, 41. et 316, ἔρδων ἑκατόμβας ταύρων ἠδὲ αἰγῶν. ἠΰτε βοῦς ἀγέληφι μέγ' ἔξοχος ἔπλετο (esse solet) πάντων ταῦρος, ὁ γάρ τε βόεσσι μεταπρέπει ἀγρομένῃσι: τοῖον Ἀτρείδην θῆκε Ζεὺς ἤματι κείνῳ ἐκπρεπέα ἐν πολλοῖσι καὶ ἔξοχον ἡρώεσσιν, B, 480—483, ubi βοῦς est genus, ταῦρος species, βοῦς κήλων, ὃς μεταπρέπει ταῖς βουσὶν, i. e. ἐπῆρται καὶ ἐκπρεπής ἐστιν. et vide, Agamemnonem, regem supremum, comparat tauro, et quidem σεμνῶς illis temporibus, etsi nostro sæculo, rapacia tantum animalia admiranti, ista comparatio non sit in usu: et comparatio non est ob fortitudinem, sed ob principatum et imperium. Ulyssem, regem minorem, in sequentibus, ob eandem causam, comparat ἀρνειῷ, arieti. Ἀθήνην ταύροις καὶ ἀρνειοῖς (duobus animalibus principalibus) ἱλάονται κοῦροι Ἀθηναίων, B, 550. ταύρων ζατρεφέων, H, 223, quo explicatur τὸ ἑπταβόειον σάκος, intectum fuisse septemplici corio taurorum opimorum: ut species, ταύρων, addatur generi, βόειος. ῥέξαντες ταῦρον Ἀλφειῷ, ταῦρον δὲ Ποσειδάωνι, Λ, 727, nam fluviis magnis, et Neptuno, immolabatur taurus, respectu virium et violentiæ: nam sicut ταῦρός ἐστι βίαιος τοῖς κέρασιν ἀναβάλλων γῆν, sic et undæ sunt violentæ. hinc et ταυρηδὸν adverbium, est pro ἀγρίως, βιαίως. ἠΰτε ταῦρον ἔπεφνε λέων αἴθωνα μεγάθυμον, ὤλετο δὲ στενάχων, Π, 487, sic et Patroclus, occisus ab Hectore. et talem adduxit in parabola, διὰ τὸ ἀκμαζον τῆς ῥώμης: οἱ γὰρ καματηροὶ βόες (boves operibus rusticis adhibiti, *die zug ochsen)* *(draught oxen)* οὐ τοιοῦτοι. ταύροιο βοὸς μεγάλοιο βοείην, corium, P, 389—393, ubi præparatio corii illius indicatur. et 542, ὥστε τις λέων κατεδηδὼς ταῦρον, sc. sicut is leo respersus est sanguine. λέοντε δύω ἐν πρώταις βόεσσι ταῦρον ἐρύγμηλον ἐχέτην, ὁ δὲ μακρὰ μεμυκὼς εἵλκετο, Σ, 580. ὡς ὅτε ταῦρος ἤρυγεν ἑλκόμενος Ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα, κούρων ἑλκόντων, γάνυται δέ τε τοῖς Ἐνοσίχθων, Υ, 403—405, conf. Ἑλικώνιον in R. nam si Neptuno immolandus taurus antea valide boaret, credebant sacrificantes se καλλιερεῖν, egregie litare, quasi delectaretur is deus ἠχῷ isto. ποταμῷ πολεῖς ἱερεύετε ταύρους, sacrificatis, Φ, 131, coll. 132, nam et equi vivi demergebantur in flumen, sacrificii causa. et 237, ποταμὸς, μεμυκὼς ἠΰτε ταῦρος, quo simul innuitur, cur taurus fluvio immolari sit solitus; ob similitudinem etiam soni, καὶ διὰ τὸ μυκητικὸν, ποταμοῖς καὶ θαλάσσῃ οἰκεῖον καὶ προσφυές. hinc et fluvii ταυρίκρανοι (taurinis capitibus) et ταυρίποδες dicti. hinc Ἀλφεὸς ταυρίπους, Eurip. Iphig. Aul. 275. ἐπὶ θινὶ θαλάσσης ἱερὰ ἔρεζον (sacrum faciebant) ταύρους παμμέλανας Ἐνοσίχθονι, γ, 6, hoc enim solemne sacrificium Neptuno, tauri nigri. et 8, προὔχοντο ἑκάστοθι ἐννέα ταύρους, sc. in novem divisiones populi congregati, præbebant singulis novenos tauros. et 178, Ποσειδάωνι δὲ ταύρων πολλὰ ἐπέθεμεν μηρία. ῥέξας ἱερὰ καλὰ Ποσειδάωνι ἄνακτι, ἀρνειὸν, ταῦρόν τε, συῶν τ' ἐπιβήτορα κάπρον, λ, 130. ψ, 278. Ποσειδάωνι δὲ ταύρους δώδεκα κεκριμένους ἱερεύσομεν, ν, 181. et 184, ἑτοιμάσαντο (præparabant ad cibum sibi) δὲ ταύρους. ἀνέβραχε θύρετρα, ἠΰτε ταῦρος βοσκόμενος λειμῶνι, τόσα ἔβραχε, φ, 48, ubi janua magna, dum aperitur, boat sicut taurus pascens in prato, qui eo tempore altum remugit præ lætitia. ταῦρος dictus etiam est τὸ ὑπὸ τὸν ὀσχεὸν, quod sub scroto

est, et ὁ ὀσχεὸς est pro ὀχεὸς, ab ὀχεύω. pro toto deinde pudendi loco ponitur: unde est ὁ λάσταυρος et λασιόταυρος, ὁ λάσιος τὸν τοιοῦτον ταῦρον, cujus scrotum et totus ille locus pilis est hirsutus: nam ταῦρος est totum virile pudendum quoque. οἱ Ταῦροι, ἔθνος Βόρειον: a quo Ἄρτεμις dicta Ταυροπόλος, non tamen solum ἀπὸ τοῦ ἔθνους τούτου in Chersoneso Taurica, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ζώου. ταυρηδὸν ἐμβλέπειν, est θυμικῶς ἐντρανίζειν. ἀταυρώτη (ab ἀταύρωτος) γυνὴ est ἡ ἄζυξ, nondum passa virum ejusque ταῦρον: a ταυρόω, f. ώσω, taurino modo ago rem. ὁ Κένταυρος, notum monstrum: sed sic vocatur et τὸ γυναικεῖον μόριον: imo et contumeliose sic dicitur ὁ κεντῶν τὸν ὄῤῥον, pæderastes. proverbium: ἔβη ταῦρος ἀνὰ ὕλην, Theocr. 14, 43, de iis, qui semel dimissi difficulter reducuntur. nam tauri, semel libere in sylva vagari incipientes, non facile a pastore recipiuntur. Vide sub ΒΟΥ˜Σ ad initium, et Ἕλλη, in R.

ταύτῃ, adverbialiter, vide sub ἌΛΛΟΣ, aliquanto ante medium.

ταφήϊος, ου. ὁ ἡ. (Ἄπτω) ad sepulturam pertinens. *zur beerdigung gehörig, (belonging to a funeral.)* ἐντάφιος. φᾶρος Λαέρτῃ ταφήϊον, *ein sterbekleid für den Laërtes, (a funeral robe for Laërtes,)* β, 99. τ, 144. ω, 133.

τάφος, ου. ὁ. (Ἄπτω) sepultura, combustio mortui corporis. deinde et omne id, quod in honorem mortui comburendi aut combusti apparabatur, per synecdochen: et epulum eo die præberi solitum dicitur quoque ὁ τάφος, i. e. δαὶς ἐπιτάφιος, *ein trauermaal, (a funeral entertainment.)* τάφου μνῆμα, *ein andenken von der feierlichen beerdigung des Patroclus, (a memorial of the interment of Patroclus.)* monimentum sepulturæ ejus, Ψ, 619. et 680, ἦλθε Οἰδιπόδου ἐς τάφον, venit ad solemnitates sepulturæ Œdipodis. et hæ solemnitates erant ludi certatorii, *ritterspiele, (games,)* qui finita combustione mortui statim instituebantur. αὐτὰρ ὁ τοῖσι τάφον μενοεικέα δαίνυ, Ψ, 29, seqq. at is illis funebre epulum lautum præbebat. mactabantur nimirum multi boves, oves, capræ, sues, quia anima mortui sanguine eo delectari putabatur; et eas carnes assatas comedebant lugentes amici. et hic ἐπὶ νεκρῷ περιδειπνος dabatur militibus vesperi, ante pompam funeris sequenti die faciendam. εἰ μὲν δή με θέλεις τελέσαι τάφον Ἕκτορι δίῳ, Ω, 660, si vis me perficere omnia solemnia funeris Hectori: inquit Priamus ad Achillem. et 804, ὣς οἵγ᾽ ἀμφίεπον τάφον Ἕκτορος, quæ solemnia ibi sunt narrata. δαίνυ τάφον Ἀργείοις μητρὸς καὶ Αἰγίσθοιο, præbebat Argivis epulum in funere matris et Ægisthi, γ, 309, s. ἐτέλει τὸ νεκρικὸν δεῖπνον, κτείνας Αἴγισθον καὶ τὴν μοιχαλίδα ὁ Ὀρέστης. et id convivium non nimis erat lugubre: alias enim στυγερὰ δαὶς illa vocabatur, ὡς ἐπὶ νεκρῷ ὃς ἐς Στυγὸς ἄπεισι. σὺ δέ κεν τάφου ἀντιβολήσαις, δ, 547, tu fortasse ad epulum funebre [illegible] τύχῃς τοῦ ἐπὶ τῷ νεκρῷ περιδείπνου. [illegible] γάμον [illegible] τάφον ἀμ-
φιπονεῖτο, υ, 307, loco nuptiarum pater epulum funebre curasset parandum, una cum aliis pompis et solemnibus funeralibus. ἤδη μὲν πολέων τάφῳ ἀνδρῶν ἀντεβόλησα ἡρώων, jam festivitatibus funeralibus multorum magnorum principum interfui, ω, 87, seqq. ubi certamina nobilium in honorem mortui comburendi aut combusti memorantur, et ludi funebres. ergo non epulum modo, sed et ludos illos, ὁ τάφος significat, una cum ipsis exsequiis. quantum vero operæ impenderint antiqui in ταφὴν heroum, apparet ex funere Patrocli et Hectoris. vide e. c. Ω, 795, seqq. ubi pretiosa vasa adhibita. et ω, 58, seqq. παρὰ τάφον, Ist. 8, 126, ad bustum et sepulcrum.

τάφος et **θάπος**, ου. ὁ. (Ἄπω) stupor, admiratio ingens, ἔκπληξις, *erstaunung, heftiges betreten, (astonishment, consternation.)* τάφος δ᾽ ἕλε πάντας, *ein unschlüssiges erstaunen hielt und nahm ein alle, (astonishment seized them all,)* φ, 122. τάφος δέ οἱ ἦτορ ἵκανεν, ψ, 93. τάφος δ᾽ ἕλεν ἄνδρα ἕκαστον, ω, 440.

τάφρος, ου. ἡ. (Τρέφω) fossa, munitionis causa ducta. est a τρέφω, denso; quia talis fossa cohibet et firmat locum munitum, et res inclusas intra eam. alii quidem derivatum volunt nomen a θάπτειν, sed id minus placet antiquis. qui vero ambages amant, ii dicunt, factum esse nomen ab ἀφαιρέω, quasi ἄφαιρος, per syncopen ἄφρος, et præfixo τ: quod quidem putidum esse apparet. si fossa ducitur aquæ causa, possit et notio alendi herbas aut pecudes aut plantas inesse, a τρέφω, alo. apud poëtam hæc vox de munitione ponitur. βαθεῖαν ὀρύξομεν τάφρον, Η, 341. et 440, βαθεῖαν ὤρυξαν, εὐρεῖαν, μεγάλην, quæ fossa ducebatur ante castra Græca, tegendi causa: et priora duo epitheta sunt species, ex quibus tertium epitheton, ut genus, conficitur; ea enim fossa est magna, quæ est lata et profunda. nisi magnitudinem velis intelligere de amplo spatio, in quod ea fossa fuit ducta, ut protegeret castra tam longa et magna. et 450, de eadem, ἀμφήλασαν τάφρον. ὀρυκτὴν ὑπερθορέονται ἵπποι, equi transiliunt fossam accurate factam, Θ, 179, τὴν εὖ ὀρωρυγμένην, ad differentiam aliarum μὴ ὀρυκτῶν. ἤλασε τάφρον ἐπ᾽ αὐτῷ εὐρεῖαν, μεγάλην, ad murum, Ι, 349. τάφροιο διέσσυτο, transiliit fossam illam pedibus suis, Κ, 194. et 198, τάφρον δ᾽ ἐκδιαβάντες ὀρυκτὴν, cum transissent fossam, et quidem principes Græci ipsi suam a se factam; progredientes paululum extra munitionem suam. et 564, τάφροιο διήλασεν ἵππους, fossam transilire fecit equos. αὖθι ἐπὶ τάφρῳ, ibi apud fossam, Λ, 48, 51. οὐδὲ ἔμελλε τάφρος ἔτι σχήσειν, non erat fossa diutius moratura hostes, Μ, 4, coll. 5—8. et 50, τάφρον διαβαίνειν. et 52—59. 62—64, ubi apparet, vallos ad fossam positas fuisse in labio ejus interiori versus murum castrensem. et 72. Ο, 1, 344. Π, 369, 380. περί τε ἀμφί τε τάφρον, *um den graben herum, (about the ditch,)* Υ, 760 [illegible], Σ, 1[illegible], quibus omnibus locis ser-

mo est de fossa illa castrensi Græcorum munitoria. διορύξας τάφρον πᾶσι μίαν μακρὴν, fodiens fossam omnibus unam longam, φ, 120, ubi sermo est de non alta fossa, in quam impegit Ulysses secures suas, ut firmiter starent ordine.

ταφῶ pro θαπῶ, ταφὼν, vide sub θάπτω, stupeo.

τάχα, (Χάω) est per syncopen neutrum plurale ταχέα, adverbialiter. talis syncope adverbiascens est in σάφα pro σαφέα, ἄντα pro ἀντία, λίγα pro λιγέα, ὦκα pro ὠκέα, etc. apud poëtam semper est, celeriter, cito, mox, statim: sed recentioribus est διστακτικὸν, vocula dubitativa; sicut et Germani suum *bald (almost)* ponunt, e. c. *bald solte ich mich dazu entschliessen, (I should almost resolve.)* quam tamen dubitandi vim cave Homericæ voci affingas. Α, 205. Β, 193, 373, 694, *in kurzem, (shortly,)* et est id solatium auditoris φιλέλληνος, ne doleat absentiam Achillis, non diu duraturam. et 724, *bald aber, (but soon.)* Γ, 436. Ε, 275, 489. Ζ, 52, 331, 408, 409, ταχέως, *nächstens, (presently.)* Η, 158. Θ, 117, 235. Ι, 569. Κ, 365. Λ, 181, 653. Μ, 345, 358, i. e. ταχὺ γενήσεται. sic futurum tertium a grammaticis vocatum ὁ μετ' ὀλίγον μέλλων. Ν, 120, 676, 765. Ξ, 8, statim sciam. et 13, *sahe gar bald, wie übel die sache stund, (very soon perceived how ill matters went,)* Ο, 449. Π, 71, 617, 723. Ρ, 99, 241, 291. Σ, 525, *giengen bald fort, (soon went away.)* Τ, 131, τάχα δ' ἵκετο ἔργα ἀνθρώπων, i. e. ταχὺ κατέπεσεν εἰς γῆν. Υ, 294. Φ, 292, 309. Χ, 39, 42, i. e. ταχὺ ἂν, *gar bald, (very soon.)* Ψ, 427, 447, 496, 606, *nicht so bald, nicht so leicht, (not so soon, not so easily.)* 773. Ω, 355, 731. α, 251. β, 40, 48, 76, 89, *bald gehet das vierte an, (the fourth will soon begin.)* δ, 514. θ, 202, 316, *bald werden sie nicht mehr wollen, (they will soon be no longer willing.)* ι, 378, *als er bald wolte lichter loh brennen, (when it was now burning up brightly.)* μ, 387. ξ, 265. ο, 50, 536. π, 128, 246. ρ, 164, 191, 412, 448. σ, 10, 13, 114, 337, illico. 388. τ, 69, 310, 432, 510. υ, 393. φ, 174, 363, 369, 374, 418. χ, 134. ω, 204, 352. nusquam igitur apud poëtam notat *fortasse.*

τάχιστος, η, ον. (Χάω) celerrimus, velocissimus. hujus superlativi neutrum plurale, τάχιστα, solum occurrit apud poëtam, adverbialiter, celerrime, *aufs baldeste, (most speedily.)* Γ, 102. ὀττιτάχιστα, quam celerrime, Δ, 193. Ο, 146. Ψ, 71, 403, 414. ε, 112. Δ, 269, 465. Θ, 9. Ι, 165, 240, 617, 655. Λ, 513. Ν, 286. Ο, 453. Ρ, 640. Σ, 344. Φ, 311, 333, 466. Χ, 129. Ψ, 403, 414. Ω, 263, 554, 635. α, 85. γ, 175, 421. δ, 544, 737. ε, 492. θ, 434, 551. λ, 222. ξ, 407. ο, 14, 293. σ, 262. π, 349, 466. ω, 359, 435, 531.

τάχος, εος. τό. (Χάω) celeritas, velocitas. ἵπποις Ἀθήνη ὦρσε τάχος, Ψ, 406. et 515, τάχει παραφθάμενος αὐτόν. summa velocitas describitur hyperbolice, Ο, 80—83.

ταχύπωλος, ὁ ἡ. (Ἄλλω) veloces equos habens. it. celer equis. est epitheton Græcorum apud poëtam. ταχύπωλοι Ἀχαιοὶ, Δαναοὶ, Δ, 232, 257. Θ, 161. Ν, 620. Ξ, 21. Ο, 320. Ψ, 6. Ω, 295, 313. nam Græci quidam principes habebant equos velocissimos, e. c. Achilles.

ταχὺς, εῖα, ύ. (Χάω) idem quod ὠκὺς fere. et est indidem ab ἔχω, remoror; cum α privativo, cui per usum præfixum τ. qui non sinit moram sibi injici, qui se morandum non præbet, *schnell, hurtig, munter, (swift, brisk, lively,)* (quod vero commodius referri possit ad θέω, curro, vide sub θοὸς, θοάζω, θάσσω.) Αἰνείαν πόδας ταχὺν, Ν, 482. Ἀχιλῆα, Ρ, 709. Σ, 69, ubi est simpliciter ταχὺν, sc. πόδας. Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας, Β, 527. Κ, 110. Ν, 66, 701. Ξ, 520. Ψ, 754. Ἀντίλοχος, Σ, 2. πτὼξ, Ρ, 676, pedibus velox lepus. πέρι μὲν ταχὺν θέειν, Π, 186. γ, 112. δ, 202. ταχὺν ἰὸν, celerem sagittam, Δ, 94. ἵππον, Ψ, 347. οἰωνὸν, ταχὺν ἄγγελον, Ω, 292, 310. κίρκος, Ἀπόλλωνος ταχὺς ἄγγελος, ο, 525. εἰ δὴ καὶ ταχὺς ἔσκε θέειν, si sane etiam velox esset ad currendum, ρ, 308, de cane venatico. μὲ ὑπήνεικαν ταχέες πόδες, Ε, 885, abstulerunt me. et de Paride exeunte ad pugnam, ἔφερον, Ζ, 514. ποσὶν ταχέεσσι πεποιθὼς, Θ, 339. sic, ἔσευά σε, agitavi te pedibus meis, Υ, 189. διώκεις μὲ, Χ, 8. ἀνέρας ἐνίκα, ν, 261, coll. 260. ταχέες κύνες, in venatione, Γ, 26. Ρ, 558. Χ, 89. φ, 368. κύνες ταχέες τ' οἰωνοὶ, ξ, 133, ubi ad utrumque. κύνας ταχέας, Λ, 817. Σ, 584. ὀϊστοὶ, celeres sagittæ, Φ, 492. ὀϊστοὺς, χ, 3. ω, 77. ταχέες δ' ἱππῆες ἄγερθεν, Ψ, 287, ubi est loco adverbii positum, pro, κατὰ τάχος. ταχεῖα Ἶρις, Θ, 399. Λ, 186. Ο, 158. ταχείης ἐλάφου, Λ, 113. Θ, 248. ν, 436. ταχεῖα αἰχμὴ, Ε, 282. Μηριόνη, Μόλου υἱὲ, πόδας ταχὺ, φίλτατε ἑταίρων, Ν, 249. loco Ξ, 8, legunt quidam neutrum ταχὺ, alii vero τάχα. ταχέε ἵππω, Ε, 356. Ψ, 545.

ταχυτὴς, ῆτος. ἡ. (Χάω) celeritas, velocitas. ταχυτῆτος ἄεθλα, Ψ, 740. ἰδὼν ταχυτῆτα καὶ ἀλκὴν, canis venatici, ρ, 315.

τάω, f. άσω. (Θάω) ad accipiendum et fruendum porrigo. it. ad fruendum accipio vel accipere conor, λαμβάνω, oblatum capio. hujus verbi imperativus in poëta occurrit, τῆ, pro τάε, contr. τᾶ, et ionice τῆ, i. e. λαβὲ, accipe, *da hast du, da nimm, (there hast thou, take.)* sic a ζάω fit imperativus ζῆ. τῆ νῦν, καί σοι τοῦτο, γέρον, κειμήλιον ἔστω, Ψ, 618. τῆ, σπεῖσον Διῒ πατρὶ, Ω, 287. τῆ νῦν τοῦτον ἱμάντα, Ξ, 219. τῆ δὲ τόδε κρήδεμνον, ε, 346. κῆρυξ, τῆ δὴ τοῦτο κρέας πόρε Δημοδόκῳ, θ, 477. τῆ, πίε οἶνον, ι, 347. τῆ τόδε φάρμακον ἐσθλὸν, κ, 287. sed aliud τῇ, e. c. θ, 556, habet Iota subscriptum, et pertinet ad articulum, per ἔλλειψιν τοῦ, ὁδῷ. ad hoc verbum possit referri ὁ αἴτης, ου, ab α intensivo, et τάω, i. e. λαμβάνω. et ἡ τήθη, nutrix, quasi dicens infanti, τῆ θῆ,

cape suge, λαβὲ θήλασον. nimirum forma activa significat, capio porrectum, vel capere studeo. Vide ΤΩ˜.

τὲ, (Δὶ) particula enclitica: notans καὶ, et, *und, auch, (and, also.)* nonnunquam eleganter abundat quasi. bis positum notat Latinorum et, et, *so wohl als auch, theils theils, (both—and, as well as, partly—partly.)* λυσόμενός τε θύγατρα φέρων τε ἄποινα, Α, 13, *und wolte seine tochter lösen, brachte auch dazu das lösegeld mit, (both wishing to release his daughter, and for that purpose bringing the ransom with him.)* et 81, εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ, *denn wenn er auch etwa schon seinen zorn auf den einen tag verbisse, (for though he may have already smothered his anger for one day.)* et 443, παῖδά τε σοι ἄγεμεν, Φοίβῳ τε ἑκατόμβην ῥέξαι, *theils dein kind dir zu überbringen, theils dem Apollo ein opfer zu thun, (partly to bring thy child to thee, partly to offer sacrifice to Apollo.)* ἅ μέν τε Εὖρός τε Νότος τε, Β, 145, *die wellen die etwa der ost so wohl als südwind zugleich erreget, (the waves raised by the east as well as by the south wind.)* et 298, αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν κενεόν τε νέεσθαι, *es ist doch schimpflich, erst lange auszubleiben und so dann leer nach hause zu kehren, (it is disgraceful to remain so long and to return home empty.)* et 495, ubi intersertum τε, inter nomina propria, notans et. et 496, θ' pro τε. sic et 505, 649. αἴθε ὄφελές τε ἄγονός τε ἔμεναι ἄγαμός τε ἀπολέσθαι, Γ, 40, *wenn du doch hättest müssen entweder ungeboren bleiben, oder wenigstens unverheirathet sterben, (would that thou hadst never been born, or at least died unmarried.)* nec semper plene legitur τὲ τὲ, sed quasi tantum commovetur; ut ex l. c. apparet in textu. et 54, τά τε δῶρα Ἀφροδίτης, ἥ τε κόμη, τό τε εἶδος, *und die gaben der Venus, das schöne haar zum exempel, und das schöne gesicht, (and the gifts of Venus, thy beautiful hair for example, and thy lovely face.)* nisi ex ὅτι ἤτι τότε hæc vis esse, demonstrandi individui vim habentia. ἀμφότερον, κόσμος θ' ἵππῳ, ἐλατῆρί τε κῦδος, Δ, 145, *beydes zu einem schmucke fürs pferd, und für dessen reiter eine ehre, (both an ornament to the horse and a decoration to the rider.)* et 160, εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκα οὐκ ἐτέλεσσεν, ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ, *denn wenn er es auch schon itzo nicht vollbringet, so wird er es doch wohl nachher vollbringen, (for although he has not yet accomplished it, still he will hereafter do so.)* ἐκκόμισαί τέ με, δὸς δέ μοι ἵππω, *bringe mich weg, und gieb mir dazu deine pferde, (assist me to escape, and provide me with horses for the purpose,)* Ε, 359, ubi ad τε sequitur δὲ pro καί. δυστήνων δέ τε παῖδες, Ζ, 127, *denn wohl rechtung lücklicher leute kinder, (and they are children of most unfortunate persons.)* ἀπτολέμους τε εἶναι καὶ ἀνάλκιδας, Ι, 42, *unkriegerisch zu seyn und ohne muthige krafte, (to be unwarlike and destitute of energy.)* et 159, τοὔνεκα καί τε, *deswegen ist er denn aber auch, (wherefore he is both.)* ὅτε πέρ τε, Κ, 7, *wenn etwa einmal, (whenever at any time.)* οἱ δέ τε θάμνοι, Λ, 156, *und die sträuche auch, (and the branches also.)* τὲ sæpe repetitum inter nomina propria, Μ, 20, s. χάρτεϊ τε σθένεϊ τε, Ο, 108. et 197, γάρ τε καί. ἀλλά τε, *aber doch, (but yet,)* Τ, 165. κραιπνότερος μὲν γάρ τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις, Ψ, 590, descriptio adolescentis: *denn der verstand ist wohl etwas geschwinder, aber die vorsichtige klugheit ist denn doch noch schwach, (for the apprehension may be somewhat quicker, but the judgment is still but weak.)* ἀεὶ γάρ τε, *denn auch immer etwa, (for always indeed,)* κ, 217. ἀλλά τε καὶ τῶν, μ, 64, *aber doch auch von denen, (but yet from them too.)* et 67, ἀλλά θ' ὁμοῦ πίνακάς τε νεῶν καὶ σώματα, *sondern zugleich bretter von schiffen so wohl als körper, (but also at the same time the planks of the ships and the bodies of men.)* conf. ν, 136. ο, 397, 399. σ, 256, ὅτε τε. id certe meminerimus, nihil in poësi Græca simpliciter abundare, aut explendi solum versus causa esse intersertum, ut sæpe in ineptis Germanorum carminibus videmus: sed omnes ejusmodi particulæ inserviunt et elegantiæ sermonis, et roborando significatui, et affectuum expressioni.

τέγειος, et ionice τέγεος, ου. ὁ ἡ. (Τέκω) in superiore contignatione situs. it. bene contectus tecto. τέγεοι θάλαμοι, Ζ, 248, i. e. ἀνώγειοι, ὑπερῷοι, habitationes in superiore parte ædium, in quibus fœminæ habitare solebant, ne statim introitus pateret ad eas.

τέγεοι θάλαμοι, vide supra, et sub ὑπερώϊον.

τέγος, εος. τό. (Τέκω) tectum, contignatio. ædificium, domus. est a τέγω et præfixo dicitur idem τὸ στέγος et ἡ στέγη. derivant quidam a τέγγω, tingo, humecto, irrigo, it. sisto, *ich hemme, (I check, stop;)* nam tectum supernum ædificii maxime τέγγεται ὑετοῖς, humectatur pluviis: sed ista derivatio nimis est ambitiosa; præterea autem non solum tectum supremum totius domus vocatur τέγος, sed et tectum conclavis, quod Romani, laqueare, vocant: ut domus tota possit habere plura στέγη, pro numero contignationum suarum. ἔστη παρὰ σταθμὸν τέγεος πύκα ποιητοῦ, constitit ad postem conclavis firmiter facti, α, 333. θ, 458. η, 415. σ, 208. φ, 64, *sie stellete sich an die thür-pfoste des wolgebaueten saales, (she stopped at the door-post of the well-built apartment;)* ut ergo a parte superiori dicatur totum conclave illud. καταντικρὺ τέγεος πέσεν, decidit in caput de tecto domus, κ, 559. λ, 64, πέσεν, ubi eum casum ipsa Elpenoris umbra narrat. tectum illud supremum erat planum, et adscendebatur in illud scalis extra domum adædificatis: Elpenor autem ibi in ὑπαίθρῳ dormierat, ut nimis calens vino refrigeraretur aura nocturna. si ergo id tectum corona non esset cinctum, poterat, in luce

dubia, et incautus, facile decidere. conf. Deuteron. xxii. 8.

τεθάρσηκα, vide sub θαρσέω.

τεθήλει pro ἐτεθήλει, vide sub ΘΑ'ΛΩ.

τέθηπα, τεθηπὼς, vide sub Θάπτω, stupeo.

τέθναα pro τέθανα, τέθνεια pro τέθνηκα, vide sub Θνήσκω, paullo sub medio.

τεθναίην, vide sequens.

τέθνημι, (Τῶ) morior. idem quod θνήσκω, et est orta forma a θνάω. ἄλλοτε μὲν ζώουσι, ἄλλοτε δὲ αὖτε τεθνᾶσιν, alias vivunt, alias rursus moriuntur, λ, 303, nisi hunc locum malis referre ad perf. m. a θάνω, ut notet, mortui sunt. sermo est de Castore et Polluce. sine ullo dubio autem præsens optativi, τεθναίην, statim mori malim, Σ, 98, est a τέθνημι. τεθναίης, moriendum tibi erit, Z, 164. τεθναίη, moriatur, Γ, 102. et imperativus, τέθναθι, X, 365. τεθνάτω, O, 496, et 497. τεθνάμεν, ionice pro τεθνάναι, infin. præs. a τέθνημι. possit tamen hic infinitivus etiam esse perfecti medii, pro τεθναέναι, ionice τεθναέμεν, per syncopen τεθνάμεν. sic P, 405. π, 107. υ, 317. φ, 155. et Attica paragoge, τεθνάμεναι, Ω. 225.

τείνω, f. 1. τενῶ. a. 1. ἔτεινα. perf. a. τέτακα. (Τῶ) tendo, protendo, extendo. *ich dehne, strecke, ziehe in die länge, (I stretch, extend, draw out.)* est a τάω, quasi ταείνω, extruso α, quod tamen redit in perfecto: *ich strecke bis dahin, (I stretch so far.)* ὅτε Ζεὺς λαίλαπα τείνει, Π, 365, quando Jupiter procellam expandit, *über die luft ausdehnet, (spreads over the atmosphere.)* ἐπειδὴ τόξον ἔτεινε, postquam arcum tetendit, Δ, 124. εἰ θεὸς ἶσον τείνειεν πολέμου τέλος, Υ, 101, si deus æqualem pugnam intendat, nec alteri magis faveat: extendat. ἐξ ἄντυγος ἡνία τείνας, ex anteriore currus parte tendens lora, E, 262, 322, ut faciunt aurigæ, si abeundum ipsis est a curru, ne interim equi progredi possint, sed tensis loris sentiant se retineri. ἱμὰς, ὅς οἱ ὑπ' ἀνθερεῶνος τέτατο, pro ἐτέτατο, lorum quod ei sub mento tensum erat, Γ, 372, nam prætensum erat collo ut galea sederet firma, et intendebatur jam vehementer, cum traheretur vir in terra ad apprehensam ab hoste galeam. αὐτῶν μάχη ἐπὶ ἶσα τέτατο, pugna eorum æquo Marte extendebatur, M, 436. O, 413. ἐπὶ Πατρόκλῳ τέτατο κρατερὴ ὑσμίνη, P, 543, apud Patroclum intendebatur et diuturnior fiebat fortis pugna, *es spannete sich das gefechte eifrig an, (the fight raged more furiously.)* φάσγανον, ὅ οἱ ὑπὸ λαπάρην τέτατο, X, 307, ensis, qui ei ad latus pendebat longus. δρόμος, Ψ, 758, extendebatur cursus eorum et intendebatur acer, *der lauf streckete sich eifrig aus,* i. e, *die laufenden griffen sich an, (the course eagerly extended itself,* i. e. *the runners strenuously exerted themselves.)* sic et θ, 121. ἱστία, vela navis intendebantur a vento, λ, 11. ἵπποισι τάθη (aor. 1, pass. omisso augm.) δρόμος, Ψ, 375, equi currebant acriter. ἔκειτο ἐπὶ γαίῃ ταθεὶς, ὥστε σκώληξ, N, 655, jacebat in terra extensus, sicut vermis lumbricus, mortuus. πρηνὴς, Φ, 119, pronus in terra jacuit extensus. λέλειπτο ταθεὶς ἐν δεσμῷ, χ, 200, relinquebatur extensus in vinculo: nam manus et pedes retro suspensi erant ad trabem. πρηνέες ἐν κονίῃσι παρ' ἀλλήλοισι τέταντο, Δ, 544, (plusquamp. pass. sine augm. novo) proni in pulvere juxta se invicem extensi erant. et 536, τετάσθην, pro ἐτετάσθην. sic, τελαμῶνε περὶ στήθεσσι τετάσθην, Ξ, 404, duo lora circa pectus expansa erant et extensa, alterum clypei, alterum gladii.

τείρεα, έων, τά. (Τρέω) quæ et scribuntur τὰ τέρεα. sidera, astra, *die gestirne, sterne, (the stars.)* dicta a τερέω vel τρέω, verto, volvo; quia assidue circa tellurem optice volvuntur: vel et a τείρειν, adfligere, cruciare; quia πολλοὶ ἐκ τῶν ἀστέρων καταπονοῦνται, γιγνόμενοι ἀστρόβλητοι. sed prior etymologia est vera. potuisset huc, per præfixum α et inserto Sigma, ipse ὁ ἀστὴρ poni: sicut Germanorum: *der stern, (a star,)* ejusdem est originis. ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα, τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται, Σ, 485, in eo clypeo finxit et sidera omnia, quibus cœlum circa est obsitum. possit et a τείρειν esse, quatenus id notat, siccare, torrere: fulgent enim. Alcæus dixit τέρεα: et proprie sic vocantur astra, quatenus ex multis stellis constant. Vide sub ΤΡΕ'Ω, prope initium.

τείρω, f. ερῶ. (Τρέω) tero, attero, contero; proprie, versando, torquendo. deinde metaphorice variis modis. est a τρέω, q. v. legumina, quæ coquendo facile molliuntur ut conteri possint in pultem, vocantur τεράμονα, a τεράμων, ονος, ὁ ἡ. ἀλλά σε γῆρας τείρει, at te senectus affligit et premit, Δ, 315. ἦέ τι βέβληαι, βέλεος δέ σε τείρει ἀκωκὴ; num forte vulneratus es, et teli cuspis cruciat te? N, 251. αὕτη ἀοιδὴ τείρει μοι κῆρ, hæc cantio conterit mihi cor, α, 342, *machet mir das herz weich, durchboret es, bricht es, (softens my heart, pierces, breaks it.)* qui tale non patitur, dicitur ὁ ἡ ἀτεράμων et ἀτράμων, ονος, i. e. μὴ τειρόμενος τὸ κῆρ. ἦ μάλα δὴ τείρουσι δυσώνυμοι υἷες Ἀχαιῶν μαρνάμενοι, inquit Hecuba ad Hectorem, Z, 255, *gewiss genug plagen dich die verwünschten Griechen mit ihrem fechten, (the accursed Greeks certainly harass thee exceedingly with their fighting.)* ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταὶ, Θ, 102, O senex, certe sane te juvenes pugnatores valde subigunt et macerant, *sie drücken dich mürbe, (they distress thee.)* ὀδυνάων, αἵ νῦν μιν τείρουσι κατὰ φρένας, O, 61, dolorum, qui nunc eum conficiunt animo: quod philosophice dictum; nam dolores neminem cruciant nisi per animum: corpus enim per se sibi conscium non est. καὶ μέν που κεῖνον περιναιέται ἀμφὶς ἐόντες τείρουσι, Ω, 489, et fortasse illum vicini circa premunt acriter. ἱδρὼς γάρ μιν ἔτειρεν, E, 796, sudor enim eum macerabat. sic, φεύγοντα, Φ, 51, *der schweiss mattete den fliehenden ab, (sweat rendered him faint in his flight.)* τεῖρε (omisso augmento) γὰρ αἰνῶς ἕλκος, vulnus eum graviter crucia-

bat, Π, 510. ἀϋτμὴ, vapor et æstus premebat eum et conficiebat, Φ, 366. γαστέρα λιμὸς, fames ventriculum premebat, δ, 369. μ, 332. φωκάων ὀδμὴ, δ, 441, odor phocarum molestissimus erat et enecabat pæne. θυμὸς τείρεται ὁμοῦ καμάτῳ τε καὶ ἱδρῷ, simul lassitudine et sudore conficitur animus, Ρ, 745. ὁ δὲ ἐτείρετο γήραϊ λυγρῷ, senectute tristi urgebatur, Ε, 153. et 352, ἡ δ' ἀλύουσα ἀπεβήσατο, τείρετο δ' αἰνῶς, de Venere vulnerata in manum: illa autem vix mentis compos abibat, nam cruciabatur graviter. ἐμὸς θυμὸς ἐτείρετο πένθεϊ λυγρῷ, Χ, 242, meus animus anxietate conficiebatur præ luctu. ἀνδρῶν θυμὸς ὑπὸ εἰρεσίης ἀλεγεινῆς, κ, 78, macerabatur virorum animus a remigatione molesta. τείροντο χαλκῷ ὅσοι ἄριστοι ἔσαν, Ρ, 376, fortissimi defatigabantur et conficiebantur ferro; ubi tamen præcise de morte sermo non est, sed de labore gravissimo. ἐγχέλυές τε καὶ ἰχθύες, πνοιῇ τειρόμενοι Ἡφαίστου, Φ, 353, 355, ab æstu ignis premebantur male anguillæ et pisces, *wurden geängstet, (were distressed.)* ἤκουσε τείρεσθαι Τρῶας, audivit adfligi eos, Ζ, 387, *dass ihnen hart zugesetzet werde, (that they were hard pressed.)* μὲ οἶον ἐάσατε πένθεϊ λυγρῷ τείρεσθαι, β, 71, et me solum sinite luctu gravi macerari: ubi vis primaria inest πένθεϊ, nam deprecatur, ne et addant vastationem rei suæ familiaris: deinde et in οἶον, nam cupit relinqui a procis; nisi malis, esse neutrum genus, adverbialiter, tantum modo. ἀλλ' οὐδ' ὣς σχεδίης ἐπελήθετο, τειρόμενός περ, at ne sic quidem obliviscebatur ratem, etsi valde anxius et pressus, ε, 324, quo notatur τὸ στεῤῥὸν (firmitas) τοῦ Ὀδυσσέως, ὃς καὶ οὕτω διαταραχθεὶς οὐκ ἔσχε λήθην τοῦ συμφέροντος, *vergass in der noth seinen vortheil nicht, (was not unmindful of his interest in this emergency.)* ἄναξ δ' ὀδύνῃσι κακῇσι τειρόμενος, ι, 441, dominus ovium doloribus malis confectus, Polyphemus, ab oculo exusto. σὺ σεῖο μεθήσω τειρομένου, Λ, 840, te non relinquam dolentem ex vulnere. Ἄρηα ἤδη τειρόμενον, Ε, 391, Martem jam confectum doloribus, et attritum valde, *der schon ganz mürbe und kraftlos war, (who was already quite bruised and exhausted.)* πολλάκις υἱὸν τειρόμενον σώεσκον, Θ, 363, sæpius filium valde pressum servabam ei, *in noth seyenden, (in great distress.)* βασιλῆα, dominum suum graviter dolentem ex vulnere, Λ, 283. ἵπποι τόνγε πρὸς ἄστυ φέρον, βαρέα (neutr. pl. adverbialiter) στενάχοντα, τειρόμενον, Ν, 539, ad urbem eum ferebant, graviter gementem, male adfectum, nam sanguis fluebat ei ex vulnerata manu. γαστὴρ (ventriculus) κέλεται ἕο μνήσασθαι ἀνάγκῃ (jubet sui meminisse necessario) καὶ μάλα τειρόμενον καὶ ἐνὶ φρεσὶ πένθος ἔχοντα, etiam valde adflictum et in animo luctum habentem, η, 218, *auch den betrübtesten, (though in extreme affliction.)* ἐνόησεν αὐτὸν (animadvertit eum) γήραϊ τειρόμενον, senectute confectum, ω, 232. μαχησόμεθα, καί περ μάλα τειρόμενοι, Ζ, 85, pugnabimus, quantumvis laborantes graviter. ἀναπνεύσωσι δὲ υἷες Ἀχαιῶν τειρόμενοι, Λ, 800. Π, 43. Σ, 201. τειρομένοις ἑτάροις ἀμύνειν, Ρ, 703, laborantibus sociis defendendo adesse. sic et Σ, 129. υἷας Ἀχαιῶν τειρομένους ἐρύεσθαι, Achæos adflictos eripere et servare, Ι, 248. et 302, ἄλλους περ παναχαιοὺς τειρομένους ἐλέαιρε κατὰ στρατὸν, alios saltem tamen Græcos universos adflictos misericordia complectere in castris. sic, ἐλέησεν, Ο, 44, ubi alii, minus bene fortasse, legunt κτεινομένους.

τειχεσιβλήτης, ὁ, vide sequens.

τειχεσιπλήτης, ου. ὁ. (Πέλω) muros pulsans et feriens. est epitheton Martis, munitionibus appropinquantis easque expugnantis. a πλήσσω et τεῖχος. et apparet, κ esse ejectum ex πλήκτης. Ἄρες τειχεσιπλῆτα, Ε, 31, 455, ὁ πλήσσων ἐπὶ πορθήσει. alii quidam scribebant olim τειχεσιβλήτης, ου, ὁ. eodem sensu a βάλλω, f. βλήσω, ὁ καταβάλλων τὰ τείχη. notatur ergo ὁ πολιορκητὴς, οῦ.

τειχίζω, f. ίσω. (Τέκω) muris cingo, munio, condo, murum facio, struo. ejus πρωτότυπον est τειχίω, unde τειχίζω. τεῖχος ἐτειχίσαντο, munitionem struxerunt sibi, sc. Græci circa castra sua, Η, 449.

τειχιόεις, όεσσα, όεν. (Τέκω) muris et munitionibus instructus et cinctus, διὰ τὸ εὖ τετειχίσθαι. est epitheton urbis munitæ. Τίρυνθα τειχιόεσσαν, Β, 559. et 646, Γόρτυνα.

τειχίον, ου. τό. (Τέκω) murus vel paries vel septum circa aulam: munitio. non est deminutivum, sed derivativum, notans quodvis sepimentum circa aulam aut villam. ἐξῆλθεν μεγάρου, παρὲκ μέγα τειχίον αὐλῆς, exiit domo, et extra munitionem aulæ, non procul tamen ab ea, π, 165, 343, coll. 341, ubi id τειχίον vocatur τὰ ἕρκεα, quorum structura describitur ξ, 5—12.

τεῖχος, εος. τό. (Τέκω) murus; et in genere et proprie, quævis munitio manu facta, propugnaculum structum, *eine befestigung, (a fortification.)* deinde et, quodvis munimentum et præsidium firmum. est a τεύχω, struo, paro, armo. notantur, non lapidea præcise, sed et lignea aliaque mœnia. vox Germanica, *ein teich, (a dyke, dam,)* i. e. munitio inundanti flumini opposita, agger, apprime convenit huic Græcæ. διαπορθήσας τείχεα Θήβης, vastans, Β, 691, ubi per mœnia synecdochice tota urbs intelligitur. εἰσελθοῦσα πύλας καὶ τείχεα μακρὰ, intrans portas et munitiones altas, Δ, 34. et 308, πόλιας καὶ τείχεα ἐπόρθουν, expugnabant urbes munitas. et 378, ἱερὰ πρὸς Θήβης, nam omnis munitio antiquis erat res sacra, utpote tuens et conservans homines. et 407, λαὸν ἀγαγόντε ὑπὸ τεῖχος ἄρειον, sub vel ad murum firmiorem; neutrum ab ὁ ἡ ἀρείων, præstantior, vel, martius. sic et Ο, 736, ἠέ τι τεῖχος ἄρειον, ὅ κ' ἀνδράσι λοιγὸν ἀμύναι, qui perniciem arcere posset a viris. possit tamen et esse neutrum ab ὁ ἡ Ἄρειος, ad Martem pertinens, i. e. ad belli vim sustinendam. περὶ πτόλιν, αἰπύ τε τεῖχος, circa urbem et altum murum, Ζ, 327. et 388,

πρὸς τεῖχος ἐπειγομένη ἀφικάνει, ad murum festinans abit. et 434, ἔνθα μάλιστα ἀμβατός ἐστι πόλις καὶ ἐπίδρομον ἔπλετο τεῖχος, ubi facillimus est incursus in munitiones, *wo die festung am schwächesten ist, (where the works are weakest.)* Φειᾶς παρὰ τείχεσιν, Η, 135. et 436, τεῖχος ἔδειμαν, πύργους τ' ὑψηλούς, εἶλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν, murum ædificarunt et turres altas, ut sint defensio navium et Græcorum ipsorum: coll. 461—463, τεῖχος ἀναῤῥήξας (disrumpens) μέγα, ἀμαλδύνηται, funditus dejiciatur et solo æquetur. nam Græcos murum circa castra nautica sua ædificasse fingit poëta, non ex vero; ut et hac varietate poësin suam exornaret: et ne posteri eum arguere possint manifesti mendacii, quia reliquiæ tanti operis compareant nullæ; ideo Neptunum et Apollinem terræ motibus et inundationibus arenisque destruxisse et obtexisse vestigia ejus muri inducit. sic idem poëta, qui excogitavit hanc munitionem, eandem ἠφάνισεν. uno die a tot manibus structus erat tantus murus; paullo post uno die funditus periit: et ipse poëta non diu immoratur operi tam festinato; verioribus immoratur diutius. καὶ δὴ τεῖχος ἔδειμε, καὶ ἤλασε τάφρον ἐπ' αὐτῷ, Ι, 349, ubi Achilles de eodem muro loquitur, quod Agamemnon eum ædificari curarit, et fossam amplam duxerit ad et ante hunc murum. et 353, μάχην ἀπὸ τείχεος ὀρνύειν, pugnam procul a muro Trojano ciere, in campo. et 548, οὐδ' ἐδύναντο τείχεος ἔκτοσθεν μίμνειν, *konnten nicht das feld halten, (could not keep the field.)* ὅτε ἔμελλεν ὑπὸ πτόλιν αἰπύ τε τεῖχος ἵξεσθαι, cum subiturus erat munitiones urbis, Λ, 181. τεῖχος ὕπερθεν (τῆς τάφρου) εὐρὺ, τὸ ποιήσαντο νεῶν ὕπερ, Μ, 4, murus amplus ad fossam, quem pro navibus fecerant. et 12, μέγα τεῖχος ἔμπεδον ἦεν, firmum stabat. et 18, ἀμαλδῦναι, solo æquare murum, coll. 30. nam circa hunc locum narratur et destructio hujus muri, et causa ejus quod inconsultis diis eum struxerant Graii, 6—9, 17—32. quo poëta docet, εὐσέβειαν εἰς πάντα ὠφέλιμον, καὶ σὺν θεῷ πάντα πρακτέον. Neptunus per terræ motus, Apollo per inundationes ex imbribus et procellis orientes, destruxit: et sunt hi dii personificatæ naturæ rerum mundanarum. conf. Η, 455—463, 436—453. τεῖχος ἐΰδμητον, munitio bene ædificata, Μ, 36. et 90, ῥηξάμενοι. et 257, μέγα ῥήγνυσθαι, perrumpere; quæ phrasis sæpius circa eum locum repetitur, coll. 308. et 388, ἐπεσσύμενον τείχεος ὑψηλοῦ, ruentem eum contra murum altum; qui respectu turrium in eo inædificatarum altus vocatur: nam alias non nimis altus, ut patet ex 397, 398. ὕπερθεν τεῖχος ἐγυμνώθη, nudabatur viris, Μ, 399. et 438, ὃς πρῶτος ἐσήλατο, qui primus irrupit intra munitionem Græcorum. sic, ἐσᾶλτο, irruperat intra, Ν, 679. et 683, ὕπερθε ἐδέδμητο χθαμαλώτατον, ad eas partes ædificatus erat murus humillimus. et 727, ἐπεὶ Τρῶες κατὰ τεῖχος ἔβησαν, postquam murum transgressi erant, superarant. sic et, ἔβαινον, Ο, 384, super murum dirutum et jacentem, et ubi jam erat ὁδὸς ἱππήλατος per murum. ἐρέριπτο, dejectus erat murus, Ξ, 15. δύοντο δὲ τεῖχος ἀνάγκῃ, intrabant intra munitionem coacti, Ο, 345. et 361, ἔρειπε ῥεῖα μάλα, destruebat murum facillime Apollo, coll. 362—366, ubi eximie poëta de hac dejectione per Apollinem facta. et 391, τείχεος ἀμφεμάχοντο ἔκτοθι νηῶν, extra castra. et 395, τεῖχος ἐπεσσυμένους, murum cum impetu intrantes eos, ἐπελθόντας τῷ τείχει. et 567 vocatur defensio castrorum manu facta, ἕρκος χάλκειον, ob hastas et gladios quibus utebantur directis in hostem. hinc sumsit oraculum, ut Athenienses se munirent muris ligneis, i. e. navibus. μεσσηγὺ ποταμοῦ καὶ τείχεος ὑψηλοῦ, sc. Trojæ, Π, 397. et 512, ὑψηλοῦ ἀρὴν ἀμύνων, malum a muro alto ad salutem sociorum arcens: et genitivus est localis, ut stantem in muro notet. et 702, ἐπὶ ἀγκῶνος βῆ τείχεος ὑψηλοῖο, contra curvaturam muri vadebat, ut superaret et occuparet eam. τείχει ὑπὸ Τρώων, sub muro, ad murum, Ρ, 558. περὶ τείχεος, circa murum, ad munitionem nostram, Σ, 279. et 514, τεῖχος μὲν ἄλοχοι καὶ νήπια τέκνα ῥύατο (custodiebant) ἐφεσταότες καὶ ἀνέρες οὓς ἔχε γῆρας, mulieres et pueri et senes. μὴ καὶ τεῖχος ἐξαλαπάξῃ, Υ, 30, ne et ipsam urbem evertat. et 145, τεῖχος ἐς ἀμφίχυτον Ἡρακλῆος ὑψηλὸν, ad munitionem aggesta terra factam altam Herculis: ubi non murus lapideus innuitur, sed munitio castrensis vallo et fossa, *einen wall, verschanzung, (a rampart, intrenchment.)* Τρώων ὑπὸ τείχεϊ, sub muro, Φ, 277. et 295, κατὰ Ἰλίου κλυτὰ τείχεα, intra munitiones urbis. et 446, ἐγὼ Τρώεσσι πόλιν, καὶ τεῖχος ἔδειμα εὐρύ τε καὶ μάλα καλὸν, ἵνα ἄῤῥηκτος πόλις εἴη, inquit Neptunus; qui in sequentibus et antecedentibus hanc suam una cum Apolline ædificationem describit: coll. Η, 452. μέμβλετο γάρ οἱ (curæ enim erat ei) τεῖχος ἐϋδμήτοιο πόληος, μὴ Δαναοὶ πέρσειαν, ne Græci diruerent, Φ, 516. et 534, ἐς ἀλέντες, intra munitiones inclusi, coll. 531. et 536, ἐς ἅληται, irrumpat. et 540, οἱ δ' ἰθὺς πόλιος καὶ τείχεος ὑψηλοῖο ἔφευγον, recta ad urbem. et 608, πόλιος καὶ τείχεος ἐκτὸς μεῖναι. τείχεος ἆσσον ἴσαν, ad murum accedebant, Χ, 4. et 99, εἰ μέν κε πύλας καὶ τείχεα δύω, intro. et 237, τείχεος ἐξελθεῖν, exire extra munitiones. et 299, ἀλλ' ὁ μὲν ἐν τείχει, ille intra munitiones est. et 507, οἶος γάρ σφιν ἔρυσο (tutabaris illis solus) πύλας καὶ τείχεα μακρὰ, i. e. urbem. ἀμφιέλασε πόλει τεῖχος, ζ, 9. ἀγορὰς καὶ μακρὰ, η, 44. χάλκεον, ἄῤῥηκτον, κ, 4. et fortasse πέτρη ipsa erat hoc τεῖχος. ἱκόμεσθα πόλιν αἰπύ τε τεῖχος, ξ, 472. τεῖχος ὕψιον, Max. Tyr. diss. 2. munimentum tutius et firmius.

τείως, vide sub τέως.

τεκμαίρομαι, f. αροῦμαι. (Τέκω) finio, τελειόω: pro fine constituo, confirmo et ex dubitatione eximo, *ich setze fest, bezwecke, (I determine, appoint.)* τάδε ὧδε θεοὶ κακὰ τεκμήραντο, ista sic dii mala constituerunt et destinarunt, Ζ, 349. κακὰ φρονέων τεκμαίρεται ἀμφοτέ-

ρεῖς Ζεύς, H, 70, ubi κακὰ ad utrumque verbum pertinet: mala cogitans, mala definit et constituit utrisque, τελευτᾷ, *bestimmet, bezwecket, (appointed, determined.)* πομπὴν δὲ εἰς τόδε αὔριον τεκμαίρομαι, η, 317, deportationem hospitis in patriam suam, in proximum diem constituo, *setze die wegbringung auf den nächstkommenden tag hiemit feste, (I hereby appoint the next day for his conveyance home.)* inquit rex Alcinous ad Ulyssem. ἄλλην δ' ἡμῖν ὁδὸν τεκμήρατο Κίρκη, κ, 563, nobis aliud iter constituit illa. τότε τοι τεκμαίρομαι ὄλεθρον νηΐ τε καὶ ἑτάροις, λ, 111, tunc sane definio et definitam indico perniciem, et navi et sociis tuis; inquit Circe. sic et μ, 139. apud recentiores, sed non apud antiquissimum poëtam, notat hoc verbum σημειοῦσθαι, signis ostendere, ex signis observare, conjectare. sic apud Eurip. Hipp. 280, ὅδ' εἰς πρόσωπον βλέπων οὐ τεκμαίρεται; rem veram non deprehendit?

τέκμωρ, τό. (Τέκω) neutrum substantivum indeclinabile; finis, exitus, scopus, *abgesteckter zweck, (a fixed aim,)* τέλος, *das ende, ziel, (the end, aim.)* idem eodem modo dicitur τὸ τέκμαρ: et est a τέκω, pono, statuo, *ich stecke, beschlage, setze, (I fix, set, appoint.)* τοῦτο γὰρ ἐξ ἐμοῦ μέγιστον τέκμωρ, A, 526, hoc enim, annuere capite, ex me est maxima constitutio, et finis omnis dubitationis aut precationis; inquit Jupiter: τέλος πρᾶξιν. μαχήσονται, εἰσόκε τέκμωρ Ἰλίου εὕρωσιν, pugnabunt, donec finem et exitum Ilii inveniant, H, 30. I, 48, i. e. τὸ τέλος τῆς περὶ τὴν Ἴλιον μάχης. id quia variis modis evenire poterat, hinc nomen indeterminatum positum: vel capta urbe, vel bello per pactiones composito, vel rejectis omnino Græcis, etc. coll. 46, ubi proprius est finis quem Diomedes intendit; excidium Ilii. et 418, οὐκέτι δήετε τέκμωρ Ἰλίου, jam non invenietis finem Ilii constitutum, i. e. τὸ ἐν Ἀχαιοῖς σκοπιμώτατον τέλος, τὴν ἅλωσιν. sic et 681. ἵκετο τέκμωρ, N, 20, perveniebat ad finem sibi constitutum et propositum. hic locus maxime explanat hoc nomen: nam sermo est de proficiscente, quando venit eo quo voluit, et profectionis finem contingit. τοῖο εὕρετο τέκμωρ, hujus invenit finem, Π, 472, sc. hujus confusionis inter equos currui junctos; τέλος θεραπευτικὸν ἐπενόησε τῆς συγχύσεως ταύτης. nam equum letaliter vulneratum exsolvit celeriter ex loris: tunc reliqui duo equi se direxerunt, et in loris suis contenderunt trahendo currum. οὐδέ τι τέκμωρ εὑρεῖν δύνασαι, neque ullum exitum reperire potes, δ, 373. et 466, δύναμαι, nullum finem invenire possum hujus detentionis. Recentiores hoc nomen ponunt de signo: sed non Homerus.

τέκνον, ου. τό. (Τέκω) natus vel nata. idem ac τέκος. est et blandientis. τέκνον, τί κλαίεις, A, 362. Σ, 73, inquit mater ad Achillem, et 128, τοῦτό γε, τέκνον, ἐτήτυμον. sic eadem ad eundem, T, 29, μή σοι ταῦτα μελόντων, fili, ne tibi ista curæ sint. et Juno ad Vulcanum filium suum, τέκνον ἀγακλεές, Φ, 379, fili celeberrime. et Hecuba de Hectore, τέκνον, ἐγὼ δειλή· τί νυ βείομαι, curnam vivam, X, 431. ὦ μοι τέκνον ἐμόν, heu fili mi, inquit Thetis, A, 414. et mater Ulyssis, λ, 215. sic parens filium vel filiam, in vocativo, τέκνον ἐμόν, E, 382, 428. A, 785. T, 8, 342. X, 82. Ω, 128. α, 64. ι, 22. λ, 154. ω. 477. τ, 492. τέκνον φίλε, attice, et ad sensum, quasi diceret υἱὲ φίλε, X, 84. coll. 82, Hecuba ad Hectorem. et nutrix blandiens Telemacho, β, 363. τ, 22. υ, 135. eidem Helena, ο, 125. et 508, Theoclymenus senex eidem. Eumæus, π, 61. et 226, Ulysses personatus. Ulysses Achilli, I, 254. nutrix absenti Ulyssi, ὢ μοι ἐγὼ σέο, τέκνον, ἀμήχανος, τ, 363, quam anxia sum tui causa. eadem Ulyssi præsenti, χ, 420. et Penelopæ, ψ, 26, coll. 5, 70, 105. ἡμέτεραι ἄλοχοι καὶ νήπια τέκνα, *unsere weiber und unerzogene kinder, (our wives and infant children,)* B, 136. sic, Δ, 238. Z, 95. P, 223. Σ, 514, ubi mulieres et liberi imbelles disponuntur in muro, ut adsuescant terroribus bellicis, et suorum labores videant. νήπια, βαλλόμενα προτὶ γαίῃ, X, 63. ἀγλαὰ τέκνα, clari et illustres, Νομίονος, B, 871. Τρώων, Σ, 337. Ψ, 23. Neptuno, λ, 248, et 284. ἔτικτε τρία τέκνα, Z, 196. οὕτω νῦν, φίλα τέκνα, φυλάσσετε, K, 192, ita nunc, mei filii, excubias agite; ubi Nestor cum ducibus custodias obeuntibus, blanditur vigilibus. τέκνα καὶ γυναῖκας ἄλλοι ἄγουσι, I, 590. κακά, Ω, 252, ignavi; ubi sic Priamus increpat natos suos. et 542, σέ τε κήδων ἠδὲ σὰ τέκνα, te et natos tuos contristans. et 730, ἔχες δὲ ἀλόχους κεδνάς, καὶ νήπια, tuebaris, *erhieltest, (thou preservedst.)* τέκνα φίλα, mei filii, γ, 418, inquit Nestor ad suos. sed δ, 78, Menelaus ad duos hospites. θεῶν ἐρικυδέα, λ, 630, gloriosi nati deorum. τῷ δ' οὔτι (nequaquam) γυνὴ καὶ νήπια παρίσταται νοστήσαντι, adstant redeunti, μ, 42, i. e. nunquam redit. εὐφραίνοιτε γυναῖκας καὶ τέκνα, conjuges et liberos, ν, 45. ἐκ δὲ γυναῖκας ἄγον καὶ νήπια, ex capta urbe in servitutem, ξ, 264. ρ, 433. τῷ τέκνα τέκῃ φιλότητι μιγεῖσα, τ, 266, cui filios peperit ex congressu maritali; quod innuit, εὐνοίας ἐπίτασιν εἶναι ἀνδρὶ καὶ γυναικί, τὸ τέκνα τίκτεσθαι: quæ phrasis est χ, 324. de brutis quoque. στρουθοῖο νήπια τέκνα, B, 311, 315, 317. ἐλάφοιο, Λ, 113. τηλεκλυτὰ τέκνα ποδάργης, T, 400, de equis ex famosissima equa natis. αἰγυπιοί, οἷς τέκνα ἐξείλοντο ἀγρόται, π, 217.

τέκος, εος. τό. (Τέκω) natus vel nata, *ein kind, (a child.)* sæpe et blandientis senioris est compellatio ad juniorem, *mein kind, (my child.)* δεῦρο, φίλον τέκος, inquit Priamus ad Helenam, Γ, 162. τίς σε τοιάδε ἔρεξε, *wer hat dich so zugerichtet, (who hath served thee thus,)* inquit Διώνη ad filiam suam Ἀφροδίτην, E, 373. et Jupiter ad Dianam, Φ, 509. θάρσει Τριτογένεια, φίλον, Jupiter ad Minervam, Θ, 39. X, 183. iisdem blanditiis adloquitur Phœnix senex Achillem, alumnum olim suum, I, 437, 444. et Juno Venerem, Ξ, 190. Priamus

Hectorem, X, 38. et 56, ἐμὸν τέκος, nam φίλον est idem quod ἐμόν. sic Juno ad Vulcanum, Φ, 331. φίλον, Ω, 373, inquit Priamus ad ignotum sibi honestum juvenem. et Menelaus ad Telemachum, δ, 611. Eumæus ad herilem filium, π, 25, coll. 23. et anus nutrix ad Ulyssem, herum suum, τ, 474. et eadem ad Penelopen, ψ, 5, coll. 26, τέκνον φίλον. et τέκος in vocativo, sine adjecto, Nestor ad Achillem, Ψ, 626, coll. 627, φίλος. et Thetis ad Achillem filium suum, Σ, 95. et Alcinous ad filiam Nausicaam, ζ, 68. et nutrix Eurynome ad Penelopen, σ, 169. et Andromache ad filiolum suum, Ω, 732. et, ὦ τέκος, Priamus ad ignotum honestum, Ω, 425. Ulysses ad ignotam juvenculam, η, 22. et, Διὸς τέκος, in vocativo, 'Ατρυτώνη, E, 714. B, 157. Θ, 427. Φ, 420. et ad Minervam Achilles, A, 202. 'Αργυρότοξε, Φ, 229. et in accusativo, ὄφρα ἴδω φίλον τέκος, Σ, 63, ut videam filium meum. λίσσεό μιν ὑπὲρ πατρὸς καὶ τέκεος, supplica ei per patrem et filium suum, Ω, 467. et 36, τέκεϊ ᾧ, filio suo videndum. σὺν κτήμασι καὶ τέκεϊ ᾧ, cum fortunis et filio suo, δ, 175. αὐτῶν, καὶ τεκέων, ipsorum et liberorum suorum, Γ, 301. αὐτὸν ἔτρεφε (educavit) Θεανὼ ἶσα φίλοις τέκεσσιν, pro τέκεσι, æque ac filios proprios suos, E, 71. ὁ δέ μιν τίεν, ἶσα τέκεσσιν, N, 176. O, 551, æstimavit eum æque liberis suis. ὃν Τρῶες ὁμῶς Πριάμοιο τέκεσσιν τῖον, E, 535. κακὸν Πριάμοιο, X, 453. μαντεύεο σοῖσι, β, 178, vaticinare natis tuis. δαινύῃ παρὰ σοῖσι, epuleris apud tuos natos, ϑ, 243, coll. 251. ἡμῖν τεκέεσσί τε, nobis liberisque nostris, Γ, 160. σὺν τεκέεσσι, una cum natis, Δ, 162, qui captivi erunt. ἄστεϊ, καὶ, ϑ, 525. τεταρπόμενος τεκέεσσι, natis, ξ, 244. τέκος ἐλάφοιο, Θ, 248, natum cervæ. ἀμύνει οἷσι τέκεσσι, defendit natos suos, Π, 265, de crabronibus. λέων περὶ οἷσι, P, 133. δοῦναι τεκέεσσιν ἑοῖσιν, M, 222, de aquila. Vide sub τέλος, aliquanto sub initio.

τεκταίνομαι, f. ανεῦμαι. (Τέκω) fabricor, struo, paro. ὃς καὶ 'Αλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἀρχεκάκους, qui et Paridi ædificarat naves omnis mali initium facientes, E, 62, sc. ὁ Φέρεκλος. conf. Hesiodi Ἔργ. 263, 264. et id contra fata deorum: nam erat prædictum Trojanis oraculo, ne naves facerent, sed agros colerent, si obtinere velint felicitatem antiquam. μῆτιν τεκτήναιτο, consilium struere et componere posset, K, 19.

τεκτοσύνη, ης. ἡ. (Τέκω) fabricatio, ars fabricandi. est nomen generis, ex contextu determinandum. ἀνὴρ εὖ εἰδὼς τεκτοσυνῶν, ε, 250, vir peritus structurarum; et h. l. τὴν ναυπηγικὴν τέχνην notat.

τέκτων, ονος. ὁ. (Τέκω) artifex qui aliquid fabricatur et construit et ædificat. est nomen generis, varias constructionum species sub se comprehendens. deinde ponitur et metaphorice, τέκτων κακῶν, fabricator malorum, *ein unglücksstifter, (a worker of mischief.)* κεραξόος τέκτων, artifex qui ex cornu aliquid efficit, Δ, 110, ut videas, quem is τεχνίτην vocari τέκτονα, qui per epitheton εἰδικὸν determinandus est. ἐνήρατο τέκτονος υἱὸν, E, 59—63, ubi pluribus describitur is τέκτων, in specie ὁ ναυπηγὸς, coll. 62. ἦσαν ἐν Τροίῃ τέκτονες ἄνδρες, οἵ οἱ (qui ei) ἐποίησαν θάλαμον καὶ δῶμα καὶ αὐλὴν, Z, 315, ubi dicuntur οἱ οἰκοδόμοι, fabri murarii et lignarii et cæteri architecti. βλωθρὴν πίτυν (altam pinum) τέκτονες ἄνδρες ἐν ὄρεσιν ἐξέταμον πελέκεσι (dejecerunt securibus) νήϊον εἶναι, ut sit trabs navalis, N, 390. Π, 483, ubi de ναυπηγοῖς sermo, στάθμη δόρυ νήϊον ἐξιθύνει, τέκτονος ἐν παλάμαις δαήμονος, ὅς ῥά τε πάσης εὖ εἰδῇ σοφίης, ὑποθημοσύναις 'Αθήνης, O, 411, amussis trabem navalem rectam facit, in manu fabri periti; et ibi quoque sermo est de ναυπηγῷ. ejus enim ars est excellentior aliis fabris lignariis. κλυτὸς ἤραρε τέκτων, celeber faber lignarius aptare solet tigna, Ψ, 712, ubi de terrestri ædificatore. ἄνδρες νηῶν τέκτονες, ι, 126. τέκτων ξέσσεν (polivit) ἐπισταμένως, καὶ ἐπὶ στάθμην ἴθυνε, ρ, 340, ubi sermo est de poste ad januam. et φ, 43, οὐδὸν, limen januæ. τέκτονα δούρων, fabrum lignarium, ρ, 384, qui numeratur ibi inter honestiores homines, et inter δημιοεργοὺς, sive οἰκοδόμος sit sive ναυπηγὸς, qui invitari soleat ad epulum. et proprie quidem ὁ τέκτων est ὁ διακείμενος περὶ ἐπισκευὴν ξύλου, *ein zimmermann, (a carpenter.)* κλισίην (sellam commodam) ἥν ποτε τέκτων ἐποίησεν 'Ικμάλιος, τ, 56, ubi est artifex qui sellam confecit ebore et argento exornatam.

ΤΕ΄ΚΩ, (pro quo usus in præsenti dixit τίκτω) f. 1. τέξω. f. 2. τεκῶ, pario, gigno, *ich gebahre, zeuge, (I bring forth, beget:)* etiam de brutis, *ich hecke, (I breed.)* deinde in genere, procreo, pono, struo, paro, planto, *ich stecke, pflanze, decke, (I put, plant, cover;)* ut ex multis derivatis apparet. χαῖρε, γύναι, φιλότητι: περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ τέξεις ἀγλαὰ τέκνα, λ, 248. et 253, Πελίην τέκε (ἔτεκε) καὶ Νηλέα. et 257, ἑτέρους Κρηθῆϊ τέκε, nam Cretheus erat deinde legitimus maritus, sed antea vero pulcra Tyro cum Neptuno coierat, cui primos geminos in conjugio peperit. σὺ γὰρ τέκες (genuisti) ἄφρονα κούρην, E, 875, inquiunt dii ad Jovem de Minerva; et quidem proprie h. l. nam sine matre eam genuit. parens uterque dicuntur οἱ τεκόντες, οἱ γεννήτορες. Ζεὺς Μίνωα τέκε, N, 450. et 451, Μίνως δ' ἐτέκετο Δευκαλίωνα, attice media forma pro activa. τέκε δὲ ζείδωρος Ἄρουρα, sc. Erechtheum, B, 548, Tellus peperit eum. οὓς τέκεν αὐτὸς, O, 198. ὃς τέκε Πηλεγόνα, Φ, 159. Ναυσίθοος δὲ 'Ρηξήνορα, η, 63. & 55, τοκήων, οἵπερ ἔτεκον, 'Αλκίνοον, ubi apparet, de utroque parente dici verbum. sed κύειν matris est solius. μῆτερ, ἐπεί με ἔτεκες μινυνθάδιον, brevis ævi, A, 352. οὓς τέκεν 'Αστυόχη, B, 513. et 658, ὃν 'Αστυόχεια τῷ 'Ηρακλεῖ. et 714, τὸν ὑπὸ 'Αδμήτῳ τέκεν Ἄλκηστις. et 728, ὃν 'Ρήνη ὑπ' 'Οϊλῆϊ. et 820, ὃν ὑπὸ 'Αγχίσῃ 'Αφροδίτη. et 865, τὼ (eos ambos) Γυγαίη λίμνη, quæ ut mater personificatur. μήτηρ μὲν (Æneam) ὑπὸ 'Αγχίσῃ τέκε βουκολέοντι, E, 313, et hæc phrasis cum

ὑπὸ est Attica: cum dativo patris solo est communis phrasis. sic, ἔτικε τρία τέκνα Βελλεροφόντῃ, Z, 196, 199. et 22, οὓς νύμφη Βουκολίωνι. τὸν ῥ' ἔτεχ' (ἔτεκε) Ὑψιπύλη ὑπ' Ἰήσονι, H, 469. ἣ Πειρίθοον, Ξ, 318. et 492, τῷ ὑπὸ μήτηρ ἔτεκεν Ἰλιονῆα. τρεῖς. οὓς Ῥείη, O, 187. Ἀπόλλωνα ἣ Λητὼ, A, 36. ὃν νύμφη Νηΐς, Ξ, 444. Ἀχιλλῆϊ, τὸν ἀθανάτη μήτηρ, P, 78, *den, (whom.)* ἐπεὶ ἔτεκον υἱὸν ἀμύμονα, inquit Thetis de se, Σ, 55. Θεῶν ὤριστος ὃν εὔκομος τέκε Λητὼ, T, 413. ὅτε μὲν μήτηρ, Υ, 128. ὃν αὐτὴ, X, 87. et 234, οὓς Ἑκάβη καὶ Πρίαμος τέκε παῖδας. et 353, αὐτὴ, *ihren leiblichen sohn, (her own son.)* sic, ὅτε μὲν τέκον αὐτὴ, cum eum peperi ipsa, Ω, 210, et 255, ἐπεὶ τέκον υἷας ἀρίστους, quandoquidem genui præstantissimos; nam Priamus ibi loquitur. sic et 493. et de Peleo, 540, qui ἵνα παῖδα τέκεν παναώριον, genuit immature periturum, Achillem. Θόωσα δέ μιν τέκε νύμφη, α, 71. ἥ μ' ἔτεχ' ἥ με ἔθρεψε, β, 131. πέρι γάρ μιν ὀϊζυρὸν τέκε μήτηρ, γ, 95. δ, 325. ὅτε μιν μήτηρ, η, 198. μὲν πρῶτον, τ, 355. τὸν Ἀλφειὸς τέκε παῖδα, γ, 489. ε, 187. τὴν Ὠκεανὸς παῖδα, κ, 139. ἔτεκε δύο παῖδε, Ἀμφίονά τε Ζῆθόν τε, λ, 261. et 284, αὐτῷ ἀγλαὰ τέκνα. ἥ μιν (quæ eam Scyllam) τέκε πῆμα βροτοῖσι, μ, 125. ὃν τέκεν Ὀδυσσεὺς, ξ, 174. μήτηρ, ἣ τέκε τέκνα, de passere, B, 313, exclusit pullos. sic et de equis vel equabus, Π, 150. Υ, 225. ὃν τέκομεν σύ τ' ἐγώ τε δυσάμμοροι, inquit Andromache versus mortuum maritum de filio communi, X, 485. Ω, 727. ἐπεί κε τέκωσι τοκῆες, Θ, 554, quam primum genuerunt parentes. τῷ (ἀνδρὶ) τέκνα τέκῃ φιλότητι μιγεῖσα, τ, 266, cui liberos pepererit; conf. τέκνα. ἐπεὶ οὔ κε κακοὶ τοιούσδε τέκοιεν, δ, 64, siquidem viles homines haudquaquam tales gignere possint. τέκοι δέ με Ἥρη, N, 826, peperissetque me Juno. φῆ, δοιὼ τεκέειν (τεκεῖν) ἡ δ' αὐτὴ γείνατο πολλούς, Ω, 608, dixit, Latonam peperisse duos tantum, nam ipsa pepererat multos, sc. Niobe. τί νύ σε ἔτρεφον αἰνὰ (pro αἰνῶς) τεκοῦσα, cur tandem te educabam, postquam infeliciter peperi, A, 414, inquit Thetis. et 418. κακῇ αἴσῃ τέκον σε, malo fato peperi te. θρέψασα τεκοῦσά τε μήτηρ, μ, 134. τόν ἀθάνατος τέκετο Ζεὺς, B, 741, quem genuit. et 742, τὸν ὑπὸ Πειριθόῳ τέκετο κλυτὸς Ἱπποδάμεια. με πρεσβυτάτην τέκετο Κρόνος, inquit Juno, Δ, 59. υἱὸν δὲ οὐκ ἄλλον πατὴρ, E, 154. et 546, ὃς Ὀρσίλοχον. ὁ δὲ Γλαῦκον, Z, 154. ὃν Ζεὺς, Ξ, 434, ubi Jupiter dicitur genuisse Xanthum fluvium. sic et Φ, 2. Ω, 693, nam fluvius est διϊπετής. Δάρδανον πρῶτον Ζεὺς, Υ, 215, sic de patre, 219, 230, 236, 237, 239, 240, ubi simul vides, activam et mediam formam esse ejusdem notionis: et circumlocutio ejusdem rei est 231, ἐκ Τρωὸς ἐγένοντο παῖδες. τούς μοι Λαοθόη τέκετο, X, 48. Μάντιος (ὁ) τεὺς, ο, 249. υἱέϊ, ὃν τεκόμεσθα, ψ, 61, quem habemus natum ex nobis, non adoptivum aut adsumtum. sic, οἷ μεν, ω, 292. X, 53. ὡς μὴ ὤφελλε τεκέσθαι, utinam non genuisset, X, 481, active. τόνδε ἐμὸν φασὶν πατέρα εἶναι, ἠδὲ τεκέσθαι, sc. μὲ, δ, 387. τέκνα τεκέσθαι, liberos parere, χ, 324. ὅτε ἔμελλε Ἀλκμήνη τέξεσθαι, cum paritura erat, T, 99. ἡ ἐπίτεξ, εκος, fœmina partui vicina, it. parturiens, Herodotus, I, 108, 111. vox Lexicis omissa.

τελαμὼν, ῶνος. ὁ. (Ταλάω) lorum latum, quo portabatur clypeus, vel gladius accinctus, vel aliud. est a ταλάω, mutato priore α in ε. ὁ βαστακτικὸς ἢ καρτερικός. τελαμὼν ἀσπίδος, B, 388, ubi est ἀναφορεὺς clypei, λῶρος πλατὺς, δι' οὗ ἀνεφέρετο ἡ ἀσπίς. nam Homeri ævo clypei nondum habebant πόρπακας ἀλλὰ ὑπὸ τελαμώνων διῳκοῦντο: postea in locum horum loreorum τελαμώνων successere οἱ πόρπακες lignei, qui et ὄχανα dicti. ὑπὸ πλατέος τελαμῶνος ἀσπίδος, E, 796. et 798, ἀνίσχων τελαμῶνα, *da er den riemen in die höhe hub, (raising up the rein.)* ἀργύρεος τελαμὼν ἦν, lorum clypei argento inductum vel distinctum, Λ, 38. sic, ἀργύρεον, Σ, 480, τελαμῶνα περὶ στήθεσφι φαεινὸν ἀσπίδος, M, 401, splendidum, ob argenteum ejus colorem. ἀπὸ ὤμων ἀσπὶς σὺν τελαμῶνι χαμαὶ ἔπεσε, Π, 803. de balteo, quo gladius portatur, est H, 304, ξίφος σὺν κολεῷ καὶ εὐτμήτῳ τελαμῶνι, gladium cum vagina et scite facto balteo, scite secto. sic et Ψ, 825. μαχαίρας χρυσείας ἐξ ἀργυρέων τελαμώνων, Σ, 598, gladios auro ornatos ex argentatis balteis pendentes. χρύσεος ἦν τελαμὼν, λ, 609—613, ubi balteus Herculis mira arte factus describitur, auro inductus vel distinctus, *mit golde gesticket voll figuren, (embroidered with figures in gold.)* qui 608 per synonymiam vocatur ἀορτὴρ ἀμφὶ περὶ στήθεσσι, de utroque, clypei et gladii loro, est Ξ, 404, δύω τελαμῶνε περὶ στήθεσσι τετάσθην, ὁ μὲν σάκεος, ὁ δὲ φασγάνου. ut ergo appareat, etiam clypei ἀναφορέα cinxisse pectus, sicut balteus a dextro humero ad sinistrum femur dependebat. deinde notat idem nomen etiam in genere ἱμάντα, lorum: δησάμενος τελαμῶνι παρὰ σφυρὸν, P, 290, cum vinxisset eum loro circa malleolum pedis, ut mortuum abstrahere posset: πλατεῖ ἱμάντι. Vide sub ἀορτήρ.

τελέθω, (Τέλλω) sum, perfectus sum: præsum: dignus sum: facio vel fio. est a τὸ τέλος, finis, perfectio, imo a τελῶ, i. e. ποιῶ, ὑπάρχω, per paragogen: sicut a νέμω est νεμέθω. non ergo est simpliciter idem quod εἰμί. νὺξ δ' ἤδη τελέθει, nox jam regnat, H, 282, 293. θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων ἔργοισιν τελέθει, η, 52, vir constans et animosus in omnibus rebus melior et præstantior est. ἵνα ἄνδρες ἀριπρεπέες τελέθουσι, ubi viri valde decori apparent et quasi regnant, I, 441, sc. in pugnis et in concionibus. Λυκίων ἀγοὶ, οἵπερ τὸ πάρος ζαχρηεῖς τελέθουσι M, 347, qui et alias magno impetu rem gerunt. ζαφλεγέες, valde splendidi conspiciuntur, et florent, Φ, 465. οἷαι νέου ἀνδρὸς ὑπερβασίαι, Ψ, 589, qualia juvenis errata et extravagantiæ quasi, exoriuntur, *wie stark seine ausschweiffungen sind,*

(how great his aberrations are.) ἵνα ἄρνες ἄφαρ κεραοὶ, ubi agni statim cornuti fiunt, δ, 85. οἵτε μάλιστα κήδιστοι, Θ, 583, qui maxime curæ esse solent. ἄνθρωποι δὲ μινυνθάδιοι τελέθουσι, τ, 328, sunt brevis ævi. Θεοὶ, ξείνοισι ἐοικότες, παντοῖοι τελέθοντες, ἐπιστρωφῶσι πόληας, ρ, 486, dii, peregrinis assimilati, sub varia figura et dignitate apparentes, perambulant urbes, alias ut pauperes, alias ut magnates, etc.

τέλειος, εία, ειον. (Τέλλω) perfectus, integer, adultus plene. scribitur et τέλεος, έα, εον. ἀρνῶν κνίσσης, αἰγῶν τε τελείων, Α, 66, nidore agnorum adultorum et caprarum adultarum, simul et perfectarum omnibus numeris. nam diis perfectissimis debentur talia, et sermo est de sacrificio. sic et, βοῶν αἰγῶν τε τελείων, Ω, 34. αἰετὸν, τελειότατον πετεηνῶν, Θ, 247. Ω, 315, τὸν ἐπιτελεστικότατον, qui certissima facit auguria: simul fortasse et, τὸν ἐν ὑπεροχῇ καὶ ἀξιώματι, τὸν βασιλικώτατον: sed prius est verius. τελεία ἀρὰ, imprecatio effectum suum nanciscens, Æschyl. Sept. c. Th. 838. τέλεια πάθη, summæ calamitates, ibid. 857, τὰ ἔσχατα καὶ ὑπερβολὴν οὐκ ἔχοντα. Vide sub τέλος paullo ab initio.

τελείω, (Τέλλω) ionice et poëtice pro τελέω. ad finem et effectum perduco. χαρίεντα δὲ ἔργα τελείει, de aurifabro, efficit opera pulcra, ζ, 234. ψ, 161. Θεοὶ δ' ἐτέλειον ἐπαρὰς, imprecationes evenire faciebant, Ι, 456, *haben die flüche in die erfüllung gehen lassen, (have caused the imprecations to be fulfilled.)* Διὸς δ' ἐτέλειον ἐφετμὰς, Ο, 593, Jovis mandata peragebant. ἦ μέν σοι τάδε πάντα τελείεται, ὡς ἀγορεύω, certe quidem tibi ista omnia evenient sicut dico, ξ, 160, ubi est f. 2. m. significatu passivo, pro τελεῖται, ex τελέεται producto priore ε. sic et τ, 305. et 561, οὐδὲ πάντα τελείεται ἀνθρώποις, non omnia somnia eventum habent apud homines; ubi est præsens passivi a τελείω. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλὴ, Jovis voluntas effectui dabatur, Α, 5. λ, 296, ἐπληροῦτο τὸ πεπρωμένον: conf. βουλή.

τελεσφόρος, ου. ὁ ἡ. (Φέρω) usque ad finem et consummationem ferens, ad effectum tendens et finem destinatum adferens. est epitheton anni, ὃς τὰ κατ' αὐτὸν πάντα εἰς τέλος ἄγει ἐντελέστατον, διὰ τῶν τεσσάρων ὡρῶν: deinde est et epitheton in genere omnium, quæ ad effectum certum perveniunt, e. c. ἐλπὶς τελεσφόρος, spes quæ impletur; λόγος τελεσφόρος, ὁ εἰς ἔργον ἀπεκβὰς, si id fit quod dictum est. sic vindicta et justitia divina dicitur τελεσφόρος, διὰ τὸ αὐτῆς ἐνεργὸν καὶ πρακτικὸν καὶ ἐν πᾶσι διῆκον. τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτὸν, in annum completum, *ein volles jahr lang, (a whole year,)* Τ, 32. δ, 86. κ, 467, coll. 469. ξ, 292. ο, 230, et dicitur sic, ὁ πᾶν ἀγαθὸν τὸ ἐκ γῆς εἰς τέλος ἄγων τῇ περιτροπῇ (circumvolutione sua) καὶ μηδέν τι ἐλλείπων. Pingi solebat talis annus ut ἀνὴρ τετράπηχυς (quatuor cubitos seu brachia habens) λαμπρῶς ἐσκευασμένος τραγικώτερον ἐν προσωπείῳ (cum persona) καὶ φέρων χρυσοῦν Ἀμαλθαίας κέρας. τελεσφορεῖν est, εἰς τέλος ἄγειν, *zur vollendung und reife bringen, (to bring to completion and maturity.)*

τελετὴ, ῆς. ἡ. (Τέλλω) finis, exitus, *das ende, (the end.)* sed apud recentiores est vox sacra, et notat, solemnem celebrationem festi diei, vel sacri alicujus. deinde, specialius etiam, mysteria Cereris et Proserpinæ sic vocata. Vide sub τέλος, aliquanto ante medium.

τελευτάω, f. ήσω. (Τέλλω) finio, ad finem et metam perduco, impleo. *ich ende, vollende, vollziehe, bringe zum ziel, (I end, finish, accomplish, bring to a conclusion.)* οὐ Ζεὺς ἄνδρεσσι νοήματα πάντα τελευτᾷ, Σ, 328, *erfullet den leuten nicht alle ihre wünsche und vorsatze, (does not fulfil all their wishes and designs.)* ὡς ἠρᾶτο, καὶ αὐτὴ πάντα τελεύτα, sic precabatur, sc. Minerva personata, et ipsa rata faciebat et efficiebat ea omnia, γ, 62. de ædificatione navis est ε, 253, ἐτελεύτα, absolvebat opus. οὐδὲ ἠρνεῖτο γάμον οὐδὲ τελεύτα, ω, 125, *schlug die vermählung nicht gerade zu aus, machete aber auch keine anstalt zur vollziehung, vollzog sie nie, (neither positively rejected the match, nor took any steps for bringing it about.)* ταῦτά σοι, ὦ δύστηνε, τελευτήσω τε καὶ ἔρξω, hæc tibi, O miser, efficiam et operabor, λ, 80. εἰ ἐτεὸν δὴ πάντα τελευτήσεις ὅσα ὑπέστης, si re vera tamen omnia efficies, quæ recepisti in te facturum, Ν, 375, i. e. τελέσεις. εἰ Ζεύς σφιν πρὸ γάμοιο τελευτήσει κακὸν ἦμαρ, ο, 523, an is vobis ante nuptias et loco earum efficiet malum diem, i. e. mori vos faciet. ταῦτά σοι πάντα τελευτήσουσιν Ἀχαιοὶ, hæc tibi omnia conficient illi, β, 306, ἐκτελέσουσι. et 275, οὔ σε ἔολπα τελευτήσειν ἃ μενοινᾷς, non sperem te effecturum quæ cogitas. ἐπεὶ ὤμοσέν τε, τελεύτησέν τε τὸν ὅρκον, Ξ, 280. β, 378. κ, 346. sic et τελεύτησαν, μ, 304. ο, 437, *diesen eid völlig abgeleget hatte, (had duly taken this oath,)* conf. ὅρκος. ὄφρα τάχιστα τελευτήσω τάδε ἔργα, Θ, 9, i. e. τελειώσω, *vollenden möge, (may perform.)* ἐπὴν δὴ ταῦτα τελευτήσῃς τε καὶ ἔρξῃς, si effeceris ista, α, 293. αἴθε, ὅσα εἶπε, τελευτήσειεν ἅπαντα Ἀλκίνοος, η, 331, utinam omnia, quæ dixit, re ipsa efficiat rex, *O dass er doch alles ins werk setzen müsse, (O that he may accomplish it all.)* αἲ γὰρ τοῦτο τελευτήσειας ἐέλδωρ, φ, 200, utinam hoc desideratum efficias mihi. ἐλπωρή σοι ἔπειτα, τελευτῆσαι τάδε ἔργα, β, 280, coll. 275. ἡμῖν εὐχομένοισι — τάδε ἔργα, γ, 56, nobis precantibus perficere has res. ταῦτα τελευτήσας ἐνεόμην, cum hæc fecissem, redibam, δ, 585. ρ, 148. ὃ οὔποτε ἔγωγε τελευτήσεσθαι ἔφασκον, quæ ego effectum iri nunquam putaram, Ν, 100, ἀποτελεσθῆναι. τῇ περ δὴ καὶ ἔπειτα τελευθήσεσθαι ἔμελλεν, Θ, 510, i. e. ταύτῃ τῇ βουλῇ, hac (posterius memorata) ratione sane et deinde futurum erat ut efficeretur destinatum. ὅς μοι ἔφη τάδε πάντα — ὀπίσω, ι, 511, qui mihi dicebat ista omnia eventura esse. πρίν γε τὸ Πηλείδου τελευτηθῆναι ἐέλδωρ, Ο, 74,

priusquam hoc Pelidæ desideratum votum effectui datum sit, *erfüllet seyn wird*, *(shall be fulfilled.)* καὶ γὰρ ἐκείνῳ φημὶ τελευτηθῆναι ἅπαντα, β, 171, ei enim aio perfecta esse omnia, *alles erfüllet zu seyn was ihm geweisaget worden*, *(that all is fulfilled which was foretold to him.)* Vide sequens.

τελευτὴ, ῆς. ἡ. (Τέλλω) finis, exitus, completio, *die vollendung, das ende*, *(the completion, the end.)* et notatur hac voce τὸ τέλος παντὸς πράγματος, et τελευτᾷν est πληροῦν, εἰς τέλος ἄγειν. post Homerum cœpit hæc vox, simpliciter posita, mortem significare. cæterum est a τελετὴ, interposito ut solet υ. βιότοιο τελευτὴ, i. e. ὁ θάνατος, H, 104. Π, 787, *des lebens ende*, *(the end of life.)* hinc sumtus recentiorum significatus per ellipsin. οὔ μοι δοκεῖ μύθοιο τελευτὴ τῇδέ γε ὁδῷ κρανέεσθαι, I, 621, non videtur mihi, hac saltem via, finis et effectus consilii nostri impetrandus; conf. κραίνω. *auf der reise kommen wir nicht zu unserm ziele*, *(by the journey we shall not attain the object.)* οὔτε ἀρνεῖται γάμον, οὔτε τελευτὴν ποιῆσαι δύναται, α, 249. π, 126, non recusat præcise nuptias, nec tamen consummationem earum facere potest, εἰς τέλος ἄγειν τὸν γάμον οὐκ ἐθέλει, *will sie nicht vollziehen*, *(she will not consummate.)* ergo τελευτὴ est τὸ τέλος τοῦ ἔργου.

τελέω, f. έσω. (Τέλλω) efficio, ad finem perduco, perfecte facio. *ich bestelle, vollende, bringe zum ziel, wirke, mache wirklich*, *(I do, perform, complete, effect, render efficient.)* τελέωμεν μῦθον, δ, 776, effectui demus id consilium captum. κεῖθι πολέας τελέοντες ἀέθλους ἥμεθα, γ, 262, ibi sedebamus, i. e. morabamur, multos exantlantes labores, *die wir viele kämpfe auszustehen hatten*, *(who had to endure many hardships.)* νῆας, αἵ κεν τελέοιεν ἕκαστα, ι, 127, naves, quæ efficere possent quæque, vel, quæ finire possent diversa, et transeundo perfecte jungere. conf. ἕκαστος. nam ἕκαστος est nomen partitivum; et h. l. notat, huc, illuc, in partes diversas et remotas: et τελεῖν est in specie, finire iter, ad finem aliquem constitutum pervenire, peragere. ὅτε δὴ ἵπποι πύματον τέλεον (ἐτέλεον) δρόμον, Ψ, 373, 768, cum finire vellent ultimum cursum, cum in eo erant ut attingerent metam. πάντα γὰρ ἤδη σοὶ τελέω (fut. 2. pro τελῶ, distracto circumflexo) τὰ πάροιθεν ὑπέστην, Ψ, 20, 180, omnia enim jam tibi persolvam et effectui dabo, quæ olim suscepi in me facienda. sic, ταῦτα μὲν δὴ οὕτω τελέω, ὡς σὺ κελεύεις, λ, 485, ista quidem sane sic perficiam ut tu jubes: et initio hujus versus est ‒ ◡ ‒ loco ‒ ‒. ἦ τάχα σοὶ τελέω κακὸν, σ, 388, certe pæne tibi illaturus essem malum, *gewiss bald solte ich dich unglücklich machen*, *(I should certainly have soon brought misfortune upon thee.)* ὧδε γὰρ ἠπείλησε Κρόνου παῖς, εἰ τελέει περ, pro εἴπερ, siquidem effectui daturus est eas minas, Θ, 415, *wenn er es anders wirklich machen wird*, *(if, however, he will carry it into effect.)* et hoc dicit pro Jove: si perficit minas, et nisi sunt minæ tantum, tunc hoc et illud faciet vobis: et sensus est, si vos cogitis eum ut minas effectui det; tunc id re vera fiet. ἀλλὰ τὸ μὲν τελέει, τὸ δὲ καὶ μεσσηγὺ κολούει, Υ, 370, i. e. τελειώσει cui opponitur τὸ κολούειν, aliud pleno effectui dabit, aliud in medio intervallo mutilum relinquet, coll. 369, οὐ πᾶσι μύθοις τέλος ἐπιθήσει, summam imponet perfectionem. τελέει δὲ ὁδὸν οὔποτε ταύτην, β, 256, iter nunquam perficiet. σοὶ αὐτὸς πέφραδε, ὅπως τελέει, tibi ipse exposuit, quomodo effecturus sit, τ, 557. αὐτοῦ ὑπὸ σκήπτρῳ λιπαρὰς τελέουσι θέμιστας, I, 156, 298, ejus sub sceptro splendido solvent tributa, quæ et nos jura solemus vocare. sic exponunt multi. sed præstat fortasse: ejus sub sceptro et regimine splendidos et felices exercebunt mores, *werden, herrlichen sitten gemäs, ihr leben anstellen*, *(will regulate their lives by elegance of manners.)* πεζοὶ δὲ μενοίνεον, εἰ τελέουσι, M, 59, pedites vero cupide tentabant, si id effecturi essent ut transirent. ut ergo sæpe τελεῖν sit, a termino aliquo progredi ad alium destinatum terminum; sicut de navibus ex ι, 127, vidimus: ubi ἕκαστα possit elliptice esse, εἰς ἕκαστα, in singula diversa loca. possit tamen loco ex M jam citato, verbum in genere notare, si effectui rem cœptam daturi sint: ut hinc τὰ τέλη sint τὰ τάγματα, quasi τῶν ἐν μάχῃ ἔργων ἐπιτελεστικὰ, quæ in expeditione militari res gerunt. ἀλλ' ἔτι πολλὰ θεοὶ τελέουσι πάροιθεν, ζ, 174, sed ulterius multa dii facturi sunt ante, et statuturi adversus me, decreto suo. εἰ μὲν δὴ γῆράς γε θεοὶ τελέουσιν ἄρειον, ψ, 286, si quidem vero dii constituturi tibi sunt senectutem meliorem, quam 283 vocavit λιπαρὸν γῆρας. ἐγὼ δέ κε καὶ τὸ τελέσσω, ob metrum pro τελέσω, Ψ, 559, tunc sane ego ei et hoc præstabo et persolvam, *auch das geben*, *(give that also.)* αἴθε οὕτως ἐπὶ πᾶσι χόλον τελέσει Ἀγαμέμνων, utinam sic in omnibus aliis iræ suæ satisfaciat ille, Δ, 178, nisi ibi legendum in optativo, τελέσειε, per apocopen τοῦ ε. ὄφρα ἐτέλεσσα (duplici Sigma ob metrum) donec absolvi eam ædificationem, ψ, 192. et 199, de structura spondæ lecti. ἐσθλὸν τι ἔπος οὐδέπω εἶπας, οὐδὲ ἐτέλεσσας sc. ἐσθλόν τι ἔργον, A, 108, *hast nie was edles geredet, noch gethan*, *(thou hast never said or done any thing noble.)* σὺ δὲ οἱ νόον οὐκ, tu vero ei id votum non effecisti, Ψ, 149, *hast seinen wunsch nicht erfüllet*, *(hast not fulfilled his wish.)* εἴπερ γὰρ αὐτίκα Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσε, ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ, Δ, 160. 161, etiamsi non statim deus id effectui dedit, attamen post id efficiet. ὅρκια μὲν Ζεὺς οὐκ ἐτέλεσσε, fœdus quidem pacis Jupiter non firmum et constans esse voluit, H, 69, ubi vide Ζεὺς in R. οὐδὲ ἐτέλεσσε, φέρων δοῦναι τεκέεσσιν, M, 222, *er erreichete seinen zweck nicht, es seinen jungen zu bringen*, *(she could not accomplish her intention of carrying it to her young,)* de aquila anguem ferente, coll. 220. recentiores hinc dixerunt, ἀποτελεσματικὴν,

τὴν περὶ τοὺς ὄρνιθας ἐπιστήμην, *die wissenschaft aus dem vogelfluge die erfüllung seiner absichten und vorhaben zu weissagen, (the science of prophesying the accomplishment of designs and plans by the flight of birds.)* ὃν ὑποστὰς οὐκ ἐτέλεσσε, quam mercedem pactus non persolvit, Φ, 457, hinc τελέσματα dicta τὰ φορολογήματα, *zölle und abgaben, (taxes and imposts.)* μόγις δ' ἐτέλεσσε Κρονίων, vix tandem finem destinatum nobis concessit deus, γ, 119, i. e. τὸ τέλος ἐπήγαγε, οὗ ἕνεκα ὁ πόλεμος Τρωϊκὸς, *hat uns mit vieler mühe zum zwecke kommen lassen, (with difficulty permitted us to accomplish our object.)* ὅτε δὴ τρίτον ἦμαρ ἐτέλεσεν Ἠὼς, ε, 390, ubi ἡ Ἠὼς ut dea μυθικὴ σωματικῶς intelligenda, cujus ἀποτέλεσμα (effectus, *wirkung*) *(effect)* est ἡ ἡμέρα quam adducit, *hat den dritten tag hervorgebracht, (brought on the third day.)* sic et ι, 76. κ, 144. ἐπεὶ θεὸς ἐτέλεσε φιλοτήσια ἔργα, postquam peregerat opus maritale, λ, 245. ἄλλα, ἅ οἱ οὐκ ἐτέλεσσε Κρονίων, χ, 51, quæ ei ad effectum deducere non permisit Jupiter. τῷ δ' οὐκέτι δῶρα ἐτέλεσσαν Αἰτωλοὶ, I, 594, ei tamen nondum persolverant et re ipsa dederant dona Ætoli, οὐκέτι εἰς τέλος ἤγαγον ἢ ἐτελείωσαν. hinc recentiores fecere τὸ τελεῖν verbum φορολογικὸν, ut dicerent, οὗτος ἐτέλεσε τοῦτο, *hat das gezollet und bezahlet, (has paid it.)* ἄτερ καμάτοιο τέλεσσαν, sc. τὸν πλοῦν, sine ærumna absolverunt navigationem, η, 325, i. e. ἀπήνυσαν, nam ἀνύω est τελειόω, *ich vollende, (I accomplish.)* οὐδὲ ἐτέλεσαν, ν, 212, neque in ea re propositum suum obtinuerunt. εἰσόκε πᾶσαν δωτίνην τελέσω, λ, 351, donec totam donationem confecero et ordinavero plenarie: cui opp. τὸ κολούειν, nam τὸ κολοβὸν et τὸ ἐντελὲς sunt opposita. ἔχει κότον, ὄφρα τελέσῃ, tenet iram, donec perficiat et ad propositam vindictam perducat eam, A, 82. et 523, ἐμοὶ ταῦτα μελήσει ὄφρα τελέσω, mihi hæc curæ erunt ut efficiam. δείδω, μὴ δή μοι τελέσῃ ἔπος Ἕκτωρ, metuo, ne sane mihi in effectum deducat verbum suum Hector, quod contra me minatus est, Ξ, 44. αἴκε τελέσῃς τοῦτο ἔπος, si faceres id quod te facturum dicis, Ψ, 543. αἴ κε Ζεὺς ἄντιτα ἔργα τελέσῃ, si quando Jupiter facta ista velit rependere facientibus, ρ, 51, 60. ὅτε δὴ καὶ λυγρὰ θεοὶ τελέσωσι, σ, 133, si tamen et tristia dii immittunt et tribuunt. μὴ δή μοι τελέσωσι θεοὶ κακὰ κήδεα θυμῷ, Σ, 8, ubi deest, δείδω, metuo, ne sane nunc paraverint malas ærumnas animo meo dii, confecerint, tribuerint. ταῦτά κέ οἱ τελέσαιμι, I, 157, coll. 299, ταῦτά κέ σοι τελέσειε, hæc tibi tribuet et persolvet, *das alles würde er dir geben, (he would give thee all this.)* τίς κέν μοι τόδε ἔργον ὑποσχόμενος τελέσειε, quis tandem mihi hanc rem suscipiat et perficiat, K, 303. εἴθε αὐτῷ Ζεὺς ἀγαθὸν τελέσειε, β, 34, utinam ei Jupiter bene cedere jubeat id quod destinat. ὃ μὴ τελέσειε Κρονίων, quod ne fieri sinat deus, δ, 699. sic, μὴ τοῦτο θεὸς τελέσειε, *das lasse doch Gott nicht wirklich werden, (God grant that it may not come to pass,)* ρ, 399. υ, 344. τὰ δέ κεν θεὸς ἢ τελέσειε, ἤ κε ἀτέλεστα εἴη, Θ, 570, ista vero deus aut fieri jubeat, aut nunquam fiant, prout visum est ei. ὅπως φρεσὶ μενοινᾷς, ὥς σοι Ζεὺς τελέσειε, *wie du in deinem herzen wünschest, so wolle es dir Gott erfullen, (God grant that the wishes of thy heart may be fulfilled,)* ο, 112. et 195, πῶς κέν μοι ὑποσχόμενος τελέσειας μῦθον ἐμὸν, *woltest du wohl etwa das, was ich sagen will, über dich nehmen, und es mir zu gefallen wirklich thun? (wouldst thou undertake that which I shall say, and carry it into effect to oblige me?)* et res illa, quam vult fieri, est 199. et 203, συμφράσατο ἑῷ θυμῷ, ὅπως οἱ κατὰ μοῖραν ὑποσχόμενος τελέσειε, deliberabat animo cum suo, quomodo ei hoc in se susciperet et perficeret apto modo. αἳ γὰρ τοῦτο, ξεῖνε, ἔπος τελέσειε Κρονίων, υ, 236, utinam quidem, O hospes, hanc rem effectam daret, et hoc verbum tuum re ipsa firmaret. καί κέ σοι ἡμεῖς ταῦτά γ' ὑποσχόμενοι τελέσαιμεν, N, 377, et sane etiam nos tibi hæc polliceremur et re ipsa præstaremus, sc. ea quæ sequuntur 378, in opp. ad ea quæ pollicitus ei erat Priamus, 376. et est eo loco acerbissima irrisio mortui herois. τέλεσόν μοι ὑπόσχεσιν, ἥνπερ ὑπέστης, effice mihi promissum quod recepisti in te, κ, 483. τελέσαι δέ με θυμὸς ἄνωγεν, εἰ δύναμαι τελέσαι γε, καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστὶ, Ξ, 195, 196. Σ, 426, 427, efficere enim me id tibi, animus impellit, si quidem valeo ad efficiendum, et si res ipsa talis est quæ fieri potest. sic et ε, 89, 90. ὁπότε κεν δὴ Ζεὺς ἐθέλῃ τελέσαι, quandocunque tandem Jupiter velit id fieri, Σ, 116. X, 366. ἐμὲ ἄνωγας ἀμήχανον ἄλλο τελέσαι, Ξ, 262, jussisti me aliud valde difficile efficere. μέλλει βροτὸς ἀνδρὶ τέλεσσαι, Σ, 362, mortalis alteri mortali persoluturus certe est, quæ debet; et oppositio ibi hæc est: si homo mortalis potest ulcisci injuriam suam, et plene rependere alteri; quidni ego, tanta dea, id non facerem. οἷα ἐπιεικὲς ἔργα εἶναι ἀθανάτων, μηδὲ βροτὸν ἄνδρα τελέσαι sc. τοῖα, ἐπιεικές ἐστι, T, 22, qualia congruum est opera immortalium esse, et non mortalem talia perficere. τελέσαι τάφον Ἕκτορι, plene perficere sepulturam ei, Ω, 660, *dass ich die beerdigung ihm vollziehen soll, (that I shall perform his funeral obsequies.)* οἷος ἐκεῖνος ἔην τελέσαι ἔργον τε ἔπος τε, β, 272, qualis ille erat facere opus et verbum, i. e. οἷος ἦν ἔργῳ καὶ λόγῳ: nam ἔργον τελέσαι est, ἀπαρτίσαι τὸ ἐγχειρηθὲν, λόγον vero, τὸ ἐντελῶς εἰπεῖν καὶ ἀμέμπτως, *vollkommen in thaten und reden, (perfect in word and deed.)* δύναιτό γε καὶ τὸ τελέσσαι; an possit tandem et istud effectui pleno dare? δ, 644, coll. 663, 664, istud nimirum, de cœpto itinere. ἄλλην χρὴ πρῶτον ὁδὸν τελέσαι, oportet prius aliud iter facere, κ, 490. πόνος, τὸν ἐμὲ χρὴ πάντα, ψ, 250, labor, quem me oportet omnem exantlare. ταῦτά μοι τελέσαι, ubi est infin. pro imperat. λ, 77. τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται, hæc certe jam omnia fiunt, *das gehet nun alles in die erfüllung, (all this is now coming to pass,)* B, 330. Ξ, 48. β, 176.

ε, 302. ν, 178. σ, 270, *(wird nun alles vollendet werden, (will all now be accomplished.)* ἃ σύ, B, 36. ὡς τελέεσθαι ὀΐω, α, 201. ο, 173, sicut puto factum iri. ὥρμηναν δ' ἀνὰ θυμὸν, ἅπερ τελέεσθαι ἔμελλον, agitabantque in animo, quænam futura indicarent hæ aves, β, 156, nisi legendum est ἔμελλεν ad ἅπερ, ut τελεῖσθαι, non sit fut. 2. infin. m. sensu activo, effecturæ sint aves; sed præs. pass. quænam futura sint ut fiant. ὦ γέρον, οὔπω τοῦτο ἔπος τελέεσθαι ὀΐω, γ, 226, O senex, nunquam hoc factum iri credo. φάμεν δέ οἱ οὐ τελέεσθαι, δ, 664, *wir dachten es würde ihm nicht gelingen, es würde von ihm nicht können möglich gemachet werden, (we told him he would not succeed in it, it was impossible for him to accomplish it,)* coll. 644. ὧδε γὰρ ἡμέτερόν γε νόον τελέεσθαι ὀΐω, χ, 215, ita enim, quæ proposuimus nobis, etiam actum iri credo. τάδε μοὶ φάτο πάντα τελεῖσθαι, hæc omnia dicebat eventura mihi, ψ, 284. hinc est τὸ ἀτελὲς, i. e. τὸ μήπω τελεσθὲν, imperfectum, vel et, non adimpletum, non effectum. sed τὸ ἀτέλεστον est τὸ ἀδύνατον τελεσθῆναι. τὸ ἀποτέλεσμα est vel effectus, *die wirkung, (the effect,)* vel actualitas, *die wirklichkeit, (the reality.)* τὰ μὲν δή σοι τετέλεσται ἐκ Διὸς, Σ, 74, illud quidem tamen effectum est tibi a Jove, et datum plenarie. sic, ἤδη γὰρ τετέλεσται, ἅ μοι ἤθελε θυμὸς, quæ volui, ν, 40. ἦ μέγα ἔργον ὑπερφιάλως τετέλεσται Τηλεμάχῳ ὁδὸς ἥδε, π, 346, certe res magna stupendo modo effecta est ei, iter istud, coll. 347. et δ, 663, 664. τετέλεστο δὲ ἔργον, et quidem uno die, H, 465, in munitione facienda. sic de cæde procorum, χ, 479. ἅμα μῦθος ἔην, τετέλεστο δὲ ἔργον, T, 242, *wie gesaget, also auf der stelle vollzogen, (no sooner said than done.)* τῷ ἅπαντα, ε, 262, ei perfecta erant omnia, de nave ædificanda. τόδε καὶ τετελέσθαι ὀΐω, A, 204, coll. 212, ὧδε γὰρ ἐξερέω, τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται, sic enim edicam, quod et re ipsa fiet. et 388, ἠπείλησεν μῦθον, ὃ (ὃς) δὴ τετελεσμένος ἐστί. sic et B, 257. Θ, 401, 286. Ψ, 410, 672. β, 187. π, 440. ρ, 229. σ, 81. τ, 487. φ, 337. αἰ τετελεσμένον εἴη, ο, 535. ρ, 163. υ, 309, utinam istud verum fieret! et 547, οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλὸν, ὅ σοι τετελεσμένον ἔσται, non somnium, sed vera res bona, quæ tibi eveniet plene. εἰ δύναμαι τελέσαι γε, καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστί, si quidem valeo id efficere, et si in se perficiendum est, Ξ, 196. Σ, 427. ε, 90, ubi hoc participium vim habet participii Romanorum futuri passivi, ut notet τὸ τελεσθῆναι πεφυκὸς καὶ δυνάμενον, quod ita comparatum est ut *possit* fieri. et est πρωθύστερον· natura enim præcedit possibilitas rei interna; deinde sequitur quæstio, an *ego* id efficere valeam, etsi in se fieri possit. ἃ δὴ τετελεσμένα ἦεν, Σ, 4, reputantem secum ea, quæ fieri possent, et quæ re vera jam facta erant, etsi ipse ignoraret. est igitur ibi quædam præsagientis animi divinatio, quam abominatur, 8—11; et tamen pro valde certa eam reputat, 12, quod Germani dicerent: *gewiss genug ist er wohl schon todt, (sure enough he is already dead.)* ἐπεὶ οὔ κεν ἀνιδρωτί γ' ἐτελέσθη, O, 228, quandoquidem non sane sine sudore transacta fuisset res. ἐτελέσθη Τηλεμάχῳ ὁδὸς ἥδε, finitum est ei et perfectum iter istud, δ, 663, coll. 346, vel: vere factum est id iter, non cogitatum ab eo solum. τελεῖσθαι Διονύσῳ, Δήμητρι, Περσεφόνῃ, etc. apud recentiores est, initiari huic, *ihm geweihet werden, (to be consecrated to him.)* sic et λίθος τετελεσμένος, lapis sacratus.

τελήεις, ήεσσα, ῆεν. (Τέλλω) perfectus, consummatus, plenus. est apud poëtam epitheton sacrificiorum eximiorum. τελήεσσας ἑκατόμβας, A, 315. B, 306. δ, 582. ν, 350. ρ, 50, 59. loco δ, 352, quidam libri habent τεληέσσας, quod idem est, sed prior scriptio est genuina.

ΤΕ'ΛΛΩ, f. ελῶ. proprie est, statuo, pono, fieri facio, *ich stelle, (I put.)* deinde et, faciendum præcipio, facio, facere soleo, perficio, efficio: *ich bestelle, stelle mich wozu, vollende, (I order to be done, set about doing, perform.)* ab hoc verbo est τὸ τέλμα, lama, locus ubi congregatur et stat aqua cœnosa: οὗ τὸ ὕδωρ τέλλεται.

τέλος, εος. το. (Τέλλω) est in genere, statutum quid, constitutio firma. nam est a τέλλω, statuo, *ich stelle, setze, (I put, place,)* cæterum determinatio hujus notionis generalis, est varia ex usu. δόρπον ἔπειτα εἵλοντο κατὰ στρατὸν ἐν τελέεσσιν, cœnam deinde capiebant per castra in certis ordinibus, H, 380. Λ, 729. Σ, 298, i. e. ἐν τάγμασιν: ubi ergo τέλη sunt τάγματα στρατιωτικὰ, ordines militum. et vide, cibum capiunt οὐ μονὰξ (non singuli) sed στρατιωτικῶς (more castrensi) κατὰ ἴλας καὶ τάγματα, manipulatim: hinc additum l. c. ὡς τὸ πάρος, ut antea, i. e. ut fieri solebat. Theocrit. Id. 13, 32, idem dixit, κατὰ ζυγὰ δαῖτα πένοντο, i. e. junctim. et apud Xenophontem in Cyropædia clarius apparet res. sic, αἴ κε ἐθέλῃ ἐλθεῖν (ire) ἐς φυλάκων ἱερὸν τέλος, ad vigilum sacram stationem, K, 56, i. e. τάγμα θεῖον, uti vocat τὸ τῶν φυλάκων στῖφος: nam, quia τοῖς ἄλλοις καθεύδουσιν ἄδειαν (securitatem) αὐτοὶ παρέχουσιν ἐγρηγορότες, hinc sacri dicti; nam sacrum antiquis omne id dicitur, quod φυλακτικὸν ἀνθρώπων ἐστὶν, quod homines tutatur et servat et custodit. et 470, ἐπὶ Θρῃκῶν ἀνδρῶν τέλος ἷξον, veniebant ad stationem vel partem Thracum, *sie kamen zu dem Thracischen corps, (they came to the Thracian division.)* deinde notat, statutum finem alicujus rei; et hic finis est vel finitio, *die endigung, (the termination:)* vel consilium aliquod, quod agendo exsequi statuimus. ὁποτέρῳ θανάτοιο τέλος πεπρωμένον ἐστὶν, i. e. ὁ θάνατος, Γ, 309, *das lezte ende, (the end.)* τέλος θανάτοιο ἐκάλυψεν αὐτὸν ἢ αὐτοὺς, i. e. ἔθανε vel ἔθανον, moriebatur, E, 553. Π, 502, 855. X, 361. nam non omne τέλος est νεκρικὸν, sicut nec omnis τελευτὴ est θάνατος. Sophocles dixit: τὸν τελευταῖον βίον κρύψων, ultimam vitæ partem occultaturus, i. e. τεθνηξόμενος,

moriturus. θανάτοιο τέλοσδε, ad finem mortis, I, 411. N, 602. οὐδέ με ὦκα τέλος θανάτοιο κιχείη, neque me celeriter finis mortis, i. e. mors, consequi poterit, I, 416, *das ziel des todes, (the end of death.)* et vide: vita non habet finem, vix enim hæc est vita quam vivimus; at mors habet, morimur enim quotidie, et desinimus denique mori per completam illam mortem. φθῆ τέλος θανάτοιο κιχήμενόν σε, Λ, 451, occupavit te finis mortis consecutus te. sic et alii genitivi cum τέλος juncti, completam eam rem denotant. τέλος γάμοιο, i. e. γάμος, connubium, υ, 74, *die vollziehung der heyrath, (the consummation of the marriage.)* hinc τέλειοι dicti οἱ γεγαμηκότες, qui ad finem eum pervenerunt, cujus causa sexus est diversus. οὐ τέλος ἵκεο μύθων, I, 56, non plene locutus es, non perfectus es in dicendo et consulendo, etsi nemo æqualium tuorum melius dixerit: συνεβουλεύσω, (consilium dedisti) ἀλλ' οὐ τελείαν γνώμην εἰσήνεγκας, (non perfectam sententiam attulisti) καὶ τοῦτο οὐ δι' ἀφροσύνην, (non ob defectum intelligentiæ) ἀλλ' ὅτι μὴ ἔχεις τὴν ἀπὸ τοῦ γήρως ἐμπειρίαν, (quia tibi deest peritia senilis) juvenis enim admodum es, inquit Nestor ad Diomeden nimis calidum: ἀτελῶς ἔλεγες, οὐκ εἰς τέλειον λόγον ἦλθες. πείθεο δὲ, ὥς σοὶ ἐγὼ μύθου τέλος ἐν φρεσὶ θείω, Π, 83, obsequere mihi, sicut tibi ego plane dixero, ut tibi summam rem propono. οὐ τέλος μύθῳ ἐπιθήσεις, Τ, 107, ubi notat effectum, quem verba sequuntur; non plane efficies quæ loqueris. sic, Υ, 369, οὐδὲ Ἀχιλλεὺς πάντεσσι τέλος μύθοις ἐπιθήσει, nec ille omnibus verbis suis effectum dabit, *wird nicht alle seine reden zur erfüllung bringen, (will not carry all he says into effect.)* τέλος δὲ οὔπω τι πέφανται, Β, 122, coll. 138, ex quo apparet, τὸ τέλος h. l. esse τὸ, οὗ ἕνεκα, *die absicht, der zweck, (the object, aim,)* consilium destinatum, cujus consequendi causa res geritur; collato et 177. nam τέλος navigationis ad Trojam, *das ziel, (the motive,)* erat ἡ Ἑλένη: et τέλος οὔπω τι φαίνεται, hoc consilium, vel, hujus consilii destinatus finis, nequaquam jam apparet. sic, εἵως κε τέλος πολέμοιο κιχείω, donec destinatum finem pugnandi consequar, Γ, 291. *bis ich die absicht und das ziel des fechtens erreiche, (till I attain the end and object of the conflict.)* sed aliter est Π, 630, ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ', ἐνὶ βουλῇ, pugnandi perfectio est in manibus, verborum autem, in concilio: *alsdenn wird gut gefochten, wenn man die fäuste dran strecket; worte gehören in den kriegesrath, auf den fausten beruhet die vollkommenheit des fechtens, (to fight well a man must use his fists, but words are requisite in council; the perfection of fighting depends on the fists.)* εἴπερ δὲ θεὸς ἶσον τείνειε πολέμου τέλος, i. e. τὸν πόλεμον, Υ, 101, si vero deus æqualem faceret pugnam, nec alteri magis faveret. οἱ δὲ ἤτοι (κατὰ) τόσον μὲν εἶχον τέλος, *sie waren in so weit zur vollendung, zur vollständigkeit gelanget, (they were thus far finished,)* Σ, 378, ubi de poculis a Vulcano factis est sermo, quibus deerat paululum quid. οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι, ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα, ι, 5, non enim ego quidem censeo perfectionem gratiorem esse, quam si lætitia obtinet per omnem populum; inquit Ulysses, assentans Phæacum principibus voluptariis: οὔ τι τέλος, *keine lezte absicht, und vollkommene einrichtung, keine stellung und richtung des lebens, (no consummation and arrangement, no regulation of life.)* nam, ex mente Epicuri, τέλος τῶν πρακτέων est ἡ ἡδονὴ, *der lezte zweck und ziel, (the grand aim and end.)* et quam felix esset vita mortalis, si ista destinatio actionum possit constitui! sed obstant pestes amoliendæ; obstat invidia mutua, mater plurimarum in speciem virtutum; obstat perversa destinatio publica! τέλος θανάτοιο ἀλεείνων, devitans mortem completam, ε, 326. Ἀντίνοον πρὸ γάμου, θανάτου τέλος κιχείη, hunc procum ante nuptias, mors adsequatur, *an statt der vermählung, müsse der tod ihn ereilen und ergreifen, (instead of being married he was destined to be overtaken and seized by death,)* ρ, 476. et 496, εἰ γὰρ ἀραῖς ἡμετέραις τέλος ἐπιγένοιτο, si enim imprecationes nostræ effectui darentur: ubi quidam, inficete satis, legi jubebant, τέκος in vocativo, nam loquitur nutrix ad Penelopen suam; et ut subintelligatur ex præcedenti, Ἀπόλλων ἐπιγένοιτο, Apollo adesse vellet imprecationibus nostris, utpote subitarum mortium auctor. τηλοῦ γενέσθαι μοι τέλος νόστου, procul ut a me esset plenus reditus domum, χ, 323. ἡμετέρου θανάτου κακὸν τέλος οἷον ἐτύχθη, ω, 123, nostra mala mors quomodo parata nobis fuerit. μισθοῖο τέλος, Φ, 450, tempus illud plenum, quo merces est accipienda pro labore exantlato. possit tamen h. l. locum habere notio numerandæ pecuniæ, et solvendi debitum vel vectigal; quæ notio apud recentiores est frequens, ut sit *die zahlung (payment)* (et verbum *zalen,* [*to pay,*] it. *zelen, tellen,* [*to count, tell,*] cum Græco τέλλειν unum est:) unde ὁ τόπος ἀτελὴς est, locus immunis a tributo; et hinc etiam τὸ τέλος notat ἀνάλωμα, δαπάνημα, sumtus, ubi multum pecuniæ est solvendum. hinc et οἱ πολυτελεῖς sunt, vel active qui multum sumtus faciunt, vel passive in quæ multum est impendendum; sic et contra οἱ εὐτελεῖς, parci, vel, viles. hinc et sacrificia dicuntur τὰ τέλη, quæ diis solvuntur; et hinc αἱ τελεταὶ, ἔχουσαι θυσίας καὶ μυστικὰς παραδόσεις. τελεῖν est δαπανᾷν, ἀναλίσκειν, *zahlen, bezahlen, (to pay.)* pertinet hoc nomen per consuetudinem loquendi inter τὰ πολύσημα: notat enim 1) τάγμα στρατιωτικὸν, *eine anzahl kriegesvolkes, (a body of troops.* 2) finis et exitus, *das bestellete ende wo alles vorige stille stehet, (the appointed term at which all previous operations are suspended,)* τὸ πέρας. 3) finis quem consilio aut opere aliquo consequi studemus, *das ziel das man sich gestellet hat, (the aim that we propose to our-*

selves;) προανατέλλει γάρ πως ἁπάσης πράξεως ὁ κατὰ τέλος σκοπὸς (der endzweck) (the aim) καὶ αὐτοῦ ἕνεκα πάντα τὰ πρὸ αὐτοῦ: τὸ ὕστερον μετὰ τὴν πρᾶξιν ἐκφαινόμενον. 4) finis et perfectio, *die vollständigkeit, (the completion,)* ἡ τελειότης. 5) tributum, *der zoll, (tribute,)* ὁ φόρος, vectigal. 6) ἀξίωμα, dignitas, honor, ἀρχή. 7) sumtus, δαπάνημα: it. solutio pecuniæ, *die zahlung, (the payment:)* unde ὁ εὐτελὴς per euphemismum est ὁ φειδωλὸς καὶ ὀλιγοδάπανος, *der sparsame, (the economical.)* 8) γάμος, nuptiæ, unde sunt τὰ προτέλεια, (Eurip. Iphigen. Aul. 718,) i. e. ἡ πρὸ τῶν γάμων θέα, ἴσως τὰ λεγόμενα θεώρητρα, quando despondetur virgo sponso; et τελειωθῆναι est γῆμαι. 9) θυσία, unde Sophocles dixit τὰ τέλη ἔγκαρπα, oblationes frugum diis factæ, quæ alibi dicit θύματα πολύκαρπα: et alibi, θεοῖς μικρὰ θύοντες τέλη, diis parva offerentes sacrificia: deinde sunt τὰ τέλη in specie αἱ μυστικαὶ καὶ οὕτω τελειοποιοὶ (perfectionem facientes) ἑορταὶ, quæ et αἱ τελεταὶ dictæ; et οἱ τελούμενοι sunt οἱ τὰ μυστικὰ διδασκόμενοι, et τελεῖσθαι est μυεῖσθαι, initiari. ἀγορᾶς τέλος, Aristoph. Ach. 896, est vectigal quod venditor solvit pro licentia vendendi in foro, *markt zoll, state-geld, (market-toll.)* pro τέλος dorice dicitur τὸ τέλθος, apud Callim. L. P. 106, νῦν δὲ κομίζευ τέλθος ὀφειλόμενον, fer nunc debitum tibi præmium. sic et in Cer. 78, τέλθος ἀπαιτήσων, mercedem exigens. nam Dores interserunt θ, ut in μαλθακὸς, ἄχθος, etc. Vide sub τέλειος.

τέλσον, ου. τό. (Τέλλω) finis, extremitas, τὸ κατ' ἐπιφάνειαν πέρας καὶ τέλος, *das ende einer fläche, (the boundary of a plain.)* fit a τέλος per transpositionem, et adfixo ν finali, quia nullum nomen (nam ἄλλο est pronomen) Græcum desinit in ο. τέμνει δέ τε τέλσον ἀρούρης, N, 707, de aratro, proscindit arvi superficiem a fine altero ad alterum: nisi putes, altitudinem sulci legitimam h. l. notari, scindit usque ad debitum finem altitudinis. ὁπότε στρέψαντες ἵκοιντο τέλσον ἀρούρης, quando revertentes pervenirent ad finem arvi, Σ, 544, sc. ad eum unde cœperant; a quo deinde rursus revertuntur, ad arandum conversi, coll. 546, 547, ἱέμενοι νειοῖο βαθείης τέλσον ἱκέσθαι, cupientes novalis profundi ad terminum initio oppositum pervenire. τὸ τέλσον in genere est et, imum, profundum, *der grund, das unterste, (the bottom.)*

τέμενος, εος. τό. (Τέμω) locus determinatus, separatus a cæteris locis, ager adsignatus alicui, τόπος ἀποτομὴν τῶν πέριξ ἔχων, ἀφωρισμένος, i. e. ὅρῳ ἰδίῳ περιγεγραμμένος, ἀποτετμημένος τῶν ἐγγύς. nam est a τέμνω, separo. apud poëtam generalis notio obtinet: apud recentiores in specie notat locum consecratum, lucum, templum, cujus pars est ὁ βωμὸς, ἐφ' οὗ τὰ θυόμενα ἔκαιον. in genere est τόπος, ὃς τῶν ἄλλων ἀφώρισται: et sic sacer quoque est, ὁ κατὰ ἀποτομὴν ὢν τῶν ἄλλων. sic et τὸ ἄλσος habet generalem, et specialem sacram, notionem. Δήμητρος τέμενος, fundus Cereri dicatus, B, 696, ubi est, per appositionem, descriptio urbis Πυῤῥάσου, quæ erat Δημήτρειον, peculium et sacrarium Cereris. ἔνθα δέ οἱ τέμενος βωμός τε θυήεις, ubi ei, Jovi, erat spatium agri sacrum, et ara in eo, Θ, 48. Ψ, 148. sic et, Veneri, θ, 362. Βελλεροφόντῃ Λύκιοι τέμενος τάμον ἔξοχον ἄλλων, καλὸν, φυταλιῆς καὶ ἀρούρης, ὄφρα νέμοιτο, Z, 194, ubi notat agrum principi datum a populo. sic de Ænea, σοὶ Τρῶες, ὄφρα νέμηαι, Υ, 184. et 391, ὅθι σοὶ τέμενος πατρώϊόν ἐστιν, ubi tibi ager paternus est. ἔνθα μιν ἤνωγον τέμενος περικαλλὲς ἑλέσθαι πεντηκοντόγυον, τὸ μὲν ἥμισυ οἰνοπέδοιο, ἥμισυ δὲ ψιλὴν ἄροσιν πεδίοιο ταμέσθαι, I, 574, ubi sermo est de Meleagro, cui permiserunt Calydonii, ut eligeret ipse sibi agrum, cujus dimidium ad vites, dimidium ad agriculturam, esset bonum. sic Sarpedon ad Glaucum dicit, M, 313, τέμενος νεμόμεσθα μέγα, Ξάνθοιο παρὰ ὄχθας, καλὸν, φυταλιῆς καὶ ἀρούρης πυροφόροιο, colimus agri partem nobis datam ad ripas Xanthi, pulcrum, plantandis vitibus et arvo frugifero. et id datum his principibus a populo, virtutis et boni imperii causa. est ergo χωρίον ἰδίᾳ ἀποτετμημένον καὶ ἀφωρισμένον. τέμενος βαθυλήϊον, ager altis segetibus uber, Σ, 550, nam βαθὺ in compositis auget rem: unde intelligis, quid sit βαθύκολπος, sinu admodum pleno et elato. ἐνθάδε πατρὸς ἐμοῦ τέμενος, ζ, 293, inquit Nausicaa, ibi est patris mei, regis Alcinoi, prædium, ἰδιαίτατος τόπος, περιωρισμένος καὶ οὕτως ἀποτετμημένος τῶν ἐγγύς. ἕκηλος Τηλέμαχος τεμένη νέμεται, λ, 184, quietus ille possidet agros. δμῶες Ὀδυσσῆος τέμενος μέγα κοπρήσοντες, ρ, 299, servi Ulyssis agrum magnum fimo inuncturi.

ΤΕ'ΜΩ, (pro quo usus dixit τέμνω) f. 1. τεμῶ, f. 2. ταμῶ. seco, scindo, amputo, cædo, concido, *ich schneide, haue, zertheile, (I cut, chop, divide.)* τέμνει τέλσον ἀρούρης, de aratro, secat finem agri, N, 707. πέλαγος μέσον τέμνειν. secare mare medium, i. e. navigare, γ, 175, hinc est, τέμνειν ὁδὸν, carpere viam. μελίην τάμε (ἔταμε, aor. 2.) Χείρων Πηλίου ἐκ κορυφῆς, hastam fraxineam secuerat Chiron ex jugis Pelii montis, T, 390. αὐτῷ Λύκιοι τέμενος τάμον (ἔταμον) Z, 194, ei possessionem propriam determinarunt, ἀφώρισαν αὐτῷ εἰς κτῆσιν ἰδίαν τόπον, ὅρῳ ἰδίῳ περιγεγραμμένον, ἔξοχον ἄλλων, ὡς ἀριστεῖον, vicerat enim hostes ipsorum. et priscis ἡ τῆς γῆς κτῆσις (possessio agraria) majus et præstantius quid erat pecunia aut aliis donis: *ein erbgut, (a landed property.)* sic de Ænea, σοὶ Τρῶες τέμενος τάμον, Υ, 184, 185. ἵνα σε διαμελεϊστὶ τάμῃ, ut te concidat membratim, σ, 338, ut tibi amputet manus, pedes, linguam, aures, etc. in pœnam. ὄφρα ὅρκια πιστὰ τάμωμεν, ut fœdera fida cædamus, cæsis nimirum victimis, T, 192. Γ, 94. ἀπ' ἐμοῦ τάμοι, vide sub ἀποτάμνω. ἵεντο ἀλλήλων χρόα ταμέειν (pro ταμεῖν) χαλκῷ, N, 501. Π, 761, cupiebant sibi invicem corpus concidere ferro. hinc ὁ σίδηρος dicitur ὁ ταμεσίχρως. κάπρον ταμέειν Διὶ, T, 197, aprum jugulare in sacrificium. ὅρκια πιστὰ ταμόντες, B, 124. Γ, 73, 256, coll. 94. ω, 482, i. e. τελοῦντες, διὰ τομῆς γὰρ ζώων οἱ ἐπὶ μεγάλοις ὅρκοι ἐγίγνοντο, δι' ἐντόμων, i. e. θυσιῶν. ταμόντα τὴν κεφαλὴν ἀπὸ δειρῆς, cædens ca-

put ejus a cervice, Σ, 177, 176, i. e. ut ipse abscinderet ei caput. *μελεϊστὶ ταμὼν*, membratim concidens, Ω, 409. sic et *διαμελεϊστὶ*, ι, 291, ubi de Cyclope, qui manibus suis discerpebat homines membratim, et vorabat. *δούρατα μακρὰ ταμὼν*, ε, 162, ligna longa cædens et secans, ad navem ædificandam. *φιτροὺς ταμόντες*, μ, 11, ligna cædentes, ad rogum faciendum. *ῥόπαλον τετμημένον*, baculum abscissum ex arboreto, et politum, ρ, 195. et hoc præt. perf. pass. *τέτμημαι*, est per syncopen a verbo *ταμέω*, quod fit ex fut. 2. *ταμῶ*, sicut in *τυχέω* videatur. hujus f. 1. est *ταμήσω*, perf. *τετάμηκα*, per syncopen *τέτμηκα*. idem novum verbum scribitur et, *τμῶ*, f. *τμήσω*. *ψιλὴν ἄροσιν πεδίοιο ταμέσθαι*, Ι, 576, determinare ex reliquo agro limitibus certis, ad meram arationem. *μελίη, τεμνομένη χαλκῷ*, fraxinus, ferro cæsa et dejecta, Ν, 180. *ἵνα ὅρκια πιστὰ τάμηται*, ut fœdus percutiat mactata victima, Γ, 252, media forma loco activi. a perf. m. *τέτομα*, est ὁ ἡ *ἔντομος*, incisus: unde dicuntur *τὰ ζῶα ἔντομα*, insecta.

τένων, οντος. ὁ. (Τῶ) nervus in corpore animantis. *eine sehne, nerve, (a sinew, nerve,)* *τὸ νεῦρον*. *ἄμφω ῥῆξε τένοντε*, rupit ambos nervos, Ε, 307. sic, *ἀμφοτέρω λᾶας ἀπηλοίησεν*, ambos nervos saxum penitus fregit, Δ, 521. *ἀπέκερσε*, abscidit, Κ, 456. Ξ, 466, ubi sunt *τὰ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου παχέα νεῦρα*. *ἀπέῤῥηξεν αὐχένος τένοντας*, Π, 587. *δησάμενος (αὐτὸν) τελαμῶνι παρὰ σφυρὸν ἀμφὶ τένοντας*, alligans eum loro juxta malleolum pedis circa tendines qui ibi pedem movent, Ρ, 290. *ἵνα ξυνέχουσι τένοντες ἀγκῶνος*, Υ, 478, ubi connectuntur nervi cubiti. *ποδῶν τέτρηνε τένοντε ἐς σφυρὸν ἐκ πτέρνης*, Χ, 396, pedum perforavit tendines a calce versus malleolum. *πέλεκυς* (securis mactatoria) *ἀπέκοψε τένοντας αὐχενίους*, γ, 449, mactati bovis in sacrificio.

τέο pro *τινὸς*, vide sub *τὶς*, aliquis, ad medium, et *τίς*, quis, aliquanto sub initio.

τεός, ά, όν. (Σὺ) tuus, a, um. idem quod *σός*. dorice. *τεὸς φθόγγος*, Ε, 234. *πατὴρ*, Ω, 739. γ, 122. π, 188. *ἄναξ*, ξ, 395, 398. *πόσις*, τ, 549. *τεὸν γέρας*, Α, 138. et 207, 282, *μένος*, tuum impetum, tuam violentiam. sic, Ν, 287. Φ, 340. *ἔπος*, Ξ, 212. Ω, 56. *ἦτορ*, Π, 450. *δῶμα*, γ, 368. π, 78. σ, 269. *οὔνομα*, ι, 355. *ἀρνήσασθαι ἔπος*, Θ, 358. *γένος*, ω, 511. *τεὸν βωμὸν*, Θ, 238. *βίοτον*, β, 123. *τεῷ κόλπῳ*, Ξ, 219. *τεοῖς ἐν μεγάροις*, α, 295. λ, 118. *ὀφθαλμοῖς*, γ, 94, nam possumus alienis quoque oculis videre, quales sunt apud historicos *οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν βασιλέων*. sic, δ, 324. ψ, 6. *τεὴ ἐφετμὴ*, Ξ, 249. *τεῆς εὐνῆς*, κ, 342, coll. 340. *τεῇ γυναικὶ*, λ, 223. *τεὴν φιλότητα*, amorem erga te, *deine freundschaft, (thy friendship,)* Ω, 111. *γαῖαν*, Θ, 555. *κεφαλὴν*, Ρ, 39. *τεῆς (τεαῖς) ἐν χερσὶν*, Φ, 82. *τεὼ ἵππω*, Ε, 230.

τέρας, ατος. τό. (Τρέω) signum, significatio, ostentum, prodigium. *ein zeichen, wunderzeichen, (a sign, omen, prodigy.)* est a *τρέω*, terreo, quatenus transitive notat, pavorem aliquem incutio: vel et a *τρέω*, converto, ut notet conversionem aliquam et mutationem rerum. nam proprie *τέρας* est signum præternaturale: deinde et quodlibet signum, ad quod humanæ actiones convertuntur. *Διὸς τέρας αἰγιόχοιο*, sc. est ista *αἰγὶς*, de qua in hoc toto versu sermo est, non vero de *Γοργείῃ κεφαλῇ*, Ε, 742, et quia hæc ægis physice est nubes fulgurans et tonans, tempestas fulminans: hinc patere videtur etymologia a *τρεῖν*, terrere. *αἰόλον ὄφιν, Διὸς τέρας αἰγιόχοιο*, Μ, 209, i. e. *σημεῖον*, a quo est *ἡ διοσημεία* recentiorum. *εἰ ἐτεόνγε ἔτι οἶσθα Διὸς τέρας*, si quidem vere jam nosti signum ex Jove, π, 320, sc. illud *τέρας*, ex quo incitatus dixisti, Jovem defensorem fore nobis: nam si illud non adeo certum est, tunc servi nostri sunt tentandi, et alii adsciscendi socii; sin certum et firmum, tunc ad viros respiciendum nobis magnopere non est, et mulieres domesticæ tantum sunt explorandæ. *ἡμῖν μὲν τόδε ἔφηνε τέρας Ζεὺς*, Β, 324, ostendit nobis hoc prodigium, sc. lapidem fieri ex dracone. *ἀστέρα ἧκε Ζεὺς, ἢ ναύταις τέρας ἠὲ στρατῷ λαῶν*, Δ, 76, conf. *ἀστήρ*. *Ἔριδα, πολέμου τέρας μετὰ χερσὶν ἔχουσαν*, Λ, 4, Eridem, signum ad pugnam tenentem in manibus, e. c. hastam, aut tale quid quod proponitur si pugna militibus est pugnanda. et 28, *ἴριδας ἐν νέφεϊ στήριξε Ζεὺς τέρας ἀνθρώπων*. sic, *ἶριν θνητοῖς τανύει Ζεὺς, τέρας εἶναι ἢ πολέμου ἢ χειμῶνος*, Ρ, 548, iridem mortalibus extendit Jupiter, quæ sit signum aut pugnæ aut tempestatis. *ἠτέομεν δὲ θεὸν φῆναι τέρας*, rogabamus autem deum ut ostenderet nobis signum, γ, 173, ex quo conjiceremus voluntatem ejus et quid nobis sit faciendum, coll. 174. *φράζεο, εἰ νῶϊν ἔφηνε θεὸς τόδε*, ο, 168, considera, an nobis hoc indicium ostenderit deus, coll. 169, 170. *ἔκτοσθεν δὲ Διὸς τέρας ἄλλο φανήτω*, υ, 101, ab extra autem aliud Jovis signum ostendatur. ubi Ulysses vult in domo audire vocem aliquam humanam ominosam, extra domum autem animadvertere aliud signum divinum. coll. 103, ubi est posterius, et 105—120, est prius. et Jovis erat tonitru auditum cum in cœlo nulla esset nubes. talis *βροντὴ γεγωνυῖα ἀνέφελος ἢ δίχα νέφους* est et φ, 415, *ὅτι οἱ τέρας ἧκε Ζεὺς*, coll. 413. *αὐτοῖς θεοὶ τέρατα προὔφαινον*, μ, 394, prodigia illis ostendebant, quæ ibi a 395, 396, enumerantur satis prodigiosa, confer Herodotum in Persicis, de *ταρίχοις*. *θεοπρόπος, ὅς σάφα θυμῷ εἰδείη τεράων*, pro *τεράτων*, Μ, 229, vates qui liquido intelligeret ostenta. *θεῶν τεράεσσι πιθήσας*, confisus ostentis deorum, Δ, 398. Ζ, 183. sic, *πειθόμενοι*, Δ, 408. *πεποιθότες*, Μ, 256, signis divinitus missis.

τέρετρον, ου. τό. (Τρέω) terebra, *ein borer, (an auger.)* quod Asiatici corrupte dixerunt *δέλετρον ἢ τέλετρον*. est a *τερέω*, i. e. *τρυπάω*, quod a *τρέω*, verto, torqueo. *ἔνεικε τέρετρα Καλυψὼ*, ε, 246, attulit terebras, ad navigium faciendum. *τέτρηνα δὲ πάντα τερέτρῳ*, ψ, 198,

ubi est de lecto dormitorio faciendo. et videtur notari aliud instrumentum fabrile, paullo diversum ab eo quod nos *einen borer (a gimblet)* vocamus; quod quærendum. cæterum hinc sunt τρητὰ λέχη. Vide sub τρητὸς, et ΤΡΕ΄Ω ad initium.

τέρην, τέρεινα, τέρεν, et ὁ ἡ τέρην, ενος. (Τρέω) tener, mollis, exilis, tenuis, *zart, weich, (soft, tender.)* est a τείρω, tero, attero; et est oppositum τῷ ἀτειρεῖ, duro. τέρεν δάκρυ, mollem lacrimam, Γ, 142, δάκρυον, Π, 11. Τ, 323. π, 332, i. e. lacrimam ex mollito corde orientem. nam homo ἀτειρὴς, durus et truculentus, non facile flet, sed animi mites proni sunt ad fletum, et facile tanguntur misericordia, hinc ipsa lacrima τέρην dicitur, ἡ ἐκ τειρομένης καρδίας, ex presso et contrito corde fluens. τέρεινα φύλλα, folia mollia, Ν, 180. μ, 357. ἄνθεα ποίης, teneros flores graminis, ι, 449. τέρεινα χρόα, molle corpus, Δ, 237. Ν, 553. Ξ, 406, et est commune epitheton corporis humani, quod est molle et quam facillime vulnerabile, nisi armetur. ergo id nusquam positum scoptice, sed ex natura. sed λειριόεν potest esse scoptice. Vide sub ΤΡΕ΄Ω, ad initium.

τέρμα, ατος. τό. (Τρέω) terminus, finis, meta. in stadio aut circo est meta, circa quam curuli certamine certantes circumflectebant currum et retro deinde agebant: alibi est terminus ultimus quo quid pertingit, et quidem per metaphoram ab ista circensi meta, quia certaminis hujus equestris genus fuit antiquissimum. est a τέτραμμαι, a τρέπω. de circensi meta est Ψ, 309, 323, 333, 358, 462, 466; et τὰς ἵππους περὶ τέρμα βαλούσας dicit τὰς καμψάσας καὶ τοῦ τέρματος ἐπιτυχούσας. idem τέρμα dicitur ὁ καμπτὴρ, circa quem flectendus est currus et retro vertendus. et de cursu pedestri meta, 757. de loco, quo pertingit discus conjectus, θῆκε τέρματα, Θ, 193, i. e. ἔθηκε σημεῖα, ἔνθα τὸ πρῶτον κατῆλθεν ὁ δίσκος, posuit signa, ubi decidit discus. apud Euripidem frequentissimus est ὁ τέρμων, ονος, finis, terminus. e. c. Phœniss. 1361, ibique Barnesius. et Hipp. 1159. Vide sequens, et sub ὅρος prope finem, et ΒΑ΄ΛΛΩ aliquanto a fine.

τερμιόεις, όεσσα, όεν. (Τρέω) usque ad extremam partem pertingens, usque ad infimam. χιτῶνα τερμιόεντα, tunicam usque ad talos demissam, ποδήρη, τ, 242, quæ tamen et esse possit ὁ σύμμετρος καὶ εὐσχημάτιστος, καὶ μήτε ἐνδέων, μήτε ὑπέρμετρος ὤν, tunica quæ justam habet longitudinis mensuram, ut nec brevior nec longior sit quam deceat. sed ἀσπὶς τερμιόεσσα, Π, 803, est ἡ ποδηνεκὴς, scutum a cervice ad pedes usque pertingens. hinc et inferior radix montis dicitur τὸ τέρμα.

τερπικέραυνος, ου. ὁ. (Ἄω) epitheton Jovis, qui fulmine ludit quasi et delectatur. ἐρέουσα ἔπος Διὶ τερπικεραύνῳ, Α, 419. ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ, Β, 478, sc. rex Agamemnon. et 781, Διὶ ὡς τερπικ. χωομένῳ, ubi præpositio ὑπὸ est repetenda in mente. Ζεὺς δὲ θεῶν ἀγορὴν ποιήσατο τερπικέραυνος, Θ, 2, Ζεὺς τερπ. ἐπῶρσεν θύελλαν, Μ, 252. Δία δ' οὐ λάθε τερπικέραυνον, Π, 232, et notat potentiam ejus supremam. καμμίξας δώῃ Ζεὺς, Ω, 529, ubi de duobus doliis sermo. ἐνέβαλε Ζεὺς τερπ. φύζαν ἐμοῖς ἑτάροις, ξ, 268. οὔ τις βροτῶν τόσσα πίονα μηρία ἔκηε Διὶ τερπ. τ, 365. quod semel dictum sit: poëta nusquam arripit epitheton, ut versum expleat; sicut nec ullam aliam vocem: sed semper aptissimo consilio, et summa ratione. qui id nondum satis deprehendit in omnibus locis, is sciat se nondum satis intelligere hunc poëtam.

Τέρπω, f. ψω. (Τρέω) delecto, oblecto, averto animum a molestia et converto ad hilaritatem aut jucunditatem. *ich ergötze, mache eine gemüthsveränderung, divertire, (I amuse, entertain, divert.)* nam est a τρέπω, ut notet, ex ἀθυμίας εἰς γλυκυθυμίαν μετατρέπειν aliquem. μῆτερ, τί φθονέεις, ἀοιδὸν τέρπειν, ὅπῃ οἱ νόος ὄρνυται; α, 347, mater, cur molestum tibi est, cantorem oblectare se nosque, qua ratione ei animus impellitur? ἀοιδὸν, ὅ κεν (pro ὅς κεν) τέρπῃ ἀείδων, cantorem, qui delectet nos canendo, ρ, 385. εἴ κε ἐθέλοις, ξεῖνε, παρήμενός μοι, τέρπειν, τ, 590, si quidem velis, hospes, adsidens mihi, oblectare te meque narrando. πεσσοῖς θυμὸν ἔτερπον, oblectabant se calculis lusoriis, α, 107, *divertireten sich, (amused themselves.)* τῇ (φόρμιγγι, cithara) ὅγε θυμὸν ἔτερπε, ille Achilles oblectabat se, Ι, 189, coll. 186, τὸν δὲ εὗρον φρένα τερπόμενον φόρμιγγι, hunc invenerunt oblectantem se cithara. nam musica convertit animum a curis. ἧστό τε καὶ τὸν ἔτερπε λόγοις, sedebat et oblectabat hunc sermonibus, Ο, 393, de adsidente apud vulneratum et dolentem. τέρπετε δ' αὐτὴν ἥμεναι ἐν μεγάρῳ, σ, 314, oblectate eam, dominam vestram Penelopen, O ancillæ: et id dictum, quasi nunc δεσποίνης οὐ τερπομένης, ἀλλὰ ἀχθομένης, ἐπὶ αὐταῖς, propter illas. τέρποντες πυκινῶς ἀκαχήμενον, οὐδέ τι θυμῷ τέρπετο, Τ, 312, 313, avertere cupientes a tristitia hunc crebro et impense gementem dolentemque; at nullo modo animus ejus inde averti aut leniri poterat; nihil erat ei dulce antequam iniret pugnam: ἱέμενοι τέρπειν ἐκεῖνον οἷς ἔλεγον, *suchten ihn mit ihren zuredungen auf guten muth zu lenken, (endeavoured by their discourse to cheer him up.)* ἄλλοτε μέν τε γόῳ φρένα τέρπομαι, ἄλλοτε δ' αὖτε παύομαι, alias luctu oblecto mentem, alias rursus quiesco a lugendo, δ, 102. et 194, οὐ γὰρ ἔγωγε τέρπομαι ὀδυρόμενος μεταδόρπιος, ego nequaquam inter cœnandum (i. e. circa tempus cœnæ; et opp. est ἡ ἠὼς) delector flendo et lamentando. et 598, αἰνῶς γὰρ μύθοισιν ἔπεσσίν τε σοῖσιν τέρπομαι, nimium quantum delector sermonibus tuis. ἤματα μὲν γὰρ τέρπομαι ὀδυρομένη, ἐς τ' ἐμὰ καὶ ἀμφιπόλων ἔργα ὁρῶσα, inquit Penelope, interdiu quidem oblecto me flendo, et ad mea ancillarumque opera advertendo, τ, 513, *vertreibe die zeit, (pass my time.)* ἐγὼ γελάω καὶ τέρπομαι ἄφρονι

θυμῷ, φ, 105, at ego rideo et oblector mente inscitiis plena. τέρπεαι ἄλγεα πάσχειν, an delectat te dolores pati? δ, 372, *findest du ein vergnügen am kummer, (dost thou take pleasure in sadness?)* τέρπεται ἐν θαλίαις, Hercules, λ, 602, oblectat se apud superos in splendidis conviviis. μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνὴρ, ὅστις πολλὰ πάθῃ, ο, 399, coll. 388, homo qui multa passus est, etiam in ærumnis earumque recordationibus, diverticulum animi invenit. αὐτοῦ τερπόμεθα αὐδῇ, ejus voce et loquela delectamur, δ, 160, τῷ ἔνι (ἐν τῷ Ὀλύμπῳ) τέρπονται μάκαρες θεοὶ, ζ, 46, fruuntur oblectatione. ἕκηλοι, tranquille delectantur, Ε, 760. αὐγαῖς ἠελίοιο, Θ, 481, splendore solis fruuntur. εἰσορόωσαι τέρπεσθον, spectantes oblectant se ambæ, Δ, 10. δαιτὶ δὲ τέρπηται καὶ ἀοιδῆς ὕμνον ἀκούων, θ, 429, convivio oblectet se, et audiens cantum. νῦν μὲν δαινύμενοι τερπώμεθα, α, 369, nunc quidem convivantes oblectemus nos. sic, ἵνα ὁμῶς πάντες, θ, 542, ut pariter omnes delectemur. κήδεσιν ἀλλήλων, ο, 398, ærumnis nostris invicem narrandis oblectemus nos. ἵνα αὐτοῦ μένων, τέρποιτο, ut ibi remanens, oblectare se possit, Ψ, 298, nam militia gravis, otium dulce. σὺ δὲ τέρπεο τῷδ' ἐνὶ οἴκῳ, tu vero oblecta te hac in domo, ν, 61, feliciter fruere ea. ἔσθιε, καὶ τέρπεο τοῖσδε, οἷα πάρεστι, ξ, 443, comede, et fruere hisce qualiacunque adsunt; *geniesse das, so gut es da ist, (partake of it such as it is.)* sic, σιγῇ νῦν ξυνίει, καὶ, ο, 390, silentio nunc audi, et oblecta te interim. τῇ παριαύων τερπέσθω, Ι, 337, apud hanc dormiens oblectator; conf. παριαύων. μύθοις τέρπεσθε, δ, 239, et oblectamini sermonibus. κτήμασι τέρπεσθαι, frui possessionibus suis, Ι, 400, coll. 186, 189. ὄφρα κε τερπόμενος ὄπα ἀκούῃς Σειρήνοιϊν, μ, 52, ut cum voluptate audias vocem Sirenum, pro, ἀκούων τέρπῃ. πίνοντά τε τερπόμενόν τε, α, 258, bibentem et hilarem. ἀνδράσι τερπόμενοι, Η, 61, ad homines fortes conversis vultibus cum delectatione, conf. ἀνήρ. sic, σύριγξι, Σ, 526, oblectantes se fistulis pastores. πολλὸς περιΐστατο χορὸν ὅμιλος, τερπόμενοι, multa corona circumstabat choream, cum voluptate spectantes, Σ, 604, quæ phrasis est Attica: nam ὅμιλος constat ex multis. δαίνυντο γείτονες, convivabantur vicini ejus, cum voluptate oblectantes se, δ, 17. οἱ δέ τε εἰς αὐτὸν λεύσσουσι, θ, 171, et alii in eum convertunt oculos cum voluptate. δαίνυντο δαῖτα, ν, 27. τοῖσι δὲ τερπομένοισιν ἐπῆλθεν ἕσπερος, α, 423. σ, 305, his oblectantibus se supervenit vesper. ἔστι δὲ τερπομένοισιν ἀκούειν, ο, 392, fieri commode potest, ut inter oblectandum audiamus nos invicem. οὐδέ κεν ἡμᾶς ἄλλο διέκρινε (aliud separasset nos) φιλέοντέ τε τερπομένω τε, πρὶν — δ, 179, inquit Menelaus de Ulysse; nihil aliud nos amantes invicem et oblectantes nos. τερπομένη (oblectans se Diana) κάπροις ἢ ἐλάφοις, ζ, 104, apris et cervis venandis. ὄφρα σε εἰσορόων τέρψομαι θυμῷ, ut te spectans recreer animo, π, 26, et est ibi ο pro ω in penultima, ionice. sed futurum ipsum est, Υ, 23, ὁρόων φρένα τέρψομαι, spectando animum oblectabo. ergo hoc verbum absolute positum habet ἔλλειψιν. ἀλλ' ὅγε τερψάμενος νεῖται καὶ πλείονα εἰδὼς, inquiunt Sirenes, μ, 188, abit oblectatus, et plura sciens quam antea. ὁ δὲ φρένα τέρπετο ἀκούων, de Apolline cui canebantur hymni, Α, 474, i. e. placabatur: nam τέρπεταί τις, si animus ejus ab ægritudine aut sollicitudine aut indignatione aut ira aut timore aliisque curis avertitur, a τρέπεσθαι: non enim hæc etymologia est imaginaria, sed verissima; et notat fere Gallicum, *se divertir*: coll. 472. τέρπετο δ' ἐν χείρεσσιν ἔχων θεοῦ ἀγλαὰ δῶρα, Τ, 18. et 313, οὐδέ τι θυμῷ τέρπετο, *ihm wurde nicht anders und besser zu muthe, (nor was he better pleased in his mind,)* coll. 312, Achilles non ita volebat μετατραπῆναι ἐξ ἀθυμίας εἰς γλυκυθυμίαν. nam et hic locus luculenter confirmat etymologiam. θυμὸν ἐτέρπετο οἷσι φίλοισι, Φ, 45, animum oblectabat cum suis, *er ergözte sich mit den seinen, (he enjoyed himself with his friends,)* ubi φίλοις est ablativus, omisso ἐν vel σύν. ἔνθα ὅγε, δαιτὶ παρήμενος, α, 26, ibi ille delectabatur et placabatur, convivio sacro adsidens; et sermo est de Neptuno, coll. 22, 25. ἐν φρεσὶν ᾗσιν, ἀκούων, θ, 368. ἡ δὲ ἀκούουσα, ψ, 308. δίσκοισιν τέρποντο, oblectabant se discis jaciendis, Β, 774. δ, 626. ρ, 168. μύθοισιν, Λ, 642. οἱ δὲ εἰς ὀρχηστὺν καὶ ἀοιδὴν τρεψάμενοι τέρποντο, α, 422. σ, 304, illi ad saltationem et cantionem convertentes se, oblectabantur: ubi poëta ipse etymologiam more suo innuit. ἐπέεσσιν, θ, 91, delectabantur carminibus illis. ὀρχηστυῖ καὶ ἀοιδῇ, ρ, 606. τερπέσθην φιλότητι, ε, 227, quæ est honesta circumlocutio concubitus; et μένοντε παρὰ ἀλλήλοις, est, pernoctantes una ambo, Ulysses et Calypso. μύθοις, ψ, 301. φρεσὶν ᾗσιν ἐτάρπετο (aor. 2. m.) δαίδαλα λεύσσων, animo suo se delectaverat artificiosa illa intuens, Τ, 19. ἐπεὶ γόου τετάρπετο Ἀχιλλεὺς, cum lugendo se satiasset ille, Ω, 513, et est idem aor. 2. m. cum Ionica reduplicatione. sic et ionice in conjunctivo, ἐπεί κε τεταρπώμεσθα γόοιο, Ψ, 10, quando satiati fuerimus lugendo. sic et 98, satiemur. nam habet et γόος suam τέρψιν, et conversionem animi non injucundam: est quædam flere voluptas. est ergo h. l. ταρπέσθαι idem quod κορέννυσθαι, καὶ παρέπεται (consequitur) κόρῳ γόου, τέρψις. ὄφρα ὕπνῳ ὑπὸ γλυκερῷ ταρπώμεθα, Ω, 636. δ, 295. et ψ, 255, ubi eadem verba ad uxorem, et ubi paullo plus quam somnum honeste innunt, coll. 257, 300, 346, 354, 296, ubi variæ, ejusdem rei, circumlocutiones. ὄφρα τεταρπώμεσθα γόοιο, λ, 211. τεταρπόμενος ἦτορ, oblectatus animo, α, 310, ubi et participium retinet suam reduplicationem. nam Iones aut non amant, aut nimis amant, augmenta verborum. sic, τεκέεσσιν, oblectans me liberis meis, ξ, 244. τεταρπόμενοι ἦτορ σίτου καὶ οἴνου, Ι, 701, i. e. κορεσθέντες, ταρφθέντες διὰ τοῦ φαγεῖν καὶ πιεῖν. ἐπεὶ τάρπημεν (aor. 2. ind. pass.)

ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος, Λ, 779, post quam satiati fuimus cibo et potu, ἐκορέσθημεν, ἠδύνθημεν διὰ τοῦ φαγεῖν. ἐπεὶ τάρπησαν ἐς ἀλλήλους ὁρόωντες, Ω, 633, i. e. ἐτάρπησαν τῇ ὄψει, postquam satiati sunt alter alterius adspectu. sic, ἐδωδῆς, omisso διὰ, γ, 70. ε, 201. ὁρώμενοι, δ, 47. κ, 181. ἐταρπήτην φιλότητος, ψ, 300, postquam satis delectati sunt ambo amicitia connubiali. ὕπνου ταρπήμεναι, ionice pro ταρπῆναι, Ω, 3. ἥβης, ψ, 212, omisso διὰ, juventute nostra frui et satiari, inquit Ulysses ad uxorem; κορεσθῆναι. et 346, εὐνῆς. ἐπεὶ οὖν τάρφθη (omisso augm.) γόοιο, τ, 213, 251. φ, 57. ἐπειδὴ πάντες ἐτέρφθητε φρένα ἀέθλοις, postquam omnes delectati satis estis animo certaminibus ludicris, ρ, 174. sic, eodem contextu. ἐτέρφθησαν, θ, 131. ἐπεὶ σίτου τάρφθεν, pro ἐτάρφθησαν, ζ, 99. ut ergo hic aor. 1. pass. et per ε et per α efferatur. τερφθείη φρεσὶν, ε, 74, oblectaretur mente. φιλότητι τραπείομεν εὐνηθέντε, inquit Paris ad Helenam, Γ, 441. et Jupiter ad Junonem, Ξ, 314, qui est aor. 2. conj. pass. transposito ρ, pro τερφθῶμεν, ἠδυνθῶμεν τῇ φιλότητι, delectemur amore, ad lectum euntes: deberet esse ταρπῶμεν, sed circumflexus est distractus per insertum ε, idque productum per ει ob metrum, ω autem ionice versum est in ο, quia Ionibus τὸ ω et ο in conjunctivo est æquivalens.

τερπωλή, ῆς. ἡ. (Τρέω) delectatio. οἵην τερπωλὴν θεὸς ἤγαγεν εἰς τόδε δῶμα, qualem jucunditatem, quam delectabile spectaculum bona fortuna induxit in hanc domum, σ, 37, inquiunt proci, cum duo mendici jurgarentur.

τερσαίνω, f. ανῶ. (Τρέω) sicco. ἀπὸ ἕλκεος αἷμα τέρσηνε, a vulnere sanguinem siccavit, ἐξήρανε, Π, 529. et 519, οὐδέ μοι αἷμα τερσῆναι δύναται, non potest mihi sanguinis fluxus sisti: et est infin. a. 2. pass. qui cum Ionica paragoge est ζ, 98, εἵματα ἠελίοιο αὐγῇ τερσήμεναι, vestes splendore solis siccari post lotionem, ξηρανθῆναι.

τέρσω, (Τρέω) candefacio, *ich mache heiss oder glühend, (I make hot or red hot;)* arefacio, *ich mache trocken, ich dörre, (I dry,)* ξηραίνω. est a τείρω, f. τερῶ, æolice τέρσω, unde fit hoc novum verbum. hinc est ὁ ταρσὸς. i. e. καλαθίσκος ἐν ᾧ τυρὸς τέρσεται, *ein napf zum käse trocknen, (a dish for drying cheese in,)* nam aor. 2. est ἔταρσον: hinc et urbs ἡ Ταρσός. ἕλκος ἐτέρσετο, παύσατο δ' αἷμα, vulnus siccabatur et sanguis fluere desinebat, Λ, 267, 847. οὐδέ ποτε ὄσσε δακρύων τέρσοντο, ε, 152, oculi nunquam sicci erant a lacrimis. θειλόπεδον τέρσεται ἠελίῳ, campus apricus incenditur et calefit et arescit a sole, η, 124. et ratio etymologiæ apparet, nam siccanda plerumque atteruntur vi aliqua: e. c. si sanguis exprimitur e vulnere, etc. ἡ τρασιὰ hinc est locus ubi siccantur ficus et casei. Aristoph. Nub. 50.

τερψίμβροτος, ὁ ἡ. (Ῥέω) homines exhilarans. est epitheton solis. ab ἡ τέρψις, delectatio. μ, 269, 274, ubi id epitheton non sine ratione positum, ut admoneat, eum non esse tristitia adficiendum, qui exhilaret homines. τὸ μ in ejusmodi nominibus ὄγκου causa est intersertum.

τεσσαράβοιος, ου. ὁ ἡ. (Βοῦς) quatuor boum pretio. τῖον δέ ἑ τεσσαράβοιον, Ψ, 705, æstimabant eam pretio quatuor boum, *taxirten sie vier ochsen werth, (estimated at the value of four oxen,)* de ancilla probe erudita.

τεσσαράκοντα, (Τρέω) quadraginta, *vierzig, (forty.)* νῆες, Β, 524, 534, 737, 747. συκέας, ω, 340.

τέσσαρες, ων. οἱ αἱ. τὰ τέσσαρα. (Τρέω) quatuor, *vier, (four.)* Attici, etymo propius, dicunt τέτταρες: et nomen est a τρεῖς, præposito τὲ, et, ut unum ad tres notetur. τέσσαρες ἀρχοὶ, Β, 618. νομῆες, Σ, 578. ἔλαχον, sorte eligebantur, ι, 335. ἀμφίπολοι Κίρκης, κ, 349. κύνες Eumæi, ξ, 22, οἱ ἐπ' ὀδόου, χ, 204. ἀμφὶ Ὀδυσῆα, ω, 496. et 278, γυναῖκας. τέσσαρας ἵππους, Ε, 271. οὔατα τέσσαρα, Λ, 633. μέτρα, Ψ, 268. Vide sub πέντε.

τεταγὼν, vide sub τάζω.

τετάρπετο pro ἐτάρπετο, vide sub Τέρπω aliquanto a fine.

τέταρτος, η, ον. et τέτρατος, η, ον. (Τρέω) quartus, *der vierte, (the fourth.)* τέταρτος, Ψ, 301. et 269, τετάρτῳ. τῶν τετάρτων, Μ, 98. ἡ τετάρτη, κ, 358. τῆς τετάρτης, Π, 196. τὸ τέταρτον, imo et ὑφὲν scriptum, τοτέταρτον, quarta vice, Ε, 438. Π, 705, 786. Υ, 447, qui versus tamen abest a quibusdam exemplaribus. Χ, 208. φ, 128. sic et τὸ τέτρατον, Φ, 177. ἤδη γὰρ τρίτον ἐστὶν ἔτος, τάχα δ' εἶσι τέταρτον, jam tertius annus fere est plenus, cito incipiet quartus annus, β, 89. et 107, ὅτε τέτρατον ἦλθεν ἔτος. τὸν δὲ τέταρτον ἀποπροέηκε πόλινδε, ξ, 26. τρὶς μὲν ὀρέξατο ἰὼν, τὸ δὲ τέτρατον, ἵκετο τέκμωρ, de Neptuno gradiente, Ν, 20, ter expandebat gressum, et quarta vice venit ad constitutum locum, κατὰ τὸ τέταρτον ὄρεγμα ποδῶν, i. e. βῆμα, quarto passu. Μηριόνης τέτρατος, Ψ, 615, coll. 269. τέτρατον ἦμαρ, γ, 180. ι, 262. ἔτος, τ, 152. ω, 141. ἡ τετρὰς habet quiddam infausti apud antiquos. notat ergo et quibusdam his locis τὴν φιλοπονίαν τοῦ Ὀδυσσέως, καὶ τὸ κινδυνῶδες. hinc proverbium: τετράδι γέγονα, i. e. ἑτέροις πονέω, sicut Hercules, qui γεννηθεὶς ἡμέρᾳ τετάρτῃ lunaris mensis, δυστυχὴς ἀπέβη, et damnatus ἄλλοις ταλαιπωρεῖν: *ich bin in der vierten zal geboren, d. i. ich muss andern mühesam dienen, (I was born in the fourth class, i. e. I am doomed to labour for others.)* conf. Ἡρακλῆς in R.

τέτατο pro ἐτέτατο, vide sub τείνω.

τετιημένος, τετιηὼς pro τετιηκὼς, vide sub τιέω.

τέτλαθι pro τλάθι, vide sub τλῆμι paullo ab initio.

τέτμημαι pro τετάμημαι, vide sub ΤΕ΄ΜΩ.

τέτμω, (Τέμω) verbum mere poëticum, factum ex perf. m. τέτομα, per syncopen, vel ex τέμω, per syncop. τμῶ, et per reduplicationem ab initio. notat καταλαμβάνω, εὑ-

ρίσκω, deprehendo, invenio, *κατ' ἐπιτομὴν δηλαδὴ ὁδοῦ ἢ καιροῦ, ἐν ἐπιτομῷ καὶ συντόμως καταλαμβάνω*, deprehendo celeriter, sine ambagibus aut diu quærendo. *ἔνθα ὅγε Νέστορα ἔτετμε*, Δ, 293, ut notetur *σπουδὴ* venientis: ibi ille Nestorem statim invenit, *traf an, (found.) οὐκ ἔνδον ἀμύμονα τέτμεν ἄκοιτιν*, non domi invenit honestam suam conjugem, Z, 374. et 515, *αἶψα ἔτετμεν ἀδελφεὸν*, statim reperit fratrem. *ὃν γῆρας ἔτετμε*, α, 218, quem senectus occupavit. *εἰ ζώοντα Αἴγισθον ἐν μεγάροισιν*, γ, 256, si vivum eum deprehendisset. *τὴν δὲ ἔνδοθι τέτμεν ἐοῦσαν, traf sie zu hause an, (found her at home,)* ε, 58. et 81, *οὐδὲ αὐτὸν ἔνδον. ὄφρα οἴκοι μητέρα τέτμῃς*, ut domi invenias matrem, ο, 15, *antreffest, (mayest find.)*

τετράγυος, *ου. ὁ ἡ.* (Γάω) est portio agri, *οὗ ἑκάστη τῶν τεσσάρων πλευρῶν γύην* (determinatam illam mensuram) *εἶχε, ἵνα ᾖ τετράπλεθρος ἢ τετραπέλεθρος, τετράγωνος*, et hinc *ἰσόπλευρος*. nam *ἡ γύη* est *μέτρον γῆς*. in specie *τὸ τετράγυον* erat *διάστημά τι, ὅσον ἦν ἀροτριᾷν δι' ἡμέρας τοὺς ἀγαθοὺς ἐργάτας, καὶ χρωμένους βουσὶν ὁμοίοις, ein acker von vier stücken, (a field of four days' work.) μέγας ὄρχατος τετράγυος*, η, 113, magnus hortus quadratus: ubi figura videtur innui. *τετράγυον δ' εἴη, εἴκοι δ' ὑπὸ βῶλος ἀρότρῳ*, σ, 373, ubi de portione agri arandi per diem unum est sermo.

τετραθέλυμνος, *ου. ὁ ἡ.* (Θέω) quatuor quasi fundamenta habens, *τετράπτυχος, τετράθετος. veirfach, (fourfold.) σάκος τετραθέλυμνον*, clypeus quadruplex, O, 479. χ, 122, quatuor coriis bubulis inductus.

τετραίνω, f. *ανῶ.* (Τρέω) terebro, exascio scienter. notat, opus facere *τῷ τερέτρῳ*. idem verbum dicitur *τιτράω*, f. *τρήσω*, abjecta rursus reduplicatione; et *τιτραίνω*, cujus futurum aliud non est. sunt a *τερέω, τρέω, τράω. ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε τένοντε*, X, 396, amborum in posteriore parte pedum perforavit nervos ad talum usque ab infima calce, *er durchborete die fersen beyder füsse unter dem knöchel, (he perforated the heels of both feet below the ancle,)* ut trajiceret per ea foramina funem, et sic pronum corpus Hectoris traheret per terram. *τέτρηνεν δ' ἄρα πάντα*, in navigio faciendo, ε, 247, omnia ad eam ædificationem pertinentia ligna. *τέτρηνα δὲ πάντα τερέτρῳ*, ψ, 298, nam in sponda lecti dormitorii opus est multis foraminibus et cæsionibus.

τετράκις, (Τρέω) adverb. quater, *viermal, (four times.) τρὶς μάκαρες καὶ τετράκις*, ε, 306, O terque quaterque beati, qui ad Trojam periere; inquit Ulysses, natans solus in mari, fracta nave.

τετράκυκλος, *ου. ὁ ἡ.* (Κύλω) i. e. *τετράτροχος*, quatuor rotarum. est epitheton currus, Ω, 324.

τετράορος, *ου. ὁ ἡ.* (Ῥέω) quadrijugis. *τετράοροι ἄρσενες ἵπποι*, quatuor juncti mares equi, ν, 81, *οἱ τέσσαρες ὁμοῦ συνεζευγμένοι*, qui et *τετράσειροι* dicuntur, ab *ἡ σειρά. τὸ τέτρωρον, ein gespann von vieren neben einander, (four horses harnessed together abreast.)* hoc heroës in re seria usi non sunt: et Homerus novit id fortasse ex sua ætate, sicut et *τὸν κέλητα* novit, quo heroas usos nusquam legimus. pro *τετράορον* reperitur alibi et, *τετράορες*, ab *ὁ ἡ τετράορ* vel *τέτρωρ, ορος. τὸ τέτρωρον* scribitur et *τετρῶρον*. cæterum *τετράορος* apud alios quoque est, quadrupes, ut *τετράορος ταῦρος*.

τετραπλῆ, (Τρέω) adverb. quadrupliciter. *τριπλῆ τετραπλῆ τ' ἀποτίσομεν*, A, 128.

τέτρατος, *η, ον*, vide *τέταρτος*.

τετραφάληρος, *ου. ὁ ἡ.* (Φάω) epitheton galeæ, in fronte et in cervice et ad utramque aurem habentis prominentias. est idem quod sequens et *ἀμφίφαλος*. E, 743, ubi expositionis causa *τοῦ ἀμφιφάλου* est additum. sic et Λ, 41. Vide sub *φάλος*, et *ἀμφίφαλος*.

τετράφαλος, *ου. ὁ ἡ.* (Φάω) galea quatuor prominentias (*φάλους*, q. v.) habens, eademque quæ *ἀμφίφαλος*. M, 384. X, 315.

τετράφατο pro *ἐτετράφντο*, vide sub Τρέπω, aliquanto a fine.

τετράφη pro *ἐτράφη*, vide sub Τρέφω, prope finem.

τετραχθά, (Τρέω) adverb. quadrupliciter, *vierfach, (four-fold.)* pro *τετραχῆ, τετραχῶς*. θ est insertum ad *τραχυφωνίαν. τριχθὰ καὶ τετραχθὰ διατρυφὲν*, fractum in tres quatuorve partes, Γ, 363. *διέσχισεν ἲς ἀνέμου τὸ ἱστίον*, ι, 71.

τετρίγει, vide sub Τρίζω.

τέτροφα, vide sub Τρέφω, ad initium.

τέττα, (Πάω) possit esse vocativus ab *ὁ τέττης, ου.* et est titulus honorificus ad hominem nobilem, Δ, 412, quæ vox enarrari ulterius non potest. conf. *τέττιξ* et *ἠθεῖος*.

τέττιξ, *ιγος. ὁ.* (Τρέω) cicada, *eine heuschrecke. (a grasshopper.)* vide verbum *τερετίζω. τεττίγεσσιν ἐοικότες, οἵτε καθ' ὕλην δένδρῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι*, Γ, 151, ubi comparat poëta senes concionatores cicadis. *οἱ τέττιγες* sunt *ἄναιμοι* (sine sanguine) *καὶ ψυχροὶ τὴν κρᾶσιν*, temperamento gelido, *καθὰ καὶ οἱ γέροντες, καὶ ᾠδικοὶ δὲ*, cantillantes assidue. in Asia canunt de ramis arborum, non facile humi: hinc dux aliquis, minatus symbolice hostibus plenariam terræ vastationem, sic ut ne arbor quidem stans relinqueretur, dixit, *ποιήσειν τοὺς τέττιγας τοῖς ἐχθροῖς χαμόθεν ᾄδειν*, facturum se, ut cicadæ hostibus de plana terra canant, i. e. *δενδροτομήσειν αὐτοῖς τὴν χώραν*, succisurum se illis omnes arbores. (confer huc Theocrit. Id. 7, 138, 139, ubi simul epitheton habent *αἰθαλίωνες*, nam gaudent æstu solis.) et mares *τέττιγες* canunt tantum, fœminæ sunt *ἄφωνοι*: unde discere possent humanæ fœminæ silentium, nam *γυναιξὶν κόσμον ἡ σιγὴ φέρει*. sed fortasse et hic valet: bestiæ enim sunt. alluditur simul hac comparatione ad fabulam *ἐγχώριον*. nam *Τρωϊκὸς ἦν ὁ Τιθωνὸς*, quem *ὁ μῦθος μετέβαλεν εἰς τέττιγα*: et fortasse hoc inde fic-

tum, ὡς περὶ τὸ γῆρας λαλίστερος. cæterum hæc comparatio non est valde laudans. nam, cicadarum quidem vocem in se, laudat poëta, utpote gratam viatori et agricolæ: sed, respectu senum istorum, respicit πρὸς μόνην συνέχειαν λαλιᾶς, καὶ ῥοῖζον ἀδιεχῆ, καὶ εὔροιαν ἤχου, καὶ φωνῆς τορότητα. fortasse et poëta civilissimus innuere voluit, quid perdat civitates: si proceres loquantur tantum variis modis, et obstrepant consiliis sanioribus, ipsi nihil rerum agendarum capessentes. nam oratores verbis largi, prudentia et factis inopes, pessundant res publicas, ubi unus non absolute imperat, sed sententiis plurium standum est. Græcus orator Nestor prudentissimus, longe aliter comparatur. cave ergo putes, laudis magnæ causa inductam hanc parabolam: potius, ut invalidum rebus, clamosum tamen et streperum verbis, significaret. cæterum h. l. hi oratores sedebant etiam in alto, sicut τέττιγες in arboribus. Nobiles Athenienses gestabant antiquioribus temporibus cicadas aureas, ut Thucydides tradit, in symbolum τοῦ, γηγενεῖς εἶναι, in ipsa terra Attica natos se, et ex vetustissima origine. conf. Aristoph. Nub. 980, ubi is mos gestandi aureos τέττιγας in cirris capilli, inter obsoletos numeratur. et Vesp. 1259. vide κρώβυλος, sub κάρα. unde quidam τὴν προσφώνησιν φιλεταιρικὴν et ad nobilem aliquem, τέττα, ab hoc more deductam putarunt. sed quia valde dubitandum est, Homeri ævo hunc morem Athenis fuisse usurpatum, cum tamen προσφώνησις illa apud poëtam exstet: ideo et hæc etymologia fit non verisimilis. id tamen cave credas, per apocopen ex τέτλαθι, perfer, factum esse τέττα: nihil enim absurdius hac opinione videtur antiquis. ὁ μέγιστος τέττιξ vocatur ὁ ἀχέτας, ου. et τὸ ἐλάχιστον τεττίγιον est ὁ κερκώπης, ου, et τὸ καλαμαῖον. τὸ τερέτισμα est vox cicadæ. confer ἀκρίς.

τέτυγμαι pro τέτευγμαι, τετύγμην pro ἐτετεύγμην, τετυκόμην pro ἐτυχόμην, τέτυκον pro ἔτυχον, vide sub τεύχω.

τεῦ pro τινὸς, vide sub τὶς, aliquis, ad initium, et τίς, quis, prope medium.

τευχέω, f. ήσω. (Τίκω) armo. est a τεύχω. sicut a γράφω γραφέω. τετευχῆσθαι γὰρ ἄμεινον, armatum enim esse præstantius est, χ, 104, et est specialiter derivata notio ad ὅπλισιν. alias in genere est, paro, struo, conficio.

τεῦχος, εος. τό. (Τίκω) instrumentum; in specie bellicum quo militans munit corpus contra tela, *eine rüstung, (armour.)* ἀρήϊα τεύχεα δύω, ubi deest ὄφρα, dum induo arma martia, i. e. bellica, Z, 340, ad differentiam aliorum τευχέων. plena ea phrasis est H, 193, ὄφρ' ἂν ἐγὼ πολεμήϊα τεύχεα δύω. ἀρήϊα τεύχεα ἄμειβον, permutabant arma, ἐσθλὰ μὲν ἐσθλὸς ἔδυνε, χέρεια (infirmiora, *die schlechtern) (the worse)* δὲ χείρονι δόσκεν, dabat imperator, Ξ, 381, 382, ut ergo quisque haberet arma congrua virtuti suæ et viribus. χαλκήρεα τεύχε' ἀπ' ὤμων συλήσειν, O, 544, spoliaturi cæsum ferreis suis armis. κλυτὰ τεύχεα Πηλείδαο, inclyta arma Achillis, *die berühmten waffen, (the celebrated armour,)* P, 191. et 194, ἄμβροτα, nam erant θεόσδοτα, 195, 196, coll. 202. et 205, τεύχεα δ' οὐ κατὰ κόσμον (non decenter, i. e. contumeliose, in ignominiam Achillis et Patrocli) ἀπὸ κρατός τε καὶ ὤμων εἵλευ, detraxisti. et 210, Ἕκτορι δ' ἥρμοσε τεύχεα ἐπὶ χροΐ, apta erant corpori ejus, *sie schlossen gut an, (they fitted well.)* et hæc erat ἰδιότης horum armorum ut ἡφαιστοτεύκτων et divinorum, ut cuivis corpori convenirent: præterea indutum iis, implebant animo et alacritate, 211, 212. quæ est poëtica descriptio armorum quorumvis habilium et firmorum. cæterum de his, Peleo quondam divinitus datis armis, est proverbium: Πηλεὺς τὴν μάχαιραν, i. e. vir prudens et juste usurus accipere debet gladium,. non vero stolidus aliquis aut injustus: nam διὰ σωφροσύνην acceperat Peleus gladium θεόθεν. τεύχεα χρύσεια πελώρια, θαῦμα ἰδέσθαι, ἔχων, habens arma aurata maxime admiranda, de Rheso, Thraciæ rege, K, 439—441. τεύχεα δ' Ἕκτωρ δηώσας ἀπέδυσε πελώρια, de armis Achillis, occiso Patroclo exutis, Σ, 82—85, quæ erant καλὰ καὶ ἀγλαὰ δῶρα θεῶν. τεύχεα δ' ἀλλήλοις ἐπαμείψομεν, arma inter nos permutemus, Z, 230, de Diomede et Glauco, coll. 235, 236. vide ἐπαμείβω. ἀράβησε δὲ τεύχεα ἐπ' αὐτῷ, Δ, 504. E, 58, 540, arma gravem sonum edebant cum caderet. et 294, 295, αἰόλα, παμφανόωντα, varia arte facta, tota lucentia, fragorem in corpore cadentis fecerunt. μέγα δ' ἔβραχε τεύχεα φωτῶν, et ingenti fragore sonuere arma virorum pugnantium, Π, 566. sic et de cadente, ἀμφὶ δέ οἱ βράχε τεύχεα, ποικίλα χαλκῷ, M, 396. Ξ, 420. κατέδυ (induebat) ποικίλα χαλκῷ, varia arte elaborata arma ex ferro, Z, 504. οἱ δ' αὖτις κατὰ τεύχεα ἔδυν, pro, κατέδυσαν, rursus induebant arma, Δ, 222. κατεδύσετο καλὰ, induebat splendida, H, 103. τεύχεα δῦθι ἐμὰ κλυτὰ, indue, Π, 64. et 129, δύσεο θᾶσσον, indue ocyus. ἀποδῦσαι (exuere ei cæso) κλυτὰ, E, 435. N, 182. sic, οὐκ ἀπέδυσε, non potuit ea ei exuere, Δ, 532. ἐξεδύοντο, exuebant ipsi sibi, Γ, 114, ut levarentur onere. et 327, 328, ποικίλα: ἀμφὶ ὤμοισιν ἐδύσατο, induebat sibi. πᾶσι ποικίλα ἔλαμπε, Δ, 432. τεύχεα ἐσύλα, spolia legebat, sc. ἐκδύσας πεσόντι, Δ, 466. E, 164, 618, 621, 622. Z, 28. H, 78, 82. Λ, 110. O, 524, 583. Π, 500. P, 60. et 85, αἴνυτο, detrahebat. N, 550. Λ, 579, 581. ἐξενάριξε, interfecto detraxit, H, 146. N, 619. Φ, 183. μὴ ἀφέλωνται, ne auferant ei et detrahant arma, Π, 545, coll. 560, 782. ἀφελέσθαι ὤμοιιν, N, 510. λύοντο δὲ τεύχεα ἀπ' ὤμων, solvebant mortuis iis, P, 318. et 760, πολλὰ δὲ τεύχεα καλὰ πέσον, multa pulcra arma fugientium Græcorum cadebant in terram, i. e. multi in ea fuga sunt interfecti, πολλοὶ ὁπλῖται ἔπεσον. καλὰ ἀποθέσθαι ἐπὶ χθονὶ, arma deponere in terra, intermisso prælio, Γ, 89. ἐν θαλάμῳ περικαλλέα ἔπεν, in conclavi perpulcra arma tractans et parans ad usum, Z, 321. sic, Δόλ-

πος περὶ τεύχεα ἕπουσιν, O, 555, circum arma ejus occupati sunt, *sind dahinter her, (are engaged about.)* ἔχων ὤμοις, gestans humeris, H, 137, 150. τάγε ἔχει Ἕκτωρ, Σ, 21. ἐπὶ τεύχεα ἐσεύοντο, B, 808, discurrebant ad arma capienda. ἢ δὴ πλεῖστον ὅμιλον ὅρα καὶ τεύχε' ἄριστα, O, 616. δὸς δέ μοι τὰ σὰ, θωρηχθῆναι ὤμοιϊν, ut armer in humeris meis, Π, 40. καλὰ φέρουσα παρὰ Ἡφαίστου, Σ, 137, afferens. et 144, υἱεῖ ἐμῷ δοῦναι κλυτὰ παμφανόωντα. et 192, ἄλλου δ' οὔ τινος οἶδα οὗ ἂν κλυτὰ δύω, inquit Achilles: quanquam id τεῦ, quod per οὗ exposuimus, possit et esse pro τίνος, cujus. et 335, καὶ κεφαλὴν Ἕκτορος. et 451, αὐτὸν περιέσσε τὰ ἃ, eum induit suis armis. et 466, ὥς οἱ καλὰ παρέσσεται, sicut ei parata erunt; inquit Vulcanus pollicens. et 616, μαρμαίροντα. παρὰ Ἡφαίστου δέξο κλυτὰ, καλὰ μάλα, T, 10, accipe a Vulcano allata, οἷα οὔπω τὶς ἀνὴρ ὤμοισι φόρησε, qualia nullus unquam gestavit. et 12, 13, κατέθηκε πρόσθεν αὐτοῦ, τὰ δ' ἀνέβραχε δαίδαλα πάντα, sonitum dabant cum deponerentur, artificiose omnino facta. πολλὰ καλὰ αἰζηῶν ἔπλωον, fluitabant in fluvio, Φ, 301. et 317, οὔτε τὰ καλά. et 336, ἥ κεν (φλὸξ) ἀπὸ Τρώων κεφαλὰς (i. e. Trojanos ipsos) καὶ τεύχεα κήαι, comburat, ustulet. et 408, ἀμφαράβησε. ἐπεί κε ἀποδύω, X, 125, siquidem exuero mihi arma. et 258, ἐπεί κέ σε συλήσω κλυτὰ, quando quidem te spoliavero armis istis. et 322, αὐτοῦ χρόα εἶχε χάλκεα τεύχη, ejus corpus tegebant arma; et ἄλλο τόσον est adverbialiter, omisso κατὰ, *in so weit, (in as far.)* et 323, ἃ ἐνάριξε κατακτὰς βίην Πατρόκλου, i. e. Πάτροκλον, quæ legerat postquam occiderat eum. et 368, ἀπὸ ὤμων ἐσύλα αἱματόεντα. et 399, ἀναείρας κλυτὰ, *da er hinauf hub, (lifting up.)* δεύοντο (rigabantur) ψάμαθοι, δεύοντο δὲ τεύχεα φωτῶν δάκρυσιν, lacrimis virorum, Ψ, 15, quasi collacrumantia. et 800, Σαρπήδοντος. et 803, ἑσσαμένω, induti ambo armis. In Iliade ergo ubique positum nomen de armis militaribus, corpus tegentibus. ἄνδρες ἀρηΐφατοι, βεβροτωμένα ἔχοντες, λ, 41, viri in pugna occisi, cruentata habentes arma sua. καταδὺς ἐγὼ κλυτὰ, μ, 228. ἀρήϊα, π, 284. τ, 4. χ, 109, 114, 139, 141, 148, 201. ψ, 366. ω, 164, 218, 379, 465, 524, 533, quo loco τεύχεα in fine versus. sed de aliis instrumentis est, μ, 13, ἐπεὶ νεκρός τ' ἐκάη καὶ τεύχεα νεκροῦ, ubi de funere Elpenoris sermo est, et ubi quidem et militaria ejus instrumenta nautica et quotidiana, ex more. coll. λ, 74, ubi umbra Elpenoris rogat, ut corpus ejus comburatur, σὺν τεύχεσιν, ἅσσα (ἅτινα) μοί ἐστιν. ἐγκοσμεῖτε τὰ τεύχεα, ἑταῖροι, νηῒ μελαίνῃ, instruite et apte disponite armamenta in navi, ο, 218, inquit Telemachus navigaturus; ut ergo ibi ὅπλα navis notentur. sic fortasse et δ, 784, et π, 326, 360, τεύχεα δέ σφιν ἔνεικαν θεράποντες, arma militaria simulque alia utensilia ad iter apta mari, tulerunt illis ministri. λήσεσθαι χόλου εἵνεκα τευχέων, inquit Ulysses ad umbram Ajacis apud inferos, λ, 553, et medium ε in scansione eliditur. σὺν τεύχεσιν, cum armis, in armis, Γ, 29. Δ, 419. Λ, 386, 724. Π, 426. Σ, 303. X, 381. αὐτῷ ἴκελον καὶ τεύχεσι τοῖον, E, 450. et 737, θωρήσσετο ἐς πόλεμον, armabat se armis ad pugnam. sic, Θ, 376, 388. τεύχεσι παμφαίνων, Z, 513. T, 398. λαμπόμενος, P, 214. Σ, 510. Υ, 46. ἐν τεύχεσιν δῦναι, Ψ, 131. ἐνδύοντο, ω, 495, coll. 497, ἐνέδυνον τεύχεα. ἀμφὶ τεύχεσιν Ἀχιλλῆος δικαζόμενος, λ, 545, de Ajace. ὑπὸ τεύχεσι πεπτηότες, ξ, 474, coll. 479, sub armis contecti jacentes. πολλοὶ ἥρωες ἐῤῥώσαντο τεύχεσι περὶ πυρὴν, ω, 69, i. e. ἐῤῥωμένως ἐκινήθησαν, decurrebant armis circa rogum: de funere Achillis.

τεύχω, f. ξω. (Τέκω) paro, et quidem firmum et stabile: fabricor. κατασκευάζω, ποιέω. constituo. est a τέκω, interserto υ, et mutata tenui media. αὐτοῖς Ἑκηβόλος ἄλγεα τεύχει, parit quasi illis ærumnas, constituit, A, 110. αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε (ἔτευχε) κύνεσσιν, A, 4, ipsos cibum fecit canibus. δώματα, ἃ αὐτὸς ἔτευχε, Z, 314, coll. 316, ubi verbum ἰσοδύναμον, ἐποίησαν, *gebauet, (built.)* sic et verbum Germanicum, *ich teiche, (I dam, dyke,)* i. e. aggerem flumini oppono, et, *ein land enteichen, (to surround a tract with dykes,)* i. e. regionem aggeribus circumductis ab irruptione aquarum prohibere, et, regionem, madidam ante, injecto multo aggere explere et siccare, cum Græco τεύχω unius est originis. τοῖσι δὲ τεῦχε κυκειῶνα Ἑκαμήδη, his paravit potionem miscellam, *machete zu rechte, (prepared,)* Λ, 623, coll. 640, ubi verbum ἰσοδύναμον, ὁπλίζειν: utrumque verbum γενικῶς positum, et τὸ εἰδικὸν interpositum 637, ἐύκησε, commiscuit, *hat eingerühret, (has mixed up.)* Τρώεσσι δὲ κήδεα ἔτευχε, N, 209, Trojanis funera et contristationes parabat. τρίποδας ἐείκοσι ἔτευχεν, Vulcanus, Σ, 373—377, ubi pocula confecit, quæ ambularent. didici, magnates quosdam habere et hodie ejusmodi pocula, αὐτόματα, quæ, inferne ad modum horologii portatilis facta, per mensam a conviva ad alium paullo remotius sedentem possint sua sponte vadere. quid si putes, id artificium jam Ægyptiis (et Homerus fuit Ægyptius nobilis) usurpatum fuisse? et postea deperditum, ut nostris demum sæculis denuo inventum sit? id certum est, Marchionem Brandenburgicum ineunte sæculo decimo octavo florentem, habuisse ejusmodi poculum aureum; cujus rotas per elasterem internum ita potuerit temperare, ut ad eum potissimum convivam pervaderet in mensa longa, ad quem voluerit ipse; sic tamen, ut quasi casu consisteret, deficiente intensius vel remissius tenso elastere. non omnes artes, quas pro recens inventis habemus, sunt recentes. τεῦχε δὲ πομπὴν, paravitque mihi dimissionem a se, κ, 18. et 118, τεῦχε βοὴν διὰ ἄστεος, instituit et fecit clamorem per urbem, ut convenirent cives, *liess es durch die stadt ausrufen, (caused proclamation to be made through the city.)* παλίωξιν παρὰ νηῶν αἰὲν ἐγὼ τεύχοιμι, O, 70, insectationem conversam a castris Græcis

perpetuo ego constituam, inquit Jupiter, i. e. faciam, ut vice versa Græci semper fugent Trojanos, sicut nunc Troës fugant Græcos. χερσὶν ἐπίστατο δαίδαλα πάντα τεύχειν, poterat manibus artificiosa omnia struere, E, 61. τὸ μὲν Ἥφαιστος κάμε τεύχων, id sceptrum Vulcanus elaboraverat, B, 101. sic, τὸν θώρηκα, Θ, 195, et, τὰ τεύχεα, T, 368, arma. τεύχων ἢ πολὺν ὄμβρον ἠὲ χάλαζαν, de Jove, K, 6, parans. ἄλφιτα τεύχουσαι, γυναῖκες, υ, 108, farinas facientes, i. e. molentes. et 119, ἐμοὶ, ἄλφιτα τευχούσῃ. ἄγε, σὲ ἄγνωστον τεύξω πάντεσσι βροτοῖσι, te non noscendum faciam omnibus, ν, 397. et 191, ὄφρα αὐτὸν ἄγνωστον τεύξειε, ut eum non agnoscibilem faceret: et sermo est de Minerva, i. e. prudentia ipsius Ulyssis, qui personam sibi mira arte circumponendam existimabat, ne statim agnosceretur, et hinc periculum illud adiret, quo Agamemnon perierat. explorandos prius sibi esse animos suorum statuebat, et cognoscendum, quid in regia sua ageretur, antequam se aperiret. cave ergo active intelligas, ut Dacieria opinatur: quid enim Minerva faceret Ulyssem ignorantem? decepit fœminam doctissimam versus 188, 189: sed ex contextu id ita est intelligendum, quod volens et prudens Ulysses constituerit apud se, simulare, quasi non agnosceret terram, et fingere se prorsus peregrinum ad omnes qui obvii futuri sint. θεὸς ergo est prudens illud Ulyssis consilium, et simulatio alta, quæ sibi circumdedit caliginem quasi, i. e. personam, ne alii eum agnoscere possint. πόλεμον τεύξεις, ω, 475, bellum et pugnam fieri constitues, O Jupiter. τεύξει σοὶ κυκεῶνα, κ, 290, parabit tibi mixturam aliquam venenatam, Circe sc. et 316, τεῦξε δέ μοι. θρόνον Ἥφαιστος τεύξει, Ξ, 240, sellam commodam faciet ille tibi, *soll machen, (shall make.)* ἠελίῳ νηὸν τεύξομεν, soli templum ædificabimus, *wollen der sonne einen tempel stiften, (will build a temple to the sun,)* μ, 347. οἱ δὲ γάμον τεύξουσι, illi parabunt nuptias, *werden die verheyrathung besorgen und stiften, (will arrange and provide for the nuptials,)* α, 277. β, 196. τεύξουσι δ' ἐπιχθονίοισιν ἀοιδὴν χαρίεσσαν ἀθάνατοι ἐχέφρονι Πηνελοπείῃ, ω, 196, parabunt mortalibus cantum gratum dii prudenti Penelopæ, i. e. homines canent adsidue de eximia Penelope. οἱ τεύξειν θάνατον, ei illaturum esse cædem, χ, 14, *ihm den tod anthun werde, (will put him to death:)* et illud οἱ pertinet ad τίς, 12. δώματα ἔτευξα, domos constituissem ei, δ, 174. εἴδωλον ἔτευξε, spectrum, simulacrum, confecit, E, 449, *liess ein gespenst der ähnlichkeit erscheinen, (caused a figure resembling him to appear.)* θάλαμον Ἥφαιστος, Ξ, 166, 338. ἐν τῇ ὁπλοποιΐᾳ τὸ, ἔτευξε, πυκνάκις positum, Σ, 483, 608, 609, 610, 612, et est idem quod ἐποίησε et ἔτιθει, quæ verba, variationis causa, cum τεύχειν commutantur. χρύσειοι κύνες, οὓς Ἥφαιστος ἔτευξε, construxit, η, 92, ad servandam domum regiam; qui sine dubio obambulare poterant, pari modo ut paullo ante de poculis vidimus. ars fortasse, qua hodie puellam ligneam exornatam in mensa obambulare eleganter faciunt, fuit jam antiquissima, sed rara, et ideo Vulcano adscripta, et post deperdita ad longum tempus. et 235, εἵματα αὐτὴ ἔτευξε, vestes ipsa confecit. δόλον, struxit dolum, θ, 276. ἐμοὶ κυκεῶνα, κ, 316, coll. 290. γέλων ἑτάροισιν, risum sociis præbuit, σ, 349. ἐπεί μοι θεοὶ κακὰ κήδεα ἔτευξαν, α, 244. οἶτον θεοὶ μὲν τεῦξαν, ἵνα ᾖ καὶ ἐσσομένοις ἀοιδὴ, θ, 579, fatum et exitum tristem fecerunt dii, ut esset posteris quoque celebris narratio. πύλαι πετασθεῖσαι ἔτευξαν φάος, portæ apertæ pepererunt salutem fugientibus, Φ, 538, ubi vides arctam cognationem hujus verbi cum τέκω vel τίκτω. οὐδέ κεν ἄλλως οὐδὲ θεὸς τεύξειε, θ, 177, nec deus quidem aliter fecerit, i. e. formosius parare non possit corpus. conf. θεός. ἠὲ θάνατον τεύξειε ἑκάστῃ, an mortem inferret cuique, υ, 11. Αἴγισθός μοι τεύξας θάνατον, λ, 408. et 429, κουριδίῳ πόσει τεύξασα θάνατον, de morte Agamemnonis, quam uxor cum adultero ei intulit. δύο Κρόνου υἷε ἀνδράσιν ἡρώεσσι τετεύχατον ἄλγεα λυγρὰ, N, 346, duo nati Saturni, Jupiter et Neptunus, diversum sentientes, caussabantur viris utriusque exercitus dolores tristes: et est dualis perfecti activi, coll. A, 4. ἐπίτονος (rudens) τετευχὼς (ἐκ) ῥινοῦ βοὸς, factus ex corio bovis, μ, 423, i. e. τμῆμα ὢν βοείου δέρματος. futurum 2 act. τυχῶ, ionice τυκῶ, aor. 2. ἔτυχον, ionice et cum repetitione prioris consonæ Ionica, τέτυκον, in qua dialecto hæc reduplicatio retinetur per omnes modos. δεῖπνον τετυκεῖν, prandium parare, ο, 77. χεῖρας νιψάμενοι τετύκοντο (omisso augmento imperf. m.) δαῖτα, lavabant manus et parabant cœnam, κ, 182. hæc media forma sæpe notat, consequor, paratur mihi, particeps fio. οὔτε σὺ πομπῆς τεύξῃ, fut. 1. m. per contractionem Atticam, ex τεύξομαι, τεύξεσαι, ionice τεύξεαι, et hinc contracte τεύξῃ, τ, 314, neque tu deductionis in patriam fies particeps. σοὶ δ' ἐνθάδε φημὶ φόνον ἐξ ἐμοῦ τεύξεσθαι, E, 653, tibi autem hic puto cædem a me illatum iri, *werde dir der tod angethan werden, (thy death will be brought about.)* ἔλπετο γὰρ τεύξεσθαι προβιβῶντος, Π, 609, sperabat enim se consecuturum esse hasta progredientem, *er werde ihn treffen, (he should hit him.)* τεύξεσθαι δόρπον, parare cœnam, T, 208. ἔνθα αὐτῇ δώματα τετεύχαται, pro τετευχνται, ubi ei domicilia parata sunt, N, 22, tertia plur. perf. pass. pro quo usus Atticus dicit τετευγμένα εἰσί. ἢ δὴ ταῦτά γ' ἑτοῖμα τετεύχαται, Ξ, 53, certe jam ista quidem parata sunt. et 220, ᾧ (ἱμάντι) ἔνι πάντα τετεύχαται, in quo omnia ista insunt, coll. 215, 216, et sermo est de cingulo Veneris. οὐ γὰρ ἔτι ἀνσχετὰ ἔργα τετεύχαται, β, 63, non enim jam tolerabilia fiunt, *es wird nicht mehr erträglich gemachet, (what is done is no longer tolerable.)* φίλοις κήδεα, amicis dolores parati sunt, ξ, 138. αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι, τ, 563, alteræ enim januæ ex cornu factæ sunt; de portis somniorum. αἱ δὲ βόες (ἐκ) χρυσοῖο τετεύχατο, boves in clypeo

die taxe die der obrigkeit bezahlet wird, (the taxes paid to the sovereign.) dicitur ὁ τῖμος, ου. ἡ εὐκλεὴς τιμή, quæ est ἡ εὔκλεια, dignitas, honor, facit τὸν ἐπίτιμον et τὸν ἔντιμον: sed altera illa τιμή, quæ est ἡ τιμωρία, pœna, mulcta, satisfactio, facit τὸν ἐπιτίμιον, cui pœna imponitur, qui et ἐπιζήμιος, multa pecuniaria multatus, et ἐπίπληκτος: unde τὸ ἐπιτιμήσειν est τὸ ἐπιπλήξειν, et, ἐπιτίμησον τούτῳ, est, ἐπίπληξον αὐτῷ. neutrum, τὸ ἐπιτίμιον, ponitur substantive, sicut τὸ ἐγκώμιον, sc. σύγγραμμα, ὁ ἐγκώμιος λόγος. τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι, dignatio regi est a Jove, B, 197, sc. ἡ τῆς βασιλείας, dignitas regia. sic, ἐκ δὲ Διὸς τιμὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ, P, 251, a Jove dignitas et honor sequitur et comitatur principes: ubi utrumque nomen notat idem. οὐ μὲν γὰρ τιμή γε μία ἔσσεται, non quidem enim dignatio sane par eademque erit, Ω, 66. θεῶν μείζων ἀρετή, τιμή τε βίη τε, I, 494, deorum major quam hominum est præstantia et dignitas et potentia. ἐπεὶ οὔποτε ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς σκηπτοῦχος βασιλεύς, siquidem nunquam similis particeps factus est dignitatis imperans rex, qualem jam Agamemnon habet, A, 278, utpote qui tot principibus magnis, et tanto exercitui, imperat. δῶκε δέ οἱ τιμῆς βασιληΐδος ἥμισυ πάσης, Z, 193, deditque ei de regno suo dimidiam partem, *die hälfte seiner königlichen würde, (half of his kingdom.)* οὔτι με ταύτης χρεὼ τιμῆς, I, 604, non mihi opus est hac dignatione: volo enim a Jove fieri dignus existimatione et honore, qui sua directione ostendet, sine me nil nisi infortunia accidere Græcis. tunc videbor esse magni pretii. et 612, ἥμισυ μείρεο τιμῆς, accipe dimidiam partem dignitatis meæ principalis. de versu 601 vide contractum ex τιμήεις. ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς, O, 189, ubi sermo est de tribus fratribus divinis, quorum quisque suam summæ dignitatis partem propriam accepit, coll. 190—192. ergo τιμὴ sæpe est ἡ βασιλεία. ὃς κεῖται ἐμῆς ἕνεκα ἐνθάδε τιμῆς, P, 92, qui cæsus est hic, ut mihi satisfactionem a Trojanis conciliaret; inquit Menelaus de Patroclo. Τρώεσσιν ἀνάξειν τιμῆς τῆς Πριάμου, se regem futurum Trojanis post Priamum, Υ, 181, i. e. βασιλεύσειν τῆς Τροίας, et sermo est de Ænea. οὐδέ σε λήθω τιμῆς ἧστε με ἔοικε τετιμῆσθαι μετ' Ἀχαιοῖς, inquit Nestor ad Achillem, Ψ, 649, neque te lateo, quod attinet pretium, quo sum æstimandus inter Græcos, ob olim egregie facta, et nunc ob consilia. cæterum genitivus pendet ab omisso διὰ, et positum ad differentiam alius cujusdam memoriæ probrosæ: *du denkest an mich mit der achtung, die mir gebüret, (thou thinkest of me with due respect.)* senes enim proni sunt in laudem sui. νῦν δ' ἁλὸς ἐν πελάγεσσι θεῶν ἐξέμμορε τιμῆς, ε, 335, de Leucothea, quæ olim fuit mortalis fœmina, nunc vero in fluctibus maris particeps facta est dignitatis deorum. πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισιν ἀοιδοὶ τιμῆς ἔμμοροί εἰσι καὶ αἰδοῦς, θ, 480, omnibus enim hominibus cantores dignationis participes sunt et reverentiæ: τίμιοί εἰσι καὶ τιμῆς ἐπιτυχεῖς. ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς, inquit regina ad principes Phæacum, λ, 337, singuli participes estis pretii: et τιμὴ ibi posita est pro pecunia, divitiis, πλούτῳ, coll. 339, 340: ἕκαστος τῶν ἀκροατῶν τιμῆς μοῖραν ἔχει ἔν τε ἄλλοις, καὶ ἐπὶ τῷ πλουτεῖν: nam dicit hoc διὰ τὸν παρ' ἑκάστῳ πλοῦτον. *ihr seyd alle grosse ansehnliche herren, die theil an der regierung und am vermögen zu helfen haben, (ye are all illustrious men, who have a share in the government and in the ability to relieve.)* nam hæc est τιμὴ βασιληΐς, *der fürstliche werth, (the royal dignity,)* quatenus potest princeps opitulari. et 502, οἳ κεῖνον ἐέργουσιν ἀπὸ τιμῆς, ubi est dignitas regia, qui illum arcere volunt a principatu regio. ἔβη Ἀγαμέμνονος εἵνεκα τιμῆς εἰς Ἴλιον, ibat ad Trojam propter æstimationem ejus, et quia eum magni faciebat, ξ, 70. et 117, αὐτὸν φθίσθαι, periisse eum, ob honorem ejus. τιμῆς ἀπονήμενος ἧσπερ ἄνασσες, fruitus illa dignitate, qua imperabas, ω, 30, ubi conf. ἀπόνημαι. ὄφρα Ἀχαιοὶ ὀφέλλωσίν ἑ τιμῇ, ut Græci augeant eum dignatione, i. e. ut eum majore in pretio habeant, A, 510. μὴ πατέρας ὁμοίῃ ἔνθεο τιμῇ, Δ, 410, ubi ἐν, verbo adjunctum, pertinet ad ablativum nominis: ne patres nostros in æquali nobiscum numera pretio, coll. 405, nam nos præstamus iis. ἐν δ' ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλὸς, et in eodem pretio est et ignavus et strenuus, I, 319. τιμὴν ἀρνύμενοι Μενελάῳ, A, 159, satisfactionem et ultionem ei parare cupientes. et 353, τιμήν πέρ μοι ὄφελλεν Ὀλύμπιος ἐγγυαλίξαι, pretium saltem mei et dignationem aliquam mihi debuisset Jupiter præbere, *eine gehörige werthachtung bey andern, (due respect from others.)* nam ista dignatio est donum dei. τιμὴν δ' Ἀργείοις ἀποτίνειν ἥντινα ἔοικεν, i. e. ποινὴν, multam pecuniariam Graiis luere ex æquitate, Γ, 286, quæ sit ad compensandos aliquo modo sumtus bellicos. et 288, εἰ δ' ἂν ἐμοὶ τιμὴν Πρίαμος τίνειν οὐκ ἐθέλῃ. et 459, ἀποτίνειν, satisfactionem sumtuum, et multam pecuniariam, luere. τιμὴν Ἀτρείδαις ἀρνυμένω, E, 552, satisfactionem iis parare volentes ambo. πόρε καὶ σὺ Διὸς κούρῃσιν ἕπεσθαι τιμὴν, I, 509, da et tu honorem et reverentiam filiabus Jovis, ut eas sequatur. ὥς ἄν μοι τιμὴν μεγάλην καὶ κῦδος ἄροιο πρὸς πάντων, ut mihi concilies dignationem magnam et honorem ab omnibus, Π, 84. εἰ δὴ ὁμὴν Ἀχιλῆϊ καὶ Ἕκτορι θήσετε τιμὴν, Ω, 57, si æquale pretium statuetis his, coll. 66. τιμὴν δ' αὐτὸς ἔχοι, dignitatem κατ' ἐξοχὴν, i. e. regiam, α, 117. οἳ καὶ νέρθεν γῆς τιμὴν πρὸς Ζηνὸς ἔχοντες, λ, 301, qui et sub terra pretium et dignitatem a Jove habentes, Castor et Pollux, qui alternis diebus ambo vivunt et ambo mortui sunt; non vero alter altero die, sed ambo eodem alterno die. et 303, τιμὴν δὲ λελόγχασι ἶσα θεοῖσιν, dignitatemque nacti sunt velut dii. et 494, ἢ ἔτι ἔχει τιμὴν μετὰ Μυρμιδόνεσσιν, an adhuc habet dignitatem supremam apud eos, coll. 495, et 502. τιμὴν ἐεικοσάβοιον ἕκαστος ἄγοντες, adducentes satisfactionem et retributionem pro comestis bonis,

quisque viginti boum, χ, 57, mulctam, pretium pro absumtis. *ἀκλεὴς τιμὴ*, præstantia ingloria, *ἐμοὶ δὲ τιμὴ τῆσδε τῆ γενήσεται*; Aristoph. Achar. 895, mihi vero pretium pro hac anguilla quomodo fiat? *die bezahlung, der werth, (the payment, the price.)* Vide sub *πόλις*, aliquanto sub medio, et Ὀφέλλω.

τιμήεις, εσσα, εν. (Τῶ) pretiosus, honoratus. *χρυσὸν τιμήεντα φίλου (τοῦ) ἀνδρὸς ἐδέξατο*, λ, 326, quæ aurum pro suo marito accepit, eumque prodidit. nam aurum est metallum in se pretiosissimum, et hoc ex auro factum opus erat artificiosissimum. *οὐκ ἔτι μετὰ θεοῖς τιμήεις ἔσομαι*, ν, 129, inquit Neptunus, jam non inter deos in pretio et honore ero, cum ne homines quidem me satis æstimant. *χρυσοῖο ταλάντου τιμήεντος*, Θ, 393, talentum auri pretiosi, *köstlichen goldes, (precious gold.)* *ὅπως τιμήεσσα γένοιτο μᾶλλον*, σ, 160, ut majores æstimaretur a marito suo, et magis suspiceretur. *δῶρον τιμῆεν, μάλα καλὸν*, donum pretiosum, valde pulcrum, α, 312. et 393, *τιμηέστερος*, majore in pretio et dignatione habitus. *κάλλιστον καὶ τιμηέστατον, δῶρον δώσω*, δ, 614. ο, 114.

τιμῆς, ῆσσα, ῆν. (Τῶ) est contractum ex *τιμήεις*, q. v. et masculinum potest habere Iota subscriptum, quia ει terminationi inerat ante contractionem: sed reliquæ formæ id non habent. potest et in masculino, ejusque nominativo, omitti. *οὐκ ἔτι ὁμῶς τιμῆς ἔσεαι*, non tunc æque in pretio eris, Ι, 601. sic *αἰγλῆς* dicitur pro *αἰγλήεις*, splendidus. *χρυσὸν τιμῆντα καὶ ἄργυρον*, Σ, 475, aurum pretiosum et argentum.

τίμιος, α, ον. (Τῶ) in pretio constitutus vel habendus, in dignatione, *ehrenwerth, hochzuschätzend, (held in honour, in high estimation.)* *ὡς ὅδε πᾶσι φίλος καὶ τίμιός ἐστιν ἀνθρώποις*, κ, 38, ut hic omnibus acceptus et in pretio est hominibus!

τινάσσω, f. *άξω.* (Τῶ) protendo, protensum vibro, extendo. nam est per paragogen ex *τείνω* vel *τιίνω*. deinde est, extensum quatio et motito, concutio, rumpere conor, distendo, disjicio. *δύο δοῦρε τινάσσων*, duas hastas extentas portans, Μ, 298. *χερσὶ δὲ δοῦρα μακρὰ τινάσσοντας*, manibusque hastas longas protendentes, χ, 149. *τινάσσων φάσγανον*, gladium strictum intentans, Χ, 311, coll. 306, *εἰρύσσατο φάσγανον*, stringebat gladium, *zog den degen, (drew the sword.)* *ἐτίνασσε ἔγχος*, protensam ante se gerebat hastam, Υ, 163. *χειρὶ δὲ λαβοῦσα ἑανοῦ, ἐτίναξε* sc. *ἑανὸν*, manu apprehendens vestem Helenæ, quam allocutura erat, vellicabat eam vestem, ut respiceret Helena, *zog sie bey dem kleide, (held her by her garment,)* Γ, 385. *ἀστεροπὴν Ζεὺς χειρὶ λαβὼν ἐτίναξεν ἀπὸ Ὀλύμπου*, Ν, 243, fulmen Jupiter manu sumens extendere id solet missum de cœlo: et verbum ibi apte, nam fulmen est jaculum Jovis. *τὴν αἰγίδα ἐτίναξε Ζεύς*, Ρ, 595, commovit, direxit in adversum, ægidem: et *αἰγὶς* in se non est *ὅπλον πληκτικὸν*, sed tantummodo *φοβητικόν*: *er richtete entgegen, (held against.)* *ἔνερθε Ποσειδάων ἐτίναξε γαῖαν*, infra Neptunus concussit et movit terram, Υ, 57, *erregete ein erdbeben, (caused an earthquake.)* *ποσὶ θρόνον*, pedibus calcitrantibus evertit et in terra extendit sellam, χ, 88, *stiess den stuhl um, (kicked down the seat.)* *ἄνεμος ἠίων θημῶνα τινάξῃ καρφαλέων*, ε, 368, ventus palearum siccarum acervum disjicit, coll. 363, ut ergo de rumpendo, distendendo, *ἀνασαλεύειν*, ponatur hoc verbum. *Ὄλυμπος οὐκ ἀνέμοις τινάσσεται*, ζ, 43, non ventis perstringitur, *wird von winden nicht bestrichen und beunruhiget, (is not annoyed by winds:)* venti eo se non intendunt. *πήληξ ἀμφὶ κροτάφοις μαρναμένου σμερδαλέον ἐτινάσσετο*, Ο, 609, galea circa tempora pugnantis horrendum motitabat se. *αἰετὼ ἐτιναξάσθην πτερὰ πολλὰ*, β, 151, aquilæ duæ motitabant alas crebro; nam *πολλὰ* est adverbialiter.

τίνω, τινύω, τίνυμι, τιννύω, τίννυμι, (Τῶ) sunt formæ, idem notantes quod *τίω*, luo, pendo; et in medio, luere facio, punio. *μάλα χρεώ με πάντα Θέτι* (contracte pro *Θέτιι*, vel per apocopen pro *Θέτιδι*) *ζωάγρια τίνειν*, inquit Vulcanus, olim servatus a Thetide, Σ, 407, valde obligor, ut Thetidi pretium pro salute data omnibus modis persolvam. *εἰ δ' ἂν ἐμοὶ τιμὴν τίνειν οὐκ ἐθέλωσι*, Γ, 289, si vero mihi pretium operæ persolvere noluerint, coll. 286, et intelliguntur sumtus bellici, quorum restitutionem postulant Græci a Trojanis. *θωὴν τίνων*, β, 193, pœnam luens. *Ζεὺς τίνυται ὅστις ἁμάρτῃ*, Jupiter punit eum quicunque peccet, ν, 214. *Ἐρινύες ὑπὸ γαῖαν ἀνθρώπους τίνυνται*, Furiæ sub terra homines puniunt, maxime perjuros, Τ, 260. *θεοὶ, οἳ ὑπένερθε καμόντας ἀνθρώπους τίνυσθον*, Γ, 279, dii, qui sub terra fato functos homines punitis: et dualis ibi pro plurali *τίνυσθε*, ob æquipollentiam horum duorum numerorum. *λώβην τιννύμενος*, ω, 325, injuriam et contumeliam puniens et ulciscens: *das unrecht strafend und vergeltend, (punishing and avenging injustice.)* cæterum ν duplex ob metrum necessarium minime est, sicut Iota anceps in *τίω* et inde factis videatur: ut ergo apud poëtam per unum ν semper scribi possit.

τίποτε, (Ὁ) quid tandem, propter quid tandem, *διὰ τί ποτε*, *warum doch wohl, (but why then.)* et patitur syncopen extruso ο, ut fiat, *τίπτε*, et per apostrophum, sequente spiritu aspero, *τίφθ'*. *τίπτ' εἰλήλουθας*, quid venisti? Α, 202. *τίπτ' ἄνεῳ ἐγένεσθε*, Β, 323, cur obstupuistis? *τίφθ' οὕτως ἕστητε*, Δ, 243, cur sic statis. et 340, *τίπτε καταπτώσσοντες ἀφέστατε*, cur trepidantes absistitis. Ζ, 254. Η, 24. Θ, 447. Κ, 37, 141. Λ, 605, 655. Μ, 244. Ν, 250. Ξ, 43. Ο, 90. Π, 7, 721. Σ, 385, 424. Υ, 16. Φ, 369, 394. Χ, 8. Ψ, 94. Ω, 90. *τίπτε δέ σε χρεὼ*, Κ, 85. α, 225, quidque tibi opus est? *τίπτε δέ σε χρειὼ δεῦρ' ἤγαγε*, δ, 312, ubi verbum additum plenam facit phrasin, cum alibi ellipsis sit verbi: cæterum attice neutrum *τί* præmittitur nomini fœminino *ἡ χρειὼ*, quam confer. *was denn für eine noth führet dich hieher, (what misfortune brings thee hither.)* β, 363. δ, 681, 707,

810. ε, 87, 339. *τίπτε τόσον ἀρημένος*, quid tandem tantopere læsus, *ὧδε ἐβόησας*, sic vociferaris, ι, 403, 494. κ, 378. λ, 92, 473. ν, 417. υ, 33. ψ, 15, 98.

τὶς, τὶ, (Τῶ) aliquis, *jemand, (somebody;)* aliquid, *etwas, etwa, (something.)* *ἠέ τῳ κῦδος ὀρέξομεν, ἠέ ἡμῖν*, aut nos alicui gloriam præbebimus quod nos interfecerit, aut aliquis nobis, M, 328, ubi *τῳ* est pro *τινί*. *ἤν τις ἀκούσῃ*, si quis forte audire velit, P, 245. et 254, *ἀλλά τις αὐτὸς ἴτω*, sed quisque ipse eat, *gehe jeder von selbst, (let each go himself.)* nam *τὶς* sæpe est pro *ἕκαστος, πᾶς*. *μή τις* (nemo) *πρὶν ἐπειγέσθω οἶκόνδε νέεσθαι, πρίν τινα* (antequam quisque) *παρὰ Τρώων ἀλόχῳ* (apud aliquam Trojanorum conjugem) *κατακοιμηθῆναι*, B, 355. et 382, *εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω* (quisque bene poliat hastam) *εὖ δέ τις ἵπποις δότω δεῖπνον, εὖ δέ τις ἅρματος ἀμφὶς ἰδὼν*—et 388, *ἱδρώσει μέν τευ* (ionice pro *τινὸς*, cujusque) *τελαμών*. nimirum *τὶς* ponitur pro *ἕκαστος* non absolute, sed de multitudine indefinita, si multi ex ea multitudine, non præcise nominati aut demonstrati, innuuntur. tale est Germanorum *mann, (one,)* e. c. *man schärfe den spiess, (let some one sharpen the spear,)* etc. i. e. omnis is qui videt id opus esse. sic et Herodot. VII, 237, *κακολογίης πέρι τῆς ἐς Δημάρητον, περιέχεσθαί τινα τοῦ λοιποῦ κελεύω*, jubeo in posterum quemlibet abstinere a maledicendo huic. et sæpe *τὶς* loco nominis proprii festive ponitur, ut apud Theocr. 5, 120, 122, certus aliquis, i. e. hic homo. *ἔνθα τις, ἄλκιμον ἦτορ ἔχων, μαχέσθω*, ibi quisque, fortitudine præditus, pugnet, Π, 209. *εἴ τις ἐμοὶ ἐπιπείσεται*, si quis mihi obediet, P, 154, sic ut omnes et singuli intelligantur. coll. 146, 147. et 227, *τῷ τις νῦν ἰθὺς τετραμμένος ἢ ἀπολέσθω ἠὲ σαωθήτω*, igitur quisque nunc recta ad hostem conversus aut pereat aut servetur, *man rücke an, man mag nun dabey umkommen oder leben bleiben, (let each advance to the attack whether he fall in it or not;)* inquit Hector ad suos. sic et, *τῷ κέν τις κείνων γε καὶ ἐκλελάθοιτο γάμοιο*, γ, 224, tunc sane quisque illorum vel oblivisceretur nuptiarum; ut sit pro *εἷς ἕκαστος*, quisque pro se. *τὶς πόλις*, aliqua urbs, O, 737. *ἀνθρώπων*, Γ, 402. Σ, 466. *ὀψιγόνων*, Γ, 353. H, 86, i. e. posteri. *εἴπεσκεν*, N, 211, ubi est pro nomine proprio ignoto: sic dicebat nescio quis, imo permulti sic dicebant. *ἦν δέ τις*, erat quidam, non sane admodum nobilis, K, 314. imo et de nobili, etsi non clarissimo, N, 663. *ἔστι δέ τις ποταμὸς*, Λ, 721. *ἤριπε δὲ ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν*, procidit in terram sicut quando quercus aliqua procidit, N, 389. Π, 482. *εἱστήκει ὥς τις λέων*, P, 133. coll. 61. *ὡς ὅτε τις παῖς*, O, 362. *τὶς θεῶν*, O, 290. P, 338. π, 356. *ἀθανάτων*, E, 185. Z, 108, 128. *εἴ τις*, Ω, 74, *wenn doch jemand, (if yet some one.)* Γ, 401, *wenn etwa einer, (if perchance one.)* I, 318. T, 305. *τὶς καὶ ἄλλος, auch ein andrer, (another also,)* Θ, 515. *οὐδέ τις ἄλλος, οὔτε, οὔτε*, Π, 225. Σ, 185. *ἠὲ*, λ, 174, 175. *οὐδέ τις ἡμῶν*, i. e. *οὐδεὶς*, ω, 158. *μὴ*, M, 272. H, 98. *πολλὸς γάρ τις ἔκειτο*, H, 156, jacebat multus, i. e. longus et vastus. *οὐκ ἄν τις, wohl nicht leicht einer, (scarcely any one,)* Γ, 66. *τὶς*, aliquis, jam non notus, Δ, 196, 206. *μήτε τις θήλεια, μήτε τις ἄρσην*, Θ, 7, 379, 513. *οὐ γάρ τις νέμεσις*, nequaquam vitio verti potest, Ξ, 80, 456, 485, quisque, *ein jeder, (each.)* Π, 98, 99. P, 414, 420, 423, *einer und der andre, (one and another.)* confer porro Γ, 12, 33, Z, 479. I, 148, 290. Λ, 292. N, 578, 638. O, 121, 139, 272. Π, 263. P, 14, 657, 733. Σ, 169, 429. T, 151, 153, 227. Υ, 495. Φ, 126. X, 67, 281, 375. Ψ, 103. Ω, 369, 374, 439, 505, 610, 734. α, 282, 302, 396. β, 108. γ, 377. δ, 78, 80. ε, 221. ζ, 206. η, 199, 204, 244. θ, 254, 280. ι, 102, 502, 508. κ, 141, 259, 552. λ, 365. ν, 269. ξ, 178, 179, 391, 254, 496. ο, 402, 406. ρ, 165, 387, 449. σ, 7, 326, 381. τ, 172, 238, 239, 365, 558. υ, 35, 45, 83, 140, 287, 330. φ, 237, 324, 597. χ, 6, 126, 151, 158. ψ, 63, 118, 149. ω, 266, 490. et in his locis multa sunt, ubi admirationis vox est. *οὐδέ τις ἑτάρων*, δ, 536, 537, ubi confer *ἕταρος*. Iota hujus est natura breve, potest tamen in cæsura produci, ut patet ex Ω, 148, 149. Genitivus *τινὸς* ionice est *τέο*, π, 305. et id contrahitur ionice in *τεῦ*, enclitice. *ἱδρώσει μέν τευ τελαμὼν*, sudabit sane cujusque lorum, quo tenet clypeum, i. e. manus qua tenet, B, 388. et 390, *ἱδρώσει δέ τευ ἵππος*, i. e. *ἑκάστου, ἢ πολλῶν*. *εἰ δέ τευ ἐξ ἄλλου γε θεῶν*, E, 897, si ex aliquo alio deorum natus sane esses. *ἠέ τευ ἀγγελίης μετ' ἐμὲ ἤλυθες*; N, 252, an alicujus nuntiationis causa me secutus es, *ἀγγελίης τινὸς ἕνεκα*, ut imperatoris mandata aliqua perferres ad me. et 559, *ἤ τευ ἀκοντίσαι*, aut contra aliquem jaculari eminus. *ἄλλου δ' οὔ τευ οἶδα τεῦ ἂν κλυτὰ τεύχεα δύω*, neque alium quemquam novi cujus famosa arma induere possim, Σ, 192, ubi prius est pro *τινὸς*, posterius pro *οὗ*, ab *ὅς*. *οὔτε τευ ἄλλου*, neque alicujus alterius rei, T, 262. δ, 264, pro *οὔ τινος*. sic et α, 217. γ, 348. ζ, 68, 192. ι, 497. ξ, 510. ρ, 115. τ, 109, 371. φ, 210, 306. Dativus *τινὶ*, ionice est *τῷ*, enclitice. *οὔτε σοι, οὔτε τῳ ἄλλῳ*, nec tecum nec cum aliquo alio, A, 299. *ἠέ τῳ κῦδος ὀρέξομεν ἠέ τις ἡμῖν*, aut nos alicui gloriam de nobis præbebimus, aut aliquis nobis de se occiso, M, 328. sic et, *εὖχος*, N, 327. idem dativus etiam *τέῳ* ionice dicitur. *οὔτε τέῳ σπένδεσκε θεῶν*, neque cuiquam deorum libabat, Π, 227. *τῷ κέ τεῳ στύξαιμι μένος*, tunc sane alicui retunderem robur suum, λ, 501. *τέρας νύ τεῳ τόδε φαίνεις*, signum certe alicui istud ostendis, υ, 114. Accusativus *τινά*. *φαίης κεν ζάκοτόν τινα ἔμμεναι*, Γ, 220, putares sane eum esse cerebrosum aliquem. *οἷόν τινα*, qualem, *was für einen, (what kind of,)* E, 638. υ, 377. *ἀθανάτων τινὰ*, N, 8. *ἀγγελίην*, O, 174. *θεοπροπίην*, oraculum aliquod, Π, 36, 37. et 629, *πάρος τινὰ γαῖα καθέξει*, antea aliquem terra continebit, i. e. morientur nonnulli cæsi. *καί τινα Τρωϊάδων*, Σ, 122. et 302, *τῶν*. *ἀλλά τινα οἴω*

ubi est pro ἕκαστον, sed quemque existimo, T, 71. ἤν τινα πέφνῃ, Υ, 172, si quem occidere possit; ubi ἤν est pro ὅπως, et recentiores amant pro eo, εἴ πως τινά. Ξ, 342, ubi pertinet ad θεῶν pariter ac ἀνδρῶν. δ, 690. ι, 65. μ, 299. ο, 31. π, 256, 261. ρ, 364. υ, 380. φ, 374. χ, 67. Accusat. plural. τινὰς, aliquos, O, 735. Neutrum. τί. ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο; *furwar woltest du denn wohl mir worin folgen, (wouldst thou now obey me in any point?)* Δ, 93. sic, εἴ μοί τι πίθοιο, si mihi circa aliquid obtemperare velles, H, 28. et sic hoc τὶ sæpissime, et ex usu Attico, eleganter abundat quasi. vide A, 108, 115, 468, 542, 592. B, 252, 486. Γ, 407. Δ, 234. E, 408, 421, 901. I, 197, 374, 641. Λ, 560. N, 284, 446. O, 97. Π, 503. T, 169, 182. μ, 208. ξ, 373. υ, 310. ω, 312, ubi quidam, sicut et in aliis quibusdam locis citatis, legi volunt δ' ἔτι, pro δέ τι. sæpe et τὶ trahi potest ad præcedens οὐ, ut sit οὔτι, in qua tamen voce sæpe τὸ τὶ abundat attice, sicut et in μήτι, ὁμοῦτι, οὕτωτι. hinc est et illa Attica paragoge cum accentu, νυνστί, μεγαλωστί, σχεδοντί, etc. sæpe autem id abundans τὶ notat, aliquo modo, ut sit vocula extenuans. οὔπω τι πέπυστο, nondum aliquid rescierat, N, 521. εἴ τι νόος ῥέξει, Ξ, 62, si quid consilium proficiet, *wenn klugheit was ausrichten kann, (if prudence can be of any avail.)* et his duobus locis non abundat. sic et O, 245. et Π, 39, ἤν πού τι φόως Δαναοῖσι γένωμαι, ubi modestiæ causa additum; nam φῶς notat νίκην, *heil, (protection;)* et ipse non simpliciter vult esse φῶς, quod arroganter dictum foret, sed quoddam quasi φῶς, sic et Λ, 796. porro non abundat, P, 32, 401, οὔπω τὶ ᾔδει, nondum noverat aliquid de ea re. sic et X, 437, coll. 438. omisso κατὰ, Σ, 180, aliquo modo. ἦ ἄρ τι τόδ' ἄρειον, certe quidem aliquid præstantius illud erat, Ψ, 56, et id τόδε est 59. et 67. οὐδέ τι, et nullo modo. ἤ τι μεταστρέψεις; an aliquid, secundum aliquid, convertes istum sermonem et mutabis, O, 203. vide porro, α, 173. γ, 96. δ, 264, 326. θ, 136, 558, 563. λ, 212, 216. ν, 229. ο, 83, 361. π, 97, pro κατά τι, *etwa, (somewhat.)* π, 325. υ, 38, τὶ τόδε, aliquid illud, quod dicit 39, 40. et 82. ω, 251. οὔ πω γάρ τι ἴδμεν μι, A, 718, nondum enim omnino scire me.

τίς, τί, (Τῶ) quis, quid? interrogativum, et non encliticum. τίς δ' ἄρ' τῶν ὄχ' ἄριστος ἔην; quis autem horum præstantissimus erat? τίς νύ σε τοιάδ' ἔρεξε; quis tandem te talibus affecit? E, 373. Φ, 509. τίς δὲ σὺ ἐσσι, φέριστε; quis tandem es tu, optime, Z, 123. O, 247. Ω, 387. τίνα πρῶτον, τίνα δ' ὕστατον; E, 703. Λ, 299. Π, 692. τίς δ' οὕτω ἔρχεαι, quis tandem es qui sic vadis, K, 82. et 303, τίς κέν μοι τόδε ἔργον ὑποσχόμενος τελέσειε; quis tandem suscipiens in se hoc negotium, efficiat mihi illud? τίς οἶδε, quis novit, Λ, 791. O, 403. Π, 860. β, 332. γ, 216; τίς ἄλλος ὀνήσεταί σευ, quis alius fructum percipiet ex te, Π, 31. τίς εἴποι ὀνόματα, quis nomina recensere possit, P, 260. et 469, τίς θεῶν. (sic Σ, 182. Υ, 332. δ, 462.) et 475, σοὶ ὁμοῖος; et 586, ἄλλος ταρβήσειέ σε, quis alius formidet te. τίς, πόθεν ἀνδρῶν, εἴς; quis es, et unde gentium? Φ, 150. α, 170. η, 238. κ, 325. ξ, 187. ο, 264. τ, 105. ω, 297. εἴρωτα, τίς εἴη, interrogabat eum, quis esset, ο, 422. sic, εἴροντο, interrogabant, ρ, 368. τίς ἄν δή τοι νόος εἴη, quis tandem tibi animus esset, *wie würde dir da zu muthe werden, (how shouldst thou then feel?)* Ω, 367. τίς δαὶς, τίς δὲ ὅμιλος ὅδε ἔπλετο; quale convivium, aut qualis hæc congregatio est? α, 225. τίς ὧδε ἤγειρε; quis sic congregavit nos? β, 28. κὲν ἐκεῖνα πάντα μυθήσαιτο, γ, 113. τίς γῆ, τίς δῆμος, τίνες ἀνέρες ἐγγεγάασι; ν, 233. τίς ἄν ἑκὼν, ε, 100. ὅδε καλός τε μέγας τε, ζ, 276. κὴρ, quodnam fatum, λ, 397. σὲ πρίατο, quis emebat te, ξ, 115. ξεῖνον καλεῖ, ρ, 382. et 446, δαίμων, quæ fortuna. μεταιχομένη, quæ ministra sequens te, τ, 24, ὅδε ξεῖνος, υ, 191, τόξα τιταίνοιτο, φ, 259, quis tandem tendere velit aut possit arcum! κὲ οἴοιτο, quis sane putaret, χ, 12, *wer solte auch wol denken, (who should ever think?)* τίς νύ μοι ἡμέρη ἥδε, qualis et quam egregius est tandem mihi dies iste, ω, 513, inquit Laërtes gratulabundus sibi de virtute filii et nepotis. Genitivus ionice est τέο pro τίνος. τέο δ' αὖτε ἐπιμέμφεαι, cujus rei causa nunc quereris, B, 225. τέο μέχρις, quo usque, i. e. μέχρι τίνος, Ω, 128. τέο χρή σε, quid opus est tibi, δ, 463. idem genitivus contracte dicitur τεῦ. τεῦ δώματα ἵκωμαι, cujus ædes adeam, ο, 508, *in wessen hauss soll ich zuflucht nehmen, (in whose house should I take refuge?)* τεῦ ἀνδρῶν δμώς εἶς, cujus viri servus es, ω, 256. differt ergo hic genitivus ab illo a τὶς enclitico, quod accentum suum retinet. τίνα πρῶτον ἕλε, quem primum occidit, Θ, 273. τίνα χρειὼ τόσον ἵκει, ad quem necessitas tantopere venit, β, 28. τίνα ὄλεθρον, qualem interitum, γ, 249. τίνες ἔμμεναι εὐχετόωνται; quinam esse se profitentur, α, 172. ξ, 189. π, 58. τίνες ἐστέ; γ, 71. ι, 252. τίνες κοῦροι ἕπονται αὐτῷ, quales adolescentes sequuntur eum, δ, 642. Genitivus pluralis ionice est τέων pro τίνων. τέων ἐξ ἐσσὶ τοκήων, a quibus parentibus es genitus, Ω, 387. sic, τέων ἐξ εὔχεται εἶναι ἀνδρῶν; υ, 192. τέων αὖτε βροτῶν ἐς γαῖαν ἱκάνω, in quorum hominum terram nunc venio, ζ, 119. ν, 200. Neutrum τί si solum interrogat, est pro διὰ τί, cur, propter quid? τέκνον, τί κλαίεις, A, 362. et 414, τί νύ σ' ἔτρεφον, cur et cujus eventus causa nutrivi te, inquit mater ad infelicem filium: quæ quidem quæstio communis omnium matrum esse possit; adeo frivola pariter ac ærumnosa res est vita humana: *wozu, warum, (wherefore, why?)* vide porro, Γ, 399. Δ, 371. Θ, 413. I, 337, 338. K, 159. M, 409. N, 275. Π, 627, 859. P, 443. T, 420. Υ, 87, 178. Φ, 474. τί νυ, i. e. τί δὴ, cur tandem, *wozu doch, (why then,)* X, 431. α, 62, 346. ζ, 25. ι, 447. κ, 431. λ, 209. μ, 450. sæpe omissa est præpositio κατὰ, circa quid, in quo, Δ, 31. nonnun-

quam expressa est præpositio εἰς, ἐς τί ἔτι, i. e. μέχρι τίνος, E, 465. sæpe est adjectivum, quod vel quale, τί πένθος, Σ, 73. et 80, ἦδος, quæ delectatio. τί κεν ῥέξειε καὶ ἄλλος, quid sane faceret et alius, δ, 649. τί πρῶτον, τί ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω; ι, 14. sæpe elliptice, τί μοι ἔριδος καὶ ἀρωγῆς, Φ, 560, quæ mihi contentionis et auxilii ferendi utilitas aut facultas est. οἵδε δέ τι ἴσασι, θεοῦ δέ τινα ἔκλυον αὐδὴν, (isti vero quid sciunt, aut quam dei alicujus vocem audiverunt, quæ certiores faceret eos, quod attinet) κείνου λυγρὸν ὄλεθρον; ξ, 89, nam sic interrogative legendus est iste versus, sicut et sequentia, usque ad finem versus 92; et inest comparatio: piratæ sunt in timore vindictæ divinæ, quorum tamen ista negotiatio sola est ex rapto vivere; hi proci autem, quo freti, nihil timent? nam ibi vis est in, καὶ μὲν τοῖς, quod respicit ad, καὶ μὲν δυσμενέες pro δυσμενέσι, 88, 85: et post ἕκαστος est semicolon. post πίπτει colon, post φειδὼ signum interrogandi, sicut et post σφέτερα. τί (pro διά τί) τοῦτο ἐνόησεν, cur hoc in animum induxit, ρ, 576. sic, τί μοι ὧδε ἐπέχεις; cur mihi sic adversaris, τ, 71. τί κακὸν τόδε πάσχετε, quale malum illum accidit vobis, υ, 351. vide porro, φ, 86, 110, 333. ψ, 264. ω, 406, 477.

τίσις, εως. ἡ. (Τῶ) retributio, ultio. *vergeltung, strafe, rache, (retribution, punishment, revenge.)* ἐπεὶ οὔτι τίσιν γ' ἔδδεισας ὀπίσσω, siquidem nullam sane ultionem timere potes in posterum, X, 19, inquit Achilles ad Apollinem; coll. 20. ἐκ γὰρ Ὀρέστου τίσις ἔσσεται Ἀτρείδαο, α, 40, ex Oreste enim ultio erit ob Agamemnonem cæsum; Orestes eam cædem ulciscetur et puniet. ἀνδρῶν δὲ εἴ περ τις οὔ σε τίει, σοὶ δ' ἔστι καὶ ἐξοπίσω τίσις αἰεὶ, inquit Jupiter ad Neptunum, ν, 144, hominum vero si forte quis non in pretio debito habet te, tibi certe est etiam continenter ultio semper. εἰ ὑμεῖς φάγοιτε, τάχα ἄν ποτε καὶ τίσις εἴη, β, 76, si vos comederetis bona mea, fortasse aliquando et restitutio esset, ut vos deinde mihi restitueretis bona; *eine wiedererstattung nach dem werthe, (a restitution of the value.)*

τιταίνω, f. ανῶ. (Τῶ) tendo, extendo. est idem quod τανύω. fit a τείνω, ταίνω, τιταίνω. οἱ Τιτᾶνες inde sunt dicti, a τιταίνειν τόξα, boni sagittarii: unde et ὁ Τιτὰν, ᾶνος, sæpe est sol, jaculans radios suos velut sagittas. hinc est et ἡ ταινία, fascia, *ein band, (a band,)* φασκία τις, maxime quibus naves superne ornantur tempore lætitiæ, *ein wimpel, (a streamer.)* χρύσεια πατὴρ (Ζεὺς) ἐτίταινε τάλαντα, aureas lances libræ extendebat et sursum trahebat pater, ut exploraret, utra lanx deorsum vergeret, Θ, 69. X, 209, ubi verbum valde proprie: nam alias τὰ τάλαντα ἀνιέμενα (lances remissæ) κεῖται: sed ἐν τῇ ζυγοστατήσει τείνονται. προπάροιθε θρόνων ἐτίταινε τραπέζας, ante sellas extendebat mensas, κ, 354, et verbum indicat, fuisse τὰς τραπέζας μὴ στρογγύλας ἀλλὰ προμήκεις, non rotundas sed quadratas oblongas. ἵππος ἅρμα τιταίνων, B, 390. M, 58, equus extentus currum trahens. sic, βόε ἄροτρον τιταίνετον, duo boves aratrum trahunt, N, 704, et notat id τὴν συντονίαν τοῦ ἑλκυσμοῦ. ἔμβητον καὶ σφῶϊ τιταίνετον ὅττι τάχιστα, inquit Antilochus ad equos certamen curule ingredientes, Ψ, 403, coll. 414, nam τιταίνεσθαι εἰς δρόμον est σπεύδειν, gradimini ambo et intendite vos quam celerrime. παλίντονα τόξα τιταίνων, Θ, 266. ἐπὶ αὐτῷ ἐτιταίνετο τόξα, contra eum trahebat arcum, E, 97, Λ, 370, ubi possit esse compositum ἐπιτιταίνω, contra tendo. τίς δέ κε τόξα τιταίνοιτο, φ, 259, quis sane arcum tendere velit? περὶ μέσῳ χεῖρε τιτήνας, N, 534, circa medium ambas manus extendens: ubi quoque possit esse compositum περιτιταίνω. τιταινομένω πτερύγεσσιν, β, 149, ambæ aquilæ extendentes se alis: et quidem sic ut alas non motitarent, sed extensis alis leniter ferrentur ab aëre. ἵππος ῥεῖα θέει τιταινόμενος (διὰ) πεδίοιο, X, 23, currit leviter per campum, intendens se et extendens quasi. sic et Ψ, 518, σὺν ὄχεσι, dominum trahit per campum una cum curru, contento cursu. ὅγε ἂψ ὤσασκε λίθον, τιταινόμενος, λ, 598, contendens et intendens se, retro pellebat saxum Sisyphus: ea est enim figura τοῦ ὠθοῦντος, ὅς χεῖράς τε καὶ πόδας τιταίνει, βιαζόμενος (vi urgens) τὸ ὠθούμενον.

τιτύσκομαι, (Τῶ) dirigo et tendo accurate ad scopum, καταστοχάζομαι, *ich richte gerade nach einem ziele hin, ich ziele wornach: ich spanne, (I take good aim at a mark; I aim at something; I stretch,)* deinde et, struo quid contento studio. est verbum poëticum, factum ex τιταίνω. possis quidem opinari, a τέκω fieri τύκω (a qua origine est et τεύχω) et inserto Sigma τύσκω, et cum Ionica reduplicatione τιτύσκω, ut notio parandi et artificiose struendi sit prima: sed plura tamen poëtæ loca ostendunt, primum significatum esse tendendi, a quo deinde aptandi notio fluat. præterea antiquis magis placet etymologia a τιταίνω. Μηριόνης (κατὰ) αὐτοῦ τιτύσκετο δουρὶ, intendebat se contra eum accurate et studiose hasta, N, 159. et 370, Ἰδομενεύς. sic, ἐγχείῃ, Φ, 582. τιτυσκόμενοι ἰοῖσίν τε καὶ λάεσσι ἔβαλλον, tendentes et dirigentes sagittis et saxis jaculabantur, Γ, 80. οὐδ' ἀφάμαρτε τιτυσκόμενος, non aberravit contendens jactu, Λ, 350. καταστοχαζόμενος. sic, καθ' ὅμιλον, in ordine militum stans et dirigens se ad jactum faciendum, N, 560, coll. 558, τιτύσκετο γὰρ φρεσὶν ᾗσιν, intentus enim erat animo ad id faciendum. sic, τιτυσκόμεναι φρεσὶ νῆες, θ, 556, naves quæ dirigunt se et contendunt ad propositum locum mentibus propriis, quasi rationales. ἄντα τιτυσκομένη, cum contenderet contra pessulum forium, φ, 48, contento studio dirigens clavem contra. et 421, ἧκεν ὀϊστὸν, misit sagittam ab arcu, contra scopum accurate collineans et tendens. μνηστήρων ἕνα γε αἰεὶ ἔβαλλε τιτυσκόμενος, traf

immer einen, (always hit,) χ, 117. et 266, πάντες ἀκόντισαν δοῦρα, ἄντα τιτυσκόμενοι, contra dirigentes hastas in lineam rectam. sic et ω, 180, ἄλλοις ἐφίει βέλεα, aliis immisit tela, collineans contra eos et nitens. τιτυσκόμενοι καθ' ὅμιλον (κατὰ) ἀλλήλων, dirigentes tela et ictus suos in acie contra se invicem, N, 498. ὑπ' ὄχεσφι τιτύσκετο ἵππω, sub curru extendit equos duos, i. e. junxit eos ad currum, Θ, 41. N, 23, i. e. ὑπέζευξεν ἅρματι, *er spannete sie an, (yoked them to the chariot :)* ut metaphorice ponatur verbum. Ἥφαιστος τιτύσκετο πῦρ, extendit et intendit ignem, φ, 342. ex quibus collatis veritas etymologica facile apparebit. cæterum verba poëtica destituuntur futuris.

τιφθ', pro τίποτε, q. v.

Τίω, f. ίσω. (Τῶ) in honore habeo, magni æstimo, carum habeo, curo. it. luo, persolvo. et in medio, τίομαι, persolvi mihi facio, ulciscor, punio. notat ergo τρία, τιμάω, ἀνταποδίδωμι, τιμωρέομαι. est a monstrandi particula τὶς, et ea est a verbo monstrandi, τάω. ἀτίω, non honoro, πᾶς τὶς πλούσιον ἄνδρα τίει, ἀτίει δὲ πενιχρὸν, inquit Theognis, versu 621. quod verbum in Lexicis frustra quæritur. πέρι μέν σε τίω Δαναῶν, inquit Agamemnon ad Idomeneum, Δ, 257, supra alios te honoro et præcipue dignor, et magni momenti te esse ubivis existimo, *ich schätze dich über alle andre, (I esteem thee above all the rest.)* τίω δέ μιν ἐν Καρὸς αἴσῃ, I, 378, ubi vide Κὰρ in R. et 238, οὐδ' ἔτι τίει ἀνέρας οὐδὲ θεοὺς, nec jam curat homines aut deos, tanta ei est Jovis fiducia: de Hectore. ἕτερόν γε τίει χείρονα, τὸν δὲ ἀρείονα ἀτιμᾷ, υ, 132, alium quidem curat et honorifice tractat hospitem, qui tamen sæpe est homo vilior; at alium longe meliorem minus accurate suscipit: agit ergo sæpe prout collibuit, præter rationem constantem. ὅτε μὲ βροτοὶ οὔτι τίουσι, quando mortales me (Neptunum) pro nihilo habent, *wenn die sterblichen nichts nach mir fragen, (if mortals care nothing about me,)* ν, 129, quid ergo apud et inter deos ero. apparet ex his duobus locis, τίειν respicere ad eam quæstionem: quis est iste, quid valet, quomodo tractari debet aut tractatus est? et 144, ἀνδρῶν δὲ εἴ τίς σε οὔτι τίει, si quis hominum vero te non honorat et curat et in digno pretio habet. τίς νῶ τίει καὶ δείδιε θυμῷ, π, 306, aliquis nos curat et reveretur animo; coll. 307, οὐκ ἀλέγει, quod est oppositum τῷ τίειν. θεοὶ δίκην τίουσι, ξ, 84, dii justitiam hominum requirunt et amant, coll. 83, οὐ φιλέουσι. οὔτ' ἐμὲ τίεσκον, οὔτ' αὐτὴν Πηνελόπειαν, inquit Telemachus de ancillis, χ, 425, nec me curantes et respicientes et æstimantes, nec ipsam Penelopen. τὸν ἔξοχα τῖες (ἔτιες) ἁπάντων, quem præ omnibus carum habebas et magni faciebas, ω, 88. τὸν μάλιστα γερόντων τῖε (ἔτιε) Ἀγαμέμνων, quem ex principibus is maxime amabat et æstimabat, B, 21. sic, ὃν πέρι πάσης ὁμηλικίης, quem præ omnibus æqualibus suis carum habebat, E, 326. προφρονέως αὐτὸν ἄναξ, Z, 173, i. e. ἐτίμα αὐτὸν ὁλοψύχως. ὁ δέ μιν ἶσα τέκεσσιν, æqualiter liberis suis carum habebat eum, N, 176. O, 551. τὸν μετὰ Ἀχιλλέα τίε μάλιστα, quem, secundum Achillem, maximi faciebat, Π, 146. μάλιστα δέ μιν τίεν Ἕκτωρ, P, 576. οὕς ῥα μάλιστα τῖε (ἔτιε) Ἀχιλεὺς, Ω, 575. ἶσα δέ μιν κεδνῇ ἀλόχῳ τίεν ἐν μεγάροισι, amabat eam æque ac conjugem suam domi suæ, α, 432, de Laërte et formosa ancilla. τίεν δέ μιν ἔξοχον ἄλλων, diligebat eum præcipue præ aliis, τ, 247. vides ergo, Iota hujus verbi esse anceps. κεῖται ἀνὴρ, ὅντ' ἶσον ἐτίομεν Ἕκτορι δίῳ, jacet vir, quem æque suspiciebamus ac Hectorem, E, 467, de Ænea. φιλότητι αὐτὸν ἐτίομεν, ἔξοχον ἄλλων, I, 627, amicitia eum prætulimus aliis. ὃν ἶσα φίλοισι τοκεῦσιν ἐτίομεν, O, 439, quem æque ac parentes nostros amavimus et suspeximus. σὲ ζωὸν ἐτίομεν ἶσα θεοῖσιν, inquit Ulysses ad umbram Achillis, λ, 483, te vivum æstimavimus æqualiter diis. ὃν Τρῶες ὁμῶς Πριάμοιο τέκεσσι τῖον, quem æque ac filios Priami carum habebant, E, 535, et hujus æstimationis ratio additur 536, quia promtus erat manu: ut ergo amor et honor sequatur virtutem, non natales solum. τὸν ἐγὼ πέρι πάντων τῖον ἑταίρων, ἶσον ἐμῇ κεφαλῇ, quem ego præ omnibus amabam, æque ac me ipsum, Σ, 81. τὸν δὲ δυωδεκάβοιον ἐνί σφισι τῖον Ἀχαιοὶ, eumque pretio duodecim boum inter se æstimabant, Ψ, 703, et sermo est de tripode. et 705, τεσσαράβοιον, pretio quatuor boum; de ancilla operum perita: *sie schätzeten am werthe, (they estimated her to be worth.)* et quod Homerus cum accusativo dixit, id recentiores cum genitivo, τιμῶμαι τόδε τεσσαραβοίου. σὲ δὲ νήπιοι οὐδὲν ἔτιον, χ, 370, stolidi te æstimabant quasi pro nihilo. ἦ ῥα ἔτι ἐστὲ θεοὶ κατὰ Ὄλυμπον, εἰ ἐτεὸν μνηστῆρες ἀτάσθαλοι ὕβριν ἔτιον (ubi alii legunt ἔτισαν) ω, 351, certe sane etiam nunc estis dii in cœlo, si re vera proci improbi contumeliam et superbiam suam luerunt. ἐσθλὸν ἐόντα μετ' ἀνδράσιν οὔτι τίεσκεν, N, 461, egregium eum inter viros nequaquam æstimabat pro merito: et est imperf. Ionicum pro ἔτιεν. οὔτινα γὰρ τίεσκον ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, οὐ κακὸν οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, neminem hominum in pretio habebant aliquo, neque humilem neque et honestiorem et nobilem, χ, 414. ψ, 65, *sie achteten niemanden für was, (they cared for no one;)* quod est ingens crimen, morte luendum. τίσω δέ μιν ἶσον Ὀρέστῃ, carum eum habebo æque ac filium meum Orestem, inquit rex Agamemnon de μικροβασιλεῖ Achille, I, 142. et 284, τίσει σε. οὔτ' ἄρ' ἐγὼ εὐαγγέλιον τόδε τίσω, ξ, 166, neque sane ego hoc præmium boni nuntii persoluturus sum, *ich werde wohl den lohn für die gute botschaft nicht zu bezahlen bekommen, (I shall certainly not need to pay for the good news,)* nam non fiet id bonum quod tu dicis futurum. ἦ μάλα τίσεις γνωτὸν ἐμὸν τὸν ἔπεφνες, P, 34, certe valde lues amicum meum quem interfecisti, *du solst für meinen freund sehr bezahlen und büssen, (thou shalt pay dearly for my friend.)* deberet ibi

esse, τίσεις νῦν τὴν ὑπὲρ ἀδελφοῦ μοῦ ποινὴν, solves nunc pœnam propter fratrem meum: sed in festinatione et ardore mentis minus servatur phrasis ordinaria. et concipi debet sic, σὺ αὐτὸς πεσὼν ἀποτίσεις μοι οὕτω τὸν ἀδελφὸν, *solst mir ihn mit deinem leben bezahlen, (shalt pay for him with thy life.)* σῷ δ' αὐτοῦ κράατι τίσεις, i. e. ἀποδώσεις, nam tuo ipsius capite lues id, quod contra nos cogitas, χ, 218. νῦν μὲν δὴ τοῦ πατρὸς ἀεικέα τίσετε λώβην, Λ, 142, nunc certe luetis indignam injuriam patris istius vestri. sic, πάντες τίσετε φόνον Πατρόκλου, omnes luetis cædem ejus, Φ, 134. sed, οἵ σε θεὸν ὡς τίσουσι, qui te velut deum aliquem suspicient et carum habebunt, I, 302. et 599, ἶσον γάρ σε θεῷ τίσουσιν Ἀχαιοὶ, æque ac deum aliquem colent et amabunt te. εἰ δέ μοι οὐ τίσουσι βοῶν ἐπιεικέα ἀμοιβὴν, μ, 382, inquit Sol in concilio deorum: si vero mihi non luent boum condignam talionem; et sermo est de sociis Ulyssis, qui Solis boves occiderant comederantque. αὐτὸν τίσειν πάντα, eum persoluturum esse omnia, quæ solent inter deos persolvi, θ, 348. et 356, αὐτὸς σοι ἐγὼ τάδε τίσω, ipse tibi ego ista persolvam; inquit Neptunus ad Vulcanum, præs. factus pro Marte deprehenso: *dass er dir alles was rechtens unter göttern ist zahlen werde; oder ich selbst will es dir zahlen, (that he shall pay thee whatever is right between gods; or I myself will pay thee.)* ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισας, præstantissimum virtute inter Græcos pro nihilo æstimasti, A, 244. et 412, ἄριστον οὐδὲν ἔτισε. sic et Π, 244: nam suspici ab aliis, et carum haberi, æstimarique magno, dei donum quoque est. νῦν δὲ οὐδὲ τυτθὸν ἔτισέ με, inquit Achilles de Agamemnone, ne hujus quidem me æstimavit, A, 354. ὡς νῦν τοῦτον ἔτισε Ζεὺς, sicut nunc istum sibi in pretio et honore esse demonstravit Jupiter, I, 118, coll. 117, φιλήσῃ. et 110, ἄνδρα φέριστον, ὅνπερ ἀθάνατοι ἔτισαν, (magni æstimant) ἠτίμησας, virum optimum nullo in pretio habuisti. καί μιν ἔτισε, ὡς οὔτις ἐπὶ χθονὶ τίεται ἄλλη, η, 67, ubi sermo est de rege Alcinoo, habente uxorem suam in maximo pretio. μνηστῆρες ἔτισαν (sic enim meliores legunt) ὕβριν, luerunt insolentiam suam, ω, 351, ex quo colligit Laërtes, esse deos, vindices malarum actionum. ὄφρα ἂν Ἀχαιοὶ υἱὸν ἐμὸν τίσωσι, A, 510, donec ii filium meum in pretio habere et ex merito æstimare didicerint; inquit Thetis. ὄφρα σὲ μᾶλλον τίσωσιν Ἀργείων νέοι ἠδὲ γέροντες, I, 258, ut te magis vel potius in pretio habeant Græcorum et juvenes et principes. τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν, luant Græci meas lacrimas tuis sagittis, O Apollo, A, 42. et 508, ἀλλὰ σύ πέρ μιν τῖσον, Ζεῦ, at tu tamen carum habe, et æstimandum siste aliis, O Jupiter: *mache ihn ehrenwerth, (cause him to be esteemed.)* τῖσαι δὴ ἑτάρους Ὀδυσῆος, μ, 378, ubi est infin. a. 1. a. elliptice, pro, ποίησον, ὦ Ζεῦ, αὐτοὺς τῖσαι, fac ut illi luant et pœnas persolvant, coll. 382. ξεῖνον ἐνδυκέως φιλέειν καὶ τιέμεν, ionice pro τίειν, ο, 542, hospitem accurate tractare et curare, sc. memento, nam est infin. pro imperativo; coll. 545, τόνδε ἐγὼ κομιῶ, hunc ego curabo, *will sein pflegen, (will take care of him.)* sic et ρ, 56. τίεται, in pretio et honore habetur, η, 67. αἲ γὰρ ἐγὼν ὣς τιοίμην ὡς τίεται Ἀθηναίη, utinam enim ego sic magni æstimarer, sicut æstimatur Minerva, Θ, 540. N, 827. θεὸς δὲ ὣς τίετο δήμῳ, et sicut deus aliquis suspiciebatur et carus erat populo suo, E, 78. K, 33. Λ, 58. N, 218. Π, 605. ξ, 205. πέρι κῆρι τιεσκετό (ionice pro ἐτίετο) μοι Ἴλιος, Δ, 46, supra omnes alias urbes in animo meo æstimabatur a me Ilius: ἐν ψυχῇ. οἴκαδε νοστήσει, καὶ τίσεται, ὅς κεν ἐκείνου ἐνθάδε ἀτιμάζει ἄλοχον, domum redibit, et puniet eum quicunque illius hic in nullo pretio æstimat uxorem, ξ, 163. ο, 177. ἡμεῖς δ' αὖτε ἀγειρόμενοι κατὰ δῆμον, τισόμεθα, ν, 15, inquiunt senatores Phæacum: et nos deinde colligentes collectam a populo, solvemus nobis pretium pro iis quæ dedimus hospiti, εἰσπραξόμεθα καὶ ἀποτίσομεν ἡμῖν. nam is erat mos vetustus, si hospes aliquis nobilis veniret, ut ex populo colligeretur pecunia ad donum dandum hospiti: et h. l. quia hospes abitum maturabat, senatores ea dona de suo dabant. et restitutionem ejus, quod supra partem virilem suam erogassent, reservabant sibi ex collecta illa postmodum per otium conferenda. εἰ μὴ παίδων τε κασιγνήτων τε φονῆας τισόμεθα, ω, 434, si non filiorum et fratrum nostrorum occisores puniemus et ulciscemur. et 469, φῆ δ' ὅγε τίσεσθαι παιδὸς φόνον, cogitabat enim ille ulcisci cædem filii sui, ἐκδικήσειν, *sich genugthuung zu nehmen, (to take satisfaction.)* locum Γ, 366, vide paullo post ad τίσασθαι. ὅτε φῆρας ἐτίσατο, B, 743, cum Centauros puniit. ἐπεὶ καὶ κεῖνος ἐτίσατο πατροφονῆα, siquidem et ille punivit occisorem patris sui, γ, 197. Ζεύς σε, Jupiter puniit te, ι, 479. ἔργον ἀεικὲς, ο, 236, puniit factum improbum; et 237 sequitur novus accusativus, Νηλῆα, ut sit, Neleo procuravit satisfactionem pro eo quod passus fuerat: conf. Μελάμπους in R. μνηστῆρας Ὀδυσσεὺς, ω, 481, procos puniit ille. τίσασθαι δ' Ἑλένης ὁρμήματά τε στοναχάς τε, B, 356, 590, punivisse et punire impetus in Helenam factos, ejusque angores. φάτο γὰρ τίσασθαι ἀλείτην, putabat enim et volebat punire hunc peccatorem, Γ, 28. et 351, Ζεῦ, δὸς τίσασθαι (ἐμὲ κεῖνον) ὅς με πρότερος κακὰ ἔοργε, da ut ego puniam eum qui me primus male habuit. et 366, ἦ τ' ἐφάμην τίσασθαι Ἀλέξανδρον κακότητος, ubi alii, aptius fortasse, legunt futurum τίσεσθαι, certe putabam, ulcisci posse me eum ob malefactum: nam genitivus est per ellipsin Atticam, omisso ἕνεκα, quæ ellipsis valde frequens est recentioribus. sic, θαυμάσαι τινὰ (ἕνεκα) τέχνης, et, θαυμάζων τὸ ῥόδον τοῦ κάλλους. τίσασθαι φόνον υἱὸς, punire, ulcisci, cædem filii, O, 116. sic, μνηστῆρας ὑπερβασίης, sc. ἕνεκα, γ, 206. et 203, καὶ λίην μὲν κεῖνος ἐτίσατο, sc. ὁ Ὀρέστης, et magnifice quidem ille puniit et ultus est occisorem patris sui, coll. 197.

φάτο γὰρ τίσασθαι ἀλείτας, υ, 121, intelligebat enim, se puniturum et ulturum esse eos peccatores. *ἦ σὲ ἂν τισαίμην εἴ μοι δύναμίς γε παρείη*, certe sane cuperem te punire si mihi modo vis adesset, X, 20, inquit Achilles ad Apollinem, qui eum in errorem induxerat: coll. 19. *εἴπως τισαίμην*, si qua ratione punire eum queam, ι, 317. *Ζεὺς σφέας τίσαιτο ἱκετήσιος*, ν, 213, Jupiter eos puniat, supplicum tutor. *ὄφρα ἀνδρῶν τίσαιτο βίην*, ψ, 31, ut virorum puniret vim. *ἐπὴν τισαίμεθα λώβην*, T, 208, quando ulti essemus contumeliam. *αἲ γὰρ δὴ, Εὔμαιε, θεοὶ τισαίατο λώβην*, υ, 169, ionice pro *τίσαιντο*, utinam punire vellent injuriam. *ὅς μευ ἑταῖρον ἔπεφνε τετιμένον*, Υ, 426, qui mihi amicum occidit carissimum. *οὔτε θεοῖσι τετιμένος οὔτε βροτοῖσι*, neque a diis in pretio habitus nec a mortalibus, Ω, 533. *λαοῖσι τετιμένον*, Θ, 472. ν, 28, a populo æstimatum magno.

τλάω, f. *τλήσω*. (Ταλάω) suffero, sustineo: audeo. idem quod *ταλάω*. et fortasse hæc forma, quæ putatur per syncopen facta, est prima radix prioris, ut *ταλάω* hinc sit ortum. coincidit nonnihil cum *θέλω*. hinc est *ὁ τλὸς*, pro quo dicitur *ὁ ὄτλος, ου*, labor, ærumna, et *ὀτλέω*, f. *ήσω*, ærumnas suffero. apud poëtam occurrit forma media. *οὔπως τλήσομαι εἰσορᾶσθαι ὀφθαλμοῖς*, nequaquam sustinebo intueri oculis, *ich kan es nicht ausstehen mit anzusehen, (I cannot bear to look at,)* Γ, 306. *μενῶ ἐς ἠέλιον δύντα, καὶ τλήσομαι ἔμπης*, T, 308, manebo usque ad solem quando occidit, et sufferam omnino, *will aushalten, (will hold out.)* sic et, *ἤτοι ἐγὼ μενέω* (pro *μενῶ*) *καὶ*, Λ, 317, *will stand halten, (will resist:)* et est fere idem quod *μενῶ*. hinc est *ὁ τλήμων, ονος*, *der aushält, stand hält, geduld hat, (one who endures, resists, has patience,)* patiens. sic, *τλήσομαι, ἐν στήθεσσιν ἔχων ταλαπενθέα θυμὸν*, ε, 222. et 362, *τόφρα αὐτοῦ μενέω καὶ*, tamdiu hic manebo et patiens ero. *οὐ τέτληκας θυμῷ, λόχονδε ἰέναι*, non ausus es, non sustinuisti animo, A, 228. et 543, *οὔπω πρόφρων τέτληκας εἰπεῖν μοὶ ἔπος*, nunquam lubens sustinuisti dicere mihi rem. *γρηῦς παλαιὴ, ἥτις τέτληκεν τόσα*, τ, 347, anus, quæ tulit et exantlavit tam multa. *τετληότι θυμῷ*, patienter, firmo animo, constanti animo, δ, 447, 459. ι, 435. λ, 180. π, 37. σ, 134. ψ, 100, sic pertinaci et non cedente animo. et 168. ω, 162. et est pro *τετληκότι*. sic, *κραδίη τετληυῖα*, υ, 23. *τετληότες εἶμεν*, pertulimus, E, 873.

τλῆμι, (Ταλάω) suffero, sustineo: audeo. idem quod præcedens et *καρτερέω*. *ἔτλην ἀνέρος εὐνὴν*, toleravi connubium hominis, Σ, 433, inquit Thetis, dea; quæ hoc conjugium cum homine, Peleo, habet pro onere, utpote impar. et sic loqui solent fœminæ, nobiliores viris suis. *ἔτλην, οἷα οὔπω τις ἄλλος*, Ω, 505, sustinui, subii, *habe es ausstehen können, (have been able to endure:)* et Priamus ibi pro gravissimo suo infortunio habet, osculari ore suo manum interfectoris filiorum suorum. *πολλὰ γὰρ ἔτλην*, Θ, 182, multa enim passus sum, coll. 184. *habe viel ausgestanden, (have suffered much.)* *οὐκ ἔτλης ἀλαλκεῖν αὐτῷ κύνας*, P, 153, *du hast nicht einmal so viel übernommen, ihm die hunde abzuwehren, (thou didst not even attempt to keep the dogs off him:)* vel, *hast es über das herz bringen können, ihm nicht, (hast not even had the heart to.)* *ὃς ἔτλης ἀντίος μοῦ ἐλθεῖν*, qui ausus es occurrere mihi, Φ, 150. sic, *ὃς ἔτλης τείχεος ἐξελθεῖν εἵνεκά μου*, X, 236, qui potuisti, sustinuisti, ausus es, egredi extra munitiones mei causa. et 251, *οὐδέ ποτ' ἔτλην μεῖναι ἐπερχόμενον*, *war nicht so standhaft, den wieder mich kommenden mit festem fusse zu erwarten, (had not the courage to await the attack of the advancing foe.)* *πῶς ἔτλης ἐλθεῖν οἶος*, quomodo ausus es ire solus, Ω, 519. sic, *ἄϊδόσδε κατελθεῖν*, λ, 474, *wie hast du das herz gehabt, wie hast du unternehmen können, (how durst thou?)* *οὐδέ μοὶ ἔτλης εἰπεῖν*, ρ, 104, nam sustinuisti, mihi non dicere. et 456, *οὔ τί μοι σίτου δοῦναι*, non persuadere tibi potes ut dares mihi aliquid panis; vel, satis durus es, ut non des mihi quidquam. *οὐδὲ ἔτλη περιβῆναι ἀδελφεοῦ*, nec sustinuit defendere fratrem, E, 21, *hatte das herz oder den willen nicht, (had not courage or inclination.)* et 395, *τλῆ*, pro *ἔτλη*, *'Αΐδης ὀϊστὸν*, Pluto pertulit sagittam, passus est: ubi plene dictum, *hat austehen müssen, (was obliged to endure.)* sed 392, *τλῆ δ' Ἥρη*, ubi deest *ὀϊστόν*. et 385, *τλῆ δ' Ἄρης*, sc. *τὸν δεσμὸν*, *Mars muste es leiden, (Mars was obliged to suffer it,)* coll. 383, *πολλοὶ γὰρ τλῆμεν*, pro *ἔτλημεν*, multi nostrum sustinuimus et passi sumus, sc. mala, *ἄλγεα*. et 382, *τέτλαθι*, sc. *τὸ ἔγχος τοῦ Διομήδεος*, fer patienter hastam ejus, i. e. vulnus hasta inflictum tibi; per reduplicationem Ionicam, pro *τλάθι* vel *τλῆθι*. et inhæret poëta voci aptæ ad hanc rem exprimendam: *erdulde es, verschmerze es, (bear it, suffer it patiently.)* *οὐδέ τις ἔτλη*, sc. *πολεμίζειν*, neque quisquam ausus est, pugnare, H, 151, *keiner wolte dran, ans fechten, (none would venture to fight.)* et 480, *οὐδέ τις ἔτλη πρὶν πιέειν πρὶν λεῖψαι Διΐ*, nemo animum induxit prius bibere quam libasset Jovi. sic, *ἕζεσθαι*, Σ, 246, nemo ausus est assidere. *ἄντην εἰσιδέειν*, T, 14, nemo valuit contra intueri, *niemand konte es aushalten gerade drauf zu sehen; sondern sie erschraken darüber, (none durst venture to look at it; but they were affrighted.)* *ἔνθα οὔτε Ἰδομενεὺς τλῆ μίμνειν*, ibi nec ille sustinuit et ausus est perstare, Θ, 78. *οὐδέ τις ἔτλη πρόσσω ἀΐξας δηριᾶσθαι*, et nemo ausus est in anteriora impetum facere et pugnare. *δηρὸν ἑκὰς στρωφᾶσθαι*, non valuit, non potuit, eminus versari, Υ, 421. *αὖθι μένειν*, non ausus est ibi manere, X, 136. *αὐτὸν ἀμείψασθαι μύθοις*, nemo ausus est, regerere ei verba aspera, β, 82, *niemand übernahm es, ihm zu antworten, (no one ventured to answer him.)* *οἷον τόδε ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνὴρ*. ubi est admirative, quale illud est, quod fecit et ausus est vir ille constans et

sylvosum, conf. R. cave ibi legas, Ὑποννήϊῳ, una voce, quasi id esset nomen portus illius; ut quidam dormitantes somniarunt. et 131, ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν, ubi ὑπὸ potest concipi avulsum, pro ὑπῆν, suberat pedibus scabellum. ὤλετο ὑπ' Αἰγίσθοιο δόλῳ καὶ ἧς ἀλόχοιο, γ, 235, periit dolo eorum. et 304, δέδμητο δὲ λαὸς ὑπ' αὐτῷ, subjiciebatur sub eo populus. et 476, ἵππους ζεύξατε ὑφ' ἅρματι, coll. 478, ἔζευξαν ὑφ' ἅρμασιν. priore tamen loco aptius paullo legitur ὑφ' ἅρματα, sc. ἄγοντες. πνοιῇ ὑπὸ Ζεφύροιο, sub flatu Zephyri, spirante eo, δ, 402. et 403, κοιμᾶται ὑπὸ σπέσσι, in spelunca. et 790, ἤ ὅγ' ὑπὸ μνηστῆρσι δαμείη, an a procis interimeretur. γυναῖκες ὑπ' ἀνδράσιν οἶκον ἔχουσιν, η, 68, mulieres nuptæ. et 193, πομπῇ ὑφ' ἡμετέρῃ, sub nostra deductione. ὑπ' ὀφρύσι δάκρυα λείβων, θ, 86. et 522, δάκρυ δ' ἔδευεν ὑπὸ βλεφάροισι παρειάς. κατακρύψας ὑπὸ κόπρῳ, ι, 329, occultans id sub fimo: ubi conf. κόπρος. πῦρ ἀνέκαιεν ὑπὸ τρίποδι, κ, 359. γήρᾳ ὑπὸ λιπαρῷ, a molli senecta, confectum te, λ, 135, quæ mortis species est optima. et ὑπὸ ibi est pro ἐν. sic et ψ, 283. ὑπὸ κροτάφοισιν, sub temporibus, in genis, λ, 318. ὑπὸ πληγαῖς ἱμάσθλης, sub et a verberibus scuticæ, ν, 82. ὑπὸ τεύχεσι πεπτηῶτες κείμεθα, sub armis contracti jacebamus, ξ, 474, coll. 479. et 533, πέτρῃ ὑπὸ γλαφυρῇ, sub saxea spelunca. ἡ δὲ τρία ἄλεισα κατακρύψασα ὑπὸ κόλπῳ, occultans tria pocula in sinu suo, ο, 468, *im busen, (in her bosom,)* sub uberibus. ἐλεεινὸν ὑπ' ὀφρύσι δάκρυον εἶβον, π, 219. αὐτὸς ὑπὸ μνηστῆρσι δαμείη, a procis occideretur, ρ, 252. καὶ τὸν Τηλεμάχου ὑπὸ χερσὶ καὶ ἔγχεϊ ἶφι δαμῆναι, σ, 155. et 373, εἴκοι δ' ὑπὸ βῶλος ἀρότρῳ, cederetque gleba sub aratro. εἰ κ' ὑπ' ἐμοί γε θεὸς δαμάσῃ μνηστῆρας, τ, 488, si deus sub me domuerit procos. sic et 496, ὑπὸ σοί γε. sic φ, 213. καὶ τὰς μὲν (αἶγας) κατέδησεν ὑπ' αἰθούσῃ, υ, 176, alligavit sub porticu. sic et 189. δῶσω δ' ὑπὸ ποσσὶ πέδιλα, φ, 341. et 390, κεῖτο δ' ὑπ' αἰθούσῃ ὅπλον νεὸς, jacebat sub porticu rudens, *ein tau, (a rope.)* Ἀφροδίτης, ἣν ὑπὸ μνηστῆρσιν εἶχον, ancillæ illæ, χ, 445. et 449, κατετίθεσαν αὐτοὺς ὑπ' αἰθούσῃ αὐλῆς. ὕπνῳ ὑπὸ γλυκερῷ ταρπώμεθα, ψ, 255. Αἰγίσθου ὑπὸ χερσὶ, a manibus istius, ω, 97. et 203, ὑπὸ κεύθεσι γαίης, apud inferos. cum accusativo notat, sub, ad; *unter, gegen, an, zeitwährend, (under, towards, to, during.)* ἀλλ' ὅτε δὴ τάχα ἔμελλεν ὑπὸ πτόλιν αἰπύ τε τεῖχος ἵξεσθαι, Λ, 181, sed cum jam pæne perventurus esset ad urbem et altum murum. ὑπὸ πτόλιν ἠλασκάζων, sub urbem vagans, Σ, 281. Ἀρκαδίην, ὑπὸ Κυλλήνης ὄρος αἰπὺ, sub monte alto Cyllenes, *an dem gebirge, (at the foot of the mountain,)* B, 603. λαὸν ἀγαγόντες ὑπὸ τεῖχος, exercitum ducentes ad murum, Δ, 407. δηΐους ὑπὸ τεῖχος ἰόντας, hostes subeuntes ad murum, M, 264. τρέσε δ' Ἕκτωρ τεῖχος ὑπὸ Τρώων, X, 144, territus fugiebat Hector sub muro Trojano, prope ad murum, *unten an der mauer, (under the wall.)* εἶμι ὑπὸ γαῖαν, vado sub terram, i. e. morior, Σ, 333. Ἐρινύες, αἵτ' ὑπὸ γαῖαν ἀνθρώπους τίνυνται, Furiæ, quæ sub terra homines puniunt, T, 259. νεκρὸν νέεσθαι ὑπὸ ζόφον, ut mortuus eat ad inferos, Ψ, 51. πῶς ἦλθες ὑπὸ ζόφον, quomodo ivisti ad inferos? λ, 57. ἱεμένων Ἔρεβόσδε ὑπὸ ζόφον, υ, 356, euntium versus Erebum ad inferos. ὑπὸ δὲ ζυγὸν ἤγαγεν ἵππους, sub jugum duxit equos, E, 731. sic et Ψ, 294, 300. βοῦν, ἣν οὔπω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνὴρ, K, 293. γ, 383. ὀϊστὸς ὑπ' ὀστέον ἐξεπέρησε, sagitta sub osse et ad os penetravit, N, 652, ita ut emineret. E, 67, ὑπ' ὀστέον ἤλυθε ἀκωκὴ, in os ingressa est cuspis. ἱμὰς ὑπὸ δειρὴν, lorum sub collo, Γ, 371. βάλε λαιμὸν ὑπ' ἀνθερεῶνα, feriit jugulum sub mento, N, 388, ut appareat, hunc accusativum poni ad quæstionem ubi, et quo. ὑπὸ κῦμα θαλάσσης ἔδυσαν, subierunt fluctum maris, Σ, 145, Nereides. ὑπό τε σπέος ἤλασε μῆλα, et sub, i. e. in, speluncam compellit oves, Δ, 279, ubi est pro εἰς, ut sæpe. πάντα ὑπὸ μηνιθμὸν, omni tempore quo iratus fui, Π, 202, ὅλον τὸν καιρὸν μοὶ τῆς μήνιος, quod erat tempus sedecim dierum. παῖς ὡς ὑπὸ μητέρα δύεν, ut puer sub matrem subit, Θ, 271, i. e. ad matrem se applicat, ut ad majorem et præsidii aliquid in se habentem. ὅσοι εἰσὶν ὑπ' ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, E, 267, quotquot sunt in universo. τὸν βάλε ὑπὸ κληῗδα μέσην, P, 309, percussit sub jugulum medium. ἄντυγα ὑπὸ πρώτην, ad primam et extremam oram clypei, Y, 275. αὐτοὶ πτῶσσον ὑπὸ κρημνοὺς, Φ, 26, occultabant se trepidi sub crepidines. νύκτα ὑπὸ τήνδε, sub hanc noctem, pro κατὰ, X, 102, *gegen diese nacht, (towards night.)* et 307, τό οἱ ὑπὸ λαπάρην τέτατο, quod ei ad latus pendebat. ὑπὸ γλωχῖνα δ' ἔγναμψαν, Ω, 274, sub angulo flexum innexuerunt. ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε, sub Trojam, i. e. ad, nam Troja sita erat in colle, B, 216. 249, 673. ἵνα μή οἱ ἕποιτο ὑπὸ Ἴλιον, ne eum sequeretur ad Trojam, Ψ, 297, quod attice quoque alibi dixit ὑπὸ Ἰλίῳ. ἤλθετε ὑπὸ Τροίην, δ, 146. ὡς ὅτε ὑπὸ Τροίην (ubi alii legunt Τροίῃ) λόχον ἀρτύναντες ἤγομεν, ξ, 469, insidias parantes duximus sub Trojam. ὄρνιθες πολλοὶ ὑπὸ αὐγὰς ἠελίοιο φοιτῶσι, β, 181, multæ augurales aves sub splendore solis volant, i. e. ὑφ' ἡλίῳ vel ὑφ' ἥλιον, sub sole. hinc composuere recentiores suum, τὸ ὕπαυγον. ἤδη γὰρ φάος οἴχεται ὑπὸ ζόφον, jam in occasu est sol, γ, 335. et 476, ἵππους ζεύξατε ὑφ' ἅρματα ἄγοντες, jungite equos ad currum ducentes eos. sic et ο, 47. ἀμβροσίην ὑπὸ ῥῖνα ἑκάστῳ θῆκε, δ, 445, ambrosiam cuique sub naso posuit: ut odor teter phocarum pelleretur. ὑπ' οὐδὸν αὐλῆς, η, 130, ad limen aulæ, prope ad anteriorem partem ejus. ὑπὸ ζυγὰ δῆσα τοὺς, ad transtra alligavi eos, ι, 99. et 433, λασίην ὑπὸ γαστέρα ἐλυσθεὶς, sub ventre villoso contrahens me. πῶς ἦλθες ὑπὸ ζόφον, quomodo venisti ad inferos, λ, 154. et 252, ὑπὸ πόντον ἐδύσατο, in mare immersit se, Neptunus. et 497, οὐ γὰρ ἐγὼν, ἐπαρωγὸς (adjutor et defensor sum ei) ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο, sub sole, inter vivos. et 618, κακὸν μόρον (malum fatum) ἐγὼν ὀχέεσκον (sustinui) ὑπ' αὐγὰς

ἠελίοιο, in vita mea. ὑπὸ ζυγά, sc. κατέθηκε, sub transtra deponi curavit, ν, 21. εἴπου ἔτι ζώουσιν ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο, ο, 348, si modo vivunt. γαῖαν ὑπὸ στυγερὴν ἀφικοίμην, sub terram ire vellem, i. e. mori, υ, 81. et 278, ἀγείροντο ἄλσος ὑπὸ σκιερὸν, in nemus umbrosum conveniebant. ἔκειτο ὑπὸ θρόνον, jacebat sub sella contractus, χ, 362, coll. 364. στὰς ὑπὸ ὄγχνην, stans sub piro, ω, 233. χθιζὸν ὑπ' ἠοῖον, sub hesternum matutinum tempus, δ, 656, i. e. heri mane, *gestern frühe, (early yesterday.)* sed Σ, 302, est adjectivum compositum ὑπηοῖοι, nos matutini: uti et Θ, 530: quibus locis oscitantes quidam scripsere ὑπ' ἠοῖοι. ὑπ' sæpe est pro ὕπεστι, ut ι, 135, ἐπεὶ μάλα πῖαρ ὑπ' οὖδας, nam valde pingue subest solum. alibi et adverbialiter positum potest intelligi. ὑπὸ δ' ἐστοναχίζετο γαῖα, subtus gemebat quasi terra, Β, 95. τρομέει δ' ὕπω φαίδιμα γυῖα, subtus tremebant pedes, Κ, 95, et accentus retrahitur, quando postponitur suo verbo, cujus adverbium est. ὑπὸ δὲ κνῆμαι ῥώοντο, subtus movebant se tibiæ, Σ, 411. et 347, ὑπὸ δὲ ξύλα δαῖον, pro ἔδαιον, subtus accendebant ligna: ubi avulsum potest videri, pro ὑπέδαιον. κάματος δ' ὑπὸ γυῖα ἐδάμνα, lassitudo subtus domabat artus inferiores, Φ, 52. sic et 270. ἵπποι θήλειαι, ὑπὸ δ' ἡμίονοι, δ, 636, equæ, et sub illarum uberibus muli. sic et φ, 23. ellipticum ὑπὸ est Π, 709, οὐδ' ὑπ' Ἀχιλλῆος, sc. δουρὶ, supplendum ex 708, neque ab Achillis hasta. avulsum manifesto ὑπὸ est Δ, 421, pro ὑφεῖλεν. Λ, 117, pro ὑφικάνει, subit. et 624, pro ὑπῆσαν, suberant. Ν, 395, pro ὑπαλύξας. Ξ, 347, ὑπέφυεν πόαν, ὡς ὑπεστρῶσθαι, ut substerneretur jacentibus. Π, 588, pro ὑπεχώρησαν. et 805, λύθεν δ' ὕπο γυῖα, pro ὑπελύθησαν. sic et σ, 340. Ρ, 316, quoque est pro ὑπεχώρησαν. Σ, 319, pro ὑφαρπάσῃ, surripuerit. et 375, pro ὑπέθηκεν. et 570, pro ὑπήειδε, succinebat. Φ, 57, pro ὑποφυγὼν, subterfugiens, et scribendum ibi ὕπο postpositum. et 364, pro ὑπόκειται. Ψ, 108, πᾶσιν ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο, pro ὑπῶρσε, incitabat omnibus. sic et 153. Ω, 507. ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο πέδιλα, pro ὑπεδήσατο, α, 96. et 130, pro ὑποπετάσας, substernens. τρέμεν δ' ὕπο γυῖα ἑκάστου, λ, 526, pro ὑπέτρεμεν. postpositi exempla sunt et, Ν, 407, τῇ ὕπο ἔλυσεν ὕφ' ἵππους, pro ὑπέλυσεν, Ψ, 513, τῷ δ' ὕπο, μ, 104. κακῶν δ' ὕπο, sub mala, in mala, υ, 53, φυγὼν ὕπο, ι, 17. ponitur sæpe ὑπὸ cum nomine, cui addita paragoge φι: ὑπ' ὄχεσφι τιτύσκετο ἵππω, pro ὑπ' ὀχέων, sub curru dirigebat equos, Θ, 41, 136. Ν, 23. Ψ, 7, 130. ὑπὸ ζυγόφιν, pro ζυγοῦ, Τ, 404. ὑπὸ κράτεσφι, pro κρατῶν, sub capitibus, Κ, 156. sæpe et cum addito ἐκ occurrit, ὑπ' ἐκ βελέων, Δ, 465, ubi ὕπ' avulsum intelligi potest a præcedente εἷλκε, pro ὑφεῖλκε. sic et ὦσεν ὑπ' ἐκ δίφροιο, Ε, 854, depulit a curru. et, si re vera est postpositum, scribendum est ὕπ'. λύσατε ὑπ' ἐξ ὀχέων, Θ, 504, coll. 543. ὑπ' ἐκ θανάτοιο φέρονται, pro ὑποφέρονται, Ο, 628. et 700, φεύξεσθαι ὑπ' ἐκ κακοῦ. ὑπ' ἐκ μήλων αἱρούμενοι, pro ὑφαιρούμενοι, Π, 353, ἐκ τῶν βοσκημάτων. φεύγεσκεν ὕπ' ἐκ ὀρυμαγδοῦ, Ρ, 461. et 581, νεκρὸν ὑπ' ἐκ Τρώων ἔρυσεν, pro ὑπέρυσεν, et 589, ubi potest esse pro ὑπαείρας, suscipiens. ὑπ' ἐξ Ἐρέβους, subtus ex Erebo, λ, 37, quod exemplum ostendit, posse in talibus ὑπὸ et adverbialiter concipi. Vide sub Γυῖον, prope initium.

ὑποβάλλω, (Βάλλω) subjicio. ὑπένερθε δὲ λῖθ' (λῖτα) ὑπέβαλλεν, i. e. ὑπετίθει, κ, 353, supposuit, *legte drunter, (put underneath.)* metaphorice notat et, loquentem interpellare. οὐδὲ ἔοικεν ὑββάλλειν, pro ὑποβάλλειν, Τ, 80, neque convenit interpellare; quod et æolice scribitur ὑββάλλειν, nam Æoles non amant spiritum asperum. dubitatur nonnihil, quis sit sensus hujus verbi in hoc Agamemnonis exordio. Finxit autem poëta eum ita loquentem, quia varii affectus tunc animum ejus sollicitabant; gaudii, pudoris, pœnitentiæ, et qui alii in tam elato animo tali tempore esse poterant. primum est animadvertendum, quod surrexerit ex sede sua, sed non in medium processerit ex more: deinde, quod multa fuerit circumstantium admurmuratio, ob gaudium de Achille placato; quam rex vult compescere: denique vetat, ne quis, etsi valde peritus et doctus, se loquentem interpellet; et interdicit hanc interpellationem, quia fabulam longiorem, excusandi sui causa, suumque errorem cum Jove summo communicandi, exorsurus erat; quam quis, paullo peritior, non intellecto statim regis consilio, potuerit interloquendo turbare. quod hoc verbum hanc vim habeat, apparet ex ὑποβλήδην, quod confer. postremo postulat rex, ut multitudo sileat, quia ipse æger ex vulnere accepto, non nimis intendere vocem poterat. Vide sub βάλλομεν, prope finem.

ὑποβλήδην, (Βάλλω) adverb. interpellando sermonem alterius. *ins wort fallend, nicht ganz ausreden lassend, (interrupting one who is speaking.)* τὸν δὲ ὑποβλήδην ἠμείβετο δῖος Ἀχιλλεὺς, Α, 392, ὑποβλητικῶς. nam ὑποβάλλειν sæpe est, ἄλλου λέγοντος μὴ ἀνασχέσθαι ἀπαρτισθῆναι τοὺς λόγους αὐτοῦ, ἀλλ' ὑποβαλεῖν τοὺς ἑαυτοῦ. alibi ὑποβάλλειν notat et, admonere. alibi, subjicere infantem, qui inde dicitur ὑποβολιμαῖος, supposititius. alibi, per interpretem loqui. ὁ ἡ ὑπόβολος, pignori datus, *verpfändet, (pledged:)* sed ὑπώβολος est ab ὁ ὀβολὸς, et notat τὸ ὑποκείμενον ἐπὶ ὀβολιμαίῳ τόκῳ, *auf pfennig-zins versezt, (subject to the interest of a penny.)*

ὑπόβρυχος, ου. ὁ ἡ. (Ῥάω) ab aquis sonantibus submersus. τὸν δ' ἄρ' ὑπόβρυχα θῆκε πολὺν χρόνον, οὐδὲ δυνάσθη αἶψα μάλα ἀνσχεθέειν μεγάλου ὑπὸ κύματος ὁρμῆς, ε, 319, ubi sermo est de Ulysse, qui ex fracto navigio in mare prociderat: ipsum igitur submersum diu fecit unda, neque poterat nimis cito emergere ex impetu magnæ undæ; nam ὑπὸ pertinet ad ὁρμῆς. est ibi neutrum plurale, adverbialiter: nisi velis nominativum fingere ὑπόβρυξ, υχος. vel dicere, accusativum singularem ex ὑπό-

βρυχον mutatum poëtice in declinationem tertiam, quod insolens minime est. sed præstat, adverbialiter neutrum positum putare.

ὑποδαίω, f. αῶ. (Δάω) subaccendo. ὑπὸ δὲ ξύλα δαῖον, Σ, 347, divisim pro ὑπέδαιον, subter accendebant sub tripode. recentiores dicunt ὑποκαίειν ξύλα τῷ τρίποδι. sic et Θ, 436. est ergo, ὑποκάτω τοῦ τρίποδος ἀνακαίειν ξύλα. ex hoc sensu ligna dicuntur δανὰ, et κάγκανα, τὰ εἰς τὸ δαίεσθαι ἐπιτήδεια.

ὑποδαμνάω et ὑποδάμνημι, (Δάω) domo et subigo sub. ποταμὸς δ' ὑπὸ γούνατα ἐδάμνα, Φ, 270, et conf. δαμνάω, ubi simile exemplum. εἰπέ μοι, ἠὲ ἑκὼν ὑποδάμνασαι, an sponte subigeris et superaris? γ, 214. sic et π, 95.

ὑποδέγμενος pro ὑποδεχόμενος, vide sub ὑποδέχομαι.

ὑποδείδω, f. είσω. (Δίω) timeo aliquem. cum accusativo. τὸν καὶ ὑπέδδεισαν μάκαρες θεοὶ, Α, 406, *vor dem furchten sie sich, (they are afraid of him.)* οὔτε βίας Τρώων ὑπεδείδισαν οὔτε ἰωκὰς, nec vires eorum timebant nec clamores atroces, Ε, 521, pro ὑπεδεδιείεισαν plusquamp. med. i. e. ἐδειλίασαν. οἱ δὲ ἄνακτος ὑποδδείσαντες (δ ob metrum duplicato) ὁμοκλὴν, Μ, 413, regis reveriti acclamationem hortatoriam. αἴκε σε ὑποδδείσαντες Τρῶες ἀπόσχωνται πολέμοιο, Σ, 199. ὄφρα, σε ὑποδδείσας, ἀλκῆς λάθωμαι, Χ, 282, ut, te metuens, roboris mei obliviscar. ἄνακτος ὑποδδείσαντες ὁμοκλὴν, Ψ, 417, 446, ubi de equis, sicut supra de Lyciis copiis. πατρὸς ὑποδδείσαντες ὁμοκλὴν, Ω, 265, de filiis Priami. reveriti cum reverentia. ut ergo et hoc verbum reverentiam notet. θεῶν δ' ὑποδείσατε μῆνιν, β, 66, at deorum revereamini iram. μή τίς μοι ὑποδδείσας ἀναδύῃ, ne quis præ metu se subduceret mihi, ι, 377. ἡ δέ σε ὑποδδείσασα, hæc metuens te, Circe, κ, 296. δῆμον ὑποδδείσας, π, 426, nam valde terribilis est ὁρμὴ δημοτική. μνηστήρων χαλεπῶν ὑποδείδια ὅμιλον, ρ, 564.

ὑποδέκομαι, vide ὑποδέχομαι.

ὑποδεξία, ίας. ἡ. (Δέκω) copia ad excipiendos hospites. ab ὑποδέχομαι factum nomen. *vorrath und vermögen zur aufname eines gastes, (provision for the entertainment of a guest.)* et in genere, facultas ad suspiciendum et ferendum aliquid. πᾶσά τοι ἐστὶ ὑποδεξίη, πολέεσσι δ' ἀνάσσεις, Ι, 73, i. e. περιουσιάζῃ τοῖς ἀναγκαίοις, καὶ πάντα ἔχεις τὰ πρὸς ξενίην καὶ ὑποδοχὴν γιγνόντων ἐπιτήδεια.

ὑποδέχθαι pro ὑποδεδέχθαι, vide sequens.

ὑποδέχομαι, f. έξομαι. et ὑποδέκομαι. (Δέκω) excipio, *nehme auf. (I receive.)* ὁ δέ με πρόφρων ὑπέδεκτο, Ι, 476, is me benigne suscepit, pro ὑπεδέκετο, vel ὑπεδέχετο, per syncopen. δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι, timebant suscipere id in se, Η, 93, per Æolicam syncopen pro ὑποδεδέχθαι, infin. præt. perf. passivi deponentialiter. ὁ δέ οἱ πρόφρων ὑπέδεκτο, ille id ei lubens pollicitus est, β, 387, ut ergo ὑποδέχεσθαι sit quoque, aliquid faciendum in se recipere. sic et ὑπίσχετο ponitur. ἔχαιρε δὲ, ὅτι μιν ὣς ὑπέδεκτο, quod eum sic exciperet, ξ, 52. et 54, ὅτι με πρόφρων ὑπέδεξο, per syncopen pro ὑπεδέκεσο, imperf. med. quod me lubens excipiebas. et 275, ἔτι γάρ νύ με πῆμα ὑπέδεκτο, adhuc me aliud malum excipiebat. ὅς μιν πρόφρων ὑπέδεκτο, υ, 372. ψ, 314. τὸν δ' οὐχ ὑποδέξομαι, Σ, 59. et 89, ὑποδέξεαι, excipies. et 440, ὑποδέξομαι. sic et τ, 257. πῶς γὰρ δὴ τὸν ξεῖνον ἐγὼν ὑποδέξομαι οἴκῳ, π, 70. Θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ τὸν, Ζ, 136. sic et Σ, 398, μέ. στυγερὸς δ' ὑπεδέξατο κοῖτος, χ, 460, triste eos excipit cubile. βίας ὑποδέγμενος (pro ὑποδεχόμενος) ἀνδρῶν, violentias hominum suscipiens, ν, 310. π, 189.

ὑποδέω, f. ήσω. (Δέω) subligo, *ich binde unten dran, (I bind underneath.)* vox propria de pedibus, sicut ἀναδέω de capite. hinc factum est nomen τὸ ὑπόδημα, calceamentum: pro quo Homerus fere semper ponit τὰ πέδιλα. ποσσὶ δ' ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα, Β, 44, pro ὑπεδήσατο, pedibus nitidis, i. e. non succulentis modo sed et bene lotis, subligavit pulcra calceamenta. et de Minerva, ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα, α, 96. sic eadem phrasis est β, 4. δ, 309. de Mercurio, ε, 44. porro ο, 549. ὁ δὲ εἵλετο χερσὶ πέδιλα. δησάμενος δ' ὑπὸ ποσσὶ, πόλινδε ἴεν, de Eumæo, π, 155. vide et ρ, 2. υ, 126. ὡς αὐτοὶ ὑπὸ οἴων στέρνοισι δέδεντο, pro ὑπεδέδεντο, quod illi subligati essent ventribus ovium, ι, 443, de sociis Ulyssis ex antro Polyphemi evadentibus. διαδέομαι et de capite ponitur, unde est τὰ διάδημα: et de toto corpore.

ὑπόδημα, ατος. τό. (Δέω) calceamentum. quod Homerus multo sæpius vocat τὸ πέδιλον. ποσὶν δ' ὑποδήματα δοῦσα, ο, 368. ποσίν τ' ὑποδήματα δοίην, σ, 360. et vox ὑπόδημα est genus, cujus plures possunt esse species; sicut oppositum ejus τὸ ἀνάδημα. Vide supra, et sub πέδιλον.

ὑποδμὼς, ωός. ὁ. (Δάω) minister, servus. idem qui ὁ δμὼς, abundante præpositione: nisi quod tamen paullo honestius notet. ἀθάνατος Πρωτεὺς, Ποσειδάωνος ὑποδμὼς, δ, 386.

ὑπόδρα, (Ὄρω) adverb. ex obliquo intuens: qui est gestus intuentis cum aliqua indignatione aut ira. ὑποβλεπτικῶς διορῶν. ὑπόδρα ἰδὼν, Β, 245. Α, 148. Δ, 349, 411. Ε, 251, 888. Κ, 446. Μ, 230. Ξ, 82. δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδὼν, admodum torve intuitus, Ο, 13. Ρ, 141, 169. Σ, 284. Υ, 428. Χ, 260, 344. Ω, 559. Θ, 165. ρ, 459. σ, 14, 336, 387. τ, 70. χ, 34, 60, 320. hoc ὑπόδρα ἰδεῖν exprimit, ὡς τῆς ὄψεως μὴ κατὰ φύσιν ἐχούσης τοῖς ὀργιζομένοις, ἀλλά πως παρατιθεμένης καὶ ὑποβαλλομένης; hinc et ὁ βλοσυρὸς, ὁ τὸ βλέμμα ὑποσύρων, ὁποῖόν τι καὶ οἱ φύσει τὰς ὄψεις διεστραμμένοι πάσχουσι, qui παραβλέπειν dicuntur, *schielen, (to squint.)*

ὑποδράω, f. άσω. (Ὄρω) subministro, administro. οἵ σφιν ὑποδρώωσιν, qui illis ministrant, qui ministri eorum sunt, ο, 332. pro ὑποδρῶσι, ea mutatione ut sub simplici δράω est notata. cæterum sermo est de elegantibus pueris et ministris procorum.

ὑποδρέμω, (Τρέω) sub curro, *ich unterlaufe, (I run under.)* ὁ δὲ ὑπέδραμε, καὶ λάβε γούνων, ille proclinato corpore subter telum contra se intentatum accurrit et prehendit supplex genua adversarii, Φ, 68. sic, ἡ δὲ, κ, 323.

ὑποδρηστὴρ, ῆρος. ὁ. ("Ορω) minister, qui opus facit. idem qui δρηστὴρ, in sensu ministerali. οὔ τοι τοιοίδε εἰσὶν ὑποδρηστῆρες ἐκείνων, sc. μνηστήρων, non sane tales sunt ministri illorum, qualis tu es, ο, 329—333, ubi pueri delicati ad mensam describuntur.

ὑποδύνω, vide ὑποδύω.

ὑποδύσομαι, (Δύω) subeo, succedo. it. subtraho me. novum verbum ex futuro sequentis factum; cujus imperfectum est ὑπεδυσόμην. οὔς ὑπ' Ὀδυσσεὺς δύσετο, pro ὑπεδύσετο, ι, 481, 482, et notat κρύψιν τινά: ὑπήλυθεν. θάμνων ὑπεδύσετο, ζ, 127, ubi est, ὑπεξῆλθεν ἐκ τοῦ τόπου, ut ergo pro vario casu verbi ipse significatus variet.

ὑποδύω, ύνω, ῦμι. (Δύω) idem. ὑποδύντε δύω ἐρίηρες ἑταῖροι φερέτην, Θ, 332. Ν, 421. ὑποδύντε μάλα ὦκα φέρετε νεκρὸν, Ρ, 717. ὑπὸ κῦμα ἔδυσαν, pro ὑπέδυσαν, Σ, 145. ἦγε ὑποδῦσα θαλάσσης κόλπον, δ, 435. et 570, ὑπὸ πόντον ἐδύσατο. πᾶσιν δ' ὑπέδυ γόος, κ, 398, omnes incessit luctus.

ὑποείκω, f. ξω. (Εἴκω) concedo, *ich gebe nach, (I yield.)* ἀλλ' ἤ τοι μὲν ταῦτ' ὑποείξομεν ἀλλήλοισι, σοὶ μὲν ἐγὼ, σὺ δέ μοι, Δ, 62, in hisce concedemus nobis invicem, *wollen uns was nachgeben und zugestehen, (we shall give way to one another,)* inquit Juno ad Jovem. pro κατὰ ταῦτα. νῦν μέν κε νεμεσηθεὶς ὑποείξω, nunc sane, indignatus licet, cedam, Ο, 211. et 227, ὑπόειξε, cessit; quod non pertinet ad χεῖρας, nam hic accusativus pertinet ad νεμεσηθείς. νεῶν (sc. ἀπὸ) δ' ὑπόεικον ἀνάγκῃ, cedebant a navibus coacti, Π, 305, et quidem sic, οὐ νῶτα δείξαντες, ἀλλ' ὁρῶντες πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς ἐν τῷ ἀναποδίζειν. οὐδ' ὑποείκειν, Υ, 266, non cedere, sc. solent, divina arma humanis viribus; non superari solent, ut per ea transitus vulneri pateat. τῷ δ' ἕδρης ἐπιόντι πατὴρ ὑπόειξεν Ὀδυσσεὺς, personatus nimirum, π, 42, huic sedem adeunti cedere loco volebat pater, ἐξεχώρησε τῆς ἕδρας ἀναστὰς, διὰ τιμὴν τοῦ ἐπιόντος. εἴκοι δ' ὑπὸ βῶλος ἀρότρῳ, σ, 373. videtur esse pro ὑποείκοι, cedat gleba aratro, i. e. si terra sit arabilis. εἰ δή σοι (κατὰ) πᾶν ἔργον ὑπείξομαι, si tibi in omni re concedere vellem, Α, 294. νῦν μέν σοι ἐγὼν ὑποείξομαι αὐτὸς, Ψ, 602. οὐδὲ θεοῖσιν ὑπείξεαι, μ, 117, neque diis cedes?

ὑποζεύγω, et ὑποζευγνύω. f. εύξω. ("Αγω) subjungo, adjungo. ἡμιόνους θ' ὕπαγον (ὑπῆγον) ζεῦξάν θ' ὑπ' ἀπήνῃ, pro ὑπέζευξαν, ζ, 73. ὑποζεύξω δέ σοι ἵππους, ο, 81, et subjungam tibi equos, sc. sub jugo. hinc est ζυγόω, f. ώσω, i. e. ἄγω ὑπὸ ζυγὸν τὶ τῶν ὑποζυγίων, *ich spanne ein wagenthier an, (I harness an animal to a carriage.)* hinc et τὸ ζύγωθρον, ου, i. e. μοχλὸς, συνέχων τὰς δύω θύρας, qui et ὀχεὺς dicitur.

ὑποθερμαίνω, f. ανῶ. (Θέρω) subcalefacio, tepefacio. ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι, gladius tepebat sanguine, Π, 333. Υ, 476.

ὑποθημοσύνη, ης. ἡ. (Θέω) consilium, præceptum. ὑποθημοσύνῃσιν Ἀθήνης, Ο, 412. π, 233. ὑποθήκαις. Vide sub ὑποτίθημι.

ὑποθωρήσσω, f. ήξω. ("Ορω) clam armo. λόχῳ δ' ὑπεθωρήσσοντο, Σ, 513, ad insidias faciendas armabant se, κρύφα καὶ δολίως ὡπλίζοντο, clam instruebant se.

ὑπόκειμαι. (Κῶ) subjaceo. ὑπόκειται ξύλα κάγκανα, subjacent ligna arida, Φ, 364, sub lebete.

ὑποκινέω, f. ήσω. ("Εω) subter moveo, paululum moveo. ζεφύρου ὑποκινήσαντος κῦμα, Δ, 423, i. e. ἠρέμα τὸ πρῶτον εἰς φρίκα διασαλεύσαντος.

ὑποκλίνω, (Κλάω) sub flecto, depono. σχοίνῳ ὑπεκλίνθη, in juncis decubuit, proclinatus est, ε, 463, adoraturus.

ὑποκλονέω, (Κλάω) turbo sub aliquo et per aliquem. τούτους ὑποκλονέεσθαι ἐάσω Ἀχιλῆϊ, Φ, 556, coll. 554, φοβέεσθαι, in fugam agi, et 558, φεύγειν.

ὑποκλοπέω, (Κάρα) furtim occulo, occultando eripio. εἴ τις ἀνδρῶν ἔτι ζωὸς ὑποκλοπέοιτο, χ, 382, furtim lateret et se subducere vellet, κρύπτοιτο. nam hoc verbum est proprium ad significandam ἐπίκρυψιν. hinc est et ὁ κλοπεὺς, fur.

ὑποκρίνω, (Κάρα) secerno ex aliis. ὑποκρίνομαι, media forma est apud Homerum et apud Ἴωνας pro ἀποκρίνομαι, respondeo: quæ notio et apud Thucydidem Atticum obvia. hinc et in tragœdiis ὁ ὑποκριτὴς est, ὁ ἀποκρινόμενος τῷ χορῷ, qui choro respondet: sed de ista δραματικῇ ὑποκρίσει nihil novit poëta; multo minus de notione illa recentiorum, qua ὁ ὑποκρινόμενος et ὁ ὑποκριτὴς est, ὁ μὴ ἐκ ψυχῆς λέγων ἢ πράττων, μηδὲ ἅπερ φρονεῖ, ὁποῖοι οἱ σκηνικοί. ὥς σοι ὑποκρίνονται, quemadmodum tibi respondent, Η, 407. σοὶ δὲ ὧδε μνηστῆρες ὑποκρίνονται, β, 111. μερμήριξεν, ὅπως αὐτῷ κατὰ μοῖραν ὑποκρίναιτο νοήσας, ο, 170, i. e. ἐμελέτα σκεπτόμενος, πῶς ἂν προσηκόντως νοήσας ἀποκριθείη, cogitabat studiose, quomodo ei justo modo responderet prudenter: ubi tamen simul inest notio interpretandi signum cœlo missum. sic enim est, Μ, 228, ὧδέ κε ὑποκρίναιτο θεοπρόπος, sic sane interpretans responderet vates; et θεοπρόπος est ὁ εἰπὼν τὸ ἐκ θεοῦ. ἀλλ' ἄγε, μοὶ τὸν ὄνειρον ὑπόκριναι, τ, 535, sed age, interpretare mihi hoc somnium; et 555, οὔπως ἐστὶν ὑποκρίνασθαι ὄνειρον, declarare somnium: ut ergo in specie notet, θέσθαι ἀπόκρισιν ἐπὶ ὀνείρου ἢ τέρατος λύσει. unde postea dictus est ὁ ὀνειροκρίτης, ου. nam cum judicio et discretione accurata est respondendum. ὁ ὑποκρινόμενος ἢ ἀποκρινόμενος (a κρίνω, i. e. διαχωρίζω) est, quia respondens, ἑαυτὸν ἀποκρίνων, i. e. τῶν ἄλλων ἀποχωρίζων, λαλεῖ ἃ λαλεῖ.

ὑποκρύπτω, (Κάρα) occulo sub. πᾶσα (ναῦς) ἄχνῃ ὑπεκρύφθη, O, 626, tota navis spuma maris contegitur.

ὑπόκυκλος, ου. ὁ ἡ. (Κύλω) a parte inferiore rotundus et concavus. τάλαρον ὑπόκυκλον ὄπασεν, calathum inferne rotundum et cavum, δ, 131.

ὑποκύομαι, f. ύσομαι. (Κύω) prægnans fio, imprægnor ab aliquo. ἡ δὲ ὑποκυσαμένη (et in textu Sigma est ob metrum duplex) διδυμάονε γείνατο παῖδε, Z, 26, i. e. ὑπ' αὐτοῦ (coll. 25) ἔγκυος γενομένη. ἵπποι ὑποκυσάμεναι ἔτεκον πώλους, Y, 225, ἐγκυμονήσασαι. ἡ δὲ ὑποκυσαμένη ἔτεκε τὸν, λ, 253, coll. 245.

ὑπολαμβάνω, (Λήβω) infra capio. ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα, pro ὑπέλαβε, Γ, 34, coll. Ξ, 506. σ, 87. ὑπὸ δὲ τρόμος ἔλλαβε πάντας Ἀχαιοὺς, ω, 49.

ὑπολάμπω, (Φάω) adfulgeo, adluceo. δαΐδων ὑπολαμπομενάων, facibus adfulgentibus, Σ, 492, de deductione sponsæ. et de cubitum itione, τ, 48. de lectisternio, ψ, 290. *unter der erleuchtung der fackeln, (by torch-light.)*

ὑπολείπω, (Λίπω) relinquo, reliquum facio. ἃ τῇ προτέρῃ (ἡμέρᾳ, hesterno die) ὑπέλειπον ἔδοντες, reliquum fecerant (*übrig liessen*) *(left)* cœnantes, π, 50. et id explicat τὸ, χαριζομένη παρεόντων, benigne dans de iis quæ aderant ad manum. erant ergo κρέα ἕωλα, carnes hesternæ. πέμπτον ὑπελείπετο ἄεθλον, Ψ, 615, quintum reliquum erat præmium, cæteris jam distributis. sed, ὑπελείπετο ἐν μεγάρῳ, relinquebatur in domo, aliis abeuntibus, τ, 1, 51. η, 230. ἐγὼ δ' ὑπολείψομαι αὐτοῦ, et ego relinquar hic, *ich will hier zurück bleiben, und warten bis du hinein bist, (I will remain here, and wait till thou art within,)* ρ, 276, coll. 277, ἐπίμεινον σὺ, exspecta tu hic. et 282, ἀλλ' ἔρχευ προπάροιθεν, (i tu præ me) ἐγὼ δ' ὑπολείψομαι αὐτοῦ, hic. sic, ἀλλὰ σὺ μὲν κατάλεξαι, (cubitum i,) ἐγὼ δὲ, τ, 44. ergo Homero τὸ ὑπολείπεσθαι est, ἐκεῖσε μεῖναι, τῶν ἄλλων ὑποχωρησάντων: sed recentioribus Atticis est quoque, ἡττηθῆναι κατὰ δρόμον, καὶ μεῖναι ὀπίσω τῶν συνάθλων, *zurück bleiben im rennen, (to be left behind in the race.)*

ὑπολευκαίνω, (Λύκος) subalbidum facio, *ich mache blass, (I make pale.)* facio ut albidum subemicet. ὑπολευκαίνονται ἀχυρμιαί, cumuli palearum subalbicant, E, 502, nam frumentum, longe ante paleas jactum, est ξανθὸν, flavum; paleæ vero, non tam late volantes, sunt albidæ.

ὑπολίζων, ονος. ὁ ἡ. (Λίγω) subparvus, subhumilis. λαοὶ δ' ὑπολίζονες ἦσαν, Σ, 519, homines autem, qui sequebantur duces, Martem et Minervam, quorum statura erat augustior humana, erant admodum humiles et breves statura, sc. si comparentur cum illis numinibus. ponitur ergo ὀλίζων, sicut ὀλίγος, proprie quidem ἐπὶ πλήθους ἢ διωρισμένου ποσοῦ: deinde et, ἐπὶ μεγέθους, de proceritate. nonnunquam et ἐπὶ ἀσωμάτων, e. c. ὀλίγος θυμὸς, non multum vitæ.

ὑπολύω, (Λύω) subexsolvo, dissolvo. sic calceus dicitur ὑπολύεσθαι, sub pede exsolvi et exui. ὁ δ' ἔλυεν ὑφ' ἵππους, pro ὑπέλυεν, Ψ, 513, sub jugo exsolvebat equos. οἱ δ' ἵππους μὲν ἔλυσαν ὑπὸ ζυγοῦ, pro ὑπέλυσαν, δ, 39. οἵ ῥ' ὑπ' ἀπήνης ἡμιόνους ἔλυον, η, 5, 6, pro ὑπέλυον. ubi tamen alii legunt ἀπ'. αὐτῶν ὑπέλυσε μένος καὶ γυῖα, Z, 27, i. e. ἐθανάτωσεν αὐτούς. sed de venatore, qui hinnulum jactu teli vulneravit, sed non occidit, O, 581, θηρητὴρ ὑπέλυσε γυῖα νεβροῦ, *hat ihn lahm geschossen, angeschossen, (has lamed it, wounded it.)* εἶθαρ δ' ὑπὸ γούνατα ἔλυσε, pro ὑπέλυσε, continuoque ei genua solvit, i. e. occidit, mori fecit, Λ, 578. N, 412. P, 349. πολλῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσε, O, 291. Ω, 498. ξ, 69, 236. ὑπέλυσε δὲ γυῖα, Ψ, 726, ubi id dicitur in lucta, quando alter alterum ita ad poplitem ferit, ut ille prolabatur, et genua firmitatem suam perdant. λύθεν δ' ὑπὸ γυῖα, pro ὑπελύθησαν, Π, 805, genua amittebant firmitatem suam præ nimia lassitudine et λειποθυμίᾳ. sic et, præ terrore subito, de fœminis, Σ, 31. σ, 340. καμάτῳ δ' ὑπὸ γυῖα λέλυνται, pro ὑπολέλυνται, H, 6. hinc dicitur κάματος (defatigatio ex labore) λυσιμελής. ὑπέλυντο (pro ὑπελύοντο) δὲ γυῖα, Π, 341, nisi mavis esse pro ὑπελέλυντο. πρῶτος ὑπ' ἀρνειοῦ λυόμην, pro, ὑπελυόμην, ι, 463, i. e. ὑποκάτωθεν ἐκ τῶν στέρνων αὐτοῦ ἔλυσά με, nam manibus tenebat infra vellus ejus. σὺ τόνγε ὑπελύσαο (exsolvisti) δεσμῶν, A, 401.

ὑπομένω, (Νέω) maneo sub, suffero, sustineo, firmiter maneo sub aliqua re, exspecto. est etiam verbum bellicum, non terreor periculo et labore. notat plerumque θάρσος: hinc et neutrum adverbialiter, ὑπομενετέον, audacter; et ἀνὴρ ὑπομενετικὸς τῶν δεινῶν, vir qui terribilia audacter subit. translatum verbum ἀπὸ τῶν κιόνων ἢ τοιούτων τινῶν σωμάτων, ἃ, δεξάμενα βάρος ἄνω, ὑπομένουσιν. idem dicitur et ὑποστῆναι: et, quod firmiter substat, de eo dicitur: πάντως ὑφίσταται, i. e. ἐγκρατῶς ὑπὸ ἐκεῖνο ἵσταται: sin minus, ἀνυπόστατον dicitur id quod superincumbit; *was keine feste stütze und grundsäule hat, (what has not a firm base and foundation.)* quamquam ἀνυπόστατον dicatur etiam id quod non exsistit. hinc, ludens aliquis ἀμφιβολίᾳ, dixit, Ῥωμαίων βασιλείαν ἤδη εἶναι ἀνυπόστατον, i. e. vel non tolerabilem aliis, ob potentiam et gravitatem ejus; vel prorsus jam non exsistentem. priori sensu dicitur res etiam ἀνυπόφορος. Ἀργεῖοι δὲ ὑπέμειναν ἀολλέες, E, 498, sustinebant impetum hostilem conferti, nec in fugam inclinabantur. ὁ δὲ οὐχ ὑπέμεινεν ἐρωὴν Πηνελέου, non sustinuit impetum ejus, Ξ, 488. οὐδ' ὑπέμεινε Πάτροκλον, Π, 814, i. e. οὐκ ἐκαρτέρησε. et ab hoc ὑπομένειν dicta est ἡ ὑσμίνη, pugna, prœlium acre. recentiores amarunt isto sensu adhibere verbum ἀναμένειν. καί μ' ὑπέμεινε, P, 25, et me sustinuit, cum adoriret eum. μὴ Αἴαντα οὐχ ὑπομεῖναι, me

non stetisse firmiter contra Ajacem, P, 174. in Iliade ergo ubique de bellica fortitudine. οὐδ' ὑπέμεινε γνῶναι, non exspectavit donec agnosceretur, α, 410, et notatur ἡ ταχεῖα ὑποχώρησις τοῦ ξένου, discessus celer hospitis. Εὐρύλοχος δ' ὑπέμεινεν, remansit, nec processit ulterius, κ, 232. et 258, αὐτὰρ ἐγὼν ὑπέμεινα, ubi idem id de se narrat, *ich blieb stehen, blieb zurück, (I was left behind.)*

ὑπομνάω, f. ήσω. (Νέω) recordari facio. it. astute et subdole ambio sponsam. ὑπέμνησεν τέ ἑ πατρὸς, et memorem eum facit patris, α, 321. αὐτὸν νόστου ὑπομνήνουσα, eum reditus admonitura, ο, 3. αὐτοῦ τε ζώοντος ὑπεμνάασθε γυναῖκα, χ, 38, imperf. medii, pro ὑπεμνάεσθε, contr. ὑπεμνᾶσθε, et rursus distracto circumflexo per intersertum α: ejus vivi dolose ambiistis uxorem, ὑπούλως καὶ ψευδῶς, καὶ οὐ κατὰ νόμον, ἐμνηστεύεσθε.

ὑποπεπτηῶς pro ὑποπεπτηχὼς, vide sub ὑποπτήσσω.

ὑποπερκάζω, (Κῶ) nigresco, incipio nigrescere. idem ac περκάζω. ἕτεραι δ' (σταφυλαὶ) ὑποπερκάζουσι, η, 126, i. e. μελαίνονται.

ὑποπετάω, f. άσω. (Πέτω) sub expando. ὑποπετάσας λῖτα, substernens linteum, α, 130, ὑφαπλώσας, ὑποθέμενος εἰς καθέδραν.

ὑπόπλακος et ὑποπλάκιος, ου. ὁ ἡ. (Πέλω) campestris, planus; planitiei adjacens. *in einer niedern ebene gelegen, (situated in a low plain.)* ὃς ἔναιεν ὑποπλάκῳ ὑλήεσσῃ, Θήβῃ ὑποπλακίῃ, Z, 396, 397. X, 479, conf. Θήβη, in R.

ὑποπτήσσω, f. ήξω. (Πέτω) præ timore abscondo me sub aliquo, lateo sub. πετάλοις ὑποπεπτηῶτες, B, 312, ubi sermo est de pullis passerculi; sub foliis in arbore in nido suo latitantes; pro ὑποπεπτηχότες, extruso χ, et retento ω nominativi. qui a πτόω (πίπτω) f. πτώσω, derivant, non errant, cum hoc verbum sæpe idem sit quod πτώσσω, f. ώξω. ut sit pro ὑποπεπτωκότες: nisi quod pluribus ambagibus opus est ad formandam syncopen Ionicam.

ὑποῤῥήσσω, (Ῥάω) subtus rumpo vel cædo. οὐρανόθεν ὑπεῤῥάγη αἰθὴρ, Θ, 554, cœlitus expanditur clara lux, a luna nimirum et stellis; αἰθρία γέγονε καὶ πανταχοῦ ἐξηπλώθη, οὐκ ἐκ μεγάλων φωστήρων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἀνωτέρω σποράδων ἀστέρων. oppositum hujus est, ὀρώρει οὐρανόθεν νὺξ, i. e. σκότος γέγονεν ἀερόθεν, νεφῶν ὑποδραμόντων τὸν ἥλιον. sic et Π, 300. priori loco sermo est de nocte sublustri, sed hoc posteriori, de nube fulgurante noctu, ubi ignes quidem emicant et quasi diem aliquem expandunt, sed claritas ista non est diuturna. ἀὴρ καταστραπτόμενος φωσφορεῖ, καὶ διὰ ῥήξεως νέφους γίνεται φῶς. sicut Germani dicunt: *der himmel thut sich voneinander, (the firmament opens.)* locum igitur habet hoc verbum, quando tenebræ sub cœlo scinduntur, vel a lunæ et stellarum luce splendida, vel a fulguribus.

ὑπόρω, f. ὑπόρσω. (Ὄρω) cieo sub, concito. πᾶσιν ὑπ' ἵμερον ὦρσε γόοιο, pro ὑπῶρσε, Ψ, 108, 153. sic, τῷ δὲ, Ω, 507. δ, 113. ψ, 231. τοῖσι δὲ πᾶσιν, δ, 183. τῇ δ' ἔτι μᾶλλον, τ, 249, i. e. ἐκίνει οἶκτον, movebat lamentabilem gemitum et complorationem. ἀμφοτέροισι δὲ τοῖσι ὑφ' ἵμερος ὦρτο γόοιο, pro ὑπώρετο, ciebatur, π, 215. τοῖον γὰρ (tantopere enim; neutrum adverbialiter) ὑπώρορε (commovebat omnes) Μοῦσα, ω, 62, ob metrum pro ὑπόρωρε. πολὺς δ' ὑπὸ κόμπος ὀρώρει, exsistebat, ϑ, 379.

ὑποσείω, (Σέω) subter concutio. ποδῶν ὑπεσείετο ὕλη, *der wald ward erschüttert von ihren füssen, (the wood shook under their feet,)* Ξ, 285, diis gradientibus. ὑποσείουσιν ἱμάντι, infra torquent loro et circumagunt, ι, 385.

ὑποσταχύομαι, (Χάω) succresco et augeor in modum spicarum, *ich vermere mich, habe zuwachs, (I encrease, augment.)* simplex est σταχύομαι et σταχυόομαι, in spicam abeo, spicis densor. οὐδέ κεν ἄλλως ἀνδρί γ' ὑποσταχύῳτο βοῶν γένος, υ, 212, neque sane aliter (i. e. majori numero quam herus meus habet) viro augeri possit grex boum, αὔξοιτο δίκην σταχύων, ὧν ἕκαστος ἐξ ἑνὸς κόκκου πολύχους γίγνεται τὸν καρπὸν, *es könnten sich ja wohl die rinder bey niemandem stärker vervielfaltigen, als sie hier in kurzer zeit vervielfältige sind, (nor could the cattle have multiplied more any where than they have done here, in the same time.)* coll. 211; vel, *es kann kein land-herr mehrere zugleich haben, als hier stehen, (no landlord could have had more than are here.)* cæterum est optat. præs. in terminatione Attica, cujus ο productum in ω, et Iota subscriptum, pro οιτο.

ὑποστοναχίζω, (Τῶ) subtus gemo et resono. ὑπὸ δ' ἐστοναχίζετο γαῖα λαῶν ἱζόντων, ὅμαδος δ' ἦν, substrepebat terra exercitu considente, et erat fremitus clare colloquentium, B, 95, ubi posterius nomen explicatio est prioris verbi. et 781, γαῖα δ' ὑπεστονάχιζε, terra subtus resonabat, ambulantibus tot viris. et 784, ὣς ἄρα τῶν ὑπὸ ποσσὶ μέγα στοναχίζετο γαῖα ἐρχομένων, vadentium: et præcedit parabola, de fulminibus terram percutientibus. ut ergo innuatur, hos Achillis milites præ indignatione, et odio desidiæ, terram pedibus acriter pulsasse ut late sonaret.

ὑποστορέω, (Στρῶ) substerno, suppono strato. ἄνωγε δμωαῖς ὑποστορέσαι δέμνια, præcepit ancillis, substernere spondas, υ, 139, ne stratum humi esset.

ὑποστρέφω, (Τρέω) converto. ὁ δὲ ὑπέστρεφεν ἵππους, convertit equos, E, 581. et 505, ὑπέστρεφον ἡνιοχῆες, nam aurigæ convertebant equos suos adversus hostes. μηδὲ σοῖς ποσὶν ὑποστρέψειας Ὄλυμπον, Γ, 407, nec tuis pedibus revertaris ad Olympum, inquit Helena ad Venerem, irata. εἰ δέ κε ὑποστρέψωσι, M, 71, si vero forte convertant se, contra nos, fugientes jam Graii. ὁ μὲν φύγαδε αὖτις ὑποστρέψας ἐβεβήκει, ille in fugam convertens se retro abire volebat, Λ, 446, coll. 447, αὖτις

ὑποστρέψας, Vulcanus, qui iter simulaverat peregre, sed celeriter retro se convertisset, et revertisset domum, Θ, 301. σὺ γάρ σε ὑποστρέψεσθαι ὀίω, σ, 23, non enim te reversurum credo. αὖτις ὑποστρεφθεὶς, Λ, 566, retro conversus.

ὑποστρόω, f. στρώσω. (Στρῶ) substerno. ὑπέστρωτο ῥινὸν βοὸς, Κ, 155, substraverat sibi corium bovis. præsens hujus verbi scribitur quoque στρωννύω, στρώννυμι, apud recentiores.

ὑποσχέθω, (Χάω) subter habeo vel teneo me vel aliud; sustineo, sum adjumento. idem ac ὑπέχω. ἧτοι ὑπέσχεθε χεῖρα, præbuit igitur manum supinam, Η, 188, ὑπέσχεν, ὑπτίασε τὴν δεξιὰν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ διδομένου, et quasi ὑποκάτω ἔσχε: *er hielt die hand auf, (he held up his hand.)*

ὑποσχεσία, ας. ἡ. (Χάω) promissio, *ein versprechen, (a promise.)* it. præstatio, *ein gut wofür sagen, bürgschaft, (an engagement, guarantee.)* ὁ δ' ὑποσχεσίῃσι πιθήσας, ille fidens promissis istis, Ν, 369. sc. ταῖς τοῦ Πριάμου. ὑπέχειν sæpe est ὑποτιθέναι: ergo ὑπόσχεσις, τὸ ὑποθεῖναί τινα ἑαυτὸν τῇ ἐκπληρώσει τῆς οἰκείας ἐπαγγελίας, si quis ipse se supponit quasi, impletioni suæ promissionis.

ὑπόσχεσις, εως. ἡ. (Χάω) idem. οὐδέ σοι ἐκτελέουσιν ὑπόσχεσιν, ἥν περ ὑπέσταν pro ὑπέστησαν, Β, 286, neque tibi opere ipso efficient promissum quod receperunt in se. ὦ Κίρκη, τέλεσόν μοι ὑπόσχεσιν ἥν περ ὑπέστης, οἴκαδε πέμψειν, te dimissuram cum comitatu esse me domum, κ, 483. πρὶν γνῶναι, εἰ Διὸς ὑπόσχεσις ψεῦδος ἦ οὐ, Β, 349, *ob die verheissung des Jupiters falsch sey oder nicht, (whether the promise of Jupiter be false or not.)*

ὑποσχέω, f. ήσω. (Χάω) subter habeo vel teneo me vel aliud; sustineo, sum adjumento. idem ac ὑπέχω. λάθρη ὑποσχὼν θηλείας ἵππους, clam supponens equas iis equis immortalibus, ut prolem inde haberet, Ε, 269, ὑποβαλὼν, ὑποθέμενος αὐτὰς τοῖς ἵπποις εἰς ὀχείαν: *da er sie heimlich belegen liess, (secretly putting them together.)* sic et, ὑποσχεῖν λόγοις τὰς ἀκοὰς, καὶ χεῖρα τοῖς διδομένοις. in forma media ὑποσχέομαι, est, promitto, polliceor, recipio in me facturum aliquid. σὺ δ' ὑπέσχεο καὶ κατένευσας, et tu id promittebas et annuisti, Ο, 374. ἃς βασιλεῦσιν ὑπέσχεο οἰνοποτάζων, quas apud vinum pollicebaris principibus, Υ, 84. ἐπεὶ σὺ πρῶτον ὑπέσχεο καὶ κατένευσας postquam tu semel id ei pollicitus eras, ν, 133. sic, ὅς πρίν μοι ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν, Β, 112. Ι, 19. ἄντα μοι αὐτὸς, Μ, 236. et cum κατανεύω de Jove sermo est. ὅσα δῶρά σοι ὑπέσχετο Ἀγαμέμνων, Ι, 263. ὑπέσχετο δὲ μέγα ἔργον, et pollicitus erat rem magnam, Ν, 366. et 368, τῷ δ' ὁ γέρων Πρίαμος ὑπέσχετο καὶ κατένευσε δόμεναι θυγατέρα. nam κατανεύειν ponitur, si præcessit petitio. et 376, ὁ δ' ὑπέσχετο θυγατέρα ἥν. ὅσα σοὶ χθιζὸς ὑπέσχετο δῖος Ὀδυσσεύς, Τ, 141. ἱερὰ καλὰ, pollicebatur iis numinibus sacrificia pulcra, Ψ, 195. ἐν Τροίῃ γὰρ πρῶτον ὑπέσχετο, δ, 6, nam ad Trojam semel ei promiserat et desponderat filiam suam. et 525, μισθὸν, promiserat ei mercedem; ubi simul est tmesis. δῶρά μοι, ω, 334. εἴ κεν ὑπόσχωμαι αὐτῷ δώσειν, si vel maxime pollicear ei me daturum id, Χ, 114. et 350, εἴ κεν ὑπόσχωνται. δείδω, μή οὔτις σοὶ ὑπόσχηται τόδε ἔργον, Κ, 39, vereor ut aliquis tibi polliceatur et in se recipiat hoc negotium. νημερτὲς μὲν δή μοι ὑπόσχεο καὶ κατάνευσον, ἢ ἀπόειπε, vel certum mihi promitte, vel nega, Α, 514. ὑποσχέσθαι τῇ Ἀθήνῃ βοῦς, Ζ, 93, 274. et 115, ἑκατόμβας. τίς κέν μοι τόδε ἔργον ὑποσχόμενος (recipiens in se) τελέσειε δώρῳ ἐπὶ μεγάλῳ; Κ, 303, *wer will das übernehmen und ausführen, für grosse geschenke? (who will undertake and execute it, for a great reward?)* πῶς κέν μοι ὑποσχόμενος τελέσειας μῦθον ἐμόν; ε, 195, ubi est nuda rogatio: *woltest du wohl das, was ich dir sagen will, übernehmen und wirklich machen? (wilt thou undertake and perform what I shall tell thee?)* et ista rogatio est, 199. et 203, συνεφράσατο ᾧ θυμῷ, ὅπως αὐτῷ κατὰ μοῖραν *(mit guter manier) (duly)* ὑποσχόμενος τελέσειε, consultabat secum, quomodo id ei reciperet in se et re vera præstaret. nam multi multa pollicentur quidem, sed parum effectui dant. ὑποσχόμενοι μέγα δῶρον, Ι, 572, pollicentes magna dona. καί κέ σοι ἡμεῖς ταῦτά γ' ὑποσχόμενοι τελέσαιμεν, Ν, 377, sane et nos illa, quæ dicemus mox, polliciti efficeremus re vera tibi. ὑποσχεῖται ergo aliquis aliquid, quod recipit in se, *wofür er stehet, oder, was er übernimmt, (what he engages to do, or what he undertakes,)* prout contextus est. ὑποστῆναι, et στεῦσθαι et ὑφίστασθαι notant idem.

ὑποτάμνω, (Τέμω) subseco, subter seco. γλῶσσαν ὑπέταμε χαλκὸς, linguam subsecuit ferrum, Ε, 74, *schnitt unten durch, (cut through underneath.)* ὑποταμὼν πυθμένα ἐλαίης, cum resecuit infimum truncum oleæ, ψ, 204.

ὑποτανύω, (Τῶ) sub extendo. ὑπετάνυσαν ἕρματα μακρὰ, Α, 486, phalangas longas subjecerunt subductis in littus navibus, *stecketen lange walzen-bäume drunter, (placed long rollers underneath them,)* ne carina navis læderetur humore terræ. τόδε κρήδεμνον ὑποτάνυσαι (imperat. aor. 1. m.) στέρνου, hanc vittam sub pectore substerne tibi, ε, 346, coll. 373, κρήδεμνον ὑπετάνυσε στέρνου, quod historice est, longum et latum linteum ligavit circa loca pectoris et ventris, ut levius nataret et commodius.

ὑποταρβέω, f. ήσω. (Ῥάω) confundor animo, quod fit vel pavore, vel reverentia nimia. idem ac ταρβέω. τοὺς δ' ὑποταρβήσαντες ἐχώρησαν πάλιν, hos subveriti cesserunt retro, Ρ, 533.

ὑποτίθημι, (Θέω) suppono, subjicio: *setze drunter, gebe an hand, (put under, subject to,)* præcipio, consilium do. ὑπέθηκε πυθμένι κύκλα, supposuit fundo rotulas, Σ, 375. σοὶ δὲ πυκινῶς ὑποθήσομαι, tibi prudenter suadebo, α, 279. αὐτῷ ἐγὼν, β, 194. πρόφρων, ε, 143. ὄφρα οἱ ἤ τι ἔπος ὑποθήσεαι ἠέ τι ἔργον, δ, 163, ut ei

subjicias, *dass du ihm an hand geben möchtest, (that thou mightst suggest to him.)* ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται, alia et numen consulet et monebit, γ, 27, nam ὑποθέσθαι est, ἐκ παραινέσεως νοῦν ἐμποιεῖν: et ὑποθήκη est et, ἡ παραίνεσις. eodem sensu dicitur in forma activa, ὑποθήσει. et hinc est τὸ νουθετεῖν. βουλὴν δ' Ἀχαιοῖς ὑποθησόμεθα, Θ, 36, 467, consilium iis suggeremus. αὐτάρ σοι πυκινῶς ὑποθησόμεθα, Φ, 293, sed tibi prudens consilium subjiciemus. hinc est ἡ ὑποθημοσύνη, ἡ ἀγαθή: cui opp. ἡ κακοθημοσύνη. ἀλλ' εὖ οἱ φάσθαι πυκινὸν ἔπος ἠδ' ὑποθέσθαι, Λ, 787, ubi infin. pro imperat. da ei prudens consilium, coll. 788. ἀλλά μοι εὖ ὑπόθευ, ο, 309, i. e. συμβούλευσον, pro ὑπόθεσο, ὑπόθεο, ὑπόθου, ionice. *gieb mir guten rath und lehre, (give me good counsel and instruction.)*

ὑποτρέμω, (Τρέω) subter tremo. ὑπὸ δ' ἔτρεμε γυῖα, Κ, 390, tremebant ei pedes præ timore. τρέμεν δ' ὑπὸ γυῖα ἑκάστου, λ, 526, quod et heroibus accidit tempore magni periculi: apparet tamen h. l. non nimium tremorem innui, sed motum aliquem pedum, quasi convertere se ad fugiendum conantium.

ὑποτρέω, (Τρέω) recedo, refugio. οἷον (neutrum adverbialiter) δὴ Μενέλαον ὑπέτρεσας, *wie läufst du doch vor dem manne, (how thou runnest away from him,)* Ρ, 587, coll. 586, τίς σε ταρβήσειε, quis te metuat. cæterum est hyperbolice positum, ab increpante tergiversationem aut cessationem et cunctationem solam Hectoris, ut eo magis acuat eum ignominioso verbo. et 275, νεκρὸν δὲ προλιπόντες ὑπέτρεσαν, cadavere relicto recesserunt. αἱ δέ τε πᾶσαι (βόες) ὑπέτρεσαν, Ο, 636, et reliquæ omnes fugiunt, coll. 637, ἐφοβήθησαν, in fugam conjecti sunt: ut synonymia appareat. ἀλλ' οὔπως ἔτι εἶχεν ὑποτρέσαι, sed jam non poterat retro abire, ut notetur ἀναποδισμὸς, Η, 217, *er konnte sich nun nicht mehr wieder zurückziehen, (it was no longer in his power to retreat.)*

ὑποτρομέω, (Τρέω) subtus tremo. ὑποτρομέει γυῖα, Κ, 95, pedes. τοῖον (neutrum adverbialiter, tantopere) γὰρ ὑποτρομέουσιν ἅπαντες, Χ, 241, metu tremunt hunc virum omnes. καὶ δέ τέ μιν καὶ πρόσθεν ὑποτρομέεσκον (ionice pro ὑπετρόμεον) ὁρῶντες, Υ, 28, etenim ipsum et antea horrebant videntes.

ὑπότροπος, ου. ὁ ἡ. (Τρέω) revertens, reversus, *ein zurückkehrender nach hause, (one who is returning home,)* redux in patriam vel ad suos. οὐκ οἶδα, εἰ ἔτι αὐτοῖς ὑπότροπος ἵξομαι αὖτις, nescio, an rursus illis redux venturus sim retro, Ζ, 367, i. e. ἐν καλῷ νοστήσας, καὶ σῶος ἐξ ὑποστροφῆς ἐπανελθών: οἴκαδε ὑποστραφείς. et 501, οὐ γάρ αὐτὸν ἔτι ἔφαντο ὑπότροπον ἐκ πολέμοιο ἵξεσθαι, non enim eum jam putabant reducem ex pugna venturum. εἰ νόστησε Ὀδυσεὺς, καὶ ὑπότροπος ἵκετο δῶμα, υ, 332, ubi utraque phrasis est eadem. τῶν ἄλλων οὔ τινα ἤκουσα εὐξάμενον, ἐμὲ αὖτις ὑπότροπον οἴκαδε ἱκέσθαι, φ, 211, aliorum nullum audivi precantem, ut ego retro redirem domum. sic, χ, 35, οὔ με ἔτι ἐφάσκετε ὑπότροπον οἴκαδε ἱκέσθαι δήμου ἀπὸ Τρώων, non me jam putabatis reducem futurum domum ex Troico agro. his locis ergo in bono sensu: alibi etiam in non bono. sic Hippocrates dicit ὑποτροπιάζειν νόσους, si æger valetudini prosperiori restitutus rursus incidit in eundem morbum; et ὑπότροπα νοσήματα sunt τὰ φιλυπόστροφα, morbi qui solent redire post curationem vel tempus. est ergo vox μέση, sicut ἡ τύχη, et ὁ παντουργὸς, qua voce deus omnipotens, et homo πανοῦργος, dicitur.

ὑπουράνιος, ὁ ἡ. (Ἀνὰ) sub cœlo. ὑπουράνιον κλέος μέγα, Κ, 212, fama cœlum attingens, i. e. ingens et latissime diffusa. ὑπουρανίων πετεηνῶν, Ρ, 675, avium in aëre et sub nubibus volantium. *der vögel unter dem himmel, (of the birds in the air.)* μέγιστον ὑπουράνιον κλέος, ι, 264.

ὑποφαίνω, f. ανῶ. (Φάω) subter profero et apparere facio. θρῆνυν ὑπέφηνε, scabellum sub pedibus protraxit, ρ, 409, i. e. ὑποκάτω ἔφηνεν, ὑπεξαγαγὼν τῶν ποδῶν, ὡς ἂν ἔχοι ῥᾷον αὐτοῦ ἐπικύψας ἅψασθαι, ὅτε θελήσοι κατὰ τοῦ Ὀδυσσέως βαλεῖν, coll. 462, 463. *er schob die fussbank unter dem tische und fusse vorwärts, dass er sie hernach geschwinder ergreifen könnte, (he drew the stool forward with his feet from under the table, that he might reach it the more easily.)* nam antea totum scabellum latebat fere sub pedibus.

ὑποφεύγω, (Φέβω) suffugio, effugio. φυγὼν ὕπο νηλεὲς ἦμαρ, effugiens mortem, Φ, 57. ι, 17. οὔτ' ἄρ' ὃ τὸν δύναται ὑποφεύγειν, οὔτ' ὃ διώκειν, nec ille hunc potest effugere, nec hic insequi, Χ, 200, coll. 202.

ὑποφήτης, ου. ὁ. (Φάω) internuntius oraculi, nuntiator vel interpres vaticinii. προφήτης est proprie, profator, vel et, qui τὰ πόῤῥω ὄντα fatur: ὑποφήτης vero est minister et quasi os τοῦ προφητεύοντος. apud poëtam est idem qui apud alios προφήτης. ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ σοὶ ναίουσι ὑποφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι, Π, 235, qui ὑποφητεύοντες (ministri in proferendo oraculo) εἰσὶ τῷ προφητεύοντι (oracula danti) ἐκεῖσε Διΐ. et hi sacerdotes sacri incubabant humi pellibus sacrificiorum, et per somnia exspectabant responsa Jovis, reddenda interrogantibus; χαμαὶ δοραῖς ἐγκοιμώμενοι, δι' ὀνείρων τοῖς χρωμένοις ἐχρημάτιζον ἐκ Διός. sunt ergo sacerdotes sacri Jovis Dodonæi. atque ii ibi peculiariter vocabantur οἱ τόμουροι. conf. ἀνιπτόπους. cæterum ὑποφήτης dici potest quivis internuntius vel enarrator sensuum et voluntatum superiorum.

ὑποφθὰς, vide sequens.

ὑπόφθημι, (Φάω) occupo subito. ὑποφθὰς, præveniens, Η, 144. Ὀρέστης αὐτὸν ἔκτεινε ὑποφθάμενος, δ, 547, nam improvisam aliquam præventionem notat hoc compositum. τὸν δὲ Ἑλένη ὑποφθαμένη, eum præveniens responsione, ο, 171, φθάσασα καὶ προλαβοῦσα, διὰ ὀξύτητα φύσεως καὶ ἀγχίνοιαν, cum contra Mene-

laus diu hæreret: erat enim Helena valde solers et perspicax.

ὑποφύω, (Φύω) subter crescere facio. χθὼν αὐτοῖς ὑπέφυε ποίην, Ξ, 347, terra iis cubantibus succrescere fecit subito herbas.

ὑποχάζομαι, (Χάω) recedo. cujus Ionicus aor. 2. m. est ὑποκικάδοντο, Δ, 497. Ο, 574, de quo vide κικαδέω.

ὑποχείριος, ου. ὁ ἡ. (Χάω) qui sub manum venit. οἴσω χρυσὸν, ὅστις κε ὑποχείριος ἔλθοι, adferam et aurum, si quod mihi sub manus venerit, ο, 447, coll. 465—469, nam sermo ibi de ancilla, fugam parante, quæ compilare vult dominum quacunque ratione potest. idem nomen alibi ponitur pro ὑπήκοος: unde servi et servæ dicuntur ὑποχείριοι. etiam simplex, χείριος, ία, ιον, ponunt antiqui pro, cicur, *zam, zur hand gewöhnet, (tame, used to the hand;)* it. in potestatem redactus.

ὑποχεύω, f. εύσω. (Χάω) substerno. θεράπων δ' ὑπέχευε βοείας, sc. δορὰς, Λ, 842, *ochsenhäute breitete er unter, (he spread ox-hides underneath.)* et erat hæc στρωμνὴ quidem ἡρωϊκὴ, habens tamen et delicati quippiam: nam corium tam molle erat præparatum ἐξ ἐπιμελοῦς βυρσοδεψήσεως, ut verbo ὑποχεύειν, quasi de humido quodam, exprimat id. alias enim potuisset dicere ὑπέθηκε. sermo est de vulnerato heroë, qui in tabernaculo suo humi deponitur, substratis coriis bubulis. εἶσεν δ' εἰσαγαγὼν, ῥῶπας δ' ὑπέχευε δασείας, καὶ ἐπεστόρεσε δέρμα αἰγὸς μέγα καὶ δασὺ, ξ, 49, sedere eum fecit postquam introduxit, nam substravit sessuro virgulas densas, et superstravit iis densum vellus capræ: et verbum indicat ἁπαλότητα τὴν ἐκ φύλλων καὶ πτόρθων λεπτῶν. usum ergo plumarum ex anseribus vel cygnis ignoravit orbis antiquus; imo et pilorum ex vitulis, in culcitram infertorum. sic et π, 47, ὑπέχευεν χλωρὰς ῥῶπας, καὶ κῶας ὕπερθεν, *er legte ihm grünes weiches gestrüppe unter, und darüber ein fell, (he placed green twigs underneath and spread a hide over them.)*

ὑποχωρέω, f. ήσω. (Χάω) recedo, secedo. idem ac ἀναχωρέω. οὐδ' ὑπεχώρει, neque retrocedebat, Ν, 476. Χ, 96. χώρησαν δ' ὑπὸ πρόμαχοι, pro ὑπεχώρησαν, Δ, 505, pedem referebant. sic et Π, 588, coll. 592, repulsi retrocedebant. et Ρ, 316. Ἀργεῖοι δ' ὑπεχώρησαν, cedebant paululum, Ζ, 107, nam non fugam notat hoc verbum, sed receptum aliquem lenem.

ὕπτιος, ία, ιον. (Ὀφ) supinus, in tergum cadens vel in tergo jacens. fit ab ὄπτω, æolice mutato ο in υ, etsi spiritus asper non est Æolicus, sed Atticus: ut notetur ὃς ὄψιν ἄνω ἴσχων κεῖται: γνωρίζεται γὰρ κατ' ὄψιν ὁ οὕτω κείμενος, καὶ οὐ λανθάνει κατὰ τὸν πρηνῆ. in præliis dicuntur ὕπτιοι πεσεῖν, qui adversis vulneribus cadunt retro: contra πρηνεῖς cadunt, qui adversi vulnerantur, ut procidant in faciem. ἀνακλινθεὶς πέσεν ὕπτιος, ι, 371, de ebrio Cyclope, in tergum recumbente. οἰμώξας πέσεν ὕπτιος ἐν κονίαις, σ, 397, de pincerna, adverso ictu adflicto graviter. ἄλλοτε ἐπὶ πλευρὰς κατακείμενος, ἄλλοτε δ' αὖτε ὕπτιος, ἄλλοτε δὲ πρηνὴς, Ω, 11, de volvente se in lecto suo. ὕπτιος ἔμπεσε πέτρῃ, supinus concidit in saxo, Δ, 108, caper agrestis percussus sagitta ex inferiori parte. ὁ δὲ ὕπτιος ἐν κονίῃσι νηὸς ἀπὸ πρυμνῆς χαμάδις πέσε, Ο, 434, occisus. Sed 647, πέσεν ὕπτιος, solo casu, ex impedito gradu orto. de cæsis est Π, 289, κάππεσεν οἰμώξας, Ρ, 523, προθορών. Δ, 522, ἄμφω χεῖρε φίλοις πετάσας. sic et Ν, 548. ὁ δὲ ὕπτιος οὔδει ἐρείσθη, supinus solo adflictus est, Η, 145. Λ, 144. Μ, 192. ὕπτιος ἐξετανύσθη, Η, 271, casu simplici. τὸν δ' ὕπτιον ὦσεν ἀπὸ δουρὸς, supinum detrusit ab hasta, Π, 863. πολλοὶ δὲ πρηνεῖς τε καὶ ὕπτιοι ἔκπεσον ἵππων, Λ, 179, ubi ὕπτιοι cadunt οἱ ἀντιστάντες τῷ βασιλεῖ, πρηνεῖς vero, fugientes: conf. πρηνής. ὑπτία θάλασσα est ἡ γαληνιῶσα, tranquilla, cujus tota superficies jacet quasi, nec erigitur, potestque tota spectari. sic πεδίον ὕπτιον, λειμὼν ὕπτιος, etc.

ὑπώπιον, ου. τό. (Ὀφ) locus sub oculis in facie, *nahe unter den augen, (just below the eyes.)* deinde in genere, adspectus qui proxime ex oculis elucet vel cernitur, *was einem aus den augen siehet, der anblick, (aspect, look,)* ἡ πρόσοψις. εἰσέθορεν Ἕκτωρ, νυκτὶ ἀτάλαντος ὑπώπια, Μ, 463, irrupit Hector per portas effractas, similis nocti adspectu suo circa oculos, i. e. terribilis κατὰ τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς μέρη καὶ τὴν πρόσοψιν. recentiores vero vocarunt τὰ ὑπώπια, τὰς περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς πληγὰς, si quis plagas in faciem et circa oculos accepit, quarum vestigia livida et tumida apparent; unde est deinde ὑπωπιάζειν, in sensu latiori, adfligere, domare, subigere: et ὑπωπιασμὸς σώματος metaphorice est ὁ κατὰ σύντηξιν, si corpus tabescit. aliquis olim, qui pedem graviter offenderat, interrogatus quid mali accidisset, respondit ὑπώπιον sibi esse molestum: id alius, doctior paullo et irrisor, audiens, caput obvolvit fascia, dixitque, πρόσκομμα sibi esse molestum. hinc oriebantur risus circumstantium. nam πρόσκομμα est offensio pedis: et æque ridiculum est, ὑπώπια παθεῖν περὶ πόδας, quam πρόσκομμα παθεῖν περὶ πρόσωπον. hinc patet, ὑπώπιον a recentioribus dici, malum faciei ex percussione. sed id nihil ad Homerum.

ὑπώρεια, ας. ἡ. (Ὄρω) inferior montis pars: non omnino ἡ πεδιὰς, ἀλλὰ ταπεινοτέρα μὲν κορυφῆς, μετεωροτέρα δὲ πεδιάδος. ὑπωρείας ᾤκεον Ἴδης, Υ, 218, coll. 216, 217, ubi manifesto opponitur τῷ πεδίῳ, aperto campo, ἡ ὑπώρεια, pes montis jam elatior campo.

ὑπωρόφιος, ου. ὁ ἡ. (Ἔρω) pro ὑπορόφιος, quod sub tecto aut contectione superna est. deinde in genere, sub eodem tecto, ὁμόστεγος, ὁμωρόφιος. ὑπωρόφιοι δέ τοι εἰμὲν, Ι, 636, i. e. sub umbram tecti tui venimus, ut sacri libri loquuntur: ergo αἴδεσαι (reverere) τοὺς ὑπω-

ροφίους ἡμᾶς, αἴδεσαι τοὺς ὑπὸ τὸ αὐτό σοι μέλαθρον ἱκέτας, διὰ τὸν καὶ Ἑρκεῖον καὶ Ἐφέστιον καὶ Ἱκέσιον Δία. τὸ ὁμόστεγον καὶ τὸ ὁμοτράπεζον, μέγα τοῖς ἀρχαίοις εἰς δυσωπίαν, magnum pondus habebat ad reverentiam erga ejusdem tecti et mensæ nostræ participes, ut religio fuerit negare eis: ὡς καὶ τῆς ἑστίας συμπρεσβευούσης, καὶ τοῦ Ἑρκείου καὶ Ἐφεστίου Διός. est ab ὁ ὄροφος, et ὑπὸ, qui nobiscum sub eodem tecto est.

πίων, Π, 223, ubi vides, χλαίνας esse χιτώνων παχυτέρας, et χιτῶνας esse indusia tenuia. ἄλλον μὲν χλαίνης ἐρύων, ἄλλον δὲ χιτῶνος, Χ, 493, alium quidem pallio prehenso trahens leniter alium vero tunica vel indusio; prout quisque erat indutus jam. παρὰ λαπάρην διάμησε χιτῶνα ἔγχος, juxta ile diffidit tunicam vel indusium hasta, postquam per reliqua arma et tegumenta penetraverat, Γ, 359. Η, 253. potest tamen suis locis per χιτῶνα intelligi ὁ θώρηξ ipse, de quo paullo post loca proferentur. χιτῶνα ἐνδῦσα Διός, Ε, 736. Θ, 387, ubi Minerva exuit sibi πέπλον suum, et induit tunicam Jovis. πολλάκι μοι κατέδευσας ἐπὶ στήθεσσι χιτῶνα οἴνου, sæpe mihi madidam fecisti ad pectus tunicam vino, Ι, 486, ubi Phœnix loquitur de puerulo, domi a se nutrito. δύο φάρεα, εὔνητόν τε χιτῶνα, Ω, 580, 588, ubi mortuus Hector induitur indusio et pallio uno, alteri vero pallio involvitur totus. et 231, δώδεκα χιτῶνας, dono ferendos Achilli, utpote ἐνδύματα ἀνδρεῖα, qualia erant et χλαῖναι. οἱ δὲ ἱδρῶτα ἀπεψύχοντο χιτώνων, στάντες πρὸς πνοιήν, Λ, 620, sudorem siccabant a tunicis suis stantes ad ventum: *sie stelleten sich gegen die luft, bis der wind ihren leibrock am leibe trocken gemachet und gekühlet vom schweisse, (they exposed themselves to the wind till it had dried their clothes and cooled the perspiration.)* ἀπομορξαμένω κονίην ἐδύσαντο χιτῶνας, nam nudi luctati fuerant, Ψ, 739. ἀμφὶ αὐτὸν ἔβαλεν φᾶρος καλὸν ἠδὲ χιτῶνα, γ, 467, ubi per ὑστερολογίαν narratur filia formosa Nestoris induisse Telemachum, postquam eadem laverat et unxerat. sic et ancillæ regiæ ponunt Ulyssi nudo φᾶρός τε χιτῶνά τε, εἵματα, ζ, 214, coll. η, 234. τῶν ἕκαστος ἔδωκεν αὐτῷ φᾶρος εὐπλυνὲς ἠδὲ χιτῶνα, θ, 392, inter alia dona hospitalia a principibus data Ulyssi. et 425, ubi singularis pro plurali. et 441. et 455, ubi, post lavationem, induunt ministræ regiæ eum nudum. sic et κ, 365, ubi ministra Circes idem facit ei. vide porro, ν, 67, 434. ζωστῆρι θοῶς συνέεργε χιτῶνα, cingulo celeriter constringebat sibi tunicam Eumæus, ξ, 72, 132, 154, 320, 341, 342, 337, 396. ο, 367. π, 79, 173. ρ, 550, 557. τ, 232, coll. 225, ubi depingitur pretiosa tunica et pallium Ulyssis, exeuntis e regno suo ad confœderatos Græcos. et 242, τερμιόεντα χιτῶνα, φ, 339. ψ, 155. ῥυπόωντα χιτῶνα, ῥαπτόν, ἀεικέλιον, ω, 226, tunicam sordidam, consutam, turpem; qua indutus erat senex, laborans in villa, lugens. ἐπημοιβοὶ χιτῶνες, ξ, 513, ergo solebant esse candidæ, et lavandæ sæpius. χιτῶνας, δ, 50. κ, 451. ξ, 478. ο, 330. ρ, 89. ψ, 131, 142, ubi loti induunt se indusiis vel tunicis candidis puris. ω, 276, δώδεκα. deinde per tropum thorax ferreus vocatur χιτών. Ἑκτόρεον δὲ χιτῶνα περὶ στήθεσσι δαΐξαι χαλκῷ ῥωγαλέον, Β, 416, et Hectoreum thoracem circa pectus ejus disscidisse ferro perruptum. coll. Ν, 439, ἔρρηξεν ἀμφὶ αὐτῷ χιτῶνα χάλκεον, i. e. τὸν θώρηκα πολεμικόν. et Π, 841, Ἕκτορος αἱματόεντα χιτῶνα περὶ στήθεσσι δαΐξαι. et Ε, 113, αἷμα ἀνηκόντιζε διὰ στρεπτοῖο χιτῶνος, i. e. per thoracem ex ferro concinnatum, conf. στρεπτός. sic et Φ, 31, ἱμᾶσιν, οὓς αὐτοὶ φορέεσκον ἐπὶ στρεπτοῖσι χιτῶσι, ubi lora gestabant affixa loricis suis, ex more militari, ut statim ad manus essent lora, si vinciendi essent capti hostes et abducendi. et Λ, 100, ἐπεὶ περίδυσε χιτῶνας, postquam iis exuerat thoraces. imo et magis metaphorice cumulus saxorum, quibus quis ad mortem erat lapidatus, vocatur λάϊνος χιτών, Γ, 57, i. e. ἐνεδέδυσο (indutus fuisses jam pridem) ἱμάτιον λίθινον, λίθοις χωσθείς: τὸν γὰρ λιθασθέντα ὥσπερ τι ἱμάτιον ἀμπέχει ὁ τῶν λίθων σωρός. potest tamen et sensu mitiori intelligi, jam pridem morti datus et sepultus esses, lapidibus accumulatis in sepulcrum tuum. χιτὼν Διός, vide sub Ζεὺς in R. aliquanto ab initio.

χιών, όνος. ἡ. (Χάω) nix, *der schnee, (snow.)* est a χίω, nam effunditur copiose. χιὼν ἐπάλυνεν ἀρούρας, nix albas facere solet terras, Κ, 7. et 437, λευκότεροι χιόνος, de equis; candidiores nive. νιφάδες χιόνος πίπτουσι θαμειαὶ ἤματι χειμερίῳ, *die schnee-flocken fallen häufig und dichte bey winter-zeit, (the flakes of snow fall thick and fast in winter,)* Μ, 278, ubi parabola de iis. quoties igitur νιφάδες solæ ponuntur, subintelligitur χιόνος. χιόνι ψυχρῇ, Χ, 152. οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται, ζ, 44, de felicitate Olympi, sedis deorum. ὕπερθε χιὼν γένετο, desuper ningebat, ξ, 476. κατατήκεται, nix dissolvitur, τ, 205.

χλαῖνα, ης. ἡ. (Ἴα) pallium, quo calefit corpus et quo defenditur corpus a frigore aliisque injuriis cœli. species pallii densioris. est a χλιαίνω, calefacio, a quo et est ἡ χλαμύς, ύδος, pallium militare, quæ et ἡ ἐφαπτίς, ίδος, dicitur, similis fere palliis quibus nostri equites Hungari, *die Husaren, (the Hussars,)* utuntur. est ergo ἡ χλαῖνα μανδοειδής, corpus a pectore et tergo et latere lævo contegens, in dextro autem humero jungebatur sic ut dextrum brachium esset liberum: dicta et ἀνεμοσκεπὴς καὶ ἀλεξάνεμος καὶ χειμάμυνα, ab ἀμύνω, arceo, et τὸ χεῖμα, frigus. ἀπέβαλε χλαῖναν, Β, 183, ut expeditior esset ad currendum: et ex verbo ἀποβάλλειν, non vero ἐκδύειν, apparet, esse μανδυοειδὲς περίβλημα, nam ὁ μανδύας deponitur ab humeris, χιτὼν vero exuitur. et 262, ἀποδύσω σοὶ εἵματα, χλαῖναν ἠδὲ χιτῶνα, ubi verbum proprie pertinet ad χιτῶνα, tunicam. ἐντυπὰς ἐν χλαίνῃ κεκαλυμμένος, Ω, 163, totus pallio involutus. εἴ τις σοὶ χλαῖνάν τε χιτῶνά τε εἵματα δοίη, ξ, 132. sic et ambo juncta, 154, 320, 341, 396. ε, 229. χλαῖναν πόροι, ξ, 460. et 478, ἄλλοι πάντες χλαίνας ἔχον ἠδὲ χιτῶνας, et 480, ἐγὼν χλαῖναν μὲν ἰών, (σὺν) ἑτάροισιν ἔλειπον, apud socios meos reliqueram. et 488, οὐ γὰρ ἔχω χλαῖναν, coll. 489. ex quo contextu apparet, calefaciendi causa maxime χλαῖναν sumi. et 500, ἀπὸ δὲ χλαῖναν θέτο φοινικόεσσαν, utpote nobilis, et ductor ordinum; his enim solemne erat pallium rubrum. sic χλαῖναν caloris causa dandam, 504, 513, 516. et 520,

ἐπέβαλεν αὐτῷ (injecit ei, cubanti ut dormiret) χλαῖναν πυκνὴν καὶ μεγάλην, ἥ οἱ παρεῖχεν ἀμοιβὰς, ἕννυσθαι ὅτε τις χειμὼν ἔκπαγλος ὄροιτο. et 529, ἀμφιέσατο χλαῖναν ἀλεξάνεμον μάλα πυκνὴν, ab ἀλέξω, arceo, et ἄνεμος, sic dicta. vides ergo, χλαῖναν plerumque fuisse παχεῖαν, διὰ τὸ ψύχος, et μεγάλην, ἵνα σκέπῃ τὸν ὅλον ἄνδρα. et ἀμοιβὰς παρεῖχεν αὐτῷ, vices exhibebat ei, quia tolerabili tempestate vel nullo vel alio leviori pallio utebatur; sed urgente tempestate sumebat hanc crassam et magnam χλαῖναν, qua et dormiturus poterat contegi. cæterum Eumæum duas habuisse ejusmodi crassas, apparet ex l. c. ἀπὸ ὤμων χλαῖναν ἔθετο φοινικόεσσαν, ὁ Τηλέμαχος, φ, 118, utpote valde nobilis. ἄλλον μὲν χλαίνης ἐρύων, ἄλλον δὲ χιτῶνος, X, 493, ubi sermo est de puero orbo parentibus, qui alium ex amicis paternis pallio alium tunica prensat, opem orans. ἀμφιπερονήσατο χλαῖναν φοινικόεσσαν, διπλῆν, ἐκταδίην, οὔλη δ' ἐπενήνοθε λάχνη, K, 133, ubi vides χλαῖναν ἐκταδίην, i. e. ποδηνεκῆ: διπλῆ vero, duplicata, ex duplici materia confecta, *gefuttert, (lined.)* χλαῖναν πορφυρέην, Telemachus, δ, 115, 154. ἀμφὶ δέ μιν χλαῖναν καλὴν βάλον ἠδὲ χιτῶνα, sc. καλὸν, Θ, 455, quod est per Homericum πρωθύστερον. sic et κ, 365, 542. ς, 367, 368. π, 79. χλαίνας κατέθεντο, ρ, 86, lavaturi. sed post lavacrum resumebant, 89, ἀμφίβαλον χλαίνας οὔλας, i. e. ἁπαλὰς, lana crispa obsitas. et 550, ἕσσω μιν χλαῖνάν τε χιτῶνά τε, εἵματα καλά. 557, et φ, 339. ἐπέβαλε χλαῖναν κοιμηθέντι, υ, 4. et 95, χλαῖναν μὲν συνελὼν καὶ κώεα, οἷσιν ἐνεῦδεν, ubi χλαῖνα fuerat loco *des deckebettes, (a bed used in Germany to sleep under, instead of blankets,)* et τὰ κώεα, vellera, pelles villosæ, loco *des unterbettes, (a bed to lie on.)* sic et 143. ἀμφίβαλεν χλαῖναν καλὴν, post lotionem, ω, 366. apparet ergo, talium χλαινῶν, sicut apud nos palliorum, diversas fuisse species, lautiores, viliores, crassiores, nitidiores. χλαινάων (pro χλαινῶν) τ' ἀνεμοσκεπέων, Π, 224, ergo in genere densiores τοῖς χιτῶσι. δώδεκα ἁπλοΐδας χλαίνας, Ω, 230. ω, 275. ubi sunt περιβλήματα κλίνης, *matrazzen, zeltdecken, (quilts, counterpanes:)* et quia χλαῖναι sæpe solebant duplicari, ὡς ἂν πλέον χλαίνωσιν, hinc ad harum differentiam additur ἁπλοΐδες, simplices, non duplicatæ, atque elegantiores. χλαίνας τ' ἐνθέμεναι οὔλας καθύπερθεν ἕσασθαι, Ω, 646. δ, 299. η, 338, quibus locis sermo est de lecto dormitorio. ἀμφίβαλον χλαίνας οὔλας, post lotionem, δ, 50. κ, 451. ᾧ οὔτι χλαῖναι καὶ ῥήγεα πολλὰ ἐν οἴκῳ, μαλακῶς ἐνεύδειν, γ, 349, coll. λ, 188, ubi χλαῖναι sunt pars εὐνῆς, *eine art von weichen matrazzen ins bette, (a kind of soft bed-clothes.)* vide et τ, 337, 318. ψ, 180. sed χλαῖνα principalis, qualem Ulysses gestabat ad Græcos fœderatos proficiscens cum duodecim navium classe, accurate describitur τ, 225—231. purpurea erat, quia princeps et dux gestabat; οὔλη vero, i. e. nova, non detrita usu. νέας χλαίνας ἠδ' εἵματα, α, 330. χλαίνας κατέθεντο, cœnam paraturi, ρ, 179. υ, 249. ab eodem verbo χλιαίνω est et ἡ χλανὶς, ίδος, læna mollis et calefaciens.

χλούνης, ου. ὁ. (Ἔω) aper sævus. est per syncopen, quasi χλοεύνης, ab ἡ χλόα, herba, et εὐνὴ, vel ὁ χλόευνος. unde et genit. plur. est χλούνων, quasi a nomin. χλοῦνος ex χλόευνος. χλούνην σῦν ἄγριον, I, 535. quia tamen in specie aper castratus, qui ipse se castravit τῇ προστρίψει ad arbores aut saxa, si testiculi vel pruriunt ei vel sunt morbidi, sic dicitur; hinc alii operosius deducunt nomen ἀπὸ τοῦ προσκνᾶσθαι δένδροις ἢ πέτραις διά τι πάθος, mutatis litteris. Vide sub σῦς, ad finem.

χλωρηῒς, ίδος. ἡ. (Χλάω) est epitheton lusciniæ, quia vel ἐν χλωροῖς διατρίβει, vel ὡς ἅμα χλωροῖς φαινομένη, vel et ob colorem suum, unde et lusciniæ per epitheton χλωραύχενες dicuntur. χλωρηῒς ἀηδὼν, τ, 518.

χλωρὸς, ὰ, όν. (Χλάω) virens cum pallore aliquo, qualis est color germinum recens ad virorem protrusorum; *grünlich-gelb, (greenish-yellow.)* est ab ἡ χλόη, pro χλοηρὸς, contracte. sic βοηθέω, auxilior, contrahitur in βωθέω. color auri quoque hoc nomine indicatur, qui est subpallidus: et pallet aurum, quia multos habet insidiatores. homines eo colore in facie, jocans aliquis dixit ex aurea ætate homines. χλωρὸν δέος, pallidus pavor, H, 479. Θ, 77. P, 67. λ, 43, 632. μ, 243. χ, 42. ω, 449, 532, τὸ χλωροποιὸν, i. e. ὠχροποιὸν, ὠχρότητος ποιητικόν. sic, τυφλὸν ὁ ἔρως, i. e. τυφλοποιόν τι, et, νωθροὶ νόσοι, i. e. νωθροποιοί. et hæc significatio τοῦ χλωροῦ sumta est a buxo, ejusque colore, pro πύξινον. sic, ἔστη, χλωρὸς ὑπὸ δέους, stabat, pallidus præ pavore, K, 376. et, χλωροὶ, O, 4, i. e. ὠχροί. et ipsum nomen ὠχρὸς est ex χλωρὸς, abjecto λ, et transpositis litteris. sed ponitur etiam, si quid recens est et vegetum, et νεάζον καὶ πρόσφατον. sic aliquis est χλωρὸς κατὰ ἥβην καὶ νεότητα, καὶ ἔνικμος, οὐ μὴν αὖος καὶ γεροντικῶς ἀλίβας. sic χλωρὸν γόνυ, τὸ νεαρόν: et χλωρὸς τυρὸς est ὁ νεοπαγὴς, recens caseus. sic et Germani suum, *grün, (green,)* solent ponere, *grüne fische, (fresh fish,)* pisces recentes; *grün fleisch, (fresh meat,)* caro recens a lanio, non vero sale aut fumo condita. μέλι χλωρὸν, Λ, 630. κ, 234, recens mel, cujus etiam color est subpallidus. μοχλὸς χλωρὸς, vectis non aridus, ι, 379. et 320, ῥόπαλον χλωρὸν, clava non arida, cui opponitur τὸ αὐανθὲν, 321. χλωρὰς ῥῶπας, virgulta recentia et mollia, π, 47. χλωραῖς ἑέρσαις, roribus vegetis, Ne. 8, 68. Vide sub διερός. χλωροὶ ἄνθρωποι, vide sub νέκυς, ad medium.

Χναύω, f. αύσω. (Χάω) facio ut hiet aliquid, mollio; vellico. it. hiante ore voro, mordeo, devoro. it. tero, attero. est a χαίνω, nam e. c. lana dum carpitur, ex confusione in ordinem molliorem redigitur. potes et immediate deducere a χάω, cui æolice inseritur υ, χαύω, et porro interserto ν, χναύω.

χνόη, ἡ, vide sequens, et sub πλήμνη.

χνόος, ου. ὁ. (Χάω) lanugo, pili molliores. it. spuma maris, et lanuginosum id quod adhærescit corporibus diu in mari natantibus. a χναύω, vello, it. ore avido comedo, λίχνως ἐσθίω. ἁλὸς χνόον, ζ, 226, qui alibi dicitur ἄχνη ἁλός. de lanugine locus est Callimachi, in Apoll. 37, Θηλείαις παρειαῖς οὐδὲ ὅσον (ne tantillum quidem) χνόος ἐπῆλθεν, ἐστὶ γὰρ ἀεὶ καλὸς καὶ νέος. imo sunt et loca, ubi χνόος notet strepitum, *ein rauschen, (a noise,)* ψόφος, ξυσμὸς, *ein knarrendes reiben, (a harsh grating noise,)* quod et χνόη dicitur e. c. ἀξόνων χνόαι, axium strepitus in curru. et est a χναύω, tero, vellico, ut diximus.

χόανος, ου. ὁ. (Χάω) catinus fusorius, qui recipit metalla liquefacienda, *ein schmelz-tiegel, (a crucible.)* nam est a χέω, quatenus notat fundo et recipio. idem vas dicitur et ἡ χοάνη, et contracte ὁ χῶνος et ἡ χώνη: et actio liquefaciendi metalla est χοανεύειν et χωνεύειν. ἡ χοάνη notat et infundibulum, *einen trichter, (a funnel,)* per quod transfunduntur liquida in vas aliud. sed ὁ χοεὺς, (genit. έως et ῶς, acc. sing. έα et ᾶ, acc. plur. έας, ᾶς) est mensuræ species liquidorum, a χέω, capio: qui et ὁ χοῦς dicitur. hinc est ποτήριον δίχουν, quod capit δύο χοᾶς. οἱ χόννοι vel χόνοι sunt ποτήρια χάλκεα, παρὰ Γορτυνίοις: alia ejusmodi pocula vocabantur Θηρίκλεια, nam ὁ Θηρικλῆς erat celeber artifex Corinthius: a quo ἡ Θηρίκλειος φιάλη, quæ tamen et dicta intelligi potest ob Θηρίων μορφὰς ἐντετυπουμένας ἔξωθεν: et quia Θῆρας κλονεῖ, nam libabant diis ex poculis contra feras bestias aut noxia animalia. φῦσαι ἐνεφύσων χοάνοις, Σ, 470, folles flabant in catinos: ubi sermo est de Vulcano, liquefaciente metalla, ἐν ἀγγείοις ἐν οἷς αἱ ὕλαι τήκονται. et ea vasa solent esse πήλινα.

χοή, ῆς. ἡ. (Χάω) fusio, libatio. χοὴν χεῖσθαι νεκύεσσι, libationem fundere mortuis, κ, 518. λ, 26. nam σπονδὴ aut λοιβὴ dicitur de diis superis: res ipsa vero est eadem.

χοῖνιξ, ικος. ἡ. (Χάω) est mensuræ aridorum nomen, quæ mensura major est quam τὸ μέτρον. deinde notat et rem ipsam, hac mensura definiri solitam; imo et τροφήν. est a χαίνω, hisco, recipio ore aperto. οὐ γὰρ ἀεργὸν ἀνέξομαι, ὅς κεν ἅπτηται ἐμῆς χοίνικος, τ, 28, non otiosum eum esse sinam, quicunque tetigerit mensuram meam frumenti, i. e. cibum meum et demensum. hinc Pythagoræ illud, ἐπὶ χοίνικος μὴ κάθησο, i. e. μὴ τρέφεσθαι ἀργὸς θέλε. qui ἀεργὸς ἐθέλει ἅπτεσθαι χοίνικος, dicitur et ὁ σιτόκουρος. deinde ἡ χοῖνιξ notat et genus pœnæ, quando pedes inserebantur ligno crasso et pertuso in formam mensuræ illius: de quo vide Aristoph. Plut. 276, αἱ κνῆμαί σου τὰς χοίνικας καὶ τὰς πέδας ποθοῦσαι. χοῖνιξ Attica erat quadragesima octava pars medimni Attici: medimnus autem est *ein Berlinischer scheffel, (a bushel.)* hinc χοῖνιξ notat frumenti tantum, quantum ad panem unius diei sufficiebat. Vide sub περιδίδωμι.

χοίρειος et χοίρεος, ου. ὁ ἡ. (Ῥύω) porcinus. χοίρεα, sc. κρέατα carnes de porco parvo nec saginato, ξ, 81, ubi est oppositio ad σῦς σιάλους, coll. 74—77, χοῖροι sunt ergo porci parvi, masculi, non saginati. dicitur et χοίρειος: reperitur et peculiare fœmininum.

χοῖρος, ου. ὁ. (Ῥύω) porcellus, *ein jung schwein, ein ferken, (a young hog, a porker.)* est quoque nomen a sono fictum quem edunt porcelli. βῆ δ' ἴμεν ἐς συφεοὺς, ὅθι ἔθνεα ἔρχατο χοίρων, ibat ad haras, ubi nationes porcellorum inclusæ erant, ξ, 73, i. e. τὰ πλήθη. σῦς σίαλοι sunt porci saginati et grandes, ζατρεφέες καὶ τέλειοι, διὰ τὸ σιτιτεῦσθαι: χοῖροι vero in specie sunt νέοι, ἁπαλοὶ καὶ ἔνικμοι, *halb-wüchsige schweine, (half-grown hogs.)* ex horum numero sumit Eumæus duos, mactatque et assat sibi et hospiti suo: unde intelligitur, esse eos parvos. a χοῖρος est τὸ χύριον, funis quo sus alligatur: et χύῤῥι dicebant ad porcos propellendos. dicitur et pudendum muliebre χοῖρος, apud Aristoph. Ach. 773, 781, 792, 794. Eccl. 719. Thesm. 296, 745. hinc in deminutivo τὸ χοιρίον erat blandula appellatio scortilli vel amicæ, Vesp. 1344. alias notat porcellum, Acharn. 740, 747. grandes porcæ matres dictæ αἱ δέλφακες, *mutter-schweine, (breeding sows.)* ὁ χοιρόθλιψ, ιβος, qui terit τὸ αἰδοῖον γυναικεῖον et contrectat, Vesp. 1355. confer σίαλος.

χολάδες, ων. αἱ. (Κλάω) intestina, *die därme, (the intestines.)* dictæ quasi κολάδες, a τὸ κόλον, cibus, quia ex cibis eorumque residuis replentur. ἐξέχυντο χαμαὶ πᾶσαι χολάδες, Δ, 526. Φ, 181, i. e. τὰ ἔντερα.

Χόλος, ου. ὁ. (Χάω) fel, *die galle, (the gall:)* ira, *der zorn, (anger.)* est cum ὁ χυλὸς, succus, ejusdem originis; utpote succus valde saluber corpori per se, si nec abundet nimis nec vitietur. ἡ χολὴ quidem in specie notat, fel: ponitur tamen etiam pro ira. hinc ὁ Δίφιλος comicus: ἀλλ' ἀλείψας τῇ χολῇ ἀπογαλακτίζει ἐκεῖνον ὥσπερ τὰ παιδία, sed inungens felle depellit eum quasi infantem; i. e. dum iram aliquam simulat et ostendit, abigit eum a contubernio suo, sicut pueri a mamma depelluntur, quando ea inficitur felle ad id ipsum. sic et ὁ βόλος et ἡ βολὴ, ὦνος et ὠνὴ, φθόγγος et φθογγὴ, στρόφος et στροφή. μάλα οὐκ Ἀχιλῆϊ χόλος φρεσὶ, omnino non est fel ei in corpore, Β, 241. χόλῳ ἔτρεφέ σε μήτηρ, Π, 203, felle te nutrivit mater loco lactis materni, χολὴν ἐθήλαζες ἀντὶ γάλακτος, καὶ διὰ τοῦτό σοι ἐκ χόλου οἷον (quasi) τὸ σῶμα συμπέπηκται: ἀκράχολος εἶ. vides ergo et apud poëtam χόλον poni pro χολῇ. maxime tamen iram notat, ut effectum fellis. αὐτὸν χόλος ἔλαβε, ira cepit eum quasi captivum, Α, 387. Ζ, 166. μή ἐμὲ γοῦν οὗτός γε λάβοι χόλος, ὃν σὺ φυλάσσεις, Π, 30, ubi detestatur iram quæ fovetur, quæ alias uno vocabulo μῆνις dicitur, quæ est χόλος φυλασσόμενος. παρὰ Διὸς ἀθανάτοις χόλος καὶ μῆνις ἐτύχθη, Ο, 122, ubi prius est levius, utpote effervescens et deinde abiens; posterius gravius, utpote in-

veterascens. εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ, Α, 81, ubi confer id verbum. ἐπὶ νηυσὶ θυμαλγέα χόλον πέσσει, apud naves suas sedens animum male habentem iram coquit, Δ, 513. sic, πέσσων, Ι, 561. ἠὲ χόλον, παύσειε, Ο, 72. νῦν μὲν ἐγὼ παύω, Τ, 67. ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν παῦε, ἔα δὲ χόλον θυμαλγέα, Ι, 260. et 674, κεῖνός γε οὐκ ἐθέλει σβέσσαι χόλον. et 671, χόλος δὲ ἔχει θυμόν. εἴ κεν ἐκ χόλου ἀργαλέου μεταστρέψῃ ἦτορ, Κ, 107. ἀλλά ἑ Μοῖρα δάμασσε καὶ ἀργαλέος χόλος Ἥρης, Σ, 119. χόλος ἐνέπεσε θυμῷ, incidit et invasit in animum, velut hostis aliquis irrumpens, Ι, 436. Ξ, 207, 306. nam ἐμπεσεῖν est λέξις πολεμική: innuitur ergo χόλος πολέμιος, qui est ὁ κότος. sic, ὧδε κακὸς ἐνέπεσε, Π, 206. Μελέαγρον ἔδυ χόλος, ὅστε καὶ ἄλλων οἰδάνει ἐν στήθεσσι νόον, Ι. 549, quod scite dictum; nam si quid alieni intrat, sequitur tumor. et 642, ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ. ὡς εἶδε, ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος, Τ, 16. οὐ καλὰ (adverbialiter) χόλον τόνδ' ἔνθεο (ἐνέθεσο) θυμῷ, Ζ, 326, i. e. ἐνεκότησας: nam χόλος ἀπόθετος (ira alte reposta in animo) κότος ἐστί. χόλος δέ μιν ἄγριος ᾕρει, Δ, 23. Θ, 460, qui impedire solet loquelam. sic et ϑ, 304. στῆθος δὲ οὐκ ἔχαδε χόλον, Δ, 24. Θ, 461, conf. χάζω. ὅτε κέν τινα ἐπιζάφελος χόλος ἵκοι, Ι, 521. τότε κεν χόλον ἐξακέσαιο, Δ, 36, et id verbum medicum innuit, iram esse morbum animi. ὅτι νῶϊν ἀνήκεστος χόλος ἔσται, Ο, 217. ὡς τὸν Ἀθηναίης δεινὸν χόλον ἐξακέσαιτο, γ, 145, i. e. τὸ βαρύμηνι. μεθεῖναι χόλον, remittere iram, Α, 283. Ο, 138, ubi ad υἷος omissum ἕνεκα, ob filium suum. Ποσειδάων δὲ μεθήσει χόλον ὅν, α, 78. μή τι διατρίβειν τὸν ἐμόν, Δ, 42. et 178, αἴθ' οὕτως ἐπὶ πᾶσι χόλον τελέσειε, utinam sic in omnibus iram expleat. χόλῳ ἢ νεμέσει, Ζ, 335, ubi conf. οὔτι, et τὸ ἄχος. ταῦτά κέ οἱ τελέσαιμι, μεταλλήξαντι χόλοιο, ista certe ei darem, si desisteret ab ira, Ι, 157. et 299, σοὶ τελέσει. et 261, σοὶ δὲ Ἀγαμέμνων ἄξια δῶρα δίδωσι μεταλλήξαντι. ἢ καὶ ἄλλοι ἐν θυμῷ βάλλονται ἐμοὶ χόλον, Ξ, 50, etiam alii injiciunt in animum suum iram contra me. ἀλεεινάμενος αἰπὺν ἡμέτερον, Ο, 223. ὡς ἔρις ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο, καὶ χόλος, ὅστε ἐφίηκε (incitare et immittere solet) πολύφρονά περ χαλεπαίνειν, ὅστε πολὺ γλυκίων μέλιτος, ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται ἠΰτε καπνὸς, Σ, 108—110, et ex hoc loco sumsit Plato occasionem dividendi animam in tres partes, in τὸ θυμικὸν, quod notatur per χόλος, in τὸ λογικὸν, quod per πολύφρονα, in τὸ ἐπιθυμητικὸν, quod per μέλι. nam non poëtarum modo, sed et philosophorum, parens est Homerus, utpote accuratissimus pictor rerum humanarum. et 322, μάλα γὰρ δριμὺς χόλος αἱρεῖ. χόλος δέ τε καὶ τὰ κελεύει, Τ, 255. ἔδυ δέ μιν χόλος αἰνὸς, de serpente, Χ, 94. μὴ ὁ μὲν κραδίῃ χόλον οὐκ ἐρύσαιτο, Ω, 584. χόλον δ' ἀλέεινε γυναικὸς, vitabat uxoris, α, 433. ἐπεὶ θεῶν κατέπαυσα, δ, 583. οὐκ ἄρα ἔμελλες λήσεσθαι ἐμοὶ (contra me) χόλου, λ, 553. καὶ ὃν μέθιεν χαλεποῖο χόλοιο Τηλεμάχῳ, φ, 377, pro μεθίεσαν, remiserunt ab ira in eum. σὺ δὲ χόλον μὴ ἔνθεο θυμῷ, ω, 247.

χολόω, f. λώσω. (Χάω) irasci facio, *ich mache zornig und unmuths, (I make angry, enrage.)* medium, χολόομαι, f. λώσομαι, irasci me facio, *ich erzürne mich, (I am enraged.)* passivum, χολόομαι, f. λωθήσομαι, ad iram concitor, *ich werde erzürnet, (I am made angry.)* et sic fere in omnibus verbis; nisi quod activa Græca ferme omnia etiam intransitivam notionem admittant. ἐμὲ νῦν ἐχόλωσεν ἄναξ, Σ, 111. ἦ γὰρ ὀΐομαι ἄνδρα χολωσέμεν, Α, 78, certe enim credo me iratum facturum esse regem summum. ἐπεί με ἐχολώσατε λίην, ϑ, 205. μή με χολώσῃς, ne me irrites, σ, 20. Ἥρῃ δ' οὔτι τόσον νεμεσίζομαι οὐδὲ χολοῦμαι, Θ, 407. et 421, χολοῦται, Junoni enim nequaquam tantopere indignatur nec irascitur. μάλα σοὶ κεχολώσομαι αἴ κε τελέσσῃς τοῦτο ἔπος, valde tibi iratus ero, siquidem id feceris, Ψ, 543, quod μετὰ ἁπλουστάτης διαθέσεως, ἔτι δὲ καὶ κατὰ τὴν ἐν δίκαις προαναφώνησιν, dictum; nam ἄμυναν *(ahndung) (resentment)* ἡ λέξις παρεμφαίνει. cæterum est forma Ionica fut. 1. m. Iones enim, augmentum cum reduplicatione, sæpe et futuris addunt. sic, ἦ τί μοι κεχολώσεαι, an sane irasceris mihi, Ε, 421, 762. ὁ δέ κεν κεχολώσεται, Α, 139. μήπως καὶ Κρονίδης κεχολώσεται, Υ, 301. ω, 543. μάλα γὰρ κεχολώσεται ἔμπης, ο, 214, sc. εἰ μὴ πεισθείης αὐτῷ. et sine Ionismo, μήπως μοὶ μετέπειτα χολώσεαι, Ξ, 310, ubi simul officium conjugis modestæ indicatur, nihil clam marito moliri. Ποσειδάων Κύκλωπος (ἕνεκα) κεχόλωται, α, 69, ad iram commotus est; perf. pass. κεχόλωσο δὲ κῆρ ἑτάροιο, pro ἐκεχόλωσο, plusquamp. pass. Π, 585, socii tui causa ad iram commotus eras serio. ἐπεὶ κεχόλωτο (ἕνεκα) αἰζηῶν, Φ, 146, quia iram conceperat grandem ob juvenes cæsos. δὴ γὰρ κεχολώατο λίην, ionice pro ἐκεχόλωντο, sane enim ad iram concitati erant valde, ξ, 282. π, 425, ubi est pluralis ad sensum; nam δῆμος sunt multi. πρὶν δὲ οὔτι νεμεσσητὸν κεχολῶσθαι, nam antea non erat reprehendendum ira teneri, Ι, 519. χ, 59. οὐδ' ἄρα ἦν ἀσπερχὲς κεχολῶσθαι ἐνὶ φρεσὶ, Π, 61. εἰπέ οἱ θεοὺς, ἐμὲ δ' ἔξοχα πάντων, κεχολῶσθαι, dic ei, deos, et me præ omnibus, iratos esse ei; inquit Jupiter, Ω, 114, 135. μαψιδίως, π, 310. οὐ νεμεσῶμαι, κεχολῶσθαί σε, σ, 226. καὶ μάλα κεχολωμένον θυμῷ, Α, 217. ἐξ ἀρέων μητρὸς, Ι, 562, ob preces hostiles matris iratum. τῶν ὁ γέρων ἐπέων κεχολωμένος ἠδὲ καὶ ἔργων, Λ, 702. Ἀμφιμάχοιο, sc. ἕνεκα, iratus ob eum, Ν, 203. ἐπὶ νηυσὶ μένει κεχολωμένος ἦτορ, apud naves suas manet iratus corde, Ξ, 367, ubi verbum finitum quidem pertinet proprie ad ἐπὶ νηυσὶ, respicit tamen simul participium, ut intelligatur ἡ μῆνις. Δαναῶν κεχολωμένοι, ὅσοι ὄλοντο, Π, 546, ob Græcos quorum tam multi perierunt, ira conciti. μάλα κεχολωμένον Ἕκτορι, contra eum, Ρ, 710. Ἀντιλόχῳ ἄμοτον κεχολωμένος, Ψ, 567. Ἀτρείωνι, Ω, 395. Ἄρει, ϑ, 276. κεχολωμένη εἵνεκα νίκης, λ, 543, ubi plene posita phrasis. alibi est ellipsis, e. c. ἀνδρῶν μνηστήρων κεχολωμένος, χ, 369. μάλα περ αἰνῶς, τ, 324. ἵνα κε προσείπῃ κεχολωμένος, λ,

564, ubi conf. πρόσφημι. οὐδέ κε Τηλέμαχον κεχολωμένον ὧδε ἀνιείης, nec sane eum jam iratum sic concitares, β, 185. τοῦ δ' Ὀδυσεὺς μάλα (κατὰ) θυμὸν ἀποκταμένοιο χολώθη, aor. I. pass. omisso augm. Δ, 494. sic, Πάρις, Ν, 660. et 206, καὶ τότε δὴ περὶ κῆρι Ποσειδάων ἐχολώθη. σὺ δὲ μή τι χολωθῇς, I, 33. ὁ γὰρ (Apollo) βασιλῆϊ χολωθεὶς, Α, 9, propter spretum insigne Apollinis a rege. πατρὶ, Β, 629. ο, 254, conf. πατήρ. κασιγνήτου, Π, 320. σοῦ κταμένου, Σ, 337. Ψ, 23. et 88, ἀμφὶ ἀστραγάλοις, de tesseris iratus. οὐδὲ σφῶϊν ἐχολώσατο θυμῷ, Ο, 155, neque iis irascebatur in animo suo, i. e. ἠδύνθη, delectabatur: nam sæpe poëta, per negationem alterius, alterum ei oppositum adfirmat. χολώσατο κηρόθι, Φ, 136. ι, 480. ρ, 458. σ, 386. χ, 224. μή οἱ γοῦνα λαβόντι χολώσαιτο φρένα κούρη, ζ, 147. μή τι χολωσάμενος ῥέξῃ κακὸν υἷας Ἀχαιῶν, Β, 195. οἱ δὲ χολωσάμενοι, Δ, 391. et 501, Ὀδυσεὺς ἑτάροιο χολωσάμενος. sic, τοῦ δὲ, ob hunc irascens, Ο, 68. βοῶν, μ, 348. χολωσάμενος προσηύδα τὸν, Ψ, 482. θ, 227. σ, 25. χολωσαμένη, Γ, 413. Ζ, 205. I, 534. Φ, 479. Ω, 55. χολωσάμεναι, Β, 599. Υ, 253. nota est vox nobilissimi illius victoris animi sui: ἔπληξα ἄν σε, εἰ μὴ ἐχολούμην, verberarem sane te, nisi iratus essem; nollemque obsequi iræ.

χολωτὸς, ή, όν. (Χάω) iratus, ex ira proficiscens, fellis plenus. est a χολόω, felle inficio quasi; ejusque 3 perf. pass. κεχόλωται. χολωτοῖς ἐπέεσσιν, Δ, 241, *mit bittern worten, (with angry words.)* Ο, 210. χ, 26, 225. τὸ χολωτὸν proprie est τὸ ὑποκείμενον τῷ χόλῳ, quasi non mente gignente illud, sed ira. sic τὸ ὁρατὸν est τὸ ὑποκείμενον τῇ ὁράσει.

χορδὴ, ῆς. ἡ. (Κέρω) intestinum, *ein darm, (an intestine.)* quod et τὸ χόριον (pro κόριον) dicitur: nisi hoc nomen malis ad χωρεῖν, capere, recipere, referre, quandoquidem et membranam fœtus denotat; mutato ω in ο. conf. Theocr. 9, 19. et 10, 11. deinde, chorda musica, ex intestino sicco et contorto facta, *eine saite auf einem tonkünstler werkzeuge, von därmen, (a string of gut to a musical instrument.)* est a κέρω, nam intestina absumunt cibum: unde et a vulgo vocatur chorda musica ex intestino facta ἡ κόρδα, ης. ἐτάνυσε ἐπὶ κόλλοπι χορδὴν, φ, 407, tetendit in clavo (*auf dem wirbel*) *(on the screw)* chordam; coll. 408, ubi eadem χορδὴ vocatur εὐστρεφὲς ἔντερον οἰὸς, *ein wolgedreheter schaafsdarm, (a well twisted sheep-gut.)*

χοροιτυπία, ας. ἡ. (Τύπω) saltatio, *der tanz, (dancing.)* ab ὁ χορὸς, chorus saltantium, et τύπτω, pulso, sc. τὴν γῆν. Iota est ionice insertum. χοροιτυπίῃσιν ἄριστοι, præstantissimi et fortissimi in saltationibus alacribus, Ω, 261, ubi id exprobrat Priamus filiis suis reliquis post Hectorem; et additur id, ne præcedens ὀρχησταὶ de militari et armato tripudio intelligatur, sed ut dici appareant οἱ τὰ εἰς χοροὺς ὀρχούμενοι, *die im reihen lustig springen, (who merrily circle in the dance.)*

χορὸς, οῦ. ὁ. (Χάω) est primario simpliciter τόπος, χώρα, *ein platz, (a place:)* in specie, τόπος τῆς χορείας, locus ad saltandum, *ein tanzplatz, (a place for dancing:)* deinde et, τὸ πλῆθος τὸ χορευτικὸν, *eine tanz-gesellschaft die zugleich singet, (a party of dancers who sing at the same time:)* denique τὸ, κατὰ τοὺς τοιούτους χοροὺς, ἔργον, τὸ χορεύειν, *der singetanz, (a dance accompanied with singing.)* est cum ὁ χῶρος ejusdem originis. φαίης αὐτὸν χορόνδε ἔρχεσθαι, ἠὲ χοροῖο νέον λήγοντα καθίζειν, dixeris sane, eum ire velle ad saltandum, aut modo relicta saltationis societate residere, Γ, 393, 394, de Paride, qui rediens ex pugna subito sibi mundas et elegantes vestes induerat. conf. Lucæ xv, 25. οὐ μὰν ἔς γε χορὸν κέλεται ἐλθεῖν, ἀλλὰ μάχεσθαι, Ο, 508, non certe ad saltandum eos ire jubet, sed ad pugnandum, i. e. ille jubet suos κινδυνεύειν, et illi πείθονται, quod posterius est subintelligendum. τὸν ἔτικτε χορῷ καλὴ Πολυμήλη, pulcra in saltando, Π, 180, *die im singe-tanze recht schöne, (who excelled in the dance:)* quæ laus virginum nobiliorum olim egregia. et erat h. l. chorus saltantium et canentium, coll. 182, 183, ἰδὼν αὐτὴν μετὰ μελπομέναις ἐν χορῷ Ἀρτέμιδος, cum videret eam inter saltantes et canentes virgines in ad id congregato cœtu in honorem Dianæ. fuerat igitur sacra et publica saltatio die solemni; ut libere spectari potuerit formosa virgo, numerosa brachia ducens, pedesque cum reliquo corpore motitans artificiose. ejusmodi χορὸν ἱμερόεντα adolescentium utriusque sexus pingit poëta, a Vulcano in scuto Achillis expressum, Σ, 590—605, ubi κυβιστητῆρες sunt magistri chori qui gestu et cantu præibant cæteris. conf. ὄρχησις. ἐς χορὸν ἔρχεσθαι, ire ad cœtum saltantium et canentium, ζ, 65, de filiis regis Alcinoi. et 157, λευσσόντων (spectantium fratrum parentumque) τοιόνδε θάλος χορὸν εἰσοιχνεῦσαν, tale germen, te ad saltandum introeuntem, de Nausicaa virgine regia formosissima. αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη, κίθαρίς τε, χοροί τε, εἵματα δ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ, καὶ εὐναὶ, θ, 248, 349, inquiunt Phæaces nobiles, Alcinoique in cute curanda plus æquo operata juventus, coll. Horat. I, Epist. 2, 28—31. et his duobus versibus insunt omnia ad vitam hilarem facientia. conf. et Ecclesiasten, c. ix, 7, seqq. λείηναν δὲ χορὸν, θ, 260, planum faciebant locum ubi saltaretur, τὸν τῆς χορείας τόπον: sicut eodem loco ὁ ἀγὼν est locus certaminis et 264, πέπληγον δὲ χορὸν θεῖον ποσὶν, pulsabant pedibus locum illum divinum saltandi, saltabantque egregie. ὅθι Ἠοῦς οἰκία καὶ χοροὶ εἰσὶ, ubi Auroræ habitationes et loca hilaria sunt, μ, 4, atque ibi duo illa nomina notant idem, τόπους καὶ χώρας, adjuncta tamen lætitiæ notione, et cœtuum Auroræ pedissequorum, cingentium eam velut dominam. hinc est τὸ εὐρύχορον, i. e. τὸ εὔχωρον καὶ μέγα, spatiosum et amœnum in amplitudine regionis. et 318, ἔνθα δ' ἔσαν Νυμφέων καλοὶ χοροὶ ἠδὲ θόωκοι, pulcræ habitationes et sedes, sic ut simul con-

notentur τόποι τοῦ χορεύειν. εὖτε ἂν ἴῃ Χαρίτων χορὸν ἱμερόεντα, σ, 193, quando ire velit Venus in conventum Gratiarum amabilem.

χόρτος, ου. ὁ. (Κείρω) gramen, herba. pabulum, et in genere cibus, *futter*, *(fodder.)* est a κείρω, pro κόρτος, mutata tenui in adspiratam, per usum. et quia antiqui circa septa villarum suarum et aularum, sinebant herbas non facile secandas crescere, imo quia aula solebat plena esse graminis, *ein grüner hof*, *(a green court-yard :)* hinc χόρτος notat et, septum, aula. imo, quia plantæ sæpe erant crassiores et altiores, quibus septum circumdabant: hinc χόρτος etiam fruticem denotat densum. αὐλῆς ἐν χόρτῳ, Λ, 773. sic, ἐν χόρτοις, Ω, 640, i. e. ἐν περιορισμῷ καὶ περιοχῇ αὐλῆς, ἐν τοῖς περιχωρήμασι τῆς αὐλῆς, ἐν τῷ μεταύλῳ ἔνθα χόρτοι τὰ πολλὰ φύονται. ibi quoque sacrificari solebat sub dio. est ergo simpliciter, pro, ἐν τῇ αὐλῇ, ὡς ἀπὸ ἀρχαίου ἔθους ἀγροτικοῦ, οἳ τὰς αὐλὰς περιορίζοντες, χόρτοις περιέγραφον, ἀφιέντες αὐτομάτως φύεσθαι αὐτούς. a quo deinde hæc denominatio mansit, etsi aliter septæ essent aulæ. hinc est Latinorum cors. antiqui χόρτους ἐφύτευον ἀντὶ φραγμῶν, et sic περιώριζον τοὺς τόπους: ut deinde manserit hæc denominatio, pro, τὸ περίφραγμα, circumseptio. vides ergo, quo significatu in poëta hoc nomen reperiatur. cæterum confer Heinsium ad Theocrit. Id. 14, 14.

χραισμέω, f. ήσω. (Χράω) remedio sum contra malum, *ich diene zum hülfsmittel wieder ein übel*, *(I remedy an evil :)* prosum, utilitatem adfero. est a χράω, utendum do, fero suppetias; unde est χρήσιμος, utilis, et χρησιμεύω, utilitatem præbeo, a quo est, extruso υ, χρησιμέω, et dorice χρασιμέω, et per transpositionem χραισμέω. plena hujus verbi constructio est H, 144, οὐκ αὐτῷ κορύνη σιδηρείη χραῖσμε (pro ἔχραισμε, aor. 2.) ὄλεθρον, non ei clava ferrea attulit usum contra exitium. et Υ, 296, Ἀπόλλων οὐκ αὐτῷ (Αἰνείᾳ) χραισμήσει λυγρὸν ὄλεθρον, is non ei succurret ad opem ferendam contra mortem. et Λ, 120, οὔτις Τρώων αὐτοῖς ἐδύνατο χραισμῆσαι ὄλεθρον. coll. 101. sed 117, deest casus quartus, οὐ δύναται αὐτοῖς χραισμεῖν, non potest iis auxilio esse, contra exitium. sic porro elliptice, Α, 589, τότε οὔτι δυνήσομαι χραισμεῖν, sc. σοὶ τὸ κακόν. et 242, τοῖς δ' οὔτι δυνήσεαι χραισμεῖν. et Ο, 652, οἱ δὲ οὐκ ἐδύναντο, καίπερ ἀχνύμενοι (ἕνεκα) ἑταίρου, χραισμεῖν. εἰ δύναταί τι χραισμεῖν, Φ, 193. et 316, φημὶ γὰρ, οὔτε βίην οὔτε εἶδος χραισμησέμεν (Ionica terminatio infin. fut.) puto enim, neque robur ejus neque speciem, opitulaturum esse, sc. ei contra infortunium. οὐδέ σοι χραίσμησεν (ionice omisso augm. a. 1.) Ἀχιλλεύς, Π, 837, sc. τὸν θάνατον. οὐδέ τι αὐτῷ δύναμαι χραισμῆσαι ἰοῦσα. Σ, 62, nequaquam (οὐ κατά τι) ei valeo præsidio esse iens. sic et 443. οὐκ αὐτῷ τότε ἔχραισμε Ἄρτεμις, Ε, 53, quod miserans dicit poëta. τεῦχος δ' οὐκ ἔχραισμε, Ξ, 66. μή σοι οὐ χραίσμῃ (aor. 2. conj.) σκῆπτρον καὶ στέμμα θεοῖο, Α, 28, ne sane tibi non opem ferat scipio et corona dei, sc. contra vim meam. et 566, μή νύ σοι οὐ χραίσμωσι θεοί. οὐκ ἄν σοι χραίσμῃ κίθαρις, Γ, 54. βιὸς, Λ, 387. φιλότης καὶ εὐνὴ, Ο, 32. hinc est ἡ χραίσμη, auxilium utile. Vide sub τορέω.

χραίσμη, ἡ, vide supra.

χραύω, f. αύσω. (Χράω) stringo cutem exteriorem, leviter vulnero cutem. est a χράω, æolice interserto υ. ὅν (λέοντα) ποιμὴν χραύσῃ μὲν, Ε, 138, quem leonem pastor quidem leviter vulneraverit, sed non letaliter. ab hoc verbo est et χραίνω, quod apud antiquos semper in vituperandi sensu, inquino, fœdo; ut apud Eurip. Hipp. 1266, ἐμὰ χρᾶναι λέχη, mea cubilia polluisse eum stupro. hinc est ὁ ἡ ἄχραντος, ου, intactus, Theocrit. Id. 1, 60. Vide sub αὔω, sicco.

ΧΡΑ'Ω, f. χρήσω. ingruo contra aliquem, adorior et invado aliquem violenter, *ich falle hart an, mache mich über einen her, bin heftig wider einen*, *(I fall upon some one, attack him fiercely)* deinde est apud recentiores: utendum do, *ich gebe zum gebrauche*, *(I give to be used.)* denique et oraculum edo, *ich gebe wahrsagende antwort*, *(I give an oracular response.)* apud poëtam forma activa notat, ἐπιπίπτειν, ingruere, insurgere contra aliquem. τίπτε σὸς υἱὸς ἐμὸν ῥόον ἔχραε κήδειν, cur tuus filius, Vulcanus, meum fluentum adortus est infestare, Φ, 369, *hat sich drüber her gemachet zu beschädigen*, *(has fallen upon it to destroy it.)* στυγερὸς δέ οἱ ἔχραε δαίμων, ε, 396, odiosum ei incubuit infortunium, ἐπεβάρησε. τίς σοι κακὸς ἔχραε δαίμων; κ, 64, quod malum fatum ursit te? οἳ ἐχράετε ἐσθίειν καὶ πίνειν τόδε δῶμα, φ, 69, qui ingruistis, comedendo et bibendo absumere hanc domum; ubi verbum, loco dativi, habet infin. cum acc. sicut et priori et Φ citato loco. dativus vero pendet ab omissa prop. ἐπὶ, contra. sunt, qui hoc verbum hac notione, per syncopen factum esse contendant a χειράω, χράω, ab ἡ χεὶρ, ut conatum fortem susceptum notet: quod etsi verisimile non est, memoriæ tamen et notioni ipsi nonnihil conferet hæc animadversio. est potius verbum fictum ex sono affectuoso et duro, quem edimus, si quid nobis horribile aut odiosum videtur. notio commodandi aut utendi apud poëtam obvia non est: nisi quod in forma media, indigentiæ notio occurrit Ψ, 834, ἕξει μιν, καὶ (εἰς) πέντε ἐνιαυτοὺς χρεώμενος, habebit eum ad manus, etiam in quinque annos indigens ferro, ad reficienda instrumenta rustica ferrea: ubi ε ionice est intersertum, in metro autem eliditur, sicut in μεμνέῳτο recentioribus autem frequens est utendi significatus, a quo τὰ χρήματα dicta, res quibus utimur, non vero quas repositas adservamus tantum, utpote quæ κτήματα proprie dicuntur. et in hac notione etymologia a χεὶρ, quasi χειράομαι vel χειρίζομαι, tracto manibus, novam aliquam

speciem simulat. imperativus præs. m. est χράεσο, χραέσθω, χράεσθε, χραέσθωσαν, ubi α ε contrahi solet in η, et tertia pluralis attice est χρήσθων, pro χρήσθωσαν, Aristoph. Nub. 438, utuntor. sed de oraculo adipiscendo aut edendo, occurrit quidem apud poëtam; nam cum sacro quodam horrore, et rauca voce, edi solebant oracula: sed sub forma χρέω vel χρείω, quam vide; et ad quam etiam locus ex Ψ, 834, citatus referri commodius potest. participium κεχρημένος vide sub χρηΐζω. ὁ χρήστης est vox media, qua notatur et ὁ δανείσας et ὁ ὀφείλων. ἄχρηστος in lusu vocum potest esse etiam, ὁ μὴ λαβὼν χρησμὸν, e. c. ἐκ Δελφῶν ἐπανῆκεν ἄχρηστος, sine accepto oraculo.

χρειώ et **χρεώ**, όος contr. οῦς. ἡ. (Χράω) utilitas, usus; fruitio; indigentia; necessitas. Ionica vox, idem notat quod ἡ χρεία. in metro plerumque valet χρεὼ pro monosyllabo. μάλα δὲ χρεὼ πάντας Ἀχαιοὺς ἐσθλῆς καὶ πυκινῆς βουλῆς, I, 75, quæ elliptica phrasis est Attica, sic supplenda, χρεὼ βουλῆς ἱκάνει εἰς πάντας, necessitas consilii boni accedit ad omnes; δὲ vero est, enim, *denn, (for.)* possis et accusativum positum dicere pro dativo, et subintelligere, ἐστί. sic ex hoc Atticismo Euripides: τοὺς εὐσεβεῖς θνήσκοντας θεοὶ οὐ χαίρουσι, non lætantur dii si pii moriuntur. et Sophocles: ἥσθην πατέρα ἐμὸν εὐλογοῦντά σε, delectabar quod pater meus te laudaret. conf. βάζω. sic, οὔ τι με ταύτης χρεὼ τιμῆς, I, 604, non mihi est indigentia hujus honoris, non mihi opus est hoc honore. accusativus personæ με est vel pro dativo μοὶ, per ἀντίπτωσιν, vel est pro, εἰς ἐμὲ, erga me, mei causa. χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καί σε, διοτρεφὲς ὦ Μενέλαε, κερδαλέης, K, 43, opus est mihi et tibi consilio utili. et 85, τίπτε δέ σε χρεώ; i. e. τί ποτε σοὶ χρεία, quid tandem opus est tibi? ubi attice τί pro τίς, et σὲ pro σοί: nam Attici suum τί ponunt ut Germani suum *was*, e. c. *was ist dir noth? (what*, e. g. *what ails thee?)* Romani vero genus sequentis nominis in pronomine observant. sic, α, 225, quid enim tibi opus est? quid paras? τί ποτε χρέος εἰς σὲ ἐκ τούτου ἐστί; quæ utilitas tibi inde est? *wozu ist das? (of what use is that?)* commodissime autem ad accusativum personæ subintelligitur verbum, ἱκάνει, quod regit accusativum absolute. sic, Λ, 609, χρειὼ γὰρ ἱκάνεται (Ἀχαιοὺς) οὐκ ἔτι ἀνεκτὸς, usus enim mei venit ad eos jam non differendus, *denn nun haben sie mich aufs äusserste nöthig, (for now they are in the greatest need of me.)* sic et K, 118. et ex adjectivo addito apparet, quod χρειὼ non sit generis neutrius. ἦ τι μάλα χρεὼ, I, 197, certe circa aliquid magna necessitas, sc. venit ad regem qui vos misit ad me: et hoc τί est pro κατά τι, valetque pro fortasse, *wohl, vielleicht, (perhaps, possibly.)* cæterum h. l. sequens, οἵ μοι, pertinet ad ἄνδρες, hoc χρεὼ vero est, ut solet in subito affectu, intersertum, ut sit constructio perturbata. τόνδε μάλα χρεὼ ἑστάμεναι κρατερῶς, Λ, 409, hunc valde oportet stare fortiter; ubi est pro χρή. et 605, τίπτε (τί ποτε) με κικλήσκεις, Ἀχιλεῦ, τί δέ σε χρεὼ ἐμεῖο; cur tandem vocas me, quidnam tibi opus est me? τῷ (ideo, *daher*) *(therefore)* με μάλα χρεὼ Θέτιδι πάντα ζωάγρια τίνειν, me omnino oportet ei rependere præmia pro conservata mihi salute, Σ, 406, inquit Vulcanus. οὐδέ τι μιν χρεὼ ἔσται τυμβοχοῆς, Φ, 322, neque ullo modo ei opus erit aggerenda terra, quando sepelietur; μιν pro εἰς αὐτόν. σε διδάσκειν οὔτι μάλα χρεὼ, te docere nequaquam opus est, Ψ, 308. εἴ ποτε χρειὼ ἐμεῖο γένηται, A, 341, si quando usus mei venerit; si acciderit ut ego valde utilis esse possim regi, χρεία ἐμοῦ. μέμασαν δὲ μάχεσθαι χρειοῖ ἀναγκαίῃ, Θ, 57, cupidi erant pugnandi, urgente necessitate; ubi vides substantivum fœmininum, ἡ χρειὼ pro ἡ χρεία, ionice. et h. l. erant πολεμισταὶ ἀναγκαῖοι. ὅτι δὴ χρειὼ τόσον ἵκει; quia fortasse necessitas tantopere urget? K, 141, ubi τόσον est adverbialiter, pro κατὰ τόσον: coll. 145. et 172, ἀλλὰ μάλα μεγάλη χρειὼ βεβίηκεν Ἀχαιοὺς, at valde magna necessitas urget Achæos. τίπτε δέ σε χρειὼ δεῦρο ἤγαγε, quæ tandem utilitas tua te huc adduxit, quid tibi hic opus est, δ, 312, pro, τί ποτε πρός σε χρέος, τίς ποτε εἴς σε χρεία. τίνα χρειὼ τόσον ἵκει; ad quem accedit necessitas tantopere, β, 28, ubi quoque τόσον est vel adverbialiter, omisso κατὰ, vel respicit τὸ χρεῖος, cujus loco est ἡ χρειώ. ἐμὲ δὲ χρειὼ γίγνεται αὐτῆς, νηὸς, δ, 634, ubi accus. personæ etiam ad sequentem infin. διαβῆναι possit trahi: mihi opus est nave ad transeundum in Elidem. et 707, οὐδέ τι μιν χρεὼ νηῶν ἐπιβαινέμεν, nequaquam utile est eum conscendere naves. ὅτε με χρειὼ τόσον ἵκοι, si me necessitas tantopere urgeret, ε, 189, si mihi ita opus esset. χρειὼ γὰρ ἵκανε, sc. αὐτὸν, necessitas enim urgebat eum, ζ, 136. λιμὴν, ἵνα οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν, portus, ubi non opus est fune ad alligandam navem, ι, 136. χρειώ με κατήγαγεν εἰς Ἀΐδαο, utilitas mea me deduxit ad inferos, λ, 163, et quidem utilitas magna et necessaria.

χρείων, vide sub χρέω.

χρεμετίζω, f. ίσω. (Χράω) hinnio, *ich wihere, (I neigh;)* de sono quem equi edunt, qui sonus simul verbo ipso exprimitur, M, 51. Vide sub 'ΡΑ'Ω.

χρέος, έεος. τό. (Χράω) debitum, officium, utilitas, causa: oraculum utile. scribitur et τὸ χρεῖος, attice χρέως et χρείως. οἷς χρεῖος ὀφείλεται ἐν Ἤλιδι, quibus debitum debebatur in Elide, *die in Elis eine schuldforderung hatten, (to whom a debt was owing at Elis,)* Λ, 685. et 687, πολλοῖς γὰρ Ἐπειοὶ χρεῖος ὤφειλον. et 697, τῷ γὰρ χρεῖος μέγα ὠφείλετο ἐν Ἤλιδι. hinc est ὁ χρεωφειλέτης, ου, debitor, *ein schuldner, (a debtor.)* εἴκεν Ἄρης οἴχοιτο χρέος καὶ δεσμὸν ἀλύξας, si forte Mars abiret debitum et vinculum effugiens; inquit Vulcanus, qui irretierat Martem, et satisfactionem postulabat, θ, 353. et 355, εἴ περ γάρ κεν Ἄρης χρεῖος ὑπαλύξας οἴ-

χηται. ἵνα χρεῖός μοι ὀφείλεται, οὔτι νέον γε οὐδὲ ὀλίγον, ibi debitum mihi debetur, neque recens neque parvum, γ, 367. his locis positum ἐπὶ δανείου καὶ ὀφειλῆς. ἦλθε μετὰ χρεῖος, ὅ οἱ πᾶς δῆμος ὤφελλε, φ, 17, venit ad reposcendum debitum, quod ei totus populus debebat; et h. l. non est τὸ δανεισθὲν mutuo datum, ἀλλὰ τὸ ἐξ ἁρπαγῆς, ἣν οἱ Μεσσήνιοι κατὰ Ἰθακησίων ἔπραξαν. composita hujus vocis magis amant Atticam terminationem, e. c. ὁ ἡ ἀξιόχρεως, ὑπέρχρεως, etc. ἦλθον Τειρεσίου κατὰ χρέος, εἴ τινα βουλὴν εἴποι, ὅπως εἰς Ἰθάκην ἱκοίμην, λ, 478, veni quia mihi opus est Tiresia, si aliquod consilium mihi dicat, quomodo in Ithacam venire possim; ubi ergo non notat ὀφειλὴν, sed simpliciter χρειῶδες πρᾶγμα, χρείαν: quidam tamen hic τὸ χρησμῴδημα intelligunt, oraculum, vaticinium utile. δείδω, μὴ τὸ χθιζὸν ἀποτίσωνται Ἀχαιοὶ χρεῖος, N, 746, metuo, ne hesternum contractum debitum suum persolvant nobis Graii: ubi sic vocat cladem, heri illatam Græcis, hodie reddendam Trojanis. ἢ ἑὸν αὐτοῦ χρεῖος ἐελδόμενος ἱκάνει, α, 409; an suum ipsius utile cupiens venit huc: suum negotium utile, *seiner eigenen sache und seines eigenen nutzens wegen, (for his own business and advantage.)* sic, οὔ τι δήμιον ἀγορεύω, ἀλλ' ἐμὸν αὐτοῦ χρεῖος, nihil publici negotii loquor, sed meam ipsius rem necessariam, β, 45, *meine eigene nothdurft, (my own affairs.)* apud Theocr. Id. 24, 65, χρέος κατέλεξε νεοχμὸν, exposuit ei rem illam novam, de qua certum scire magnopere intererat matris: *das neue anliegen, (the recent matter.)*

χρέω, f. ήσω. (Χράω) oraculum edo, vaticinor. est a χράω, ejusdem notionis. οὕτως γὰρ χρείων (ει ob metrum pro ε, et ionice) μυθήσατο Φοῖβος, θ, 97, sic enim ei vaticinans edixerat Apollo Pythius. et 81, ὅτε ὑπέρβη λάϊνον οὐδὸν χρησόμενος, cum supergressus esset saxeum limen templi, oraculum petiturus Agamemnon Delphis. nam forma media est, accipio vel interrogo oraculum. ψυχῇ χρησομένους Τειρεσίαο, κ, 492, 565, usuros anima Tiresiæ ad oraculum ab ea accipendum, μαντευσομένους: et ψυχῇ est ablativus. inest huic constructioni notio utendi et versandi cum aliquo. sic, ψυχῇ χρησόμενον Τειρεσίαο, me usurum anima ejus ad consultandum divinatorie, λ, 164. et, χρησόμενος, ψ, 323. hinc est ὁ χρησμὸς, oraculum, et χρηματίζομαι, oraculo admoneor. χρήσασθαι γὰρ, pro χειρὶ δέξασθαι, est recentiorum. φρεσὶ γὰρ κέχρητο (pro ἐκέχρητο, plusqu. pass.) ἀγαθῇσι, pectore utebatur nobili, γ, 266, ubi pectus nobile quasi pro oraculo ei erat; et poëta, pronus in laudes mulierum, excusat quantum potest Clytæmnestram, et maximam sceleris partem confert in Ægisthum, sic tamen ut veritatem non prorsus dissimulet, coll. 272, ἐθέλουσαν: nam quid non valent persuasiones apud mentem fœmineam. sed eadem verba de Eumæo, magis etiam proprie et vere, ξ, 421, ubi est ἔπαινος εὐσεβείας. hinc ὁ μὴ εὐσεβὴς οὐ κέχρηται φρεσὶν ἀγαθαῖς. et in medio significatu, de optimo inter pessimos procos, Amphinomo, π, 398. et φρεσὶν est ablativus, sicut ψυχῇ. alii his locis legi jubent κέκρητο, i. e. συνεκέκρατο, ἀναμέμικτο. de loco Ψ, 834, vide χράω. participium κεχρημένος vide sub χρηΐζω.

χρεώ, vide χρειώ.

χρεώμενος, vide sub ΧΡΑ'Ω.

χρεὼν, τό. (Χράω) id quod utile est, et quod oportet. est neutrum Atticum ex declinatione secunda, ipsum tamen indeclinabile. unde etiam est apud Eurip. Hipp. 1256, οὐκ ἔστιν ἀπαλλαγὴ τοῦ χρεὼν μοίρας, non est liberatio a necessitate fati, τοῦ δέοντος καὶ μεμοιραμένου. ubi vides indeclinabile cum articulo genitivi positum. χρεὼν δὲ, ἐμὲ θᾶσσον ἱκέσθαι, ο, 201, utile enim est et oportet, me quam primum venire quo volo. alibi notat hoc nomen, τὸ πεπρωμένον, τὴν εἱμαρμένην, fatum necessarium: alibi et θάνατον τὸν φυσικὸν, qui est debitum naturæ; e. c. ἀπῆλθεν ὁ δεῖνα εἰς τὸ χρεών: θάνατον γὰρ, χρεωστοῦντες οἱ ἐν γενέσει, ἀποτίνουσιν ἀναλύοντες.

χρὴ, (Χράω) oportet, opus est, decet, utile et commodum est, δέον ἐστί. est sine dubio verbum impersonale, ortum per apocopen a χρηΐζει, ut duæ posteriores syllabæ sint abscissæ. quidam veterum id pro adverbio habere maluerunt: sed cum apud recentiores etiam imperfectum ἐχρῆν, et sine augm. χρῆν, et futurum χρήσει, et infinitivus χρῆναι et per apocopen χρῆν, in usu sint; apparet, priorem sententiam præstare. scribitur autem per acutum, ad differentiam τοῦ, χρῇ pro χράει, et τοῦ χρῆ pro ἔχραε attice, a χράω: e. c. τί χρῆ τούτῳ, quid desiderabat iste? et, χρῆ μοι ταῦτα ὁ Φοῖβος, responderat mihi hæc Apollo. χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε ἔπος εἰρύσσασθαι, A, 216, sequente accus. personæ, 217, καί περ μάλα κεχολωμένον, oportet quidem, etsi valde iratum, observare vestrum jussum. ἀλλὰ χρὴ καὶ ἐμὸν πόνον οὐκ ἀτέλεστον θεῖναι, inquit Juno ad Jovem, Δ, 57, at par est, etiam meum laborem non facere irritum. χρὴ δὲ, τάδε πάντα μέλειν σοὶ, E, 490, ubi sine casu personæ positum, absolute; opus igitur est, ut ista omnia curæ tibi sint. οὐδέ σε χρὴ ταύτης ἀφροσύνης, neque te decet ista temeritas, H, 109, i. e. οὔ σοι χρεία τοῦ ἀφραίνειν οὕτως. et 331, σὲ χρὴ πόλεμον παῦσαι, utile est, ut tu pugnam cessare facias. χρὴ πέρι, σὲ φάσθαι ἔπος, omnino par est, te loqui, I, 100, præ aliis convenit tibi. et 309, χρὴ μὲν δὴ τὸν μῦθον ἀπηλεγέως ἀποειπεῖν, decet sane, sententiam aperte proloqui, i. e. πρέπει. et 492, οὐδέ σε χρὴ νηλεὲς ἦτορ ἔχειν, non te decet implacabile et immisericors cor habere. et 609, τὸν φιλέειν, non convenit, te amare istum. et 623, ἀπαγγεῖλαι μῦθον Δαναοῖς, renuntiare oportet rem Græcis. οὐδέ σε χρὴ ἑστάναι μέλλειν σὺν τεύχεσι, K, 479, non te decet stare otiosum in armis. sic, M, 315, μετὰ πρώτοισιν ἐόντας ἑστάμεν, oportet nos inter primos stare in pugna. ταῦτα δὲ ἄμα χρὴ σπεύδειν, N,

235, hæc enim nos ambos decet strenue obire. et 275, τί σε χρὴ ταῦτα λέγεσθαι; quid opus est te ista dicere et enumerare? et 463, νῦν μάλα, σὲ ἀμύνειν γαμβρῷ, nunc valde convenit, te opem ferre affini tuo. sic, σὲ εἶναι αἰχμητήν, Π, 492, te esse bonum hastatum. (Χ, 268.) et 631, οὔ τι χρὴ μῦθον ὀφέλλειν ἀλλὰ μάχεσθαι, nequaquam opus est, sententiam prolixe dicere, sed pugnare. et 721, τί ποτε μάχης ἀποπαύεαι; οὐδέ τι σὲ χρή, cur tandem pugnam omittis? nequaquam enim te id decet. ubi vides, δὲ etiam in tali positione sæpe esse, enim. sic, οὐδέ τι με χρὴ ἀσκελέως αἰεὶ μενεαίνειν, Τ, 67, nequaquam enim mihi convenit, pertinaciter usque irasci. et 149, οὐ γὰρ χρὴ κλοτοπεύειν ἐνθάδε ἐόντας, non enim utile est nos hic morantes tergiversari. et 228, ἀλλά, τὸν μὲν καταθάπτειν ὅς κε θάνῃσι, sed oportet eum sepelire qui mortuus sit. et 420, τί μοι θάνατον μαντεύεαι; οὐδέ τι σε χρή, cur mihi mortem vaticinaris? non enim id convenit tibi. sic, μὴ χαλέπαινε παρὲκ νόον, Τ, 133. λαβραγόρην εἶναι, Ψ, 478, neque tamen ullo modo te decet præcipitem verbis esse. et 644, ἐμὲ δὲ χρὴ γήραϊ λυγρῷ πείθεσθαι, me enim oportet senectuti miseræ obtemperare, tunc vero contra excellebam inter heroas; inquit Nestor senex. μυθήσεαι, ὅττεο (ionice pro οὔτινος) σε χρή, α, 124, post cibum captum dices quid tibi opus sit, *kanst sagen was zu deinen diensten sey, (mayst tell what is thy business.)* et 296, οὐδέ τι σε χρή, νηπιάας ὀχέειν, ubi conf. ὀχέω. sic, ἐπὶ πόντον κακὰ πάσχειν, non tibi opus aut necesse est, in mari mala perferre, β, 369, *du hast das gar nicht nöthig, (thou hast no occasion whatever.)* ἴδμεναι, δ, 492, non enim utile tibi est, id resciscere. δειδίμεν, κ, 380, non enim decet te, timere. πρὶν ὥρη καταλέχθαι, non enim opus est, te decumbere prius quam tempus justum adest, ο, 392. ἀλλοτρίων φρονέειν, σ, 17, non enim oportet te, invidere mihi de alienis rebus. sic et, οὐδέ τι με χρὴ γοόωντα ἧσθαι, non enim convenit, me sedere gementem, τ, 118. οὐ μέν σε χρὴ ἔτι αἰδοῦς οὐδ᾽ ἠβαιόν, γ, 14, non sane jam opus est tibi pudore ne minimum quidem; οὔ σοι χρεία τῆς αἰδοῦς, non tibi utilitas est pudoris, nam intempestivus pudor est rusticus. ergo χρὴ cum genitivo rei, est pro, χρεία ἐστί. et 209, νῦν δὲ χρὴ τετλάναι ἔμπης, nunc enim oportet me omnino esse patientem et sufferentem mala. sic, σε, ζ, 190. τέο (ionice pro τίνος) σε χρή; δ, 463, quid opus est tibi, cujus rei indiges? ἵνα χρὴ καλὰ (εἵματα) αὐτὴν ἕννυσθαι, ubi oportet te ipsam induere mundas vestes, ζ, 27, et 207, τὸν νῦν χρὴ κομέειν, quem nunc oportet curare nos, *den wir nun versorgen müssen, (for whom we must now provide.)* ὅθι χρή, ubi opus est, ι, 50. ἀλλ᾽ ἄλλην χρὴ πρῶτον ὁδὸν τελέσαι, at aliam oportet et utile est, vos viam prius conficere, κ, 490. οὐ γὰρ χρὴ ἕνα ἴδμεναι, non enim oportet unicum modo hominem scire, μ, 154. τί σε χρή, τοῖον ἐόντα, μαψιδίως ψεύδεσθαι; ξ, 364, qui te decet talem, frustra mentiri. χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν, ο, 74, convenit, par est, hospitem præsentem benigne tractare, et volentem dimittere. σὲ χρὴ δοῦναι, te decet dare et largiri, ρ, 417. τεύχεα καταθεῖναι εἴσω, opus et utile est, arma deponere in interiori parte ædium, τ, 4. et 500, τίη δὲ σὺ τὰς μυθήσεαι; οὐδέ τι σε χρή, cur tandem tu eas ancillas indicare vis mihi? non enim id necesse tibi est, *du hast das nicht nöthig, (thou hast no need to do that.)* τί με χρὴ αἶνου μητέρος; φ, 110, quid necesse est ut ego laudem matrem meam? ὅττεό με χρή, quodcunque opus mihi est, χ, 377, i. e. ἅ με χρὴ πονεῖσθαι, vel, οὗ ἐμοὶ χρεία. τὸν (πόνον) ἐμὲ χρὴ πάντα τελέσαι, eum laborem oportet me omnem exhaurire, ψ, 250. μάλα δὲ χρὴ σπεύδειν ἔμπης, nam valde opus est festinare omnino, ω, 323. et 406, τί σε χρὴ ταῦτα πένεσθαι; quid opus est te ista laborare et curare? *was hast du nöthig, dir darum sorge zu machen, (what need hast thou to trouble thyself about it?)* τὸ χρῆν Euripidi Herc. Fur. 828, est fatum. compositum ἀπόχρη, sufficit. fut. ἀποχρήσει, sufficiet, Aristoph. Plut. 484. Aves, 1602.

χρῆ pro ἔχρας, χρῆ pro χράει, vide prope initium præcedentis.

ψευδὴς, έος. ὁ ἡ. (Ψάω) fictus, falsus, mendax. οὐ γὰρ ἐπὶ ψευδέσσι (pro ψευδέσι) πατὴρ Ζεὺς ἔσσεται ἀρωγὸς, Δ, 235, non enim apud mendaces et fallaces pater Jupiter aderit defensor: ubi ἐπὶ avulsum pertinere videtur vel ad ἀρωγὸς vel ad ἔσσεται. et h. l. pessimo sensu positum nomen, intelliguntur que Trojani mendaces et perjuri et fœdifragi; ψεύσταις. hæc lectio est melior, quam ψεύδεσσι, quasi esset a τὸ ψεῦδος.

ψεῦδος, εος. τό. (Ψάω) ficta narratio, auribus auditorum data; deminutio veritatis, falsiloquentia, *unwahrheit, (untruth.)* ψεῦδός κεν φαίημεν, fictum sane putaremus, Β, 81. (vide et confer eadem verba, Ω, 222.) et 349. εἴτε ψεῦδος ὑπόσχεσις Διὸς, ἠὲ καὶ οὐκὶ, num falsa sit promissio Jovis, an non. de loco Δ, 235, vide paullo post ψευδής. ὦ γέρον, οὔ τι (κατὰ) ψεῦδος ἐμὰς ἄτας κατέλεξας, inquit rex ad Nestorem, Ι, 115, nequaquam diminuta veritate recensuisti meos errores mentis: ubi quidam adverbialiter positum putant nomen. possis et colon post ψεῦδος ponendum intelligere, et sic supplere sensum: οὔ τι ψεῦδός ἐστιν ὧν ἐδημηγόρησας: ἐμὰς ἄτας κατέλεξας. μῆτερ, ἥ με ψεύδεσσιν ἔθελγεν, Φ, 276, quæ me fictis rebus fascinavit. Ἀντίλοχον ψεύδεσσι βιησάμενος Μενέλαος, Ψ, 576, eum fictis rebus violans, *hat ihm durch erdichtetes vorgeben gewalt gethan, (has done him injury by his falsehoods.)* ψεῦδος δ' οὐκ ἐρέει, γ, 20, nam citra magnam rationem sapiens nunquam falsa loquitur: sed in tempore laudabilis est falsiloquentia, quam Isocrates laudat in Panathenaico. sic et 328. βόσκει γαῖα ἀνθρώπους ψεύδεα ἀρτύνοντας, λ, 365, qui falsas narrationes bene condiunt. ψεύδεα βουλεύσας, fraudem meditans, ut me blande caperet, ξ, 296, *hatte falschheiten im sinne, (meditated falsehood.)* et 387, μή τί μοι ψεύδεσσι χαρίζεο, ne mihi fictis gratificare. ἴσκε (i. e. ἤϊσκε, i. e. εἴκαζε, ἀπεικονίζων πρὸς ἀλήθειαν) ψεύδεα πολλὰ, λέγων, ἐτύμοισιν ὁμοῖα, τ, 203, assimilabat ficta multa, dicendo, veris æqualia: *er machete in seinen erzählungen viel erdichtetes sehr warscheinlich, (in his stories he made many fictions appear extremely probable.)* cave ergo, mendacii notionem ubique sub hoc nomine quæras.

ψεύδω, f. ψεύσω. (Ψάω) assentor, do auribus aliorum aliquid, blandior narrando, delenio verbis. deinde et, minuo aliquid narrando. denique et, mentior, *ich rede unwahr, (I tell lies.)* est a ψέω, rado, mulceo, minuo.

nam qui ex ψέειν, et ὕδειν canere, clamare, celebrare, compositum dicunt, ingeniose nimis vocem hanc enarrant. forma media, ψεύδομαι, f. ψεύσομαι, in usu frequenti est, quæ idem notat. μὴ ψεύδεο, ἐπιστάμενος σάφα εἰπεῖν, Δ, 404, ne minora veris loquere, sciens loqui sic ut res ipsa est. cave enim, ubique hoc verbum per mentiri reddere: est valde mitius et honestius, et vel hujus loci citati contextus id indicat, si expendas, quis, et cui, et de qua re, dicens inducatur. κομιδῆς κεχρημένοι ἄνδρες ψεύδονται, ξ, 125, victu indigentes viri narrant sic ut putant gratum audientibus esse, non autem res planas et certas, *sie reden einem nach dem munde, (they tell me what they think most likely to be agreeable.)* et 365, τί σε χρὴ μαψιδίως ψεύδεσθαι; quid te juvat inaniter sic placentia loqui velle? *für die lange weile was gefälliges zu reden? (why speak pleasing things to no purpose?)* ubi civilissimus Eumæus ad hospitem suum ita regerit. nonnunquam licet ψεύδεσθαι, modo ne omnino μαψιδίως, sed εὐπρεπῶς καὶ δεόντως: unde regula antiqua, ἔνθα τι δεῖ ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω, ubi obligati sumus ficta loqui, loquamur. ψευδόμενοι δέ σε φασὶ Διὸς γόνον εἶναι, E, 635, adulantes sane, et ipsi decipientes se, dicunt te esse natum Jovis, *aus schmeicheley, (from flattery.)* ψεύσομαι, ἢ ἔτυμον ἐρέω, K, 534. δ, 140, fallar, aut verum dicam quod futurum est; inquit, priore loco Nestor, posteriore Helena: et est formula loquentis ex conjectura minus certa, ut ἐπιτυχὼν *(wenn er es getroffen) (if he has hit it)* ἐπαινεθῇ, ἀποτυχὼν δὲ μὴ ἐλεγχθῇ. νῦν δὲ ὅρκια πιστὰ ψευσάμενοι μαχόμεθα, nunc enim fœdera facta rumpentes et minuentes pugnamus, H, 352, ubi est in sensu paullo duriori, pro, ἐπιορκήσαντες, verbis tamen in se lenius sonantibus. ἡ δὲ ψευσαμένη Προῖτον προσηύδα, Z, 163, illa vero mentita alloquebatur eum; atque ibi est mendacium apertum, adulatorium tamen.

ψευστέω, f. ήσω. (Ψάω) falsa et ficta loquor. verbum a ψευστὸς, sicut ab ἀκουστὸς fit ἀκουστέω. ψευστήσεις, οὐδ' αὖτε τέλος μύθῳ ἐπιθήσεις, T, 107, vana loqueris. nec deinde effectum verbo dare poteris.

ψεύστης, ου. ὁ. (Ψάω) mendax. ψεῦσταί τε, Ω, 261, i. e. ἄπιστοι, fœdifragi. et Priamus ibi sic increpat filios reliquos, occiso Hectore aliisque bonis; ob turbatum fœdus cum Græcis, simulque ob Paridem.

ψηλαφάω, f. ήσω. (Ἅπτω) est proprie λέξις μουσικὴ, καὶ κυρίως ἐπὶ χορδῶν λέγεται, quando fides attrectantur, ut sit quasi τὸ ψαλτήριον ἀφᾶν. deinde de omni attrectatione manibus ponitur. χερσὶ ψηλαφόων, ι, 416, *mit den händen um sich fühlend, (groping about with his hands,)* cæcus Cyclops; sicut et alii in tenebris euntes solent. ut musicus ante explorat tactu fides quid sonent: sic hic tentans manibus, quid sit hoc vel illud, ibat. Vide sub ἀφάω, et ΨΑ'Ω.

ψηφὶς, ῖδος. ἡ. (Ψάω) lapis, *ein stein, (a stone.)* ὑπὸ ψηφῖδες ἅπασαι ὀχλοῦνται, subter lapides omnes moventur, Φ, 260, quæ quoque pertinent inter ἕχματα, 259, *aufhaltungen, (obstacles;)* nam et ψηφῖδες στοιβασθεῖσαι ἐπέχουσι τὸν ὀχετὸν τοῦ ῥεύματος, *die leitung des flusses, (the current of the river.)* cæterum vides, per τὰς ψήφους proprie parvos intelligi lapides, calculos: attenuatus lapis.

ψιὰς, άδος. ἡ. (Ψάω) ros, gutta tenuis, *thau, kleiner tropfen, (dew, small drop.)* est idem quod ἡ ψακὰς, ψεκὰς, ἕρση. est a ψάω, i. e. λεπτύνω, unde est ψέω, a quo ψεκὰς, et ψίω, unde ψιὰς, et ψιλὸς, et per paragogen ψιθυρίζειν, tenuem stridorem facere, sicut folia a ventulo mota; et convenit cum Germanorum *zwitschern, (to twitter.)* αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε Ζεὺς, Π, 459, sanguineosque rores defudit in terram Jupiter, sub mortem filii sui Sarpedonis: quod quidem physice potuit accidere in campo sanguinis fusi per annos decem plenissimo, et sanguineas exhalationes habente. cæterum ψιὰς est quasi δάκρυον ἀέρος, unde Jupiter, lugens quasi filium suum, tales rores fudit. ἡ ψακὰς et ψεκὰς, άδος, notat et quasvis tenues guttas, vel pluviæ vel pulveris. unde ψεκάζειν est conspergere guttis, Aristoph. Nub. 580. et nomen ancillæ ἡ ψεκὰς quæ pulvisculo conspergit comas dominæ.

ψιλὸς, ή, όν. (Ψάω) nudus, glaber, simplex et tenuis quasi. ψιλὴν ἄροσιν, arvum nudum, nullis arboribus obsitum, I, 576. sic miles dicitur ψιλὸς στρατιώτης, nullis armis gravioribus tectus et indutus. τρόπιν ψιλὴν ἔφερε κῦμα, μ, 421, carinam nudam ferebat fluctus, cui nullus alius asser et nulla alia trabs adhærebat, *den blossen keilbalken des schiffes, von dem alle seitenbalken abgelöset waren, (the bare keel of the ship from which all the other timbers were separated.)* δέρμα ἐλάφοιο ψιλὸν, ν, 437, corium cervi nudum pilis, *eine hirschhaut ohne haare, (a stag's skin without hair.)* apud grammaticos πνεῦμα ψιλὸν est spiritus lenis, quando vocalis nuda effertur ex ore sine adspiratione: et ἐ ψιλὸν est nudum ε breve, sine consonatione alterius cujusdam vocalis aut longioris moræ. ψιλὰ χωρία sunt campi aperti, *freie ebenen, (open plains.)* huc pertinet et τὸ ψάλιον, Ἀττικῶς, et ψέλλιον, κοινῶς, quod notat quemvis κρίκον, in specie τὸν κρίκον χαλινοῦ, et hinc totum τὸν χαλινόν. Eurip. Phœn. 799. it. armilla aurea. Xenoph. Cyrop. I, 3, 2, *ein gülden armband, (a gold bracelet.)* Vide sub ΨΑ'Ω, δέρμα, et Γυμνός.

ψολόεις, εσσα, εν. (Ψάω) fumo præfocans, et obfuscans, flamma contingens acriter. est epitheton fulminis. ψολόεντι κεραυνῷ, ψ, 330. ψολόεντα κεραυνὸν, ω, 538.

ψόλος, ου. ὁ. (Ψάω) contactus igneus, flammæ contactus. est indidem a ψάω, tango, rado. et quia contactus ignis vestigia relinquit,

hinc et fuligo sic dicitur, quæ et ἡ ἄσβολος, ου, et ἡ ἀσβόλη, præfixo α, ut solet in multis aliis, et resoluto ψ cum transpositione in σβ. eadem dicitur ἡ λιγνὺς, ύος.

ψυχὴ, ῆς. ἡ. (Ψύχω) anima, *der othem, (the breath.)* vita corporis, *das leben des leibes, (the life of the body.)* anima, umbra, *die überbleibende seele, (the soul,)* post mortem corporis. est a ψύχω, refrigero, nam per animam assidue refrigerantur pulmones et cor ipsum. si quis vero, delectamenti causa, ingeniosiorem desideret etymologiam, is cum quibusdam veterum putet, compositum esse nomen ab ἡ φύσις, natura, et ἔχω, contineo, ut inde fiat ἡ φυσιοχὴ, per syncopen, extruso Iota et Omicro, φυσχὴ, deinde, coalescente φσ in ψ cum aliqua transpositione, ψυχή. τοῦ δὲ λύθη ψυχή τε μένος τε, *sein leben und kraft ward aufgelöset, (his life and strength were gone,)* E, 296. Θ, 123, 315. ψυχὴν ἄϊδι δώσειν, E, 654. Λ, 445. Π, 625. τὸν δ' ἔλιπε ψυχὴ, κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλὺς, *der othem entfuhr ihm, und ihm ward finster vor den augen, (his breath forsook him, and darkness came over his eyes,)* ubi est προλύσεσθαι... E, 696. ξ, 426, ubi de sue mactato sermo est. ἐπὴν δὴ τόνγε λίπῃ ψυχή τε καὶ αἰὼν, Π, 453. sic, ι, 523; αἲ γὰρ δὴ ψυχῆς τε καὶ αἰῶνός σε δυναίμην εὖνιν ποιήσαι. θυμοῦ καὶ ψυχῆς κεκαδὼν, vita et anima privans eos, Λ, 334. πολλοὺς τόδε τόξον κεκαδήσει (i. e. ποιήσει χάσασθαι τῆς) ψυχῆς καὶ θυμοῦ, φ, 154, 170. ψυχαὶ δὲ ἄϊδόσδε κατῆλθον, H, 330, animæ degressæ sunt in domum Orci. sic, κατῆλθε, κ, 560. λ, 65. αἰεὶ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν, I, 322, semper meam vitam objiciens periculis, pugnando. et 408, ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ, πάλιν ἐλθεῖν, οὔτε λεϊστὴ, οὔτε ἑλετὴ, ἐπεί κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων, viri autem anima, ad retro veniendum, neque armis loco prædæ recipitur, neque sponte recipitur, quando semel mutaverit septum dentium et ex ore egressa fuerit. nam λεϊστὴ esset, si vi et prædando quasi eam recipere possemus, ἡ ἀκουσίως ἑλκομένη, retracta invita; ἑλετὴ vero ἡ ἑκουσίως ἐπανερχομένη, αἱρετὴ κατὰ προαίρεσιν, *die sich freywillig wieder annehmen lasset, (which voluntarily suffers itself to be recovered.)* et 401, οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον, non mihi est in pretio æquali cum vita mea omne id quod Troicæ opes et divitiæ habent. χερσὶν ὑπὸ 'Αργείων ψυχὰς ὀλέσαντες, qui vitas suas perdiderunt sub manibus eorum, N, 763. Ω, 168, quasi κτῆμα quoddam pretiosum; οἱ θανόντες. hinc Euripides: Ἕκτορος ἀπόλλυται ψυχή. ψυχὴ δὲ κατὰ οὐταμένην ὠτειλὴν ἔσσυτ' ἐπειγομένη, vita per apertum vulnus properabat evolando, Ξ, 518, nam anima est in sanguine: hinc recte dicitur evolare per vulnus; et hinc nomen ψυχὴ alibi pro sanguine ipso ponitur, occasione ex h. l. sumta. τοῖο δ' ἅμα ψυχήν τε καὶ ἔγχεος αἰχμὴν ἐξέρυσε, Π, 505, cum extracta hasta sua ex corpore ejus simul extraxit vitam ei. et 856, ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων (e membris) πταμένη ἄϊδόσδε βεβήκει ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσα ἀδροτῆτα καὶ ἥβην, ad quem locum annotant veteres, λυπεῖσθαι τὴν ψυχὴν ἀφιεῖσαν σῶμα ἀκμάζον, δεδοικυῖαν, μὴ μεταγγισθεῖσα περιπέσῃ ἀναξίῳ σώματι, metuentem ne transfusa in aliud receptaculum incidat in corpus indignum. sic et X, 362. et his locis de Patroclo et de Hectore, cæsis, sermo est. ἐν δὲ ἴα ψυχὴ, Φ, 569, unica tantum vita inest ei, non plures: occidi ergo potest, sicut alii. περὶ ψυχῆς θέον Ἕκτορος, de vita Hectoris certabant cursu, X, 161, quod dedit locum proverbio, quo dicimus τινὰ περὶ ψυχῆς θέειν, ὅτι τις ἀγωνιῶν ἐπὶ ἐσχάτῳ κινδύνῳ διαπράττεταί τι. sic et ι, 423, ὥστε περὶ ψυχῆς, utpote pro vita. confer et χ, 245, περὶ ψυχῶν ἐμάχοντο. et Herodot. IX, 36, ὥστε τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς, i. e. in summo discrimine constitutus, et conandum aliquid habens. sic et fere Xenophon Mem. Socr. III, 12, 2, ubi de pugna martia sermo est. αἴ κε σὴν ψυχὴν ἀφέλωμαι, X, 257. et 325, ἵνα τε ψυχῆς ὤκιστος ὄλεθρος, ubi vitæ perditio est celerrima. et 338, λίσσομαι ὑπὲρ (σῆς) ψυχῆς, rogo te per vitam tuam. et 467, ἀπεκάπυσε ψυχὴν, Andromache, deliquium animi passa. de anima post mortem reliqua, sunt loca multa. ἐπῆλθε δὲ ψυχὴ Πατροκλῆος δειλοῖο, πάντα αὐτῷ μέγεθός τε καὶ ὄμματα καλὰ εἰκυῖα καὶ φωνὴν, καὶ τοῖα περὶ χροῒ εἵματα ἕστο, Ψ, 65. coll. 106, ψυχὴ αὐτοῦ μοὶ ἐφεστήκει γοόωσά τε μυρομένη τε. et 104, ὢ ἄρα τίς καὶ ἐν 'Αΐδαο δόμοις ψυχή ἐστι καὶ εἴδωλον, ἀτὰρ φρένες (præcordia corporalia) οὐκ ἔνι πάμπαν, nam voluerat hanc apparentem animam amicissimi sui complecti Achilles, 99, 100, at illa κατὰ χθονὸς ᾤχετο ψυχὴ ἠΰτε καπνὸς τετριγυῖα. et ex hoc loco sumsit ὁ 'Αντισθένης, ut affirmaret ὁμοιοσχήμονας εἶναι τοῖς σώμασι τὰς ψυχάς: sed ὁ Χρύσιππος contendit, σφαιροειδεῖς τὰς ψυχὰς μετὰ τὸν θάνατον γίγνεσθαι. ridiculi sane metaphysici! sic et 72, τῆλέ με εἴργουσι ψυχαὶ, εἴδωλα καμόντων, procul me arcent animæ, imagines eorum qui fato et labore omni defuncti sunt; quia sc. corpus adhuc insepultum jacet: ante non admittunt me ad se, inquit anima Patrocli. et 221, ψυχὴν κικλήσκων, animam advocans Patrocli, ut fruatur ista libatione. et de anima Tiresiæ, κ, 492, 565. λ, 90. et 51, 'Ελπήνορος. et 84, μητρὸς, de qua et 151—224. 'Αγαμέμνονος, λ, 386—465. et 'Αχιλλέως, 466—539. et Αἴαντος, 542—564. et ἄλλων, 566, coll. 37, ψυχαὶ νεκύων, quæ cupiunt gustare sanguinem, i. e. reverte ad vitam, quæ est in sanguine. et κ, 530. sic 'Ερμῆς ψυχὰς ἐξεκαλεῖτο e domo ubi cæsi erant proci, et illæ sequebantur τρίζουσαι, ω, 1—5. et 14, ἔνθα ναίουσι ψυχαὶ, εἴδωλα καμόντων. et 15—203, ubi animæ variorum apud inferos colloquuntur ipsæ inter se, seque invicem agnoscunt, ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων, consequi pro labore isto studens et suam vitam et reditum suorum, α, 5. ληϊστῆρες, ψυχὰς παρθέμενοι, *die ihr leben dransetzen und wagen, (who hazard their lives for it,)* γ, 74. ι,

255. coll. Judicum, ix, 17. c. xii, 3. cæterum apud inferos ψυχὴ plus est quam σκιὰ, λ, 206, 212, etiam plus quam ὄνειρος, 221 : hinc tenuitatem tantum ejus et incomprehensibilitatem (nam est ἀναφὴς ἡ ψυχὴ) comparat τῇ σκιᾷ ἢ ὀνείρῳ. vide porro, ξ, 134. σ, 90. χ, 444. et Ω, 754. ἡ μετεμψύχωσις, falso afficta Pythagoræ, innui putatur, σ, 78, μήτε εἴης μήτε γένοιο, utinam nec esses nec postea nascereris: sed ridicula est ista obtrusa poëtæ politissimo sententia, nam est Homerica ὑστερολογία ibi, sic invertenda, utinam nec natus esses nec adesses jam; ut γένοιο præponatur in sensu. ἐκ ψυχῆς recentioribus dicitur ex animo, libenter, ἑκὼν, ἐξ ὅλης τῆς προθυμίας, Theocr. Id. 8, 35.

ψῦχος, εος. τό. (Ψύχω) refrigerium, *die abkülung, (refrigeration.)* refrigeratio. ψύχεος ἱμείρων, κ, 554, desiderans aërem refrigerantem, ἀναψύξαι θέλων καὶ αὔρας ἐπιθυμῶν, διὰ τὸ ἐκ τῆς μέθης τυχὸν πνῖγος, *er war sehr erhitzet vom wein, und suchete kühlniss, (he was overheated with wine and sought the cool air.)*

ψυχρὸς, ἁ, όν. (Ψύχω) frigidus, *kühl, kalt, (cool, cold.)* pro ψυχηρός. ψυχρὸν χαλκὸν, frigidum ferrum, i. e. cuspidem hastæ, E, 75, coll. 73, 74. εἰν ὕδατι ψυχρῷ, ι, 392. κατέῤῥει ψυχρὸν ὕδωρ ἐκ πέτρης, ρ, 209. ὕδωρ ἐπεχεύατο, τ, 388. νιφὰς ἠὲ χάλαζα ψυχρὴ, O, 171. νιφάδες ψυχραὶ, T, 358. χιόνι, X, 152. αὔρη ἐκ ποταμοῦ ψυχρὴ, ε, 469. πάχνη, ξ, 477. metaphorice ψυχρὸν est vanum, inane, absurdum. sic Herodot. IX, 48, ἐπαρθεὶς ψυχρῇ νίκῃ, elatus vana victoria. et Sophocl. Antig. θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖς καρδίην ἔχεις.

ΨΥ'ΧΩ, f. ύξω. flo, spiro, *ich blase sanft, (I blow gently :)* it. refrigero, *ich mache kühl, kühle ab ; (I cool, make cool ;)* unde dicitur, ψῦξον τὸν οἶνον, *mache den wein kühl, (cool the wine ;)* et ἀπεψύγη ἡ ἀγάπη, refrixit amor; et ἐψυγμένοι ἄρτοι in opp. ad θερμοὺς ἄρτους, *kalt gewordene brodt, warm brodt, (cold bread, warm bread ;)* et τὸ ψυχεῖον, locus ubi refrigerari possumus; et ὁ ψυκτὴρ, ῆρος, i. e. τόπος ἀλσώδης καὶ σύσκιος, ἐν ᾧ ἔστιν ἀναψύξαι, quam de loco pluralis potius ponitur, in singulari notare solet et ποτήριόν τι, quale poculi genus dicebatur etiam ὁ ψυγεὺς et τὸ ψυκτήριον et ψυκτηρίδιον, et ὁ ψυκτηρίας, ου. ψυχάζειν est, refrigerium captare. notio refrigerandi videtur prima esse, et factum verbum ex sono, qui præ nimio æstu ex ore edi solet, refrigerandi causa aut relevandi pectoris: unde motio aëris per spirationem aut ventilationem deducta est: nam aër motus solet refrigerare. hinc notat et, sicco ad aërem, *ich trokne an der luft, (I dry in the air.)* Ἀθήνη τὸ ἔγχος πάλιν ἔτραπε πνοιῇ, ἦκα μάλα ψύξασα, Υ, 440, Minerva hastam conjectam retro vertit motu ventoso, leniter valde ventulum faciens, i. e. κινήσασα ἠρέμα τὴν χεῖρα, καὶ τῷ ἐντεῦθεν ῥιπισθέντι ἀέρι τρέψασα ὀπίσω τὸ ἔγχος, καθάπερ εἰ καὶ ἄνεμος, πνεύσας ἀντίπρωρος, ἐπαναστρέψει τὴν ναῦν, *sie bewegete ihre hand, und mit dem dadurch getriebenen winde wendete sie den spiess zurück, nach art wie ein schiff vom entgegen blasenden winde zurück gehalten wird, (she moved her hand, and with the wind thus produced she repelled the spear, in the same manner as a ship is driven back by a contrary wind :)* nam τὸ φύσημα οὐκ ἄξιον Ἀθηνᾶς. Ἀχιλλῆος vero est elliptice, omisso ἀπό. physice innuitur, Hectorem jaculatum esse contra ventum, ut ergo hasta missa sit retardata, ut Achillem non contigerit; et hæc est Minerva, i. e. vis intellectus, qua vel Hector id sibi obesse non sensit, vel Achilles id sibi profuturum scivit. nam sive bene sive secus utaris intellectu, utrumque poëtice Minerva est. cæterum τὸ φύσει ψυχρὸν τοῦ ἀέρος indicatur, quando de flando aut aëre hoc verbum ponitur.

ψωμὸς, οῦ. ὁ. (Ψάω) frustum, *ein stück, ein bissen, (a bit, piece :)* cibus comminutus. ψωμοὶ ἀνδρόμεοι, frusta carnis humanæ comestæ a Cyclope, ι, 374, τὰ λεπτὰ κόμματα τῶν κρεῶν. a ψάω, comminuo. proprie magis dicitur, ψωμὸς ἄρτου, frustum panis, *ein bissen brodt, (a bit of bread.)* idem dicitur ὁ βλωμὸς, a βλάω.

Ω

Ὦ, nota vocandi, appellandi, exclamandi; et ponitur extra acrem affectum, ὦ vero in affectu duro. ὦ est recentiorum. ὦ πόποι, quod utrumque est idem, A, 254. B, 157, 272, 337. E, 714, etc. sic, φεῦ παπαὶ, ubi quoque utrumque est idem. φίλος ὦ Μενέλαε, Δ, 189, ubi forma nominativi præcedit attice. ὦ φίλοι Ἀργείων, M, 269. ὦ Κίρκη, κ, 337. ὦ ὄπ, est signum nautarum, quod clamore sibi invicem dant ad communiter connitendum in opere. apud Atticos est et ὠή, ἐπίφθεγμα ἀνακλήσεως, Eurip. Phœniss. 276, ohe, ho ho!

ὤ μοι, (Οἴ) exclamandi particula. vide οἴ. ὤμοι ἀναιδείην ἐπιειμένε, A, 149, ubi est vox dolentis et indignantis : O indute impudentiam, *O der du dich mit unverschämtheit über und über bewapnet! (O thou who art barbed all over with impudence!)* et 414, ὤ μοι τέκνον ἐμὸν, O mi fili: ubi est miserantis. ὤ μοι, Τυδέος υἱὲ, τί πτώσσεις; Δ, 370, O tu, cur paves? ubi est cum dolore mirantis. sic et Θ, 152, οἷον ἔειπες; et Π, 49, Πατρόκλεις. et Σ, 18, Πηλέος υἱὲ, ἦ μάλα λυγρῆς πεύσεαι ἀγγελίης. ὤ μοι ἀπειλητῆρες, *O ir grossprecher, (O ye braggarts,)* H,

96. et alloquendo ipse se, *ὤ μοι ἐγὼ τί πάθω*, quid me fiet! Λ, 404. sic et ε, 465, ubi additur, *τί νύ μοι μήκιστα γένηται*, *was wird endlich in die länge mit mir werden? (what is to become of me at last?)* *ὤ μοι ἐγὼν, εἰ μὲν καταλίπω τεύχεα*, Ρ, 91. *ὤ μοι ἐγὼν, τί τ' αὖτε* — Σ, 6, et 54, *ὤ μοι ἐγὼ δειλὴ, ὤ μοι δυσαριστοτόκεια*, O me miseram, O me infeliciter enixam fortissimum; inquit Thetis. *ὤ μοι ἐγὼν, εἰ μέν κε* — Χ, 99. *ὤ μοι*, ε, 408. *ὤ μοι, πῆ δή σοι φρένες οἴχονται*, Ω, 201, heu, quo tibi mens abiit. ab hoc Attico *ὦ* est *ὤζω*, quando O dico. unde est *οἰμώζω*. a communi et originali *οἴ* est *οἴζω*, eodem sensu; et *οἰζύω* et *ὀϊζύω*, gemo, lugeo, nonnunquam *ὤζειν* est et *θαυμάζειν*, quasi *ὦ λέγειν*. Vide sub *ἐγὼ*, ad medium.

ω pro *ευ*, vide sub *κολεός*.

ὧδε, (ʽΟ) adverb. sic, ita, adeo. *οὕτω*. apud poëtam nostrum nusquam *τὸ, ὧδε, τοπικῶς* intelligendum: recentiorum enim iste est significatus, ut notet, hic, huc. est ab *ὅδε*, in ablativo *ᾧδε*, sc. *τῷ τρόπῳ*, pro, *τῷδε*: et adverbialiter positus is ablativus, amittit suum Iota subscriptum. *ἀπειλήσω δέ τοι ὧδε*, minitabor enim tibi ita, Α, 181. sic et, *ἠπείλησε*, Θ, 415. *ὧδε γὰρ ἐξερέω*, sic enim edicam et indicabo, Α, 212. Θ, 401. Ψ, 410, 672. et frequens est hic versus apud poëtam. *εἰ δή σφω ἐριδαίνετον ὧδε*, si vos ita litigatis ambo, Α. 574. *ὥσπερ ὧδε*, sicut sic, Β, 258. et 271, *ὧδε δέ τις εἴπεσκεν*, ita aliquis dicebat: qui versus quoque est frequentissimus, e. c. Γ, 297. Δ, 81. Η, 178, 201. Ρ, 414, 420. Χ, 372, etc. *ἀθρόοι ὧδε*, sic conferti, Β, 439, sic congregati, ut nunc sumus. et 802, *ὧδέ γε ῥέξαι*, ad sic faciendum sane. *οὐ τότε γε ὧδε*, non tunc sane sic, Γ, 224, *damals nicht so sehr, (not then so much.)* et 300, *ὧδε ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι, ὡς ὅδε οἶνος*. et 442, *οὐ πώποτε ὧδε*, nunquam adeo, coll. 446. sic et Ξ, 315. *τὶς ὧδε ἐρέει*, aliquis ita dicet, Δ, 176. et 308, *ὧδε καὶ οἱ πρότεροι*, sic et antiqui ante nos. et 372, *ὧδε πτωκάζειν*, sic pavere. *ἀΐδηλος*, sic malus, Ε, 897. *ἐδείδιμεν*, ita timuimus, Ζ, 99. et 338, *λώϊον*, ita melius. et 349, *θεοὶ τεκμήραντο*, dii sic constituerunt. et 478, *βίην ἀγαθὸν*, sic viribus et potentia admirabilem, coll. 477, *ὡς καὶ ἐγώ*. *ὧδε ἔστω*, ita sit, Η, 34. Θ, 423, ubi ea formula est *βεβαίωσις ἐπιτάγματος*, confirmatio imperii. *μυθέομαι*, sic aio, Η, 76. et 300, *ὄφρα τις εἴπῃ*, ut aliquis sic dicat, (sic et Μ, 317.) et 553, *ἵνα μὴ ῥέξομεν ὧδε*, nisi fecerimus ita, i. e. *οὕτω*. *ὧδέ που ἡμῖν Ζεὺς ἵει κακότητα*, Κ, 70, sic scilicet nobis Jupiter mittit infortunium. et 91, *πλάζομαι ὧδε*, erro sic, *οὕτως καὶ νῦν*. et 537, *αἲ γὰρ αὐτοὶ ὧδε ἐλάσαιντο ἵππους*, utinam illi sic abegissent equos, sc. sic ut sonitus ille equester accidit jam auribus meis. *τί ὧδε ὀλοφύρεται υἷας Ἀχαιῶν*, cur sic miseratur Græcos, Λ, 655, *warum beklaget er sie so, (why doth he pity them so much?)* et 764, *σοὶ ἐπέτελλεν*, tibi præcepit sic. sic et 784. *ὧδέ κε ὑποκρίναιτο*, sic interpretatus fuerit, Μ, 228, *würde es so deuten, (would interpret it so.)* et 346, *ἔβρισαν*, sic incumbunt graviter. et 409, *τί μεθίετε*, cur ita remittitis. *σφῶϊν δ' ὧδε θεός τις ἐνὶ φρεσὶ ποιήσειε*, vobis autem deorum aliquis sic in mentem det, Ν, 55. et 458, *ὧδε δέ οἱ φρονέοντι*, sic ei cogitanti. sic et Ξ, 23. et hæc quoque formula frequens apud poëtam. *ἀλλά ποτε ὧδε κατακτανέεσθε*, sed aliquando occidemini sic, Ξ, 481. *μενοινῶν*, sic incitatus, Ο, 293. et 513, *ὧδε αὔτως*, sic frustra. *ὧδε κακὸς χόλος*, adeo mala ira, *ἔμπεσε θυμῷ*, nam adverbium pertinet ad verbum, Π, 206. *νῦν σὺ μὲν ὧδε θέεις*, Ρ, 75. *ὧδε γὰρ ἔσται*, Σ, 266, nam sic erit, *so muss es seyn, (it must be so:)* non dubitative, sed affirmative dictum, ut decet bonum consiliarium. et 272, *αἲ γὰρ δή μοι ἀπ' οὔατος ὧδε γένοιτο*, precor, ut id mihi sic ab aure remotum semper maneat, sicut adhuc: *καθὰ μέχρι νῦν οὔτε γέγονε οὔτε ἤκουσταί μοι τὸ ῥηθὲν κακὸν, οὕτω μηδὲ εἰς τὸ ἑξῆς ἀκουσθείη*. cf. *ἀπό*. et 392, *Ἥφαιστε, πρόμολε ὧδε*, inquit uxor ad Vulcanum, procede sic uti jam es, *so wie du gehest und stehest, (just as thou art,)* etsi *γέμων ἀσβόλης, ἱδρῶν, ἠμίγυμνος*: ut mediatus sensus sit, *πρόμολε τάχιστα, οὕτως ὡς ἔχεις ἄρτι*. *μάχης ἐξαπονέεσθαι*, sic diremtos e pugna excessuros, Υ, 212. *ὧδε στυφελίζειν*, adeo duriter tractare, Φ, 380. et 430, *ὧδέ τε, ὡς*, sicque, sicut. et 589, *ἔκπαγλος*, adeo terribilis. *οὔ με ἔτι δεύτερον ὧδε ἵξεται ἄχος κραδίην*, non mihi jam iterum ita penetrabit dolor in cor, Ψ, 46. *πῆ ὧδε ἵππους ἰθύνεις*, quo sic dirigis equos, Ω, 362. et 398, *γέρων δὲ, ὥσπερ σὺ, ὧδε*, sic senex, uti tu. et 464, *ἀγαπάζειν*, sic amanter tractare. et 661, *ὧδέ κε ῥέζων*, sic faciens. et 780, *ἐπέτελλε*, ita confirmavit mihi, cum dimitteret me, *οὕτως ἐπέτελλέ μοι*, *hat es so mit mir bestellet, (he settled it thus with me.)* *νῦν δ' ὧδε ξὺν νηῒ κατήλυθον πλέων*, α, 182, ubi videri possit, verti posse: nunc autem huc in nave veni; et interpres Latinus aliquis sic etiam reddidit. Sed falso; nam is significatus *τοπικὸς* repugnat non solum usui Homerico, sed et omnis paullo vetustioris antiquitatis: ergo obtrudendus poëtæ nusquam est. pertinet potius ad sequens *πλέων*, navigans sic, *οὕτως*. et 236, *οὔ κε ὧδε ἀκαχοίμην*, non sane adeo lugerem. *τίς ὧδε ἤγειρε*; quis sic congregavit populum? β, 28. et 111, *σοὶ μνηστῆρες ὧδε ὑποκρίνονται*, tibi sic respondent. et 185, *ὧδε ἀνιείης αὐτὸν*, ita incitares eum. *ὧδε ἐοικότα μυθήσασθαι*, adeo apta loqui, γ, 125. et 221, *ἀναφανδὰ*, adeo propalam. et 376, *πομπῆες ἕπονταί σοι*, adeo sequuntur te comites dii. *οὔπω τινὰ ὧδε ἐοικότα*, nunquam aliquem adeo similem, δ, 141. (sic et σ 380.) et 159, *τοτρῶτον*, adeo modo. *τί σοι ὧδε ὀδύσατο*, quid tibi ita succenset, ε, 339. et 342, *ἀλλὰ μάλα ὧδε ἔρξαι*, at omnino ita fac. et 360, *ἔρξω*, ita faciam. *σὲ ὧδε μεθήμονα*, te adeo negligentem, ζ, 25. et 39, *σοὶ αὐτῇ ὧδε πολὺ κάλλιον*, tibi ipsi sic multo decentius (sic et ρ, 583.) et 258, *ἔρδειν*, ita facere. et 275, *εἴπῃ*, ita dicere possit. et 289, *σὺ δὲ ὧδε ξυνίει ἔπος ἐμεῦ*, tu ita percipe præceptum meum. *τί*

τόσον ὧδε ἐβόησας, cur tantum ita clamasti, ι, 403. et 447, τί ὧδε ὕστατος, cur sic ultimus. σοὶ ὧδε ἐπιτέλλομαι, tibi sic mando, μ, 217. ὧδε μάλα ἀφνειὸς, adeo valde dives, ξ, 116. et 139, ἤπιον ὧδε ἄνακτα, mitem adeo herum. ὧδε μούνωσε, ita ad unitatem redegit et destinavit, ut unus tantum semper sit, π, 117. σοίγ' ὧδε ἐπιτέλλω, sic mando, ρ, 9. et 544, τὸν ξεῖνον ἐναντίον ὧδε κάλεσον, ubi quoque videri possit positum τοπικῶς, voca eum huc: sed pertinet ad ἐναντίον, sic coram, voca eum sic, ut adsternutavit filius voto meo; volo ergo coram sic colloqui cum eo. et 587, ὧδε ἀτάσθαλα, adeo vesana. ὧδε πάθοι, ita patiatur, σ, 223. τί μοι ὧδε ἐπέχεις, quid mihi sit adversaris, τ, 71, *wie bist du so wider mich gerichtet, (why art thou so inimical to me.)* et 312, μοὶ ὧδε ὀΐεται, ὥσπερ ἔσται, mihi sic videtur, sicut et erit. et 350. οὔπω τις πεπνυμένος ὧδε, ita prudens. et 369, πάμπαν, sic omnino. ὧδε μάλα ἐξαπίνης, sic prorsus improviso, φ, 196. γὰρ ὀΐω, sic enim arbitror, χ, 215. ὧδε τετληότι θυμῷ ἀνδρὸς ἀφεσταίη, ita pertinaciter vel æquo animo procul absisteret a viro suo, Ψ, 100, 168. et 214, ἠγάπησα, sic amanter complexa sum te. μοὶ ὀνόμηνας, mihi sic nominasti certo numero, ω, 340. et 460, καὶ νῦν ὧδε γένοιτο, et nunc ita fiat.

ὠδὶν, ῖνος. ἡ. (Δύω) dolor acutus et vehemens, in specie parturientis, *geburtsschmerzen, (the pains of childbirth.)* it. partus vel fœtus ipse, per dolores editus vel edendus. facta vox per ἔκτασιν primæ vocalis, et mutationem mediæ, ex ὀδύνη. Εἰλείθυιαι πικρὰς ὠδῖνας ἔχουσαι, habentes in potestate et sub imperio, Λ, 271, collato 269.

ὠδίνω, f. ινῶ. (Δύω) proprie notat, ἐπὶ τόκῳ ἀλγεῖν, partus dolores sentire. deinde est: pario, *ich gebäre, (I bear a child.)* it. λυπέομαι graviter et in genere. ὠδίνουσαν γυναῖκα ἔχει βέλος ὀξὺ, parientem mulierem, Λ, 269, coll. 271. Κύκλωψ ὠδίνων ὀδύναις, ι, 415, ubi notat σφοδρὰν ὀδύνην.

ὠδύροντο, vide sub ὀδύρομαι, ad medium.

ὠδυσάμην, vide sub ὀδύσσομαι.

ὤδωδα, ὠδώδειν, vide sub ὌΖΩ.

-ώεις et -όεις terminationes, vide sub ὠτώεις.

ὤθω et ὠθέω. f. ὤσω et ὠθήσω. (Ὄθω) protrudo, promoveo cum nisu, proprie ex inferiori in superiorem locum cum difficultate. deinde in genere, propello, impello, *ich stosse, schiebe, (I thrust, push.)* idem verbum dicitur ὠθίζω, et ὠστίζω, per usum Atticum. Aristoph. Acharn. 24, 42, et passim. Νότος μέγα κῦμα ὠθεῖ ἐς Φαιστὸν, γ, 295, quod proprie dictum de Noto vento: nam meridionalia velut depressiora, septentrionalia velut altiora, imaginamur nobis, ob elevationem poli nostri arctici. ergo ventus meridionalis protrudit fluctus versus septentriones: contra de Borea proprie dicitur, quod κυλίνδει fluctus, quia id verbum proprie de motu ad inferiora, *berg ab, (down hill,)* dicitur. ὤθει (imperfectum ab ὠθέω) δὲ ῥόος αὐτὸν, ἐμπίπτων σάκει, Φ, 241, fluvius, impingens scuto, trudebat eum et percellere volebat. Σίσυφος, σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε, λᾶαν ἄνω ὤθεσκε, (forma imperfecti Ionica, pro ὤθει) πρὸς λόφον, connitens manibus et pedibus, saxum protrudebat sursum ad verticem clivi, λ, 595, ubi maxime proprie positum verbum, de re, quæ ἀπὸ τῶν κάτω ἐπὶ τὰ ἄνω βιάζεται: et contrarium ejus est 597, αὖτις (retro) πέδονδε (versus planitiem) κυλίνδετο λᾶας, devolvebatur saxum. præterea laudatur hæc compositio, λᾶαν ἄνω ὤθεσκε, quia τῇ τῶν φωνηέντων ἐπαλληλίᾳ (concursu vocalium) exprimitur difficultas trudendi saxum grande in superiora; δι' ὧν φωνηέντων, ὀγκούντων τὸ στόμα, οὐκ ἐᾶται τρέχειν ὁ λόγος. contra versus 597 imitatur cursum celerem: nam ille versus est ἀχάσμητος, i. e. nullo vocalium concursu laborat. ἐγὼ λαβὼν κοντὸν, ὦσα παρὲξ, ego capiens contum, detrusi a littore navem versus altum mare, ι, 488. ἔγχος ἰθὺς ἐμοῦ ὦσας, hastam recta contra me protrusisti, Φ, 398, *stiessest den spies gerade gegen mich zu, (hast thrust the spear right against me.)* ἂψ ἐς κουλεὸν ὦσε ξίφος, retro in vaginam trusit gladium, Α, 220. ὦσε δὲ (αὐτὸν) ἀφ' ἵππων, detrusit eum de curru suo, *sties ihn vom wagen herunter, (knocked him down from his car,)* vulnere alto impacto, Ε, 19. et 694, ἐκ μηροῦ δόρυ ὦσε, ex femore hastam extraxit, ἐξήγαγε: ubi deflectit verbum a sua propria significatione, et notat simpliciter motum cum aliqua difficultate. et 835, Σθένελον μὲν ἀφ' ἵππων ὦσε χαμᾶζε, χειρὶ πάλιν ἐρύσασα ἡ 'Αθήνη, eum de curru in terram descendere coëgit, manu retro trahens eum; ubi de amica detractione ex curru ponitur, κατήγαγεν αὐτὸν τοῦ ἅρματος, *zog ihn vom wagen herunter, (drew him down from the chariot,)* ut ipsa in locum ejus posset adscendere. et 854, ὦσεν ὑπ' ἐκ δίφροιο, τὸ ἔγχος, hastam hostilem trudendo avertit a curru, ut supra volaret. Πείσανδρον μὲν ἀφ' ἵππων ὦσε χαμᾶζε, Λ, 143, ubi id fiebat hostiliter, vulnere inflicto. sic et 320. ὦσε δέ μιν (τὸν Ἕκτορα ὁ Αἴας) σθένεϊ μεγάλῳ, urgebat et protrudebat eum magno robore, Ν, 193, *er sezte ihm mit grosser gewalt zu, (he pushed him with great force.)* τὸν δὲ Ζεὺς ὦσεν ὄπισθε χειρὶ μάλα μεγάλῃ, Ο, 694, Jupiter a tergo protrusit eum in anteriora manu sua magna; propellebat eum in hostes. et 668, τοῖσι δ' ἀπ' ὀφθαλμῶν νέφος ἀχλύος ὦσεν 'Αθήνη, detrusit ab oculis eorum nubem caliginis. τὸν δ' ὕπτιον ὦσε ἀπὸ δουρὸς, eum supinum detrusit ab hasta, Π, 863, i. e. extraxit hastam ex corpore supini, pede corpori ejus imposito. ὦσε δὲ νεκροὺς πολλοὺς, multa illa cadavera protrudebat fluvius cum impetu fluens, Φ, 235, coll. 237, ἔκβαλλε θύραζε, ejecit eos foras, sc. in mare. ἀπὸ οἷο τράπεζαν ὦσε ποδὶ πλήξας, χ, 20, a se protrusit et perculit mensam pede percellens eam. αὐτὰρ ὅγε ἂψ ὤσασκε (ionice pro ὦσε) τιταινόμενος, de Sisypho, λ, 598, ubi rursus valde proprie, κάτωθεν ἄνω: κυλίνδεται δὲ ἀνάπαλιν, retro

in inferiora volvitur, 597. οἵ ἑ, μέγαν περ ἐόντα καὶ ἴφθιμον, ὦσαν ἀπὸ σφείων, qui eum, magnum quantumvis et validum, protrudebant a se, Δ, 534, ubi in pugna connotatur difficultas pellendi et tarditas cedendi. sic et E, 626. N, 148. οἱ δ' ἰθὺς τάφροιο βαθείης ὦσαν 'Αχαιοὺς, illi recta versus fossam profundam urgebant et protrudebant Græcos, Θ, 336. ὦσαν δὲ πρότεροι Τρῶες 'Αχαιοὺς, moverunt loco et propulerunt, Π, 569. P, 274. οὐκ ἐδύναντο ὦσαι ἀπὸ σφείων Ἕκτορα, N, 688. ῥεῖα δέ κε ὤσαιμεν αὐτοὺς πρὸς ἄστυ, facile sane repulerimus eos ad urbem, Π, 45. sic, ὄφρα αὐτοὺς ὤσαιτο πρὸς ἄστυ, Π, 655. ῥεῖα δ' ὤσαισθε αὐτοὺς, Λ, 802, quibus duobus locis media forma est attice pro activa. cæterum proprie: nam Troja in colle sita erat. ὄφρα τάχιστα ὤσαιτο 'Αχαιοὺς, E, 691, repelleret, et ad cedendum commoveret, retruderet. ἀπὸ οὗ ὤσατο αὐτὸν χειρὶ, Z, 62. πρὸς Ἴλιον ὠσάμεθα αὐτοὺς, Θ, 295. ἐχώρησαν Τρῶες, ὤσαντο δ' 'Αχαιοὶ, cedebant Troës, urgebant eos Græci, Π, 592. ταχέως ἂψ (retro) ὤσασθαι, M, 420. οὔτε ὁ τὸν ἂψ ὤσασθαι, O, 418. est ergo et in genere, βιαίως ἀποκινεῖν, *repousser*. hinc est ὠθίζομαι, contendo verbis, apud Herodot. III. 76. et VIII, 78. τῶν στρατηγῶν ἐγίνετο ὠθισμὸς λόγων πολλὸς, magna contentio verborum inter se. Vide sub Βορέας in R.

ὠϊόμην, ὠΐσθην, vide sub ΟΙ'Ω, prope medium.

ὦκα, (Χάω) celeriter, velociter. est proprie neutrum plurale, per syncopen, pro ὠκέα, quod adverbiascit. ὦχ' ἑκατόγχειρον καλέσασα, cum celeriter vocasses centimanum, ut veniret auxilio, Α, 402. et 447, ὦκα ἔστησαν ἑκατόμβην περὶ βωμὸν, statim statuerunt. nam heroes omnia, quæ facere volunt, celeriter et sine mora facere inducuntur a poëta. confer jam, B, 26, 52, 244, 785. Γ, 14, nam alacritatem et studium intentum animi connotat hoc adverbium. E, 88. ὦκα ῥέων χείμαῤῥος, *ein schnell fortströmender regen bach, (an impetuous torrent,)* qui secum rapit quæ obstant. H, 337, 410, 417. I, 416. K, 350. Λ, 354. N, 671. Ξ, 418, ὦκα χαμαὶ πέσεν Ἕκτωρ, et hujus celeris lapsus causa posita erat parabola. O, 156, 444. Π, 38, 531, 606, 672, 682. P, 190, 614, 678. Σ, 527. T, 196. Φ, 261. Ψ, 364, 375, 389, 758. Ω, 37, 133. β, 8, 295. γ, 157. δ, 586. ζ, 304, *hurtig, (quickly.)* 317. κ, 178, 206, 428. μ, 17, 71, 108, 222. ξ, 38, 352. ο, 182, 471, 554. ρ, 149, 255, 329. σ, 39. υ, 27. φ, 50. χ, 99, 146. ω, 412, 429.

ὠκεανὸς, οῦ, ὁ. (Νέω) oceanus, mare, aqua. est ab ὠκέως νάειν, celeriter moveri, compositum nomen; celeriter fluere: nam quid mobilius aqua? cæterum in genere notat aquam quamcunque; deinde in specie, mare omne; denique, mare ambiens extra terram. quid vero notet præterea poëtice, mox videbimus. κλαγγῇ πέτονται ἐπὶ ῥοάων (pro, ἐπὶ ῥοὰς) ὠκεανοῖο, ad fluenta maris, vel et, super mare, Γ, 5. nam et Mediterraneum mare, et partes ejus, antiquissimis dicebantur hoc nomine. ἀστὴρ ὀπωρινὸς (Sirius, fixarum maximus) λελουμένος ὠκεανοῖο, E, 6, ubi poëtice loquitur Homerus, quasi stella ex oceano surgat bene lota et pura et candida. cæterum, quia vulgo fingitur ὠκεανὸς περιρρέων κύκλῳ τὴν γῆν, cum re vera sit ἡ ἔξω θάλασσα: hinc sapiens poëta sub nomine ὠκεανοῦ intelligit circulum illum intellectualem, qui orbem terræ in duo hemisphæria dividit, τὸν κύκλον, διχάζοντα ἐννοηματικῶς τὴν οὐρανίαν σφαῖραν, κατὰ ἰσότητα τοῦ τῆς γῆς ἐπιπέδου, καὶ τέμνοντα διχῇ, κατ' ἐπίνοιαν, αὐτὴν εἴς τε τὸ ὑπὲρ γῆν, καὶ εἰς τὸ ὑπὸ γῆν, ἡμισφαίριον, καὶ διὰ τοῦτο ὁρίζοντα λεγόμενον. ex hoc circulo, ex horizonte, terram quasi cingente, oriuntur sidera, in eumque occidunt: et quia is circulus poëtice ὁ ὠκεανὸς dicitur, circumfluens ex mente quorundam veterum terram; hinc in mare sidera occidere, ex eoque oriri, finguntur sensualiter. sic, ἠέλιος ἐξ ἀκαλαῤῥείτου βαθυῤῥόου ὠκεανοῦ οὐρανὸν εἰσανιὼν, H, 422, ex leniter fluente profundo oceano cœlum ingrediens. et, ἐνέπεσεν ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο, Θ, 485, i. e. subiit horizontem occidentalem. sic et sacræ litteræ loqui amant de rebus physicis ad captum et opinionem vulgi, sic tamen, ut veritas a peritioribus sub iis verbis latens facile deprehendatur. ὠκεανὸς ergo talibus locis est apud poëtam, ὁ ὁρίζων, i. e. ὁ κύκλος διανοητὸς, ὁ τὸ τοῦ κόσμου φανερόν τε καὶ ἀφανὲς, ἤγουν τὸ ὑπὲρ γῆς ἡμισφαίριον καὶ τὸ ὑπὸ γῆν, ὁρίζων, terminans, definiens: *der gränzer, (the boundary.)* præterea meminerimus definitionis illius egregiæ, poësin esse orationem sensualem. εἶμι ὀψομένη πείρατα γαίης, ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθὺν, Ξ, 201, 301, ubi loquitur Juno. dicitur fines terræ, quia oceanus a maritimis populis concipitur quasi finis terram ambiens. præterea ex aqua putantur omnia orta; i. e. humidum est causa τῆς φυσικῆς γενέσεως: quid enim est σπέρμα animalium nisi πνεῦμα ὑγρῷ συγκραθὲν, halitus vivificus humido immixtus? denique ex oceano oriri videntur sidera. Juno autem, ut aër inferior, cum aqua est valde cognatus, et ex aquis varias quasi nutritiones accipiens. et 246, ποταμοῖο ῥέεθρα ὠκεανοῖο, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται, ubi duo substantiva posita per appositionem; innuens simul etymologiam ὠκεανοῦ. nimirum aqua fluens (ποταμὸς) est viva quasi et non facile corrumpenda: oceanus autem est quasi vivus et corruptioni non obnoxius: ergo vocatur ποταμός. et 311, πρὸς δῶμα βαθυῤῥόου ὠκεανοῖο. παρὰ ῥόον ὠκεανοῖο, Π, 151, nam oceanus est in perpetuo fluxu et refluxu; habet et in se sua fluenta, motum perpetuum servantia. ἠέλιον πέμψεν ἐπὶ ὠκεανοῖο ῥοὰς, i. e. fecit ut sol occideret, Σ, 240. et 399. Εὐρυνόμη, θυγάτηρ ἀψοῤῥόου ὠκεανοῖο, reflui oceani. et 402, περὶ δὲ ῥόος ὠκεανοῖο ἀφρῷ μορμύρων ῥέεν ἄσπετος, circumfluebat locum illum. et 489, οἴη δὲ (ἡ ἄρκτος) ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο, nam pertinet ursa borealis ad stellas nobis semper apparentes: alia

sidera lavant se in oceano, i. e. subeunt horizontem. (sic et ε, 275.) et 606, ποταμοῖο μέγα σθένος ὠκεανοῖο, ubi iterum est appositio. ἠὼς ἀπὸ ὠκεανοῖο ῥοάων ὤρνυτο, Τ, 1. οὔτε τὶς ποταμῶν ἀπῆν, νόσφι ὠκεανοῦ, nec ullus fluvius aberat, præter oceanum, a concilio Jovis, Υ, 7, nam est astronomice ὁ ὁρίζων καὶ ἀποτέμνων τὸ ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν ἡμισφαίριον, hinc non potest cum aliis superioribus ἄνω esse. simul est πρόγονος θεῶν, i. e. τοῦ παντὸς, hinc non decet eum interesse τῷ τῶν ἀπογόνων πολέμῳ. qui ubique introspexerit rationes fingendi Homericas, is cum maxima voluptate leget hunc poëtam, pervidebitque, eum nusquam sine summa ratione finxisse aut narrasse. apud recentiores ut plurimum obtinet sola fingendi libido sine ratione sufficiente. οὐδὲ βαθυῤῥείτου μέγα σθένος ὠκεανοῖο, ἐξ οὗ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρέατα νάουσι, fluunt, Φ, 195, ex quo loco apparet, aquam in genere signari hoc nomine: nam omnes fontes sunt aquei. et 198 additur, quod hic talis tamen timeat fulmina Jovis, τὰ διόβολα (a Jove jacta) πάθη, διὰ τὸ δρᾷν τι ἐκεῖνα καὶ εἰς αὐτόν. εἶμι γὰρ αὖθις ἐπ' ὠκεανοῖο ῥέεθρα, Ψ, 205, inquit Iris, cum invitaretur ad sedendum: vado enim retro ad oceani fluenta, i. e. evanesco in aquas. αἰεὶ Ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας ὠκεανὸς ἀνίησιν; ἀναψύχειν ἀνθρώπους, δ, 568. μητρός τ' ἐκ Πέρσης, ἣν Ὠκεανὸς τέκε παῖδα, κ, 139, ubi conf. Πέρση, in R. et 508, ὁπότε ἂν (ἐν) νηῒ διὰ ὠκεανοῖο περήσῃς. et 511, ἐπὶ ὠκεανῷ βαθυδίνῃ: ibi ὁ ὠκεανὸς est ἡ ἔξω θάλασσα, ultra quam fingitur ὁ ᾅδης, extra solem qui in oceano occidit. re vera ultra horizontem occidentalem, incipit inferius hemisphærium: et ibi finguntur mortui habitare, quibus occidit brevis lux vitæ. ergo his locis, sicut et λ, 13, 21, (ubi παρὰ est, a, ab,) geographica aliqua veritas quærenda non est: nam narrare poëta vult de mortuis, ideo occasionem hujus narrationis finxit. et quia Ulysses uno die eo pervenisse dicitur navigando: ergo et Circes insula est extra orbem nostrum, procul a Gadibus, i. e. tota est ficta. sic et, λ, 157, ὠκεανὸς μὲν πρῶτα, sc. inter est inter orbem vestrum habitatum et inter loca ᾅδου. et 638, τὴν δὲ (νῆα) κατὰ (per) ὠκεανὸν ποταμὸν φέρε κῦμα ῥόοιο, i. e. rediit ab oceano illo qui est ad ᾅδου, in eum qui propior est Gadibus, et in quo est insula Circes. et poëta eam insulam ἐκτοπίζει, ne quis eam in Mediterraneo mari frustra quærat. loquitur tamen ubique poëtice, i. e. obvolvens vera fictis suaviter. sic et μ, 1. ἠέλιος ἐξ ὠκεανοῦ, τ, 434. ἐν προχοαῖς ἀψοῤῥόου (reflui) ὠκεανοῖο, υ, 65, nam novit poëta fluxum et refluxum oceani exterioris. ἠῶ ῥύσατο ἐπὶ ὠκεανῷ, ψ, 244, auroram servabat et detinebat in oceano, ne cito oriretur. et 347, ἀπὸ ὠκεανοῦ ἠριγένειαν ὦρσεν, ex oceano auroram oriri fecit, *liess sie aus dem morgenlandischen meere oder horizonte hervorbrechen, (caused it to break forth from the eastern sea or horizon.)* παρ' δ' ἴσαν ὠκεανοῦ τε ῥοὰς, ω, 11, sc. illius oceani in quem sol occidit: et ultra quem est locus mortuorum. cæterum conf. ἥβη.

ὠκύαλος, ὁ ἡ. (Ἅλλω) est epitheton navis. celeriter per mare currens. ab ὠκύς. Ο, 705. μ, 182. ο, 472.

ὠκύμορος, ου. ὁ ἡ. (Μείρω) brevis fati et ævi, ὁ θνήσκων ὠκὺ, ὁ βραχύβιος, cujus fata celeriter finiunt, cujus mors est celeris. deinde ponitur et active, celeriter interficiens, celere fatum inferens, ὁ ὠκὺ θανατῶν. νῦν δ' ἅμα τ' ὠκύμορος καὶ ὀϊζυρὸς πέρι πάντων ἔπλεο, Α, 417, inquit mater ad Achillem lugentem. ὠκύμορος δή μοι, τέκος, ἔσσεαι, οἷα ἀγορεύεις, Σ, 95, inquit eadem ad eundem; et conf. οἷα. hunc versum aliquis veterum παρῳδήσας dixit νέῳ τινὶ δαπανηρῷ, ad adolescentem prodigum et luxuriosum: ὠκύμορος δή μοι, τέκος, ἔσσεαι, οἷα ἀγοράζεις. et 458, υἷϊ ἐμῷ ὠκυμόρῳ. πάντες κε ὠκύμοροί τε γένοιντο, πικρόγαμοί τε, omnes fierent brevis fati et amararum nuptiarum, α, 266. δ, 346. ρ, 137, et sermo est de procis, si rediturus esset Ulysses: sicut deinde et accidit. sed in sensu activo οἱ ἰοὶ dicuntur ὠκύμοροι, fatum accelerantes sagittæ, Ο, 441. sic, ἰῶν ὠκυμόρων, χ, 75. ὠκυμορώτατος, brevissimi ævi, Α, 505, ubi Thetis præ tristitia exaggerat rem.

ὠκυπέτης, ου. ὁ ἡ. (Πέτω) celeriter volans. est epitheton equorum, qui quasi ἵπτανται ποσίν. ἵππω ὠκυπέτα, Ν, 24, coll. 29, et sermo est de duobus equis Neptuni, et de Jovis, Θ, 42.

ὠκυπόρος, ου. ὁ ἡ. (Πέρα) celeriter transiens. est epitheton navis: ab ὠκὺς, velox, acer. νηυσὶ ὠκυπόροισι, Α, 421, 488. Β, 351. νηῶν ὠκυπόρων, δ, 708. νῆες ὠκυπόροι, ε, 176, et ibi in, οὐ περόωσι, (pro περάουσι, contr. περῶσι) innuitur etymologia.

ὠκύπους, οδος. ὁ ἡ. (Πόω) celer et velox pedibus. equorum epitheton. ἵπποισιν δεῖπνον δότω ὠκυπόδεσσιν, Β, 383. παρέτρεσαν δέ οἱ ἵπποι ὠκύποδες, Ε, 296. ὑπερώησαν, retrocesserunt, Θ, 123. et 129, αὐτὸν ἐπέβησε ὠκυπόδων, eum adscendere fecit in currum. οὐδέ οἱ ἵπποι τόλμων ὠκύποδες, Μ, 51, neque ejus equi, alias satis veloces, audebant transilire fossam. ἵπποισιν ὠκυπόδεσσιν ἐπέτρεχον, post equos currebant, Ψ, 504. ὠκυπόδων ἐπιβήτορας, conscensores curruum bellicorum, σ, 262.

ὠκύπτερος, ου. ὁ ἡ. (Πέτω) celeriter volans alis. est epitheton ἴρηκος, accipitris, Ν, 62.

ὠκύροος, ου. ὁ ἡ. (Ῥέω) celeriter fluens. ἐπ' ὠκυρόῳ ποταμῷ, ad fluvium, apud, Ε, 598. Η, 133. nam poëta, extra necessitatem metri, non duplicat τὸ ρ, quod Attici deinde et in prosa intruserunt.

ὠκὺς, εῖα, ύ. (Χάω) celer, pernix, velox, *schnell, leicht fortkommend, (swift, nimble.)* est ab ὁ ὀχεὺς, retinaculum, et α privat. ut notetur, qui non retinaculo tenetur, quem non moratur aliquid, *den nichts im laufe zurücke halt, der sich nicht aufhalt, (whom nothing*

obstructs in running, who stops for nothing,) non impeditus aliqua re. possis et ab ὁ ὄκνος (quem vide loco suo) cum α privat. compositum dicere; non piger, non pigritia et mole aliqua impeditus. et proprie ponitur de pedibus; deinde de quavis re libere volante aut alacriter agente. ὠκὺς πόδας, pernix pedibus, Α, 58, 84, 148, 364, quæ erat laus heroica. sic, ὠκὺς Ἀχιλλεὺς, Φ, 211. Χ, 188. ὠκὺς δ' ἐκ μελέων θυμὸς πτάτο, celeris vita ex membris avolabat, Ψ, 880, de columba. ὠκὺς ὀϊστὸς, velox sagitta, Ε, 395. Λ, 478. ὠκὺ βέλος, Ε, 112, 106, 278. Λ, 397. Ξ, 407. φ, 138, 148, 165, coll. 416. κιχάνει δὴ βραδὺς ὠκὺν, adsequitur sane tardus velocem, θ, 329. et 330, 331, ὡς καὶ νῦν Ἥφαιστος, ἐὼν βραδὺς, εἷλεν Ἄρηα, ὠκύτατόν περ ἐόντα θεῶν. Ὀρσίλοχον πόδας ὠκὺν, ν, 260. ἄγγελος ὠκὺς, π, 468. ὠκέϊ ἴρηκι, Ο, 238. Π, 583, accipitri celeri. ὠκέες ἵπποι, Γ, 263. Θ, 88. Ψ, 373. ὠκέας ἵππους, Π, 148. ἵππων ὠκειάων pro ὠκειῶν, Δ, 500. Η, 15, 241. ὠκείαις ἐλάφοις, ζ, 104. νηυσὶ, η, 36, coll. 34. ὠκειάων νηῶν, Θ, 197. ι, 101. ὠκέα (ionice pro ὠκεῖα) Ἶρις, Β, 786, 790, 795. et hæc forma fœminini est antiquissima, a genitivo ὠκέος orta: nam Iota intersertum est recentiorum. sic et Γ, 129. Θ, 425. Λ, 195, 199. Ο, 168. Ψ, 198. Ω, 188. Λαμπετίη, μ, 374. ὤκιστος πετεηνῶν, accipiter, Ο, 238. Φ, 253. ὄλεθρος, Χ, 325. et neutrum plurale hujus superlativi adverbiascit, βὴ δ' ὤκιστα γίνοιτο, χ, 77, 133, fama celerrime vulgaretur.

ὠλένη, ης. ἡ. (Ἔω) brachium, *der arm, (the arm;)* pars a manu ad cubitum, *der vorder arm, (the lower part of the arm.)* superiorem partem a cubito ad humeros, vocant Latini lacertum; apud Græcos ἡ ὠλένη simul notat hunc lacertum. est enim ab ὅλος, plenus, nam musculi brachiorum et lacertorum in corporibus formosis sunt valde pleni et densi et torosi. ab ὅλος deinde est verbum Ionicum ὀλέω, (nimirum spiritu est Ionicum) quod et ὁλόω, perficio, plenum facio, πράττω, et hinc est, producta prima vocali, ἡ ὠλένη.

ὠλεσίκαρπος, ὁ ἡ, vide ὀλεσίκαρπος.

ὦλξ, ἡ, vide sub αὖλαξ.

ὠμηστής, οῦ. ὁ. (Ἔδω) qui cruda vorat. ex ὠμὰ ἐσθίων, ionice θ mutato in τ. οἰωνοὶ ὠμησταὶ, aves carnivoræ, Λ, 454. *die raubvögel, (birds of prey.)* κύνες, Χ, 67. ὠμησταῖς ἰχθύσι, Ω, 82. et 207, ἀνὴρ, quasi leo aliquis.

ὡμίλευν pro ὡμίλουν, vide sub ὁμιλέω.

ὠμογέρων, οντος. ὁ. (Γέω) cujus senectus adhuc est viridis et succulenta. est ἡλικία πρεσβυτική, quam sequitur γέρων, deinde ὁ πέμπελος, tandem τὸ σῦφαρ. est ab ὠμὸς, crudus, quem senectus quasi nondum coxit et excoxit, ὁ μήπω πέπων, *der vom alter noch nicht ganz welk und mürbe, sondern noch ziemlich frisch und hart ist, (who is not yet infirm with age, but still tolerably fresh and vigorous.)* Ψ, 791. sed ὁ προπόλιος est, ὁ θᾶττον καὶ πρὸ τοῦ δέοντος πολιὰς ἰσχηκὼς, *der vor der zeit grau haar hat, (one who is prematurely gray.)* Vide sub ὠμὸς, et παῖς aliquanto a fine.

ὠμοθετέω, f. ήσω. (Θέω) est vox plerumque sacra, et notat τὸ, τοῖς μηροῖς ὠμὰ, πάντοθεν ἀκρωτηριάζοντας, κρεάτων ἐπιτιθέναι τμήματα. est ergo ab ὠμὸς, crudus, et θέω, pono, compositum verbum. nimirum in ara ponebatur adeps, super eum ὁ μηρὸς, *die hinterkeule, (the hinder leg,)* super hunc rursus adeps; et deinde undique ex tota victima abscindebantur particulæ carnium, quæ huic adipi cruda imponebantur: et deinde incendebantur ista; hæ particulæ erant quasi ἀπαρχή τις omnium membrorum, ut quasi tota victima comburi diis videretur. conf. μηρός. μηροὺς ἐξέταμον, κατά δὲ κνίσσῃ ἐκάλυψαν, δίπτυχα ποιήσαντες. ἐπ' αὐτῶν δ' ὠμοθέτησαν, Α, 461. Β, 424. γ, 458. μ, 361. ξ, 427, ὁ δ' ὠμοθετεῖτο συβώτης, πάντοθεν ἀρχόμενος μελέων, ἐς πίονα δημὸν, ubi ὠμοθετεῖτο pertinet ἐς δημὸν, coll. 420—431. vides ergo, hoc ὠμοθετεῖν fuisse ἀπαρχὴν τῶν τοῦ ἱερείου μελῶν: et istæ undique desectæ partes imponebantur ἐς δημὸν ὠμὰ, ut comburerentur. adeps autem, ad flammam augendam et nidorem suavem faciendum, large additus.

ὠμόργνυντο, vide sub ὀμόργνυμι.

ὦμος, ου. ὁ. (Ἔω) humerus, *die schulter, (the shoulder.)* pars a collo usque ad brachium superius. vox est ab ἴω, contr. ὦ, i. e. ὑπάρχω, sum, duro: nam ibi est præcipua vis corporis. ξίφει κληῖδα παρὰ ὦμον πλῆξε, ἀπὸ δ' αὐχένος ὦμον ἐέργαθεν ἠδὲ ἀπὸ νώτου, Ε, 146, 147, gladio claviculam juxta humerum percussit, et a jugulo humerum abscidit et a tergo. βαρύθει δέ μοι ὦμος ὑπὸ ἕλκεος, Π, 519, gravaturque mihi humerus a vulnere. διὰ ὤμου δὲ ἔγχος ἔσχε, per humerum hasta penetravit, Ν, 519. Ξ, 451. ἐπεὶ οὔπως ἦεν ἐπ' ὤμου χειρὶ φέρειν ἑτέρῃ, κ, 170, non possibile erat, in humero eum ferre ope unius manus. ὀϊστὸς ὤμῳ ἐνὶ στιβαρῷ ἠλήλατο, Ε, 400, sagitta in humero robusto fixa erat. ἔχει σάκος ὤμῳ, fert clypeum humero, Ξ, 316. sic, ἑλὼν σάκος ὤμῳ, Ο, 474. περιέθετο ξίφος ὤμῳ, circumposuit gladium (i. e. balteum, ex quo pendebat gladius) humero, β, 3. δ, 308. υ, 125. nam balteus super dextrum humerum appendebatur, ut gladius ad sinistrum latus ex eo penderet. ἀθηρηλοιγὸν ἔχειν ἐνὶ φαιδίμῳ ὤμῳ, ventilabrum (*eine wurfschaufel*) *(a van)* habere in specioso humero, λ, 127. ψ, 275. φεύγοντα ἔλασε (κατὰ) ὦμον, Ε, 80, fugientem percussit in humerum. sic, βάλεν αὐτὸν ὦμον, Η, 16, ubi eadem præpositio ἐλλείπει. βάλε δ' ὦμον ὄπισθεν, Ο, 541. ὁ δὲ ἀριστερὸν ὦμον ἔκαμνε, Π, 106, delassabatur, quod attinet humerum sinistrum, nimis diu tenens scutum. et 289, τὸν βάλε δεξιὸν (κατὰ) ὦμον. et 323, οὐδ' ἀφάμαρτεν ὦμον. et 343, αὐτὸν νύξε κατὰ δεξιὸν ὦμον, ubi phrasis est plena. sic βάλε τὸν ὦμον, elliptice, Ξ, 450. Δηΐοχον δὲ Πάρις βάλε νείατον (κατὰ) ὦμον ὄπισθεν, Ο, 341, extremum humerum, supremum, *ganz oben durch die schulter von hinterwärts, (through the top of*

μήτις, nemo
οὔτις
οὐτιδανὸς
ἄρτι
ἔτι
μηκέτι
οὐκέτι
Τίω
τίνω
τίσις
τιέω
τιμὴ
τίμιος
τιμήεις
τιμῆς
τιμάω
ἀτιμάω
ἀπατιμάω
ἄτιμος
ἀτιμία
ἀτίμητος
ἀτιμάζω
ἀτίζω
ἄτιτος
ἄντιτος
παλίντιτος
ἐρίτιμος
ὁμότιμος
ἀποτίω
ἀποτίνω
ἐξαποτίνω
ἀποτιννύω
ἐπιτιμήτωρ
Τάσσω
ταγὸς
Ὀκτὼ
ὄγδοος
ὀγδόατος
ὀγδώκοντα
Θνήσκω
τέθνημι
ἀποθνήσκω
ἀποτέθνημι
ἐκθνήσκω
καταθνήσκω
κατατέθνημι
θνητὸς
καταθνητὸς
δισθανὴς
θάνατος
ἀθάνατος
Οὖθαρ

῞ΥΩ

ὑετὸς
ἀφύω
ἀφύσσω
[illegible]
ἐξαφύω
ἐπαφύω

ἀφυσγετὸς
ὕδωρ
ὑδρηλὸς
ὑδραίνω
ὑδρεύω
ὕφυδρος

μελάνυδρος
ὕδρος
ὑγρὸς
ὑγιὴς
μυδαλέος
ἰδίω
ἱδρὼς
ἱδρόω
ἀνιδρωτὶ
υἱὸς
υἱεὺς
υἱωνὸς
ὀπυίω

ΦΑ'Ω, luceo

φαείνω
φαίνω
ἀναφαίνω
ἀναφανδὸν
ἐξαναφανδὸν
ἀμφάδιος
ἀμφαδὸν
ἀμφαδὰ
διαφαίνω
ἐκφαίνω
ἐπιφαίνω
παμφαίνω
παμφανάω
περιφαίνω
προφαίνω
πρόφασις
ὑπερηφανέω
ὑποφαίνω
φαάντατος
ἄφαντος
τηλεφανὴς
φάος
φαεινὸς
φαέθω
φαίδιμος
φαιδιμόεις
ἐξαίφνης
ἐξαπίνης
παιφάσσω
ἐκπαιφάσσω
φήνη
φαληριάω
φάλος
ἀμφίφαλος
ἄφαλος
τετράφαλος
φάλαρα
τετραφάληρος
τρυφάλεια
ὀμφαλὸς
ὀμφαλόεις
ἐπομφάλιος
λάμπω
λαμπετάω
ἀπολάμπω
ἐπιλάμπω
ὑπολάμπω
λαμπτὴρ
λαμπρὸς
λάμπος
μορφὴ
ἐλέφας
κατηφὴς
κατηφέω
κατήφεια
κατηφὼν
νέφος
νεφέλη
ἀνέφελος
κελαινεφὴς
ἰοδνεφὴς
κνέφας
δνοφερὸς
ζόφος
νείφω
νίφω
νιφὰς
νιφετὸς
νιφόεις
ἀγάννιφος
σάφα
σοφία
ἀσύφηλος
ὄμφαξ
ἀλφέω
ἀλφηστὴς
ἄλφιτον
νύμφη
νυμφίος
ἀποφώλιος
φθάω
φθῆμι
παράφθημι
ὑπόφθημι
Φθονέω
ἐπιφθονέω
Φημὶ
ἀπόφημι
ἔκφημι
μετάφημι
παράφημι
παράφασις
πρόσφημι
φάτις
ἀμφασία
θέσφατος
ἀθέσφατος
ἐκθέσφατον
παλαίφατος
ὑποφήτης
φάσκω
πιφαύσκω
φήμη
φῆμις
εὐφημέω
ἐπευφημέω
πολύφημος
ἐπιμέμφομαι
Ὀμφὴ
πανομφαῖος
Φὼς
ὀλοφώϊος
Φωνὴ
φωνέω
μεταφωνέω
προσφωνέω
προσφωνήεις
ἀγριόφωνος
βαρβαρόφωνος
ἠερόφωνος
λιγύφωνος
χαλκεόφωνος
δάφνη
φθέγγω
φθόγγος
φθογγὴ
λιγύφθογγος
Φράζω
ἀμφιφράζομαι
ἀναφράζομαι
διαφράζω
ἐπιφράζω
μεταφράζομαι
περιφράζομαι
συμφράζομαι
φράδμων
συμφράδμων
φραδὴς
ἀφραδὴς
ἀφραδῶς
ἀφραδέω
ἀφραδία
ἀριφραδὴς
ἀριφραδῶς
εὐφραδῶς
κακοφραδὴς
περιφραδῶς
βάζω
ἀβακέω
βαμβαίνω
Φράσσω
Φάω, occido
ἀρηΐφατος
μυλήφατος
ὀδυνήφατος
πρόσφατος
σφάζω
φάσγανον
σφὴξ
σφηκόω
σφάλλω
ἀποσφάλλω
παρασφάλλω
ἀρισφαλὴς
ἀσφαλὴς
ἀσφαλῶς
σφέλας
Φάγω
καταφάγω
ἀνδροφάγος
γλακτοφάγος
λωτοφάγος
σιτοφάγος
ὠμοφάγος
φηγὸς
φήγινος
φάτνη
φθέω
φθίω
φθίνω
φθινύθω
ἀποφθίω
ἀποφθίθω
ἀποφθινύθω
ἐκφθίω
καταφθίω
ἄφθιτος
Φθείρω
διαφθείρω
φθεὶρ
θυμοφθόρος
ἔῤῥω
ἀποέῤῥω
Φένω
πέφνω
καταπέφνω
φόνος
φονὴ
φονεὺς
βουφονέω
ἀνδροφόνος
μιαιφόνος
παιδοφόνος
πατροφονεὺς
φασσοφόνος
φοινὸς
φοίνιος
φοινήεις
δαφοινὸς
δαφοινεὸς
ἀνδρειφόντης
ἀργειφόντης
φοίνιξ
φοινικόεις
ποινὴ
νήποινος
ἄποινον
ἀνάποινος

ΦΕ'ΒΩ

φέβομαι
φόβος
φοβέω
Φεύγω
ἐκφεύγω
ὑπεκφεύγω

περιφεύγω
προφεύγω
ὑποφεύγω
ὑπεκπροφεύγω
παραφεύγω
παρεκπροφεύγω
φυγὴ
φυκτὸς
φύξις
φύξιμος
φυξηλις
φύζω
φύζα
φυζανικὸς
Φείδομαι
φιδέομαι
φειδὼ
φειδωλὴ

ΦΕ'ΡΩ

φέρημι
φορέω
φόρημι
φέρτερος
φέρτατος
φέριστος
φέρετρον
φορεὺς
φόρτος
φορτὶς
ἀντιφέρομαι
ἀντιφερίζω
διαφορέω
εἰσφέρω
εἰσφορέω
ἐκφέρω
μετεκφέρω
ἐκφορέω
ὑπεκφέρω
ἐμφορέομαι
ἐπιφέρω
προφέρω
προφερὴς
συμφέρω
συμφερτὸς
ἀμφιφορεὺς
ἀεθλοφόρος
βουληφόρος
ἑωσφόρος
ἰσοφόρος
ἰσοφαρίζω
λαοφόρος
πυροφόρος
τοξοφόρος
τελεσφόρος
κηρισσιφόρητος
φᾶρος
φαρισμὸς
φαρέτρα
εὐρυφαρέτρας
ἄφρος
ἀφρέω
ἀφλοισμὸς
δίφρος
ἐπιδιφριὰς
ἐπιδίφριος
φορύνω
φορύσσω
αἱμοφόρυκτος
φύρω
ὀλοφύρομαι
πορφύρω
πορφύρεος
ἁλιπόρφυρος
ζέφυρος
ζεφύριος
γέφυρα
γεφυρόω
ἐπινεφοίδιος
Φρὴν
πραπὶς
φρενέω
φρόνις
ἀναφρονέω
ἀφρονέω
ἀφραίνω
ἄφρων
ἀφροσύνη
ἀγανόφρων
ἀγανοφροσύνη
αἰσίφρων
αἰσιφροσύνη
ἀλλοφρονέω
ἀρτίφρων
ἀταλάφρων
δαΐφρων
δολοφρονέω
δολοφροσύνη
ἐπίφρων
ἐπιφρονέω
ἐπιφροσύνη
εὔφρων
εὐφραίνω
εὐφρονέω
εὐφροσύνη
ἐχέφρων
κερδαλεόφρων
κρατερόφρων
μελίφρων
ὀλοόφρων
ὁμόφρων
ὁμοφρονέω
ὁμοφροσύνη
περίφρων
πολύφρων
πρόφρων
προφρονέως
πρόφρασσα
σαόφρων
σαοφροσύνη
ταλάφρων
ταλασίφρων
φιλοφρονέω
φιλοφροσύνη
χαλίφρων
χαλιφρονέω
χαλιφροσύνη
μετάφρενον

ΦΙ et ΦΙΝ

ΦΑΕ'Ω

φλὲψ
φλοιὸς
τανύφλοιος
ἀναφλύω
ἀποβλύζω
φλοῖσβος
πολύφλοισβος
παφλάζω
σιφλόω
Φλέγω
φλεγέθω
ἐπιφλέγω
καταφλέγω
φλέγμα
φλὸξ
φλόγεος
ζαφλεγὴς

ΦΥ'Ω

φῦμι
ἀμφιφύω
ἐκφύω
ἐμφύω
ἔμφυμι
περιφύω
περιφύμι
πρόσφυμι
ὑποφύω
φυὴ
εὐφυὴς
εὐρυφυὴς
προσφυὴς
ὑπερφίαλος
ὑπερφιάλως
φύσις
φυτὸν
φυταλιὰ
φυτεύω
περιφυτεύω
φύλλον
ἄφυλλος
ἀκριτόφυλλος
ἐνοσίφυλλος
τανύφυλλος
φυλία
φῦλον
καταφυλαδὸν
ἔμφυλος
βύβλος
βύβλινος
φύσα
φυσάω
φυσιάω
φῦκος
φυκιόεις
φιτρὸς
δελφὶν
ἀδελφὸς
πῦρ
πυρὰ
πυρετὸς
πυρσὸς
ἄπυρος
ἀπύρωτος
πύργος
εὔπυργος
πυργόω
ἀπύργωτος
πυργηδὸν
πρήθω
ἀναπρήθω
ἐμπρήθω
εὔπρηστος
πέρθω
διαπέρθω
ἐκπέρθω
πορθέω
διαπορθέω
ἀπόρθητος
πτολίπορθος
πτολιπόρθιος

ΧΑ'Ω contr. ΧΩ͂

χάζω
κεκαδέω
ἀναχάζομαι
ἀποχάζομαι
ὑποχάζομαι
κακὸς
κακώτερος
κακίων

κάκιστος
κακῶς
κακόω
κακότης
κακίζω
ἀκακήτης
ἀλεξίκακος
ἀρχέκακος
῞Αζομαι
ἁγνὸς
῾Εκὰς
ἕκαθεν
ἑκαστέρω
ἑκαστάτω
ἕκατος
ἑκάτερθεν
ἕκαστος
ἑκάστοθι
ἑκατὶν
διηκόσιοι
τριηκόσιοι
Χανδάνω
χαίνω
χανδὸν
ἀμφιχαίνω
γαυλὸς
χὴν
κενὸς
κενεὸς
κενεὼν
ἀκὴν
ἀκέων
ἦκα
ἀμφιλαχαίνω
λάχεια
Χναύω
χνόος
λάχνη
λαχνήεις
λαχμὸς
χοίνιξ
᾿Ακέω
ἐξακέομαι
ἄκος
ἄκημα
ἀκεστὸς
ἀνήκεστος
ἀκοστέω
φάρμακον
πολυφάρμακος
φαρμάσσω
ἄναξ
ἄνασσα
ἀνακτόριος
ἀνάσσω
χθὼν
ἐπιχθόνιος
καταχθόνιος
περιχθὼν
ἐνοσίχθων
χαμαὶ
χαμάδις
χαμᾶζε
χθαμαλὸς

γαστὴρ
γάστρη
ὁμογάστριος
Χαλάω
καγχαλάω
κάλος, funis nauticus
μαχλοσύνη
χαλινὸς
χάλαζα
χαλεπὸς
χαλεπῶς
χαλέπτω
χαλεπαίνω
Χαλκὸς
χάλκεος
χάλκειος
χαλκεὺς
χαλκήϊος
χαλκεύω
χαλκεὼν
χαλκὶς
εὔχαλκος
πάγχαλκος
παγχάλκεος
πολύχαλκος
Χατέω
χατίζω
χήτις
Χωρέω
ἀναχωρέω
ὑποχωρέω
κώρυκος
χωρὶς
χῶρος
χώρα
χορὸς
εὐρύχορος
καλλίχορος
᾿Ασκέω
ἐπασκέω
ἀσκητὸς
ἀσκηθὴς
ἀσκὸς
῎Αχος
ἀχέω
ἀχεύω
ἄχομαι
ἄχνυμαι
ἀκάχω
ἀκαχέω
ἀκάχημαι
ἀκαχίζω
ἀσχάλλω
ἀσχαλάω
ἄχθομαι
ἄχθος
ἀνδραχθὴς
ὀχθέω
μοχθέω
μοχθίζω
μόγις
μόλις
μόγος
μογέω

ἀμογητὶ
Χέω
χειὰ
χεῦμα
χύσις
χυτὸς
χοὴ
χόανος
αὐτοχόωνος
ἀμφιχέω
ἀμφίχυτος
ἀποχέω
δακρυχέω
διαχεύω
εἰσχέω
ἐκχέω
ἐγχέω
ἐπιχέω
καταχέω
λοετροχόος
οἰνοχόος
οἰνοχοέω
οἰνοχοεύω
ἐνοινοχοέω
οὐλοχύται
περιχέω
προχέω
προχοὴ
πρόχοος
συγχέω
τυμβοχοέω
ὑποχεύω
χρυσοχόος
ἰοχέαιρα
χιὼν
χεῖμα
χειμὼν
χειμέριος
δυσχείμερος
χιτὼν
ἀμιτροχίτων
ἑλκεχίτων
οἰοχίτων
χαλκοχίτων
χεῖλος
ἀγκυλοχείλης
χηλὸς
χηραμὸς
κίχλη
χλωρὸς
χλωρηΐς
ἰχὼρ
χίλιοι
τρισχίλιοι
ἐννεάχιλοι
στάχυς
ἄσταχυς
ὑποσταχύομαι
χύτλον
χυτλόω
Κυκάω
ἐγκυκάω
κυκεὼν
κῦμα

κυμαίνω
κύανος
κυάνειος
κύκνος
κωκύω
κωκυτὸς
Χόλος
χολόω
χώομαι
χολωτὸς
ἄχολος
Χῆρος
χηρεύω
χηρόω
χηρωστὴς
Χαίρω
χάρμα
χάρμη
ἱππιοχάρμης
μενεχάρμης
μενέχαρμος
χάρις
χαρίεις
ἀχάριστος
χαρίζομαι
χαίτη
ἱππιοχαίτης
κυανοχαίτης
῎Εχω
σχέω
σχέθω
ἕχμα
ἴσχω
ἰσχάνω
ἰσχανάω
κατίσχανω
ἰσχαλέος
ἰσχίεν
ἀμπέχω
ἀνέχω
ἀνέχημι
ἀνασχέω
ἀνασχέθω
ἀνίσχω
ἀντισχέω
ἀντίσχω
ἀπέχω
ἀποσχέω
ἀπίσχω
διασχέω
ἐνέχω
ἐξέχω
ἐξίσχω
ἐπέχω
ἐπισχέω
ἐπισχέθω
ἐπίσχω
ἐπίσχεσις
ἐπισχεσία
κατέχω
κατασχέω
κατασχέθω
κατίσχω
παρέχω

παρασχέω
παρίσχω
περισχέω
περισχέθω
προέχω
προσέχω
συνέχω
συνεχὴς
συνοχὴ
συνεοχμὸς
συνοχόω
ὑπερέχω
ὑπερσχέω
ὑπερσχέθω
ὑποσχέω
ὑποσχέθω
ὑπίσχομαι
ὑπόσχεσις
ὑποσχεσία
αἰγίοχος
γαιήοχος
ἡνίοχος
ὑφηνίοχος
ἡνιοχεὺς
ἡνιοχεύω
δρύοχος
ξύλοχος
ἀγέρωχος
ὑπείροχος
σκηπτοῦχος
ἔξοχος
ὄχα
ὄχθη
ὀχεὺς
ὄχος, cubile tutum
ὄχος, currus
ὀχέω
ἐποχέομαι
ὠκὺς
ὦκα
ποδώκης
ποδώκεια
ταχὺς
τάχα
τάχος
ταχέως
θάσσων
τάχιστος
ταχυτὴς
οἶκος
οἰκίον
οἶκοι
οἰκόνδε
οἴκαδε
οἴκοθι
οἴκοθεν
οἰκέω
ἀποικίζω
οἰκεὺς
ὀχλέω
ὀχλίζω
μετοχλίζω
μοχλὸς
μοχλέω

σχεδὸν
σχεδόθεν
σχέδιος
αὐτοσχεδὸν
αὐτοσχεδὰ
αὐτοσχέδιος
σχεδία
σχοῖνος
χθιζὸς
ἑκὼν
ἕκητι
ἀέκων
ἄκων, invitus
ἀέκητι
ἀεκάζομαι
ἔκηλος
εὔκηλος
ἒξ
ἕκτος
ἑξήκοντα
ἑξῆς
ἑξείης
ἐπισχερὼ
ξερὸς
ἔσχατος
ἐσχατιὰ
ἐσχατάω
ἀνεκτὸς
ἀνεκτῶς
ἄσχετος
ἀάσχετος
ἀνσχετὸς
ἀζηχὴς
ἔχθος
ἐχθρὸς
ἔχθιστος
ἔχθομαι
ἀπέχθομαι
ἀπεχθάνομαι
ἐχθαίρω
ἀπεχθαίρω
ἔγχος
ἐγχείη
δολιχεγχὴς
ἔλεγχος
ἐλεγχείη
ἐλεγχὴς
ἐλέγχω
ὄγκος
ὄγκιον
ὄκνος, pigritia
ὀκνείω
ἀνενείκω
ἀπενείκω
ἐξενείκω
ἐπενείκω
ὑπενείκω
ἐνέγκω
διηνεκὴς
διηνεκῶς
δουρηνεκὴς
κεντρηνεκὴς
ποδηνεκὴς
ἐπηγκενὶς

εἴκοσι
ἐείκοσι
εἰκοστὸς
ἐεικοστὸς
εἰκοσάκις
ἕνεκα
εἵνεκα
οὕνεκα
τοὕνεκα
ἄμπυξ
χρυσάμπυξ
ἄντυξ
ἄχνη
ἀχυρμιὰ
ἀΐξω
ἐπαΐξω
ἄγχω
ἀπάγχω
ὄγχνη
Ἀρκέω
ἐπαρκέω
ἄρκιος
ποδαρκὴς
ἄρκος
ἀλάλκω
ἀπαλάλκω
ἀλκτὴρ
ἀλκὴ
ἄλκιμος
ἄναλκις
ἀνάλκεια
ἄλκαρ
ἑτεραλκὴς
ἀλέξω
ἀπαλέξω
ἐπαλέξω

ἀλεξητὴρ
ἔπαλξις
εὔχομαι
εὐχὴ
εὐχετάομαι
ἐξεύχομαι
ἐπεύχομαι
εὖχος
εὐχωλὴ
εὖγμα
εὐκτὸς
αἰχμὴ
αἰχμάζω
αἰχμητὴς
Χεὶρ
χειρὶς
ἑκατόγχειρ
ἐπιχειρέω
ὑποχείριος
χείρων
χειρότερος
χερείων
χερειότερος
ἄχερδος
χερμάδιον
χρίμπτω
ἐγχρίμπτω
κέρδος
κερδίων
κέρδιστος
κερδαλέος
κερδοσύνη
νηκερδὴς
πολυκερδὴς
πολυκέρδεια

ΧΡΑ'Ω

χραύω
ἐπιχράω
ζαχρηὴς
χροιὰ
χρόος
χρὼς
εὐχροὴς
μελανόχροος
μελαγχροιὴς
ταμεσίχροος
ὦχρος
ὠχράω
ἀβληχρὸς
χρέω
ἀμφιχρέω
ἐπιχρέω
χρέω
χραισμέω

χρειὼ
χρειὼν
ἀχρεῖος
χρέος
χρηΐζω
χρῆμα
ἀχρημοσύνη
χρὴ
χρόνος
χρόνιος
χρυσὸς
χρύσεος
χρύσειος
παγχρύσεος
πολύχρυσος
χρόμαδος
χριμπτίζω

ΨΑ'Ω et ΨΕ'Ω

ψαύω
ἐπιψαύω

ψεδνὸς
ψωμὸς
ψιὰς
ψιλὸς
ψηφὶς
ψάμμος
ψάμαθος
ἀμαθύνω
ψὰρ

ψεύδω
ψεῦδος
ψευδὴς
ψεύστης
ψευστέω
φιλοψευδὴς
ψόλος
ψολόεις

ΨΥ΄ΧΩ

ψύχος
ἀναψύχω
ἀποψύχω

ψυχρὸς
ψυχὴ

῟Ω

FINIS PARTIS SECUNDÆ.

DAMMII

LEXICON HOMERICUM.

PARS REALIS;

CONTINENS NOMINA PROPRIA, HISTORIAS PRISCAS, PARABOLAS, ET ALIAS RES ANTIQUAS, CUM PLURIMIS PHILOLOGICIS ANIMADVERSIONIBUS INTERSPERSIS.

Ἄ**BANTEΣ**, ων. οἱ. sunt incolæ Eubœæ. hinc et ἡ Εὔβοια dicitur ἡ Ἀβαντὶς, ίδος. Urbs Phocensis fuit ἡ Ἄβη vel αἱ Ἄβαι: ergo Ἄβαντες fortasse dicti, quia hæc insula ἐκ τῆς Φωκικῆς πόλεως, Ἄβης, fuerat olim civibus aucta. Alii tamen probabilius nomen deducunt ab heroë Abante, qui fuit avus Elephenoris. Etiam Χαλκωδοντιάδαι appellabantur incolæ Eubœæ, a patre Elephenoris Chalcodonte. gestabant capillum longum a tergo dependentem, in signum fortitudinis. turpe apud eos habebatur, sagittis uti: hinc dicti αἰχμηταί. B, 541, seqq. et 536. Δ, 464. cæterum in supra memorata urbe Ἄβη fuit ἱερὸν Ἀπόλλωνος πλούσιον. De Elephenore est B, 540.

Ἀβαρβαρέα, ας. ἡ. Nympha, τῶν Νηΐδων μία. Z, 22, seqq. mater geminorum, Αἰσήπου καὶ Πηδάσου, clam conceptorum ex Bucolione, Laomedontis filio, principe Trojano.

Ἄβας, αντος, ὁ. nobilis Trojanus, Eurydamantis filius, frater Polyidi; occisus una cum fratre suo, a Diomede, E, 148, s. Alius Ἄβας fuit Lyncei filius, pater Prœti et Acrisii, avus Danaës: regnavit Argis, et successit ei ibi filius suus Acrisius; alter vero filius Prœtus regnavit in ora maritima agri Argolici.

Ἄβιοι, ων. οἱ. nisi est nomen proprium, est certe epitheton Scythicæ gentis circa pontum Euxinum. Est nomen vel pro ὀλιγόβιοι, qui parco et vili victu utuntur, *die wenig vorrath zum leben brauchen, (who are content with scanty fare:)* vel, οἱ ἅμα βιῷ, i. e. τοξόται, nam omnes Scythiæ populi fuere tales, qui et nomen suum generale, Σκύθαι, *schützen, (shooters, marksmen,)* ex sua lingua inde invenerunt: vel, quod βίαν οὐκ οἴδασιν, ἐλεύθεροι γάρ: vel, quod μακρόβιοι, longævi, κατ' ἐπίτασιν τοῦ α. Videtur esse epitheton Scythorum τῶν Ἱππημολγῶν, N, 5, s. ad quos additur, γλακτοφάγων ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων. prior explicatio epitheti hujus, pro ὀλιγόβιοι, sine dubio est vera: nam justitia inde oritur apud eos, quod ad victum non nisi necessaria, quæ sunt admodum pauca, quærunt. huic explicationi adstipulatur Strabo, lib. 7, pag. 215, Edit. Casaub. 1587, fol. atque ibi est etiam de lacte eorum equino.

Ἄβληρος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, interfectus ab Antilocho, Nestoris filio. Z, 32.

Ἄβυδος, ου. ἡ. Urbs cum sua regione ad Hellespontum. οἱ Ἀβυδηνοί, a recentioribus Græcis putabantur esse homines malæ fidei, et nullius pretii: hinc inter probra erat vox Ἀβυδηνός. οἳ Ἄβυδον ἔχον, B, 836. Ἀβυδόθεν ἦλθε, Δ, 500. Ἀβυδόθι ναίων, P, 584. media syllaba βυ est longa.

Ἀγάθων, ωνος. ὁ. unus ex novem Priami filiis, viventibus mortuo Hectore: et habet epitheton δῖος, Ω, 249.

Ἀγακλεὺς, ῆος. ὁ. nobilis vir, in Βουδείῳ bona possidens: et ejus filius erat Ἐχεκλεύς. Π, 571.

Ἀγαμεμνόνεος, νέα, νεον, et Ἀγαμεμνόνιος, ία, ιον. ad Agamemnonem pertinens. Ἵππον Ἀγαμεμνονέην, Ψ, 295. et 525, ἵππου τῆς. Ἀγαμεμνονέην ἄλοχον, γ, 264.

Ἀγαμεμνονίδης, ου. ὁ. filius Agamemnonis. α, 30.

Ἀγαμέμνων, ονος. ὁ. Rex Mycenæ in Pe-

loponneso, sicut Nestor Pyli, et Menelaus Spartæ. Habuit regnum hæreditarium, et genealogia domus ejus sic B, 104, seqq. cum successione in regnando describitur:

Πέλοψ, filius Ταντάλου.

'Ατρεύς. Θυέστης.

'Αγαμέμνων. Μενέλαος. Αἴγισθος.

'Ορέστης.

nimirum, Atreo moriente, cum filii ejus essent infantes, regnum suscepit Thyestes. quo etiam mortuo, rediit imperium ad Atrei filium. sed Thyestæ tamen filius id ægre ferebat: hinc inimicitiæ capitales. Cæterum inde est, quod simpliciter sæpe ὁ 'Ατρείδης a patre suo vocatur, et ambo fratres οἱ 'Ατρεῖδαι. Non tamen imperium ejus sola Peloponnesi parte erat inclusum: sed πολλαῖς νήσοις καὶ Ἄργεϊ παντὶ ἤνασσε, B, 108. Quam potens fuerit, apparet, quod ipse cum centum navibus ad classem communem Græciæ venit, B, *576*: et Arcadibus sexaginta naves præbuit, 610—614. Urbes regni ejus commemorantur, B, *569*—*580*, ubi simul laus hujus regis est non vulgaris. Quia potentior erat omnibus aliis Græciæ principibus; hinc imperium ei in bello adversus Trojam gerendo deferebatur: et inde dictus est ἄναξ ἀνδρῶν, rex virorum principum, *könig der helden, (king of heroes;)* καὶ εὐρυκρείων, late potens rex, *grosmächtigst, (most potent.)* Ejus forma describitur et laudatur, Γ, 166, seqq. 178, seqq. et hostis eum magnopere admiratur, 182, seqq. formæ dignitate superabat omnes, etsi statura quidam principes erant longiores. Ulysses erat minor eo statura, sed latior ὤμοις καὶ στέρνοις. Egregie vero forma ejus pingitur, B, 477—483. Optime ei convenerat cum principibus sociis: extremo autem belli anno dissidium acerrimum inter eum et Achillem ortum est. Nam Agamemnon habebat nobilem et formosissimam et artium peritam puellam captivam. Ad hanc redimendam veniebat pater, sacerdos magnus Apollinis et princeps suæ gentis: hunc autem cum minis rejiciebat rex, amore puellæ, sed Apollo, precibus sacerdotis sui motus, immittebat pestilentiam exercitui Græco, ut per dies aliquot multi homines morerentur. Causam hujus pestilentiæ in concilio principum quærebat Achilles ex vate Calchante; qui eam, tergiversatus primum metu regis, tandem exposuit. Agamemnon igitur, ut sisteretur pestilentia, puellam statim honorifice remisit patri, Apollinemque placavit: iram autem suam vertit in Achillem, quem suspectabat, insidiose percunctatum fuisse et elicuisse id responsum ex vate subornato. Et quia ipsi ademtum esset suum γέρας, Achilli quoque dilectissimam ei Briseidem vi adimi, et ad se deduci, jussit. Id indigne ferens Achilles, non tam ob ereptam sibi suam puellam, quam ob contumeliam sibi hac re factam et quod idoneus præ aliis esset habitus, quem rex lædere posset impune; renuntiavit regi amicitiam et auxilium bellicum, et cum suis per plures dies se intra castra continuit. Sed per eosdem dies multum detrimenti inferebatur Græcis, ancipiti fortuna pugnantibus. Contentio cum Achille, et causa ejus, narratur A statim ab initio. ad duriora Achillis verba οὐκ ἀνθύβριζεν Agamemnon, sed re potius ostendebat, se esse summum imperatorem, verbis autem honorificus erat in Achillem. Interim ipse cum cura administrabat bellum; lustratoque exercitu suo, B, 493—760, hostes adgreditur. Pacificatio quidem interponebatur, ut Paris cum Menelao singulari certamine decerneret, et, qui victus esset, ut pars ejus omnis pro victa haberetur. Sed, victo Paride, conditionibus stare nolebant Trojani: et bellum redintegrabatur. Ibi et ducis et militis boni munia obibat rex. Primus interficit ducem hostilem, E, 38, seqq. sic et alium, Z, 33, et *53*, seqq. narratur severitas ejus adversus hostes ἱπιόρκους. Nam natura erat vehementior fratre suo leniori: mitis tamen alias, et valde magnanimus, ut apparet ex Δ, 153—192, alisque locis; et l. c. simul sollicitudo ejus de futuris exprimitur, quæ est cura omnium bonorum principum. Quum Hector fortissimum Græcorum provocaret ad μονομαχίαν, etiam rex ipse professus est se pugnaturum, et quidem primus, H, 162. nam nolebat alios periclitari, se vero esse ἄμαχον: nec volebat videri φιλοψυχῶν, maxime cum fratrem suum a pugnando prohibuerit. Territus a deo, non vult θεομαχεῖν, Θ, 78. Flet largiter in concilio principum, I, 13, seqq. et ad tentandos animos, simul et misericordiæ et indignationis movendæ causa, suadet fugam a Troja. Quum legatio ad Achillem proponeretur, ipse eam comprobat, et pollicetur Achilli dona ad omnes adfectus pertinentia, urbes, opes, mulieres. Dormire nequit præ curis, K, 2, seqq. pugnat fortiter ipse, Λ, 91, seqq. et vulneratur, 660. suadet iterum fugam, Ξ, 64, sed tentandi quoque et excitandi causa: et pugnat, licet vulneratus, 380, et quidem fortissime, *516*, seqq. ubi poëta, honoris regii causa, pluribus verbis ornat rem ab eo gestam, quam aliorum, quos breviter tantum attingit. Per Patroclum tentatur Achilles iterum: sed is nihil præterea vult tribuere, nisi ut Patroclus cum copiis Achillis succurrat Græcis, ad repellendos duntaxat a castris Trojanos. Patroclus vero dulcedine vincendi illectus ulterius progreditur, et interficitur. Hoc demum dolore motus Achilles reconciliatur Agamemnoni, et dona hujus honoraria accipit. Ars poëtæ, loco Π, 26, seqq. est memorabilis. In memorandis vulneratis principibus, Patroclus nomen regis ponit medium, ne primum positum statim offendat Achillem, et ne postremum positum in memoria maxime hæreat: medium ergo, ut per præcedentia et sequentia cara no-

mina hoc odiosum quasi involvatur et hebetetur. hinc et nomen solum sine ullo addito ponit. Nam poëta ubique est magnus; et peritissimus pictor vitæ humanæ. In funere Patrocli vult rex in honorem Achillis una certare, tali certamine in quo necesse non esset τῆς βασιλικῆς γυμνοῦσθαι στολῆς: sed Achilles non sinit eum certare, etiam honoris causa; et donat eum primo præmio, Ψ, 887, seqq. conf. Ω, 654, 697. De ejus reditu post captam Trojam narrat poëta, γ, 143, seqq. 156. 193, s. 234, s. et quod ab uxore sua Clytæmnestra sit occisus, 248, seqq. δ, 91, s. 512—537, 584. quod et ipsa Agamemnonis anima narrat Ulyssi miserabiliter, λ, 386—465. ω, 20—97. vide porro de eo B, 362. Λ, 765. I, 71, nam dabat fere semper cœnas principibus. T, 35, 51. α, 35—41. ϑ, 77. ι, 263. λ, 167. ν, 383, s. ξ, 70, 117, 497. ω, 102, 121. Habuit, præter filium unicum, Oresten, tres filias, I, 144, seqq. quarum nomina designant tria illa bona, quæ regnum confirmant: quæ sunt, νόμος ὀρθὸς, κρίσις ἡ πρὸς τὸν δῆμον, ἰσχὺς ἄρχοντι πρέπουσα. aliter tamen eas appellat Euripides in Orest. 22, s. Nomen ipsius sonat idem quod εὐρυμέδων et εὐρυκρείων, B, 24, seqq. Hinc apud Lacones Ζεὺς per epitheton dictus est 'Αγαμέμνων, imo et ipse hinc sæpe 'Αγαμέδων, δοντος, ὁ. dictus, ab ἄγαν, et μέδω. sic 'Αχιλλεὺς 'Αθηλεὺς, et 'Οδυσσεὺς 'Ολυσσεὺς per corruptionem literarum dictus. Plato ludens, in Cratylo dicit, nomen esse compositum ab ἄγασθαι et ἡ μονὴ, ut notet τὸν ἀγαστὸν κατὰ τὴν ἐπιμονὴν, admirabilis ob perseverantiam in labore belli Troici. Mors ejus narratur ab Euripide, in Orest. 25, seqq. et in Electra, 156, seqq. nam Homerus eum in convivio ipso ad mensas necatum novit: recentiores vero balneum narrant, in quo datum sit regi indusium superne consutum, ut, cum nihil cerneret, subito accursu percuteretur securi. 'Αγαμεμνόνεια φρέατα, vide sub πολυδίψιος in A.

'Αγαμήδη, ης. ἡ. regis Augiæ filia natu major, Mulii uxor, πολυφάρμακος, qualis et ἡ Μήδεια fuisse dicitur, aut ἡ Κρησοδίκη. præterea ipsa illa χώρα κατὰ τὴν Ἦλιδα, cujus rex fuit Αὐγείας, ἦν πολυφάρμακος, venenorum ferax. Λ, 739, s. apud Theocritum eadem dicitur ἡ Περιμήδη, Id. 2, 16. nam ἄγαν et πέρι est idem: μήδω autem est, curo.

'Αγαπήνωρ, ορος. ὁ. rex Arcadum, qui socius Agamemnoni cum aliquot millibus Arcadum profectus est ad Trojam, in navibus sexaginta, præbitis ei ab rege summo. B, 609. Genealogia ejus est hæc: Ζεὺς, ἐξ οὗ ὁ 'Αρκὰς, ἐξ οὗ ὁ Αμφιδάμας, αντος. ἀφ' οὗ ὁ Λυκοῦργος, ἀφ' οὗ ὁ 'Αγκαῖος, ἀφ' οὗ ὁ 'Αγαπήνωρ. ab ἀγαπᾶν ἀνέρας, amans hominum.

'Αγασθένης, εος. ὁ. Princeps Eleorum, filius Augiæ regis. B, 624. ab ἄγαν, et τὸ σθένος. conf. 'Επειοί.

'Αγάστροφος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, filius Pæonis. interfectus a Diomede, Λ, 338—340. et 373. nomen est quasi εὔστροφος, nam ab ἄγαν abjectum est τὸ ν: nisi est ab ἀγάω vel ἀγαίω, i. e. ἐκπλήττω, quod et in aliis cum ἄγα compositis valere potest.

'Αγαυὴ, ῆς. ἡ. apud Homerum sic vocatur una τῶν Νηρηΐδων. et nomen est ab ἄγαν αὔειν, quia valde sonat mare. Σ, 42.

'Αγαυὸς, οῦ. ὁ. unus ex novem filiis Priami reliquis, occiso Hectore. nomen habet a clamore bellico in imperando. Ω, 251, δῖος.

'Αγέλαος, ου. ὁ. tres hujus nominis memorantur a poëta. Primus est ὁ Φραδμονίδης, Phradmonis filius, nobilis Trojanus, Θ, 256—260, occisus a Diomede. Alter est ex Græcorum ducibus unus, cæsus ab Hectore, Λ, 302. Tertius est inter procos Penelopes, Δαμαστορίδης, Damastoris filius, qui consilium dat paullo mitius et nobilius, quam reliqui procī voluerant, υ, 321, seqq. nam censet, omnia Ulyssis bona relinquenda esse Telemacho, Penelopen vero, electo novo marito, in hujus domum abire: reliqui autem volebant partiri inter se bona Ulyssis, Penelopæ vero domum, una cum regali dignitate ad maritum novum transferenda, tradere. Idem censet, summum bonum hominis esse edere ac bibere, υ, 336, s. versatur cum reliquis procis in cæde, χ, 131, 136, 222, seqq. 241, seqq. ubi ducem agit, et prædicatur a poëta inter paucos fuisse præstantissimus fortitudine. et 247, seqq. et 293, ubi postremus fere interficitur.

'Αγήνωρ, ορος. ὁ. Trojanus princeps. μεγάθυμος, Δ, 467. δῖος, Λ, 59, ubi pater ejus memoratur 'Αντήνωρ, et duo ejus fratres 'Αντηνορίδαι, Πόλυβος καὶ 'Ακάμας. M, 93, ubi 'Αγήνωρ memoratur inter duces Trojanorum. et N, 490, 598, seqq. ubi chirurgus est fratri vulnerato. Ξ, 425. O, 340, quibus locis est epitheton δῖος, eminentiæ causa. et Π, 535. Υ, 474, ubi filius Agenoris memoratur Ἔχεκλος interfectus. 'Απόλλων Φοῖβος 'Αγήνορα δῖον ἀνῆκε φῶτα 'Αντήνορος υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόν τε, Φ, 545, seqq. 579, 588, s. ubi Achilli mortem vaticinatur. et 595, 'Αγήνορος ἀντιθέοιο: quo loco pugna ejus cum Achille narratur, in qua ereptus denique est ab Apolline, et vivus domum reductus. Cæterum ibi, versu 595, deest κατά: et sermo ejus, 556, seqq. non habet apodosin, ut solet, si sentimus, consilium hoc esse inutile. et 563 deest δείδια, vereor. et 565 est versus ἀσύνδετος cum præcedente. quæ omnia ἀγωνιῶντι πρεπόντως congruunt. Nisi forte versu 560 pro δὲ legendum est δὴ, ut id faciat apodosin ad cœpta versu 556 verba. Alius Agenor fuit rex Sidonis et Phœniciæ, pater Cadmi et Europæ: et uxor ejus fuit ἡ Τηλεφάεσσα, filia Neptuni et Libyæ; de qua Moschus, Id. 2, 39, seqq. Vide sub Κάδμος.

'Αγκαῖος, ου. ὁ. rex Arcadiæ. vid. 'Αγαπήνωρ. B, 609. fuit unus ex illis multis, quos

aper Calydonius in venatione Meleagri interemit, I, 542. collato Ovid. Metam. 8, 299, seqq. 315. 392, seqq. in eadem venatione etiam Thersites dicitur tantopere deformatus. Cæterum huic Ancæo, vineam accurate plantanti, prædixerat vates, non eum ex ea vinum esse bibiturum. Circa vindemiæ tempus venit eo Ancæus, et expressum uvis vinum jamjam bibiturus, audivit responsum, πολλὰ μεταξὺ χείλους καὶ ποτηρίου. Et forte circa id temporis momentum, quo vanitatis damnaturus erat vatem, fama de Meleagri venatione venit ad Ancæum: ad quam alacriter currens, et omnia huic gloriosæ rei postponens, occubuit ibi, non gustato vino suo. Alius Ancæus Pleuronius, celeber pugil Ætolus, memoratus Ψ, 635.

'Αγλαΐα, ας. ἡ. mater Nirei, formosissimi post Achillem. habet nomen et ipsa a formositate, quasi αἰγλήεσσα, B, 672.

Ἄγριος, ου. ὁ. nobilis Græcus, frater Œnei, pater Thersitæ. Genealogia ejus hæc:

Πορθεύς.

Ἄγριος, Ξ, 117. — Μέλας. — Οἰνεύς.

Θερσίτης. — Τυδεύς. Μελέαγρος.

Διομήδης.

'Αγχίαλος, ου. ὁ. pater Mentæ, princeps Taphiorum. α, 105, seqq. et 180, seqq. et 264, ubi hic Anchialus dicitur venenum præbuisse Ulyssi, ut verus amicus, et qui sciret eum recte usurum esse eo, ad venationes noxiarum ferarum: nam contra has antiqui inficiebant jacula sua, ut vel leviter vulneratæ tamen interirent. Alius Anchialus est princeps Phæacum, θ, 112. Tertius, nobilis Græcus, memoratur E, 609. Antiqui scribebant spiritum lenem supra α penultimum, si vox non esset ab ἡ ἅλς composita: e. c. Εὐρύαλος. sed si scribatur cum aspero, ἀγχίαλος notat locum prope mare, sicut et πλησίαλος. Isti vero ἀρχαϊκοὶ πνευματισμοὶ in mediis vocibus, desierunt postea esse in usu. Sed ἀγχιαλὸς, cum accentu in ultima, est σχοῖνος πλοίου.

'Αγχίσης, ου. ὁ. Princeps Trojanus ex domo regia, filius Κάπυος. cum hoc, pulcritudinis causa, cohabitavit aliquando Venus; ex quo commercio natus est Æneas, B, 819, seqq. E, 312, 313. et quidem cum Anchise βουκολέοντι ἐν κνημοῖς Ἴδης, ut ex collatione horum locorum cit. apparet. et E, 247, μεγαλήτορος 'Αγχίσαο. et 268, ἀνὰξ ἀνδρῶν 'Αγχίσης, *ein herr über viel brave leute, (the ruler over many brave men:)* nam possedit territorium satis amplum, cujus principalis sedes erat urbs Antandrus. de equis ejus quatuor egregiis refertur E, 263, seqq. Genealogia ejus, Υ, 208—241, traditur hæc:

Ζεύς.

Δάρδανος.

'Εριχθόνιος.

Τρώς.

Ἶλος. — 'Ασσάρακος. — Γανυμήδης.

Λαομέδων. — Κάπυς.

'Αγχίσης.

Τιθωνὸς. Πρίαμος. Λάμπος. Κλυτίος. 'Ικετάων.

Ἕκτωρ, etc.

Ex quo apparet propinquitas ejus cum Priamo et Hectore. Gener ejus erat ἥρως 'Αλκάθοος, qui duxerat filiam Anchisæ natu maximam, 'Ιπποδάμειαν, laudatissimam forma et operibus et ingenio præ omnibus æqualibus, N, 428, seqq. ubi simul vides filiam, amatam unice a parentibus ob φύσιν quidem, maxime tamen ob ἀρετήν. Uxor ipsius vocatur ab antiquis ἡ 'Εριῶπις. confer porro, M, 98. P, 491. Υ, 112. Prisci confirmaverunt, mortuum esse hunc Anchisen octogenarium in patria, ante deletam Trojam, et sepultum in monte Ida: sepulcrum ejus quovis auctumno οἱ ἐγχώριοι ποιμένες καὶ βουκόλοι soliti sunt stato die ornare coronis. Recentiorum autem quidam, duce Virgilio, eum in Sicilia diem obiisse dixerunt; poëtico nimirum figmento. Alius Anchises, Sicyonius Græcus, occurrit Ψ, 296, cujus filius fuit Echepolus.

'Αγχισιάδης, ου. ὁ. filius Anchisæ. sic vocatur Αἰνείας, P, 754. Υ, 160. et 'Εχέπωλος, Ψ, 296.

'Αδάμας, αντος. ὁ. nobilis Trojanus, Asii filius. N, 560, seqq. 759, 771, 780.

Ἅδης, ὁ, vide sub 'Αΐδης, et in A. ἀΐδης, ad finem.

Ἄδμητος, ου. ὁ. Rex Thessaliæ, filius τοῦ Φέρητος, clarus maxime ob fidelissimam sibi conjugem, τὴν Ἄλκηστιν, quæ maritum a morte redemit sua morte. Hinc antiqua in laudem ejus cantilena, quam Eustathius conservavit in suis παρεκβολαῖς ad B, 714. Euripidis quoque exstat nobilis tragœdia de Alcestide, ubi plura de hac re. Apollo boves Admeti pavit per annum. Narrant prisci, τὸν Πελίαν προθῆναι τὸν τῆς 'Αλκήστιδος γάμον τῷ δυναμένῳ συζεῦξαι λέοντι κάπρον: 'Απόλλωνα δὲ τῷ 'Αδμήτῳ τοῦτο ἐκτελέσαι, καὶ τὸν γάμον αὐτῷ ἐγγυῆσαι. Filius Admeti fuit Εὔμηλος, B, 714, s. Ψ, 288, s. Vide sub Ἄλκηστις.

'Αδράστεια, ας. ἡ. quæ et Δράστεια dicitur. Urbs ad Propontidem, nomen habens ab antiquo heroë vel rege Adrasto, qui primus ἱερὸν Νεμέσεως constituit ibi. B, 828. illa regio postea dicta est ἡ Κυζικηνή. ab illa celebri ara

Nemesios in illa urbe, etiam ipsum id numen vocabatur ἡ Ἀδράστεια, Διὸς παῖς, Eurip. Rhes. 342. vocatur et adjective, Adrastea Nemesis.

Ἀδρήστη, ης. ἡ. una ex honestioribus Helenæ famulabus. δ, 123.

Ἄδρηστος, ου. ὁ. Rex Σικυῶνος, tempore belli Thebani, quod diu ante Trojanum gestum est. Ad eum venit Τυδεὺς et Πολυνείκης, quorum ille aprum, hic leonem, insigne in clypeo habebat. Monitus autem fuerat oraculo, daret filias suas κάπρῳ καὶ λέοντι. Hos igitur videns, dedit Tydeo Δηϊπύλην filiam, ex qua natus est Diomedes; Polynici vero Ἀργείαν alteram filiam: quod tangitur, Ξ, 121. de celeberrimo olim Adrasti equo fit mentio Ψ, 347. frater ejus fuit ὁ Μηκιστεύς, cujus filius erat Euryalus, cognatus Diomedis. conf. Herodot. V, 67. Pater ejus fuit ὁ Ταλαός. Alius Ἄδρηστος erat dux Trojanus, cujus sedes erat urbs ἡ Ἀδράστεια, quam vide. B, 828—834. sed hic, ut divitis patris filius, captus a Menelao, δειλὸς ἦν, καὶ φιλόψυχος, καὶ ἀγεννῶς πρὸς θάνατον μαλακίζων, Z, 37—65. Tertius hujus nominis, nobilis Trojanus, est Π, 694.

Ἀδρηστίνη, ης. ἡ. est patronymicum fœmininum, E, 412. conf. Αἰγιάλεια.

Ἀζεύς, έως. ὁ. nobilis Græcus, avus Astyoches, matris duorum filiorum Martis. et hinc est patronymicum Ἀζείδης, ου. ὁ, B, 513.

Ἀηδών, όνος. ἡ. filia Pandarei, mutata in avem ejus nominis. τ, 518—523, ubi poëta nomina propria patris et filii et mariti alia habet ac recentiores, e. c. Ovid. Metam. VI. 436—676. conf. Πανδάρεος.

Ἀθῆναι, αἱ, vide sub Ἀθήνη, urbs, et in A. sub πόλις et φρήτρη.

Ἀθηναῖοι, ων. οἱ. dicti olim Ἴωνες, et per Bœoticam διάλεκτον, Ἰάονες, quos confer. Trojanis temporibus fuere infirmiores, ita ut 50 tantum naves ad eam expeditionem conferre possent: et dux eorum tunc fuit Μενεσθεύς, B, 546—556. et 558, Ἀθηναίων φάλαγγες, conf. Σαλαμίν. Ἀθηναῖοι, μήστωρες ἀϋτῆς, Δ, 328. Ἀθηναίων ἀρχοὶ, N, 196. et 689, προλελεγμένοι. ἀρχός, O, 337. Oppida et vicos eorum non recenset Homerus, sine dubio ob multitudinem. Nam CLXXIV δῆμοι τῆς Ἀττικῆς fuere, quorum multi celebres in historiis. Dicti etiam Ἀττικοὶ et Ἀκταῖοι, sicut et regio ἡ Ἀκτὴ et Ἀκταία. Laudes hujus terræ legas apud Athenæum. Gloria priscorum Atheniensium inde apparet, quod Athenas Pindarus (in deperditis) dixit Ἑλλάδος ἔρεισμα, et Thucydides Ἑλλάδος Ἑλλάδα, et alius Ἑλλάδος μουσεῖον, et Pythius ἑστίαν καὶ πρυτανεῖον τῶν Ἑλλήνων. Emisere multas colonias, in his Ἀμισὸν τὴν Ποντικὴν, et τὸ Ἀδραμύττιον.

Ἀθήνη, ης. ἡ. et ἡ Ἀθάνα, ας. et ἡ Ἀθηναίη et Ἀθηναία. et Ἀθηνάα, contr. Ἀθηνᾶ. nam his quatuor modis dicitur, Minerva Romanis dicta. Est personificata φρόνησις ἀνδρεῖος, imo in genere consilium, sive sit dextrum sive sinistrum, maxime tamen in rebus publicis aut magnis captum. Nata dicitur ex capite Jovis, obstetricante Vulcani securi, et ex eo vulnere exsiliisse virginem adultam armatam: quod nimis crassum figmentum ignorat poëta prudentissimus. Nomen deducunt quidam inde, quod mammam nunquam suxerit, utpote nunquam infans; pro Ἀθήλη, ἐκ τοῦ μὴ θηλάσαι: θάω, f. θήσω est θηλάζω, unde est ἀρνίον γαλαθηνὸν (a τὸ γάλα et θάειν) et ἡ τιθήνη, i. e. ἡ τροφὸς, quæ et ἡ θηλαμὼν dicitur, et ἡ τήθη, quasi τῆ (*da hast du*, [*there thou hast*,] a τάω, imperat. τάε, contr. τῆ) et θῆ pro θάε, i. e. θήλασον, *sauge*, *(suck:)* nam ita inquit nutrix infanti, saltem re ipsa, si non verbis. Sed prudentiores, et rem personificatam rectius introspicientes, judicant nomen factum esse ex ἀθρέω, acutum video, ut sit quasi Ἀθρήνη, et ρ extrusum consulto, ut nomen eo magis videretur proprium. Apud Atticos interseritur αι, ut sit Ἀθηναίη, sicut ex σελήνη fit σεληναίη: inde, extruso Iota, fit Ἀθηνάα et Ἀθηνᾶ. hinc et antiquioribus temporibus mulier Attica nunquam Ἀθηναία dicta est, sicut vir Ἀθηναῖος: nam illud nomen jam erat consecratum numini: sed dicta est γυνὴ Ἀττικὴ, vel etiam ἀστὴ, sicut vir ἀστός. Quum deinde mulieres Atticæ inciperent appellari Ἀθηναῖαι, Minerva appellata est τριστυλλάβως Ἀθηνᾶ. Habetur filia Jovis, h. e. intellectus et mentis: Ζεὺς γὰρ καὶ ὁ νοῦς. In diis designat τὴν πρόνοιαν, et omne id, quod consilio divino fit in rebus humanis. Mittitur Minerva, h. e. deus ita regit et gubernat rem. Apud homines omne consilium captum refertur poëtice ad Minervam. Αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον, B, 371. Δ, 288. H, 132. Π, 97. η, 311. σ, 234. ω, 375. Notat in genere prudentiam et artem inveniendæ viæ alicujus, conjunctam tamen cum directione aliqua consilii divini, vel in malum conciliandum alicui, aut in pœnam. Sic Minerva mittitur ad turbanda fœdera, Δ, 64, 69, 73. Refertur inter numina bellica, quia ibi opus maxime est prudentia armata, et quia bella maxime administrantur ex directione divina: hinc Ἀθηναίη καὶ Ἐνυὼ junguntur, E, 334. Habet epitheta, ἠΰκομος, Z, 92, ex personificatione, quasi virgo pulcra. γλαυκῶπις, B, 280. Z, 88, nam prudentia et gubernatio acriter intuetur res, *hat glaue augen*, *(has piercing eyes.)* λαοσσόος, N, 128, vel σείουσα λαὸν, concitans et adhortans populum, maxime in re bellica, ut est l. c. ubi jungitur Marti ut præses belli et ut σύνεσις πολεμική: nam λαὸς in specie est exercitus militum: vel alibi, ὡς σόον τηροῦσα τὸν λαὸν, conservans exercitum aut populum: hinc et ἐρυσίπτολις, Z, 305, ab ἐρύω, i. e. φυλάσσω, quasi φύλαξ πόλεως: vel et in genere, movens populum ad agendum et laborandum; nam est artium dea. hinc et ἀγελείη, i. e. ἄγουσα λεὼν vel λαὸν, Z, 269. ἐργάνη quoque cognominata, quia docet artes, I, 390, ubi de muliere præstantissima est sermo. Παλλὰς Ἀθήνη, a

πάλλειν, movere, K, 245, nam est prudentia activa et movens se ad bene agendum. τριτογένεια, Δ, 515, nam ἐκ τριτοῦς, i. e. κεφαλῆς, oritur consilium. et l. c. sermo est de Minerva, Græcos excitante, i. e. de majore eorum prudentia et virtute bellica. ἀλαλκομενηΐς, Δ, 8, opitulans sua vi, et opitulans virtuti. nam fortitudo, conjuncta cum prudentia, est vere regia virtus. hinc et h. l. Minerva juncta est Junoni, i. e. majestati. πολύβουλος, E, 260. ἀτρυτώνη, indefessa, E, 115, nam prudentia activa non defatigatur difficultatibus, sed quærit vias alias, si hac minus succedit. Ex his facile intelliget lector cogitans, quid poëta sapiens, qui nusquam finxit ut finxerit, et qui nusquam plures quam unum verum deum novit, sibi per Minervam velit. Dabimus tamen quædam specimina. κάρτος μὲν 'Αθηναίη τε καὶ Ἥρη δώσουσιν, αἴκε θέλωσι, I, 254, nam prudens consilium junctum cum majestate aliqua, præbet vires agendi. ἤδη αὐτῷ ἐπώρνυε μόρσιμον ἦμαρ Παλλὰς 'Αθ. O, 614, ubi partim regimen rerum humanarum notat, et quam mobilis sit fortuna humana; partim defectum prudentiæ. nam et bonum et inutile consilium humanum vocatur 'Αθηναίη. sic dicitur Achilli bonam, Hectori noxiam, indidisse mentem, X, 222, 223, nam Achilles perspiciebat, 214, jam adesse id tempus, quo possit Hector opprimi: Hector contra insipienter ceperat id supremum suum consilium, 226—246, spreto meliori consilio patris et matris. Diomedi contra per totam E, et Ulyssi ubique, comes est, i. e. semper perspexerunt isti, quid hic et nunc opus sit facto. dat e. c. Diomedi scuticam, Ψ, 388, i. e. antea præparaverat sibi prudenter aliam, et reposuerat: ut appareat, eam esse sæpe φρόνησιν humanam, si de deo sermo non est, apud quem Minerva est consilium regens humana sapienter. contra, Ajaci causa est cadendi, Ψ, 774, i. e. is nimis improvide currebat, neque diligenter attendebat ad omnia. Telemachus, jam adultus, capit sibi prudens consilium, β, 296, et ante. in consessu deorum incipit Minerva, i. e. regimen divinum, loqui de Ulysse, α, 45. ε, 5. habet imperium in ventos, quatenus illi flant ex sapiente regimine dei, in commodum vel incommodum hominum certorum, ε, 382. Minerva vertit mentem alicujus, τ, 479, i. e. prudens et celere consilium Ulyssis prævenit huic. Vadit cum Ulysse ad concionem sub forma præconis, B, 280, s. h. e. Ulysses habebat secum præconem; et prudentia ipsius, nota omnibus, faciebat, ut silentium a præcone jussum libenter fieret, et ut cupide exspectarent, quid esset locuturus. Trojanos regit solus Mars, i. e. ferox impetus, et sola confidentia posita in armis, Græcos disponit 'Αθήνη, i. e. prudens ducum dispositio et ubique attenta eorum prudentia, Δ, 439. sed 132 hæc 'Αθήνη est sapiens et benigna providentia divina, regens quoque omnes casus sic dictos fortuitos. et hinc in specie vocatur ἀγελείη, 128, quasi ἡγεμονικὴ, quæ præest rebus humanis, easque ducit et regit: παρὰ τὸ ἄγειν λεών. ab eadem voce vocat poëta ducem τὸν λαγέταν. nam ὁ λαγέτας, ου, est ὁ στρατηγός. et hinc sunt nomina propria 'Αγεσίλαος, 'Αγέλαος, etc. Quatenus notat prudentiam humanam, maxime in ducibus, dicitur 'Αθηνᾶ ἡ νίκη, i. e. ἡ φρόνησις est νικητικὴ, et οἱ φρονοῦντες εὖ, κρατοῦσι πανταχοῦ. homo natura aptus et studio adsecutus artificium, dicitur a Minerva didicisse, υ, 72. imo omnia egregia animi accepisse, β, 116, nam ingenii natura solertis, et adjuti divina directione, hæc sunt dona. Nonnunquam poëta pinxit sub Minerva fœminam in aula principis magni prudenter versantem; sicut sub Junone, importune et imperiose, Θ, 30. sæpe autem, humanam prudentiam alia malle, ac divina directio statuit, Θ, 360. Ipsa indicit bellum, vel pugnam, Λ, 713, i. e. perspicitur jam esse pugnandum, et res cum ratione disponitur. et 757, ubi sub hac figura narratur, non de pugna solum, sed et de reditu sapienter esse cogitatum a Pyliis. Juno adloquitur Minervam de intempestivo Græcorum reditu, B, 156, seqq. i. e. dignitas excitat sapientiam ad inveniendum remedium contra indignitates. et hinc 172 Minerva adloquitur Ulyssem, scilicet ἀγχίνουν, et acutum in cogitando; unde et hæc prudentia dicitur ἀγχοῦ ἱσταμένη. et 446, seqq. 'Αθήνη una est in concione, ubi per eam ἡ βασιλικὴ σύνεσις pingitur. et 548, 'Ερεχθέα ἔθρεψεν 'Αθήνη, h. e. Erechtheus fuit ἀγχίνους καὶ συνετός. et 550 sermo est de diebus festis Minervæ Athenis. Suadet mala, Δ, 86, seqq. nimirum νοῦς ἀνθρώπου nunc bene, nunc male suadet; nunc prudenter, nunc dolose; utrumque tamen est in manu dei; hinc a Jove ad id ipsum missa dicitur Minerva. sic in sacris litteris dicitur Deus jussisse malum, 2 Sam. xvi. 10, 11. Est Διὸς θυγάτηρ κυδίστη, Δ, 515. Abit e pugna, E, 29, seqq. i. e. lacertis nunc opus est et audacia, si ante fuit recte cogitatum. invocatur tamen et inter agendum, E, 115—125, i. e. heros subinde denuo celeriter secum deliberat, et cum consilio agit, seque ipse confirmat. et 133, ubi abit dato consilio, h. e. a cogitando vertit heros se ad promte agendum. et 127 seqq. dicitur caliginem removisse ab oculis herois, h. e. dat menti lucem et animo robur, ut et imperet bene et bene pugnet, utque discernat veram fortitudinem a furore insano et muliebri remissione. et 430, Mars et Minerva curant res bellicas, i. e. fortitudine et consilio opus est. nam frustra cogitat prudens sine viribus, et cæcæ vires mole ruunt sua. et 510, abit φρόνησις ex pugna, fataliter; i. e. errorem aliquem commiserunt Græci. et 733, seqq. ubi dicitur exuere suam tunicam, et induere tunicam Jovis, i. e. prudentia imperantis abit ad actum maxime heroicum. sic et Θ, 384, seqq. Excitatur contra Martem, i. e. ars provida contra ferociam minus providam, E, 765. et 815, 827, ubi suadet Diomedi, i. e. heros

ipse cogitat animose et providenter. Omnes fere ἀκροπόλεις ei fuere sacræ, ob præsidium prudentiæ politicæ et armatæ: hinc et ἀκρόπολις Trojæ, Z, 88, seqq. Ejus πέπλος ποικίλος notat τὸ πολυειδὲς τῆς φρονήσεως, Θ, 386, unde et ὁ συνετὸς 'Οδυσσεὺς dicitur πολύμητις καὶ πολυμήχανος: et quum additur, quod ipsa sibi confecerit hunc πέπλον, innuitur τὸ ἀπροσδεὲς καὶ αὔταρκες τῆς φρονήσεως. sed per Jovis tunicam vel armaturam indicatur, prudentiam sæpe assumere vim et severitatem magnam: nam χιτὼν Διὸς est ἀνδρώδης καὶ βασιλικὸς καὶ πολεμικός. ordinarie autem prudentia suum habet velamen muliebre, h. e. est lenis et mitis, et jucunda, et agit placide ad suum aliorumque commodum. Currus ejus igneus, et hasta gravis notant τὸ δημιουργὸν ejus et δραστικὸν, ubi opus est. Jupiter succenset Minervæ, et hæc Jovi, Θ, 406, 459, s. i. e. sapientes sæpe experiuntur fata adversa, et de his queruntur; nec semper prudentia ad effectum pervenit. Proverbium, σὺν 'Αθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει, ortum est ex O, 403. et ex 412. apparet, eam dici præsidem artium omnium, maxime χειρωνακτικῶν. Cognominatur et φωσφόρος, Υ, 95, quatenus providentia est dux viæ et faciendorum. et 192, σὺν 'Αθήνῃ καὶ Διῒ, i. e. σὺν φρονήσει καὶ ἀρχικῶς, imo et, prudenter et feliciter. Vadit ad Telemachum, α, 88, i. e. incipit is adolescens fortiter et providenter cogitare. et festive ibi poëta Minervam similem facit principi Ταφίων, διὰ τὸ ἐκθαμβητικὸν τῆς ἐν τῷ Τηλεμάχῳ φρονήσεως: nam θάμβος dicitur et τάφος, et ταφὼν est ὁ ἐκπλαγείς. Cæterum admirabilis ibi is adolescens ob consilium captum videbatur. Sub specie Mentoris comitatur Telemachum, i. e. re vera vir aliquis prudens et auctoritate præditus comitatus est eum, β, 260. similis fit præconi, θ, 7, i. e. divina directione fama insignis per urbem de Ulysse percrebuit, ut eo majorem apud omnes favorem inveniret. Facit Ulyssi terram suam ignotam, ν, 188, seqq. i. e. prudentia herois constituit et judicavit, debere sibi omnia videri ἀγνῶτα interim, donec sciret, qua fide essent sui erga se. et in genere, Minerva versans cum Ulysse, est ipsius prudentia, et deliberatio, et consilium: et si in agendo nonnunquam a consilio prius capto deflectit, declaratur proverbium, αἱ δεύτεραι πως φροντίδες σοφώτεραι. Apparet Ulyssi, π, 155, seqq. i. e. ipse exit et circumspicit foris, an quis sit circa casam, et ut ibi personam deponat: canes vero fugiunt, h. e. canes, notitiam ejus jam nacti, abigebantur ab eo in aliquem angulum, ne, deposita priori forma, ipsum adorirentur. ποίησει δὲ καὶ τὸν 'Αθήνη, σ, 154, h. e. sapientia ejus tanta non erat, ut hoc faceret quod hospes suadebat, *er musle es zu seinem unglücke nicht verstehen, was der fremde ihm anriethe, (unfortunately for him he could not understand the advice of the stranger.)* υ, 284, est prudentia Telemachi, ita honorantis hunc hospitem, ut proci præ indignatione insultarent ei, et sic cadem sibi maturarent. et 345, ubi est sapienter figurata oratio Telemachi, qua decipiebantur proci, veritatem non intelligentes. φ, 1, seqq. est prudentia Penelopes, sentientis rem ad pugnam spectare inter filium et procos: ergo vult rem cito ad exitum perducere. χ, 205, seqq. ubi est ipsissimus Mentor, accitus prudenter et clam cum quibusdam aliis fidis sociis. ψ, 242, dicitur Minerva prolongasse noctem, h. e. prudens vir utitur aëre matutino nebuloso ad rem suam; vel et, bene utitur nocte longa. coll. 371, i. e. prudenter quærebat semitas devias et minus frequentes. 'Αθήνη est pro 'Αθρήνη, ab ἀθρέω, video acutum, nam notat prudentiam futura providentem, et præsentibus bene utentem. 'Εργάνη dicitur, ὡς ἔργοις ἐπιστατοῦσα, αὐτὴ γὰρ εὗρε τὰς τέχνας. Apud Thebanos et Phœnices Minerva dicebatur ἡ ῎Ογκα, ut est apud Æschyl. Sept. c. Theb. 170, unde et in adjectivo est ἡ ὀγκαία 'Αθηνᾶ. nam per Cadmum multæ Phœnicum voces ad Thebanos perlatæ. Cæterum exempla ex Homero adducta prudentem lectorem docebunt, quid per Minervam in poësi antiquissima ubivis sit intelligendum. Vide sub Διομήδης, Αμφίνομος, et 'Ανόπαια, item in A. sub ῞Ηρως Βουλὴ, ληΐτις, 'Επὶ ad medium, et ἶφι.

'Αθήνη, ης. ἡ. et 'Αθῆναι, ῶν. αἱ. Urbs et civitas Græciæ nobilissima. ἵκετο δ' ἐς Μαραθῶνα καὶ εὐρυάγυιαν 'Αθήνην, η, 80. postea semper in plurali dicta est urbs, ad differentiam deæ, 78. sacra autem fuit Minervæ, ut Cyprus Veneri, Thracia Marti, Delus Apollini, etc. ἤλυθε 'Ορέστης ἂψ ἀπὸ 'Αθηνάων, γ, 307, ubi scribi jubent alii, ἀπὸ Φωκήων, a Φωκεὺς, έος, ὁ. nam ἐν Φωκίδι latuerat Orestes apud suum θεῖον Στρόφιον. sed utrumque recte se habet. Nam ex Phocide missus fuerat adolescentulus Athenas, disciplinæ causa: ergo ab Athenis tamen profectus est ad ultionem. ἐς γουνὸν 'Αθηνάων ἱεράων, λ, 322, ubi de Theseo et Ariadne sermo. Alias sunt κρανααὶ, *bergig und hochliegend, (elevated and mountainous:)* sed poëta σεμνύνει hanc regionem ὡς γόνιμον, καὶ ἀφ' ἧς αἱ τῶν καρπῶν διαδόσεις, ὡς δηλοῖ τὰ κατὰ κελεὸν καὶ τριπτόλεμον. Vocat et ἱερὰς, διὰ τὰς ἐκεῖ πολλὰς τελετάς. οἳ δ' ἄρ' 'Αθήνας εἶχον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον, B, 546, seqq. regnarat ibi olim ὁ 'Ερεχθεὺς, a quo Athenienses dicti οἱ 'Ερεχθεΐδαι, et οἶκος 'Ερεχθῆος est ipsa regio Attica. sic iidem ab aliis claris regibus suis dicti Κοδρίδαι, Κεκροπίδαι, Θησεΐδαι, et δῆμος 'Ερεχθῆος. Σούνιον ἄκρον 'Αθηνῶν, γ, 278.

῎Αθως, ω. ὁ. et ῎Αθοως, εω. ὁ. mons Græciæ, ab gigante hujus nominis appellatus, cui Neptunus hunc montem injecit. Hunc Xerxes perfodit aliquando, ad terrendos Græcos. Abest ab Lemno τριακοσίους σταδίους, et tamen umbra sua attingit hanc insulam: unde proverbium, ῎Αθως σκιάζει νῶτα Λημνίας βοός: quod dicitur de potentia magnatum, etiamsi porro absunt; et ea βοῦς erat ἄγαλμά τι in littore.

Quidam architectus suasit Alexandro magno, ut statuam ex hoc monte fieri curaret, in cujus altera manu sita esset urbs Μυρίανδρος, ex altera autem fluvius deflueret, ut videretur præternavigantibus σπένδειν. Prisci scribunt Ἄθοως, interserto ο, sicut in φόως, Κόως pro Κῶς. Jupiter, olim in hoc monte coli solitus, dicitur Ζεὺς Ἀθῶϊος et Ἀθῷος, quod alii scribunt Ἄθωος: sed analogia repugnat, fit enim a Μίνως, Μινώϊος et Μινῷος, a γάλως, γαλώϊος et γαλῷος, etc. sed ἀθῷος, sine Iota subscripto, est ἀζήμιος, ab ἡ θωή. ἐξ Ἄθοω δ' ἐπὶ πόντον ἐβήσατο, Ξ, 229, sc. Juno. et est genitivus Atticus. Vide sub θωή in A.

Αἰ, pronuntiatum a priscis ut æ. Hinc narrat Eustathius, si quis parum attentus audiat versum Hesiodi: ὥσπερ μ' ἀραῖον εἴλεις, (i. e. ὥσπερ ἐμὲ εἴλεις διὰ τῆς ἀρᾶς: qui versus hodie apud Hesiodum non legitur) posse id intelligi, quasi σπέρμα ῥίον inesset huic versui.

Αἶα, ας. ἡ. Urbs Colchidis, cujus civis est ὁ Αἰαῖος, et ἡ Αἰαία. Hinc Circe, Colchici regis soror, dicitur Αἰαίη, i. e. Κολχικὴ, ι, 32. et insula Circes dicitur νῆσος Αἰαίη, ab Αἰαίη Κίρκη, κ, 135. μ, 3. seqq. et in ea insula dicitur domus esse Auroræ, comparative ad loca ἅδου, καὶ Κιμμερίων, ubi nullus splendet sol. confer tamen ἠώς in A.

Αἰακὸς, οῦ. ὁ. Rex Æginæ insulæ, Jovis filius ex Ægina, Asopi fluvii filia, a qua hæc insula nomen accepit. Φ, 189. Inter filios ejus Peleus duxit Thetidem, deam maris, uxorem, et per eam factus est princeps Myrmidonum: hujus filius fuit Achilles, qui ab avo suo dicitur Αἰακίδης, οῦ. ὁ, B, 860, 874. Λ, 804. Π, 15, 865. Αἰακίδαο, pro Αἰακίδου, I, 184, 191. K, 402. Π, 134, 140. P, 76, 271, 388. Σ, 221, s. λ, 469. Αἰακίδη, Σ, 433.

Αἴας, αντος. ὁ. cognomine Telamonius, a patre suo Telamone, filio Æaci: vel et Salaminius, a patria sua Salamine: etiam Major seu Magnus, ad differentiam alterius Ajacis, corpore et viribus multo minoris. semper inter præstantissimos principes nominatur, e. c. A, 138, 145. est heros ab Achille secundus fortitudine, B, 768, ἀνδρῶν μέγα ἄριστος ἔην Τελαμώνιος Αἴας, ὄφρα Ἀχιλλεὺς μήνιεν, ὃ γὰρ πολὺ φέρτατος ἦεν. Hinc et iste Ajax unum cornu claudebat in castris Græcorum, alterum vero Achilles, Θ, 222—226. Adduxerat ex Salamine naves duodecim, B, 557. Fuere novem præstantissimi in exercitu Græco, qui enumerantur B, 404—408, et quidem septem; sed si his addis Achillem et Agamemnonem, habes novem. Ipse describitur Γ, 225—229. Dicitur μεγάθυμος, Δ, 473—479. μέγας, ἴφθιμος, ἀγαυὸς, E, 610—625. πελώριος, ἕρκος Ἀχαιῶν, H, 211—213. Z, 5, s. N, 321, ἀνδρὶ δέ κε οὐκ εἴξειε μέγας—et 709, Τελαμωνιάδῃ πολλοὶ καὶ ἐσθλοὶ εἵποντο ἑταῖροι. nam Salaminii armati erant egregie: Locrenses vero, quos ducebat ille alter Ajax, erant levis armaturæ milites. Quum Hector, ad finiendum bellum provocasset fortissimum Græcorum ad μονομαχίαν, H, 73, seqq. surrexit inter novem præstantissimos et Ajax, et sors ex iis eligebat pugnaturum. Hi novem sunt paullo alii, ac supra memorati: nimirum supra nominabantur præstantissimi dignitate; hic sunt præstantissimi fortitudine. Ex his novem tres erant eximii, Ajax, Diomedes, Agamemnon, H, 179, 180. Achilles enim, eo tempore abstinens a pugnando, in numerum non veniebat. sors destinabat Ajacem, cum magno Græcorum gaudio. Congreditur cum Hectore, et prius μετριολογεῖ, 226, seqq. et est imago veri herois: quo loco simul, si addis 234, seqq. civilitas illorum temporum etiam inter hostes apparet; quæ tamen in universo Homero elucet. Discedunt hi duo egregii heroës denique æquo Marte, seque invicem donis, in memoriam hujus certaminis, prosequuntur, H, 588, seqq. et ibi blanditur Hector Ajaci, nam ἡ τύχη οἶδε τὰς τῶν ἀνθρώπων γνώμας ἑαυτῇ συνεξαλλάττειν. quamvis autem Ajax ad dirimendum bellum jam nihil effecisset, tamen gloriose excipitur et donatur a rege, εὐτελεῖ quidem, sed honoris pleno, præmio, 311, seqq. 321, seqq. Clypeus ejus tanquam murus describitur H, 219, seqq. Θ, 267, seqq. Λ, 485. Mittitur, ut cognatus et post Achillem fortissimus, ad Achillem legatus, una cum Phœnice et Ulysse, I, 169, et 619, seqq. refertur sermo ejus. habet ibi epitheton ἀντίθεος, et K, 112. et, διογενὲς, κοίρανε λαῶν, Λ, 464. δαΐφρονι, Ξ, 459. βοὴν ἀγαθὸς, O, 249. et 415, κυδάλιμος. et 419, φαίδιμος. Filius ejus Εὐρυσάκης ab ingenti scuto patris, nomen accepit. Increpatur leviter ab Hectore, βουγάϊε, nam Hector eum ibi considerat ὡς ἄγροικον ἀλαζόνα, respondendo ad verba Ajacis, N, 809, seqq. 824, seqq. Percutit Hectorem saxo ingenti. Ξ, 409, seqq. quum ipse ab Hectore vulnerari non potuerit: unde a recentioribus tragicis ficta fabula, quod fuerit ἄτρωτος toto corpore, nisi παρὰ μασχάλην ἢ πλευράν. sed ejusmodi commenta ignorat Homerus. Potius quod τρωτὸς fuerit Ajax, apparet manifesto ex Ψ, 821—823, quid enim de eo timerent Græci, si esset ἄτρωτος ferro? Est fere semper una cum altero Ajace, nominis et fortitudinis similitudine captus. Vide Αἴαντε, articulo mox secuturo. Nusquam ab Homero narratur vulneratus; sicut et nec a Minerva adjutus: nam viribus solis pugnabat, non arte aut dolo. Defendit naves ab igne Hectoreo, et adhortatio ejus ad Græcos duces valde nervosa est O, 501—513, et insunt ei adlocutioni septem generosæ sententiæ. Cedit paululum, etsi ὁ κρείττων μετ' Ἀχιλλέα καὶ κορυφαῖος ἥρως, Π, 102, seqq. sed mox colligit se, 330, seqq. Αἴας, ὃς πέρι μὲν εἶδος, πέρι δὲ ἔργα, τέτυκτο, P, 279, seqq. ubi valde laudatur, collato 102, seqq. et 357, seqq. 628, seqq. 715, seqq. Σ, 193, seqq. in certaminibus ludicris minus felix: cum Ulysse enim luctatus est victoria dubia, Ψ, 708, seqq. et cum Diomede ingeniosiore minus feliciter pug-

navit armis, 811, seqq. et disci quoque jactu inferior est Polypœto. Post Achillem interfectum, de armis ejus contentio fuit huic Ajaci et Ulyssi: et quia principes Græcorum soli hanc litem discernere nolebant, Trojanorum aliquot principes evocabantur ad hanc rem judicandam: quorum sententiis (sed interventu Minervæ, i. e. astutia aliqua) Ulyssi ea hæreditas adjudicata. Ob id iratus interfecit ipse se gladio suo: quod poëta narrat λ, 468, 569. 542—563. et ω, 17, 18. Recentiores tragici, in quibus Sophocles, finxere furorem ante quam se ipse interficeret: addidere et, quod flos ὑάκινθος ex sanguine ejus ortus sit. conf. Horat. Sat. 2, 3, 187, seqq. ubi humare notat comburere. Filius ejus Eurysaces avo suo Telamoni successit rex Salaminis: et hujus filius Phylæus eam insulam tradidit Atheniensibus. conf. Τεῦκρος, et ἐπώνυμος in A.

Αἴας, αντος. ὁ. cognomine ὁ Λοκρὸς, et a patre, ὁ Ὀϊλέως υἱὸς, Minor etiam dictus, ad differentiam magni illius ante memorati. Locri autem, quibus imperabat, sunt Locri Opuntii, in Græcia ad orientalem Parnassi montis regionem habitantes, contra Eubœam. Regio ejus satis ampla describitur B, 527, seqq. sicut et ipsius statura et armatura: et quadraginta naves ad communem Græciæ classem adduxit. Copiis ergo multo potentior erat illo majore Ajace. Habet præcipue epitheton ταχὺς, utpote λινοθώρηξ, K, 110, 112. N, 66, seqq. Ξ, 442, 520, ubi ob celeritatem pedum multos fugientes consequitur et occidit. Ὀϊλιάδης, M, 365. erat acutior majore illo, sed tamen fida amicitia cum eo junctus, N, 701, seqq. audit acutum, P, 256. frater ejus nothus erat Μέδων, O, 333. in certamine ludicro turpiter se dat, Ψ, 473, seqq. 483, 488. certat cursu cum Ulysse junior cum seniore, negligit preces ad numen, hinc vincitur et cadit turpiter, 754, seqq. 779, seqq. 789. Capta Troja, in templo Minervæ, coram ipsa Palladis statua, vitiat Cassandram, virginem regiam. Ob hanc ejus ἀσέλγειαν irata Græcis redeuntibus Minerva, multos perdidit, α, 327, ubi poëta id infortunium tangit, sed causam reticet, nam non vult τοῖς τῶν ἱστοριῶν ἀσέμνοις maculare opus suum divinum. sic et γ, 131—136, ubi Nestor id peccatum tangit, sed sine nomine, ne de mortuo male loqui videretur. Et sane segregare se ab hoc Ajace post commissum tale peccatum debuissent reliqui. Horat. 3. Od. 2, 30. quomodo autem ipse in mari perierit, narratur δ, 499, seqq. ob contemtum numinum. peccatum ejus tangitur et ε, 108, quod multis exitio fuit. Cæterum concordia ejus in prœliis cum majore Ajace ostenditur Δ, 273, seqq. 285, seqq. ubi Agamemnon optat habere omnes his duobus similes; sed Nestori similes tantum decem: ut notetur præstantia συνέσεως præ ἀνδρείᾳ. Z, 436. H, 164, ubi hi duo sunt inter novem ἀρίστους. Θ, 79, ubi retrocedunt, territi signis deorum, ne videantur θεομαχεῖν. M, 265, seqq. 335, seqq. 349. N, 46, seqq. 66, seqq. O, 301. Π, 555, seqq. et sunt non solum ob communem virtutem, sed et ob ὁμωνυμίαν, eo libentius ἰσόψυχοι, P, 720. Σ, 157, 163, conf. Ὀϊλεύς.

Αἰγαὶ, ῶν. αἱ. est locus in Eubœa, vel insula parva ad Eubœam, ubi Neptunus eximie colebatur, et ubi fictum est τὸ κατὰ τὰς ἐφημέρους ἀμπέλους, αἳ ἕωθεν ἀνθοῦσαι, πρὸς μεσημβρίαν πεπαίνουσι βότρυας, ἑσπέρας δὲ ἄκρατον χορηγοῦσι δαψιλῆ τῷ χορῷ τῶν τελουμένων τῷ Διονύσῳ ἢ τῶν Μαινάδων. Θ, 203. N, 21. ε, 381. ab hoc loco τὸ Αἰγαῖον πέλαγος habet nomen. sunt tamen et Ægæ in Peloponneso, ubi quoque Neptuno celebrabantur festi dies. Vide sub Αἴξ.

Αἰγαίων, ωνος. ὁ. fuit vir ingens, centimanus, ab hominibus, i. e. vulgo, appellatus Ægæon, a diis vero Βριάρεως. A, 402—404. nomen est ab ὁ αἰὼν, et notat ævum æternum. Historice tamen fuit heros, qui maris imperium tenuit aliquando, et a quo Ægæum mare dictum putant quidam. Est et in Asia mons hujus nominis, ex quo multi emanant fontes quaquaversum, qui campos subjacentes uberes faciunt. conf. Βριάρεως.

Αἰγιάλεια, ας. ἡ. natu minima filia Adrasti, uxor Diomedis. E, 412, seqq. ubi honoratur epitheto περίφρων. Recentiores narrant, per iram Veneris correptam eam fuisse insano amore erga præfectum Argorum, quem Diomedes ibi proregem reliquerat: sed id ignorat Homerus. vid. Lycophron et Ennodius. Vide sub Διομήδης.

Αἰγιαλὸς, οῦ. ἡ. Duæ urbes hujus nominis. Altera in Achaia, ampla satis, quæ deinde et Ἰωνία dicta est, B, 575, ubi per πάντα pro πᾶσαν amplitudo urbis et territorii ejus ostenditur. sed tamen et maritima ora omnis a Sicyone usque ad Elidem dicta est Αἰγιαλὸς, quæ fortasse l. c. intelligitur: Et omnis ista ora erat sub Agamemnone, Altera erat urbs Paphlagoniæ, B, 855, quæ postea dicta est Ἠιόνπολις, nomine idem significante: nam ἡ ἠϊὼν et ὁ αἰγιαλὸς notat littus. Civis harum urbium dicitur Αἰγιαλεύς. Alii tamen l. c. legunt, omisso priore τε, Κρώβιαλον: et ista ἡ Κρώβιαλος quoque erat urbs Paphlagoniæ. Plures hujus nominis urbes in orbe antiquo fuere.

Αἴγινα, ης. ἡ. Insula olim celeberrima, regia Æaci, patria clarissimorum heroum, quæ et imperium maris aliquamdiu tenuit. Habet nomen ex Αἰγίνης τῆς Ἀσωποῦ, quam Jupiter in hanc insulam deportavit consuetudinis causa, et quæ ibi ex Jove peperit Æacum. Antea dicta fuit insula Οἰνώνη. Habitata fuit optimis nautis et mercatoribus: et ὁ Αἰγιναῖος ὀβολὸς putabatur esse optimi argenti. B, 562, ubi auxilia hujus insulæ erant sub Diomede. Post vero degenerarunt Æginetæ. et proverbium inde ortum: τὰ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας Αἰγίν' ἐκτρέφει, *in der erst liefert Ægina die*

tapfersten söhne, (Ægina formerly produced the bravest of men.) Tempore belli Persici valde florebat, ut 470,000 servi in ea numerarentur, ex quo vel multitudo vel opulentia liberorum hominum potest conjici. Ob commercia semper ibi versabantur plurimi hospites, qui optimo ibi jure fruebantur. Ambitus ejus sunt CLV stadia Vide sub *πρόμος*, in A.

Αἴγιον, ου. τό. urbs Achaiæ. Civis ejus Αἰγιεύς. Β, 574. Fertur oraculum: *ὑμεῖς Αἰγιέες οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι*: i. e. ne tertii aut quarti quidem estis in gloria virtutis, tantum abest ut sitis primi. Vide sub Ἀΐξ, in A.

Αἰγίς, ίδος. ἡ. mythice est pellis caprina, *αἰγέη*, quo Jupiter utebatur in memoriam capræ, cujus ubera puerulus suxerat. Deinde est quasi clypeus Jovis, ad formam pellis caprinæ expansæ factus, et aureis fimbriis et pilis obsitus: quo Jupiter ad terrorem incutiendum utebatur. Physice vero per istam ægidem intelliguntur nubes fulgurantes et tonantes, aliaque *φόβητρα καὶ πάθη κατὰ τὸν ἀέρα*, quorum quædam et a physicis vocantur *αἰγίδες* et *καταιγίδες*, imo et *αἰγαί*. Jovi maxime tribuitur, utpote aëri, hæc ægis: unde etiam *αἰγίοχος*, ab *ἔχειν αἰγίδα*, vocatur. Possis quidem hoc epitheton interpretari, quod Jupiter aliquando *πρὸς ὀχὴν*, i. e. *τροφὴν* usus sit *αἰγί*: sed ineptum est id interpretamentum. maxime dicitur Ζεὺς *αἰγίοχος*, si fulgurat, Λ, 66. sed et Apollo, utpote sol, sine quo vapores fulgura gignentes non possunt adscendere, habet ægidem, Ο, 229, seqq. ubi patet, *αἰγίδα* non esse telum, sed esse *ἔναμμά τι πρὸς ἐκφόβησιν τινῶν*. et 308, seqq. ubi per epitheta accurate describitur. Vulcanus, i. e. ignis, dedit Jovi ægidem, nam per ignem elevantur exhalationes terræ, et in nubibus incenduntur. Minerva quoque habet ægidem, Ε, 738, seqq. ubi quoque accurate descripta est *αἰγίς*: et verba ibi, *Διὸς τέρας αἰγιόχοιο*, 742, pertinent per hyperbaton ad *αἰγίδα θυσανόεσσαν*, 738. Ostendit autem *ὁ μῦθος* hac fictione de Minerva, *τὰ πολύτροπα τῆς φρονήσεως ἐνεργήματα*, ut quæ hostibus suis est gravis et celer et vehemens, et semper superior. Nam paullo latius intelligenda est ægis terrifica, si Minerva eam dicitur habere. Fortasse autem ex 2 Mosis xiv, 24, sumta est hæc ægis, utpote ad terrorem incutiendum adhibita; vel utraque ex communi antiquitatis idea est efficta, coll. Ο, 318, seqq.

Αἴγισθος, ου. ὁ. ex regio genere Atridarum; et genealogia ejus est sub Ἀγαμέμνων. Erat valde adolescens, cum Agamemnon ad Trojam proficisceretur. sed Clytæmnestra, uxor regia, amare cœpit hunc pulcellum: et cum rediret rex gloriosissimus, Ægisthus una cum mœcha interfecerunt eum per insidias: quod narratur *γ*, 250—275. *δ*, 512—537. et ab ipsa Agamemnonis anima miserabiliter *λ*, 386—465. *ω*, 20, seqq. 95, seqq. sed postquam septem annis regnavit Mycenis, rediit Orestes in regnum paternum, occiditque Ægisthum una cum matre sua impia, *γ*, 303, seqq. coll. 194, 235. *α*, 29, seqq. 298, seqq.

Αἰγύπτιος, ου. ὁ. nomen proprium viri nobilis Ithacensis. *β*, 15, seqq.

Αἴγυπτος, ου. ὁ et ἡ. nam in masculino notat fluvium Ægyptiæ terræ, *τὸν Νεῖλον*: in fœminino vero est terra ipsa, ab isto fluvio ejusque limo, ut creditur, orta et aucta paullatim. Derivatur nomen *παρὰ τὸ, αἶγας πιαίνειν*. Ejus emporium in continente erat olim *ἡ Ναύκρατις, ιος*: alterum in insula Pharo. Et ista *ἡ Φάρος*, Homeri ætate, aberat a continente iter nauticum unius diei: post successive continens ista processit, ut adjungeretur Pharo, quod jam ita fuit Strabonis geographi ævo, i. e. mox post Christum natum. Nili aqua est *ὕδωρ πολυγονώτατον καὶ γλυκύτατον, καὶ λύει τὰς κοιλίας τῶν πινόντων, μίξιν ἔχον νιτρώδη*. Terra Ægyptus plena erat medicorum et medicaminum, *δ*, 229, seqq. præterea fuit mater omnis sapientiæ. Sed multi tamen incolarum et *πανοῦργοι*, unde *αἰγυπτιάζειν* et *πανουργεύεσθαι* notabat idem, *κακοτροπεύεσθαι*: quanquam proprie est, colore atro obfuscare. De fluvio est *γ*, 300. *δ*, 351, 355, 477, 483, 581, et sic hunc fluvium Homerus semper appellat. Hesiodus, utpote multo junior, jam novit *τὸν Νεῖλον*, ut fluvium magnum, Theog. 338. conf. *τὸν Περιηγητήν*. *ξ*, 246, 257, 275. *ρ*, 426, 427, et rex illo tempore putatur fuisse *ὁ Σέθως*. Fœmininum est *ρ*, 448, ut ergo appareat, poëtam vocare regionem *τὴν Αἴγυπτον*, et fortasse etiam urbem regiam. Cæterum sensus hujus loci est: *ich will dir deine verdriesliche lange erzählung von Ægypten und Cypern anstreichen, (I will interrupt thy long tedious story about Egypt and Cyprus.)* Ægyptiorum virorum munificentia apparet ex *ξ*, 285, s. et ibidem quoque laudatur ubertas et splendor agrorum. et 263. *ρ*, 432. Quam late regnarit rex Ptolemæus 2, et quam opulenta fuerit Ægyptus illo tempore, liquet ex Theocr. Id. 17, 79, seqq. ubi 33,339 oppida et vici bene habitati numerantur. Αἰγύπτιοι, *δ*, 83. et 385, Πρωτεὺς Αἰγύπτιος. Αἰγυπτίων ἀνδρῶν, *ξ*, 263, 286. *ρ*, 432. ἐνὶ Θήβαις Αἰγυπτίαις, *δ*, 127. et 229, ubi Αἰγυπτίη pertinet ad ἡ Πολύδαμνα: alii tamen scribunt Αἰγυπτίῃ, sc. ἐν χώρᾳ, *im Ægypten-lande, (in Egypt.)* penultima potest corripi. Plurimum lini crescebat in Ægypto, et quidem quatuor ejus species, quas discis ex Plinii Lib. 19, c. 1. Hinc funis nauticus dicitur Euripidi, Troad. 128, *πλεκτὴ Αἰγύπτου παιδεία*. Homerum fuisse Ægyptium, ex domo regia oriundum, videbis sub Ὅμηρος.

Ἀΐδης, ου. ὁ. et Ἄϊς, ιδος. ὁ et Ἀϊδωνεὺς, έως. ὁ. et Ἅιδης, ου. ὁ. Deus inferorum, Pluto. it. locus inferorum et mortuorum. Est ab *α* negativo, et *εἴδω*, i. e. *βλέπω*. Nam locus ille est *σκοτεινὸς, ὑπὸ γῆν, ἀφανὴς, ἀφωρισμένος ψυχαῖς*. Ἅιδης est attice: quanquam hoc alii de-

ducunt ab ἥδω, κατ' ἀντίφρασιν, ᾧ ἥδεται οὐδείς: sicut ὁ Χάρων etiam κατ' ἀντίφρασιν a χαίρω. sed præstat, Ionicam appellationem ἀΐδης habere pro prima, a qua per contractionem et mutationem spiritus Atticam descendit illa Attica: idque vel subscriptum Iota ostendit. Mira est etymologorum libido opinandi. Ἀΐδης πελώριος ἔτλη ὠκὺν ὀϊστὸν, E, 395, seqq. ubi tangitur fabula vulnerati ab Hercule Plutonis. Nam Hercules descenderat ad abducendum canem: Pluto permisit, ut abduceret, si sine clypeo et ferro posset vincere canem: Hercules ergo leonina pelle usus pro clypeo, et lapidibus pro telis, vicit canem et vinxit: Plutonem tamen se opponentem vulneravit sagitta in humerum. conf. Ἡρακλῆς. Cæterum ἀΐδης πελώριος facete dici potest de γαστρὶ ἀνάλτῳ, et de φάγῳ μεγαλοσωμάτῳ. ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν, A, 3. ψυχὴν δ' Ἄϊδι κλυτοπώλῳ, E, 654, quod epitheton confer ex A. et 646, πύλας ἀΐδαο (ἀΐδου) περήσειν, i. e. εἰς ᾅδην ἀπελθεῖν: et περάειν positum, quasi ᾅδης esset trans oceanum occidentalem. et 845, Ἀθήνη δῦνε ἄϊδος κυνέην, i. e. invisibilis erat. μὶν ἔγωγε ἐφάμην Ἀϊδωνῆϊ προϊάψειν, E, 190. ἔδδεισεν δὲ ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεὺς, Υ, 61, i. e. homines timuerunt, ne rumperetur terra. Locus mortuorum satis poëtice depingitur in κ et λ: qui Homericus tamen ᾅδης ad sinum Bajanum in Italia fuisse videtur. conf. geographum.

Αἰδὼς. ἡ. vide in A. sub πλήσσω, prope finem, et Αἰδὼς, prope finem.

Αἰήτης, ου. ὁ. rex Colchidis, frater Circes, filius Solis ex Persa filia Oceani. conf. Κίρκη. κ, 137, seqq. dicitur ὀλοόφρων, vel διὰ τὸ τοῦ ἤθους οὐχ ἱλαρὸν, ὡς δηλοῖ τὰ κατὰ τὸν Ἰάσονα καὶ τὴν Μήδειαν: vel notat συνετὸν καὶ φρονοῦντα ὁλόκληρα. Nomen est ab ἡ Αἶα, quæ erat urbs Colchidis. Ἀργὼ παρὰ Αἰήταο (Αἰήτου) πλέουσα, μ, 70. Cæterum pertinet hic Æetes inter heroas.

Αἴθη, ης. ἡ. nomen equæ nobilis, quam dono dederat Agamemnoni Echepolus princeps Sicyonius, ut liber esset ab expeditione Trojana, et domi divitiis suis frui posset, Ψ, 295, seqq. 408, s. 525, ubi certamen cursus equestris describitur. Adjectivum αἰθὸς, ἡ, ὸν, notat fere idem quod πυῤῥός: quanquam et esse possit ἀπηνθρακωμένος. Nomina autem propria ex adjectivis facta retrahunt aut mutant accentum.

Αἴθικες, ἰκων. οἱ. sunt Θετταλικὸν ἔθνος, ὑπερκείμενον τῆς Ἠπείρου: ἢ Περραιβικόν. Regio eorum dicitur ἡ Αἰθικία, B, 744. Gens latrociniis dedita, et tandem deleta funditus.

Αἰθίοψ, οπος. ὁ ἡ. et Αἰθιοπιεύς, ιως. ὁ. Æthiops, incola regionis ultra Ægyptum versus meridiem sitæ. Utraque terminatio est ad formam ὁ ἡγεμὼν et ἡγεμονεὺς, Ἀλκαῖος et Ἀλκεὺς, διάβολος et διαβολεὺς, etc. Nomen est ab αἴθω, uro, et ἡ ὄψις, διὰ τὸ ἐπικεκαῦθαι ὄψιν ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Etiam Jovis epitheton est ὁ Αἰθίοψ, quia, secundum μῦθον, amat esse in Æthiopia, i. e. quia ibi præcipue colitur. Nam est in Ægypto superiore ἡ Διόσπολις, in qua μέγιστον ἱερὸν τοῦ Διός. Ex eo fiebat pompa (*eine procession*) (*a procession*) in qua simulacrum Jovis aliorumque numinum portabatur per Libyam; et erant festi conventus et feriæ per dies duodecim. Hinc A, 423, s. Ζεὺς ἐπ' ὠκεανὸν (ad oceanum meridionalem) μετὰ ἀμύμονας Αἰθιοπῆας ἔβη μετὰ δαῖτα, θεοὶ δὲ ἅμα πάντες ἕποντο, δωδεκάτῃ δὲ αὖθις ἐλεύσεται. Ergo historice id Homerus, oriundus ex Ægypto, accommodat fictioni suæ. Nam Αἰθίοπες olim valde δεισιδαίμονες: ut hinc dii certis temporibus epulari dicantur. sic Ψ, 205, seqq. α, 22, seqq. ubi Æthiopes dicuntur dupliciter divisi: nimirum ab orientis oceano usque ad Atlanticum, tota meridionalis vel Zodiaco subjacens terra ab Æthiopibus habitatur, et ea dividitur per mare rubrum in duas partes; in Africam versus occidentem, et in Asiam versus orientem: omnis terra ab ortu hiberno usque ad occasum hibernum est Æthiopia. Nisi malis paullo arctius et verius intelligere Ægyptum superiorem, per quam mediam fluit Nilus, eamque in partem Orientalem et Occidentalem dividit: et dicuntur ἔσχατοι ἀνδρῶν, nam habitatores Ægypti inferioris putabant hos superioris Ægypti incolas esse ultimos hominum versus meridiem. sic eodem respectu Æschylus dixit: ἔστι πόλις Κάνωβος, ἐσχάτη χθονός Possunt per ἐσχάτους istos Homericos intelligi et Λίβυες, extra Ægyptum versus meridiem habitantes, ultra quos nihil fere notum erat antiquis. sed præstat, Ægyptum superiorem seu Thebaidem tenere, in qua est ἡ Διόσπολις, seu Thebæ Ægyptiacæ, urbs valde magna et religionum plena. Cæterum loco ex α citato unica est Ἐπανάληψις in Odyssea, qua sæpius poëta usus est in Iliade. Αἰθιοπάς τε ἱκόμην, δ, 84. τοὺς νοτίους, prope Ægyptum, ubi hodie est Nubia. ἐξ Αἰθιόπων ἀνιὼν Ἐνοσίχθων, ι, 282. 287. Ob hanc hujus gentis commendationem, quod præcipue a diis ametur, credibilior etiam sit sententia eorum, qui Homerum ex regio Ægypti genere antiquo ortum fuisse dixere. In usu vulgi est ἡ Αἰθιόπισσα, cum tamen Græci dixerint ὁ καὶ ἡ Αἰθίοψ, vel et, ἡ ἐξ Αἰθιόπων. Αἴθυια est epitheton Minervæ: nam fabulæ volunt, Minervam esse in cœlo φωσφόρον: quia nimirum sub auroram homo prudentissime et ingeniosissime cogitare solet. Et id epitheton quoque est ab αἴθω, sicut et ὁ οἶνος αἶθοψ, et αἴθων λίων, et adjectivum αἰθὸς, ἡ, όν.

Αἴθρη, ης. ἡ. ancilla nobilis et honestior reginæ Helenæ: nam et ipsa regio genere orta erat, et pater ejus erat ὁ Πιττεύς. Γ, 144. Mater Thesei.

Αἴθων, ωνος. ὁ. nomen fictum, quo se Ulysses appellat, quum patriam et parentes fingit personatus. τ, 183, et circa.

Αἵμων, ονος. ὁ. unus ex ὑποστρατήγοις Nestoris, Δ, 296, ubi κρείων esse dicitur. Alius

Αἵμων, nobilis Thebanus, refertur Δ, 394, a quo filius ejus, per anagramma usitatum priscis si nomina danda essent filiis, vocatus est Μαίων, Αἱμονίδης.

Αἵμων, ονος. ὁ. Græcus nobilis, cujus filius fuit Λαέρκης, nepos Ἀλκιμέδων: unde est patronymicum Αἱμονίδης, P, 467.

Αἰνείας, ου. ὁ. Filius Anchisæ et Veneris, notus ille heros Trojanus ex stirpe regia; et genealogia ejus est ad Ἀγχίσης. Venus eum maxime amavit, i. e. erat indole blanda et ingenio amœno et ἐπαγωγῷ: unde etiam suis valde carus. In bello Trojano fuit dux Dardaniorum, B, 819, seqq. sed non solus: nam suspectum eum habuit Priamus. Versatur in pugna, E, 166, seqq. et 297. et 305, ubi percutitur lapide ingenti a Diomede, et periisset, nisi mater ei auxilio venisset, i. e. nisi sui, valde amantes eum, celeriter succurrissent; quem amorem sua amabilitate meruerat. et 311, seqq. et 377, ubi dicitur dilectissimus Veneri filius, i. e. homo suavissimus et venustissimus. et 445, ubi curatur in templo Apollinis a diis, et Apollo interim per εἴδωλον Æneæ ludificat Diomeden. et 467, ubi sui valde desiderant eum. et 512, seqq. ubi refectus emittitur e templo, i. e. providentia et fatum conservat eum, et bonus medicus eum cito recreat: et pugnat egregie iterum. et 534, Αἰνείω (genitivus Ionicus, qui alibi est Αἰνείαο) ἕταρον μεγαθύμου. et 541, seqq. ubi multos præstantes Græcos occidit. Αἰνείᾳ τε καὶ Ἕκτορι, Z, 75, 77. Equi ejus fuere nobiles, E, 221, seqq. quos tamen cepit Diomedes cum Æneas fugisset in pugna, Θ, 106, seqq. Ψ, 290, seqq. Αἰνείαν, ὃς Τρωσὶ θεὸς ὣς τίετο, Λ, 58, sed apud plebem tantum, non apud reges, quibus erat invisus, quia insidiosum eum putabant. ἐῢς παῖς Ἀγχίσαο Αἰνείας ἦρχε τετάρτων, καὶ ἅμα τῷγε δύω, M, 98, coll. 87, seqq. ubi vides simul supremos Trojanorum ductores sub uno imperatore Hectore. Αἰνείας, πόδας ταχὺς, N, 482, 489, ubi fortia ejus facta narrantur. sed 459, seqq. dicitur, quod inter postremos steterit, succensens Priamo, quod in aula regis sit minus honoratus. Nam semper est δακνηρὸν, ἐσθλὸν ἐόντα ἐν ἀνδράσιν μὴ τιμᾶσθαι. suspectabatur autem, vel ὡς βασιλειῶν (regno inhians) vel quod χρησμὸς exstabat, eum futurum regem exciso Ilio, vel quod nimis favorabilis erat apud populum, vel propter hæc omnia simul. Numeratur inter ἀρίστους, Ξ, 425. pugnat, O, 332. Π, 536. et 608, seqq. ubi contra Merionen pugnat. Achilles in eum fertur, Υ, 79, seqq. quo loco, 83, seq. dicitur Æneas in vino aliquid gloriosius esse pollicitus, quod ipse jam recordatur in articulo periculi. et 88, seqq. laudat hostem suum Achillem simpliciter; narratque, 90, quod jam semel in Ida monte vix eum effugerit, ipse bubus paternis pascendis præfectus: coll. 105. 112, seqq. 160, seqq. ubi pugnat cum Achille. et 180 indicatur, cur suspectus fuerit Priamo. et 208. et 214, seqq. ubi genealogiam suam enumerat, et quod materno genere nobilior sit Achille, usque ad 241. huc pertinet et 105, s. et 321, seqq. ubi dextre se recipit ab Achille, quæ fuga numini adscribitur auxilianti; coll. 290, seqq. ut videatur Æneas θεοφιλής. et 94, s. ubi νυκτιλοχῶν ἐπῆλθεν ὁ Ἀχιλλεὺς τῷ Αἰνείᾳ βουκολέοντι: hinc egebat lumine Achilles: quia tamen facile invenit quod quærebat, ideo Minerva dicitur lucem prætulisse ei. Cæterum Æneæ nunquam placuerat belli causa: hinc et contradicebat sæpe filiis Priami, et in pugnis sæpe νωθρότερον se gerebat; quæ apparent ex Υ, 291, seqq. Oraculum præterea ei posteros imperaturos destinaverat, ne genus Dardani, a Jove dilectum, prorsus intercideret. Hinc vides ansam, quam Virgilius postea arripuit. Ἀπόλλων Αἰνείαν ὤτρυνε, P, 323, 327, seqq. 344, seqq. 484, seqq. 754, 758.

Αἰνιᾶν, ᾶνος. ὁ. vide sub Ἐνιῆνες.

Αἴνιος, ίου. ὁ. ex gente Pæonum nobilis, ab Achille interfectus cum multis aliis, Φ, 210.

Αἶνος, ου. ἡ. urbs Thraciæ, ex parte τῶν Κικόνων, quæ Trojanis auxilio fuit, sicut et reliqui Thraces. Δ, 520.

Αἴξων, ονος, ὁ. Αἰξονεῖς, ῶν. οἱ. vide sub ἀναΐσσω in A.

Αἰολέες, έων. οἱ. gens Græca. Vide sequens, et sub ἐλεύθω in A. ad finem.

Αἴολος, ου. ὁ. Tres hujus nominis in antiquitate sunt clari. Primus, pater Sisyphi, filius Ἕλληνος, qui Ἕλλην fuit Διὸς παῖς creditus, etsi ὁ Δευκαλίων se pro patre ejus gereret. τοῦ Σισύφου fratres erant ὁ Κρηθεὺς καὶ ὁ Ἀθάμας. Ab hoc Æolo οἱ Αἰολεῖς, celebris illa gens, habuere nomen: ipse ex filia habuit nepotem τὸν Βοιωτὸν, a quo οἱ Βοιωτοὶ nomen habuerunt, quorum dialectus mixta fuit ex Æolica et Dorica. Jam intelligis, cur Σίσυφος dicatur Αἰολίδης, Z, 154. et Κρηθεὺς Αἰολίδης, λ, 236. Nomen Αἴολος habet accentum in antepenultima, ad differentiam adjectivi, αἰόλος, i. e. ποικίλος, ταχὺς, a quo nomen proprium est ortum. Est et ὁ αἴολος piscis species, ex genere τῶν σκάρων. An vero ab adjectivo αἰόλος, an a τοῖς Αἰολέσι, factum sit verbum παραιολίζειν, i. e. ἀπατᾷν, quærendum videtur. Alter Æolus fuit ὁ Ἱππότου καὶ Μελανίππης filius, qui ideo Ἱπποτάδης, ου. ὁ, cognominatur, a patre suo ὁ Ἱππότης. Hic Æolus describitur ut ταμίας ἀνέμων: quod ex peritia ejus nautica et physica fictum, qua poterat ventos futuros scienter conjectare, et prædicere navigationem vel prosperam vel minus. Habitabat in insulis Æoliis supra Siciliam, quarum erat rector: et quia in iis sunt aliquot Vulcani, hinc narrant prisci geographi, quod ex his Vulcanis in tres dies certissime prædici queant venti. conf. Strabonem de Λιπάρα insula. Ad hunc alterum Æolum venit Ulysses, ab eoque donatur vento secundo,

et utre, in quo adversi venti erant inclusi, κ, 1, seqq. Ejus insula vocatur Αἰολίη νῆσος, quæ, ut κτητικὸν, deberet dici Αἰολεία, sed ob metrum ε est extrusum. Homerus unam insulam nominat, in qua erat sedes regia: re ipsa sunt septem, quæ junctim dicuntur Αἰολίδες, (vel et accuratius, Αἰόλειαι νῆσοι, αἱ τοῦ Αἰόλου: Αἰολίδες vero αἱ τῶν Αἰολέων ad Asiam) et Λιπαραίων νῆσοι, a majore insula Λιπάρα. Erat is Æolus simul vir ditissimus, et filii filiæque ejus describuntur ut τρυφῶντες, sicut et Phæaces: hique fratres in matrimonio habebant sorores suas. Quia sunt filii sex, totidemque filiæ; hinc quidam putant, Æolum hunc allegorice esse annum, cujus sex menses sunt καρποφόροι, et θήλειαι quasi: sex alii mares, qui tamen terræ conferunt, per pluvias et nives et quietem, humores et fœcunditatem: et fingi ipsum Ἱππότου filium, ob celeritatem transitionis suæ, ab ἵππος et πέτεσθαι: dictum autem ventorum præsidem, quia venti in Mediterraneo mari certum anni tempus servant. Sed cavebit omnis homo prudens et poëticæ artis gnarus, sibi ab expositionibus allegoricis. Fuit potius historice princeps, valde sapiens, reique navalis peritissimus; qui Ulyssem monuerat, ut hoc vento, qui jam flare inciperet, uteretur ad navigandum, nec usquam moraretur; posse enim eum hoc vento in patriam pervenire: quod monitum tamen Ulysses, fortasse sociis suis obtemperans, non adeo stricte observavit, et sua culpa in ventum mutatum et plane adversum vehementemque incidit. Ο in nomine Αἴολος productum est a poëta, necessitate metrica, κ, 36, 60: et hæc figura metrica dicitur ἡ λαγαρότης in versu, quando trochæus est pro spondeo vel dactylo. Ejus oppositum est τὸ προκοίλιον, quando iambus est loco spondei vel dactyli. Relatus ad insulam vento adverso Ulysses, repudiatur ab Æolo ob oscitantiam suam, tanquam indignus auxilio, quo uti nolit. vide et ψ, 314, seqq. Tertius aliquis Æolus, filius Neptuni ex nympha Ἄρνη. Vide in A. sub ἀσκός.

Αἴπεια, ας. ἡ. Urbs Laconiæ, postea dicta ἡ Θουρία. habet epitheton καλὴ, I, 152, 294.

Αἶπυ, εος. τό. Urbs sub imperio Nestoris in Peloponneso, εὔκτιτον et in colle situm, unde et nomen habet. Civis ejus dicitur ὁ Αἰπύτης, ου. B, 592.

Αἴπυτος, ου. ὁ. Fuit rex Arcadiæ antiquus et heros, filius Ἐλάτου, sepulcrum ejus vocabatur Αἰπύτιος (pro Αἰπύτειος, ob metrum) τύμβος, a quo sepulcro tota illa circumjacens regio sic appellabatur. B, 604.

Αἴσηπος, ου. ὁ. Fluvius in Lycia Trojana, cujus aqua nigra, i. e. pura et profunda, B, 825. Δ, 91. M, 21. Deinde etiam filius Bucolionis, ex Νηΐδι δίδυμος, καὶ ὁμώνυμος ποταμῷ ἐγχωρίῳ, occisus ab Euryalo, Z, 21, seqq.

Αἰσυήτης, ου. ὁ. priscus princeps Trojanus pater Ἀντήνορος καὶ Οὐκαλέγοντος, ex regio genere: sepultus ex more ante urbem. B, 793. N, 427.

Αἰσύμη, ης. ἡ. Urbs Thraciæ. Θ, 304, ἐξ Αἰσύμηθεν, ubi ἐξ abundat ad adverbium loci.

Αἴσυμνος, ου. ὁ. ductor Græcus. Λ, 303.

Αἴσων, ονος. ὁ. Filius Crethei ex Tyro formosa, pater Jasonis, rex partis Thessaliæ. λ, 258, coll. 234, seqq.

Αἴσωπος, vide in A. sub ὤψ, et φόρτος.

Αἰτωλοί, ῶν. οἱ. Gens Græca admodum nobilis. Terra ejus ἡ Αἰτωλία, et civis ejus ὁ Αἰτώλιος et ὁ Αἰτωλός. sic dicitur Δάρδανος et Δαρδάνιος, civis ex Dardania regione, ἔγχωρος et ἐγχώριος, indigena, ἔκτοπος, et ἐκτόπιος, etc. ut sæpe Iota intersertum abundet. Dicti sunt Ætoli a conditore gentis Αἰτωλῷ, filio Ἐνδυμίωνος, Ἠλείῳ τὸ γένος: ὃς Ἄπιν ἀνελὼν ἀκουσίως τὸν τοῦ Φορωνέως, καὶ φυγὼν, amissa Pisa in Peloponneso, transiit in eam regionem, quæ ab eo nomen habet. Filius hujus Αἰτωλοῦ fuit ὁ Πλευρὼν, cujus filii fuere ὁ Κούρης et ὁ Καλυδών: et ab his tribus appellata est gens, οἱ Κούρητες, et duæ urbes ἡ Πλευρὼν et ἡ Καλυδών. Clari fuere olim Ætoli propter jaculationem ex funda; et horum σφενδόνη erat μακροβολωτέρα τῆς ἐκ τόξου ἐκβολῆς. Tales et erant οἱ Δόλοπες, δεξιοὶ σφενδονῆται. Πυραίχμης ὁ Αἰτωλὸς, εἰς μονομαχίαν ἐλθὼν μετὰ Διγμενοῦ Ἐπειοῦ, κατέβαλε σφενδονήσας τὸν Διγμενόν. Cæterum historici vituperant Ætolos ob superbiam, et bellandi cupiditatem, et luxuriam: quibus rebus tandem sunt pessumdati. Αἰτωλῶν ἀρχὸς, Θόας, B, 638, seqq. Τυδεὺς Αἰτώλιος, Δ, 399. et 52, Θόας Αἰτωλός. Τρῆχον αἰχμητὴν Αἰτώλιον, E, 706. et 843, Περίφαντα, Αἰτωλῶν ὄχ' ἄριστον. Αἰτωλοὶ μενέχαρμαι, I, 525, seqq. qui oppugnant Calydonem. Θόας Πλευρῶνι καὶ Καλυδῶνι, Αἰτωλοῖς, ἄνασσε, N, 218. Αἰτωλῶν ὄχ' ἄριστος Θόας, O, 282. Αἰτωλὸς γενεὴν Διομήδης, Ψ, 471. et 633, Αἰτωλῶν μεγαθύμων. Αἰτωλὸς ἀνὴρ μὲ ἐξήπαφε μύθῳ, ξ, 379. seqq. ubi unus mendicus vel hospes mentiens, omnes alios narrantes suspectos Eumæo fecerat. Et facere hoc nomen gentis ponit poëta, alludens ad sonum vocis αἰτέω, ut respiciat ἐπαίτην, mendicum. sic alibi, admirationem aliquam secuturam innuens, ἐκ Τάφου fingit venisse aliquem. Vide Ἀθήνη. Cæterum dialectus Ætolorum solebat ex genitivo tertiæ declin. facere novum nominativum, e. c. ex ὁ γέρων, τοῦ γέροντος, faciebant ὁ γέροντος, ου, ex τὸ πάθημα, ατος, ὁ παθήματος, ου, etc.

Ἀκάμας, αντος. ὁ. Tres sunt hujus nominis apud poëtam. Unus dux Thracum, filius Eusori, B, 844. E, 462. Z, 8, seqq. ubi occiditur ab Ajace. Alter est nobilis Trojanus, filius Antenoris, ἠΐθεος ἔτι, et tamen inter ἀριστέας, B, 823. Λ, 60, ubi dicitur ἐπιείκελος ἀθανάτοις: et M, 100, μάχης εὖ εἰδὼς πάσης. Ξ,

476, seqq. ubi pugnat fortiter. Π, 342, ubi occiditur a Merione. Tertius est Asii filius, non quidem magni illius Hyrtacidæ, ut videtur, sed alius cujusdam minus noti nobis, Μ, 140, dux tamen egregius inter Trojanos.

"Ακαστος, ου. ὁ. filius Peliæ, nepos Neptuni ex formosa Tyro : rex Iolci et Magnesiæ, frater Alcestidis, uxoris Admeti, Eurip. Alcest. 731. valde celeber in antiqua historia. ξ, 336. coll. λ, 255, 234, seqq.

'Ακεσσαμενὸς, οῦ. ὁ. nobilis Trojanus, cujus filia Περίβοια nupta fuit Axio fluvio. Φ, 142. Habet accentum in ultima, ut proprium nomen distinguatur a participio. sic ὁ Σωζομενὸς, Τισαμενὸς, αἱ Κλαζομεναὶ, urbs Asiæ, etc.

'Ακκὼ, ἡ. vide sub νοέω, ad initium, in A.

'Ακμονίδαι, ων. οἱ. vide sub ἄκμων in A.

"Ακμων, ονος. ὁ. sic vocatus est pater Κρόνου, ἀπὸ τῆς τοῦ οὐρανοῦ ἀκαμάτου φύσεως, ut indicetur τὸ ἄκμητον τῆς αὐτοῦ περιφορᾶς. Imo, sicut ὁ Κρόνος est temporis æternitas: sic mythice pater ejus est indefatigatus. Etiam Oceanus dictus est "Ακμων, quoniam et is et fluvii ἀκάμαντοι. Vide sub ἄκμων in A.

'Ακρίσιος, ου. ὁ. pater Danaës satis nobilis. ab eo Danaë dicitur 'Ακρισιώνη. nam a nominibus propriis in ος purum, fit patronymicum fœmininum in ώνη, in ος impurum in ίνη, ut ab "Αδραστος fit ἡ 'Αδραστίνη. Ξ, 319. cæterum Acrisii genealogia est hæc : ὁ Λυγκεὺς ἐκ τῆς 'Υπερμνήστρας genuit τὸν "Αβαντα : ὁ "Αβας τὸν Προῖτον καὶ 'Ακρίσιον. Lynceus vero erat unus ex quinquaginta filiis Ægypti, Hypermnestra una ex quinquaginta filiabus Danai, quæ sola pepercit sponso suo Lynceo, ἀπὸ τῆς μίξεως διάθεσιν ἐσχηκυῖα πρὸς αὐτόν. Et is interfecit deinde 49 sorores conjugis suæ, utpote interfectrices fratrum suorum, una cum Danao: et potitus est regno Argivo. Ægyptus vero et Danaus erant fratres germani, ab origine τῆς 'Ιοῦς, filiæ Inachi. Schol. Eurip. Hec. 886. Hic Lynceus fuit inventor metallorum sub terra latentium : hinc dictus ὀξυδερκέστατος.

'Ακρόνεως, ω. ὁ. nobilis Phæax. Θ, 111.

'Ακταίη, ης. ἡ. Nereidum una. Σ, 41. ab littore maris dicta.

'Ακτορὶς, ίδος. ἡ. fidelissima Penelopes θαλαμηπόλος, καὶ θυρωρὸς τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος, quæ in herili cubiculo una dormiebat. Et hæc sola scivit secretum lecti Ulyssei, nec unquam enuntiavit. ψ, 227, seqq.

'Ακτορίωνες, οἱ, vide sub διδυμάων in A.

"Ακτωρ, ορος. ὁ. Tres sunt hujus nominis. Primus est Μενοιτίου pater, avus Patrocli. Λ, 784. Π, 14. Alter, qui et ὁ Μόλιος vocabatur, erat pater Κτεάτου, principis Eleorum, qui hinc ὁ 'Ακτορίων appellatur, Β, 621. Ν, 185. conf. 'Επειὸς et Κτέατος, et 'Αστυόχη, et Εὔρυτος. et hos duos, Κτέατον et Εὔρυτον, fratres 'Ακτορίωνας, quos poëta et vocat Μολίονας, alii vero Μολιονίδας, novit Homerus διδύμους, ἀνδρείους καὶ ἡνιοχικοὺς, Ψ, 638—642. Λ, 749—751. sed fabulæ impudentes recentiorum dicunt, habuisse eos quidem duo capita et pectora cum quatuor brachiis et pedibus, unum tamen ventrem tantum, ut una zona cingerentur. Re vera fuere φιλάδελφοι, καὶ μιᾷ ψυχῇ ἐν δυσὶ σώμασι διοικούμενοι. Tertius "Ακτωρ erat pater 'Εχεκλῆος, qui 'Εχεκλῆς hinc dicitur 'Ακτορίδης, Π, 189.

'Αλάστωρ, ορος. ὁ. nobilis Græcus, ὑποστράτηγος Nestoris, Δ, 295. δῖος, Θ, 333. Ν, 422. Alius 'Αλάστωρ, Lyciorum dux, interficitur ab Ulysse, Ε, 677. Qui fortasse est pater Trois illius, memorati Υ, 462, dicti hinc 'Αλαστορίδης, quem Achilles interfecit. Nomen in bono sensu est quasi ἄλαστος, i. e. μὴ πάσχων λήθην, μὴ λήθης ἀλλὰ μνήμης ἄξιος. Hinc et Ζεὺς dicitur ἀλάστωρ, ὃν ἐλάνθανεν οὐδεὶς, et ὁ ἐπαμύνων τοῖς ἄλαστα πάσχουσιν, et οὗ ἡ βλάβη ἄληστος. Postea autem cœpit ἀλάστωρ in malo sensu dici ὁ ἁμαρτωλὸς, in specie ὁ φονεὺς, διὰ τὸ ἄξιος εἶναι ἀλᾶσθαι ἢ ἀπελαύνεσθαι : in genere sceleratus, qui ea committit, quæ nemo bonus et nullus deus oblivisci potest impunita. Imo et δαίμονές τινες dicti ἀλάστορες, οἱ κακύνοντες, ἐριννυώδεις, οἱ οὐκ ἂν λάθοιντο. Notant et φαύλους ἐχθρούς. e. c. Διονύσιος, ὁ πάσης Σικελίας ἀλάστωρ γενόμενος, *ein teufel, (a demon.)*

'Αλεγήνωρ, ορος. ὁ. nobilis Trojanus, pater Promachi, qui hinc dictus 'Αλεγηνορίδης, Ξ, 503.

'Αλείσιον, ου. τό. urbs celebris in Elide, maxime ob mercatum magnum qui ibi quotannis per viginti octo dies celebrabatur, Β, 617. Alii scribunt 'Αλήσιον. habet nomen ab antiquo heroë.

'Αλέκτωρ, ορος. ὁ. nobilis Spartanus, filius 'Αργείου, nepos Πέλοπος καὶ 'Ηγησάνδρης. δ, 10. Postea hoc nomen appellative notavit gallum gallinaceum, διὰ τὸ ἐκ τοῦ λέκτρου ἡμᾶς ἐγείρειν : unde ἡ ἀλεκτρὶς et ἀλεκτρύαινα, gallina, et ὁ ἡ ἀλεκτρυὼν, όνος. Præterea est et epitheton ἀλέκτωρ, ὁ ἡ : estque partim ἡ ὁμόλεκτρος, concubina, sicut ἀγάστωρ est ὁ ὁμογάστριος : partim ἡ μὴ πειραθεῖσα λέκτρου, ut παρθένος ἀλέκτωρ, concubitum nullum passa virgo, quemadmodum est 'Αθηνᾶ ἀλέκτωρ a quibusdam appellata. De sole ponit poëta ἠλέκτωρ.

'Αλέξανδρος, ου. ὁ. est apud poëtam idem qui ὁ Πάρις, filius Priami et Hecubæ, frater Hectoris. Ejus prior conjux fuerat ἡ Οἰνώνη : sed, περιφρονήσας τὸ τῆς Οἰνώνης λέχος, Helenam rapuit, sibique et patriæ exitio fuit. Judicium ejus inter deas tangitur Ω, 28—30. Habuit Helenam viginti annos, Ω, 763, seqq. nam decem anni abierant in comparando bello. Ob pulcritudinem vocatur θεοειδὴς, ob natales regios δῖος, et ob propinquum jus ad regnum post Hectorem βασιλεὺς, *der königliche prinz,*

(the prince-royal:) reliqui Priamidæ erant inferiores dignitate, *nur herzoge, (only dukes.)* Cæterum odio quidem fuit omnibus ob concitatum tam grave bellum per iniquitatem ejus: quia autem omnes populi principes corruperat, ipsumque regem in potestate sua habebat; defendebatur ab omnibus, etiam ab Hectore invito. Provocat fortissimum Græcorum ad μονομαχίαν, Γ, 16, seqq. ubi armatura ejus describitur: audax ante periculum. sed cum Menelaus ipse id certamen susciperet, terrebatur; et ob id increpatus ab Hectore, 30, seqq. 38, seqq. iniit certamen, facto antea fœdere in eventum certaminis. Et Paris non omnino insipiens: novit enim male se fecisse: et συνετοῦ ἀνδρός ἐστι, τὸ τὰς δικαίας ἐπιτιμήσεις ῥᾷδιον φέρειν: injuste tamen pugnat contra eum, cui rem suam sponte reddere debuerat. Hinc et Hector, intelligens iniquitatem, non dicit simpliciter, audite verbum, sed, verbum Paridis, 86, seqq. Ipse laudat Hectorem, placandi ejus causa, 60, seqq. nam is potuisset bello statim finem facere. Laudatur Paris ab hoste suo Menelao, nomine δῖος adhibito, 352, qui est titulus principalis: et docet poëta politissimus, magnum hominem et in hoste laudare quæ sunt laudanda. In eo certamine vincitur Paris, et fugit; fœdus autem turbatur, Menelao aliunde vulnerato sagitta, 370, seqq. Δ, 94, seqq. Ipse vero Paris, homo levis, οὐ λυπεῖται ὡς ἡττημένος, ἀλλ' ἐρᾷ ὡς χορευτής, Γ, 380, seqq. et tales erant plerique Πριαμίδαι. Etsi ipse suis summo erat odio, tamen Ἑλένη, propter quam erat invisus, favorabilis videbatur, Γ, 450, seqq. Et sic fere semper, ut odium magis in mares recidat quam in fœminas peccantes: coll. 141, seqq. Ἀλεξάνδρῳ βασιλῆϊ, Δ, 96. Adduxerat secum Trojam mulieres Sidonias textrices, Ζ, 290, 313, seqq. invisitur domi suæ et increpatur ab Hectore, 512, seqq. ut appareat, quid Hector de causa belli senserit. Quod corruperit principes plurimos donis, diserte dicitur Λ, 123, seqq. sagittis utitur, Λ, 369, seqq. 505, 580, seqq. Ν, 766, seqq. 774, seqq. δῖος Ἀλέξανδρος, Ἑλένης πόσις, Θ, 82. Quibus conditionibus bellum componi potuerit, est Χ, 115. conf. Πάρις.

Ἄλεξις, ἰ, vide in Α. sub ὄπνις.

Ἀλήϊον πεδίον, regio Lyciæ, in qua Bellerophon solus, senex tristis, vixit, consortium hominum fugiens, Ζ, 201, nimirum cum paucis famulis, ad modum Laërtæ. Et hic campus sine dubio a πλάνη τοῦ ἥρωος postea sic est dictus, ab ἀλάω. Possit tamen et dictus esse, quia ἐστέρηντο λῃΐων (segetum) διὰ τὴν ἐρημίαν. Herodotus mentionem facit talis campi, sed in Cilicia. Alii scribunt per spiritum asperum Ἁλήϊον, et de ducunt a τὸ ἅλας, quasi ibi fuerit salium copia: male.

Ἀληκτώ, όος. ἡ. vide sub Ἐριννύς.

Ἀλήσιον, ου. τό. est πεδίον Ἠπειρωτικὸν, κληθὲν ἀπὸ πηγνυμένου ἐκεῖ πολλοῦ ἁλός. Sed id Ἀλήσιον apud poëtam videtur esse ab ἡ ἄλη, quia princeps quidam vetustus ex Asia in Peloponnesum venit κατά τινα πλάνην, Λ, 756.

Ἀλθαία, ας. ἡ. mater Meleagri, filia Thestii, Ι, 551.

Ἁλία, ας. ἡ. Nereidum una, ab ἡ ἅλς, mare. Σ, 40.

Ἁλίαρτος, ου. ἡ, nonnunquam et ὁ. scribitur et Ἀρίαρτος. urbs Bœotiæ, in aquosa regione sita, hinc πολυβότανος et ποιήεις. Habet nomen a conditore suo Ἁλιάρτῳ, filio Θερσάνδρου. Deleta est denique a Persis. Β, 503.

Ἀλιζῶνες, ὁ, vide sequens.

Ἀλίζωνοι, ων. οἱ. Gens Pontica, angulum Ponti habitantes intra Trapezuntem et Paphlagoniam, dicti quasi ab ἁλὶ ζώννυσθαι ἢ περιέχεσθαι. Ibi ὁ κάλλιστος ἄργυρος reperiri putabatur. Natio maritima, pertinens inter eas, quæ Strabonis geographi ævo sic extinctæ erant, ut ne nomen quidem superesset; quales fuere οἱ Σόλυμοι, Κήτειοι, Αἴλεγες, Καύκωνες, etc. Β, 856. Ε, 39. Dicuntur ab aliis Ἀλιζῶνες, etiam Ὀλιζῶνες: et quidam eos in oram Cariæ, alii in Thraciam, referunt: sed prævalet opinio, fuisse eos circa Bithyniam ad mare Euxinum.

Ἁλιθέρσης, ου. ὁ. nobilis Ithacensis. Dicitur senex, ob πολυπειρίαν, ἥρως ob παῤῥησίαν: et nomen ejus est aptum νησιώτῃ ἁλιευτικῷ ἀνδρὶ, quasi ὁ ἐν τῇ ἁλὶ θερόμενος ὑπὸ ἡλίου: Μάστορος υἱὸς, ob curam huic studio impensam, et ob accuratam cogitationem de rebus obviis. β, 157, 253. ρ, 68. ω, 450.

Ἅλιος, ου. ὁ. Regis Alcinoi filius, Phæax. θ, 119, 369. Alius hujus nominis, nobilis Lycius, Ε, 678. Alias nomina propria τριβραχία παροξύνονται, exceptis paucis: hinc et quidam hoc nomen scribi jubent Ἀλίος.

Ἀλιοῦς, οῦντος. ἡ. vide sub Ἄλος.

Ἁλιῤῥόθιος, ου. ὁ. vide sub μόρος in Α.

Ἀλκάθοος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, gener Anchisæ, dux bellicus. Μ, 93. laudatur egregie Ν, 427, seqq. Pater ejus erat Αἰσυήτης, cum epitheto διοτρεφὴς, qui est titulus regius antiqui orbis. Alius hujus nominis est Ist. 8, 148, seqq.

Ἀλκάνδρη, ης. ἡ. uxor Polybi, principis Thebarum Ægyptiacarum, quæ donavit Helenam eximie, δ, 126, seqq.

Ἄλκανδρος, ου. ὁ. nobilis Lycius. Ε, 678.

Ἄλκηστις, ιδος. ἡ. Regis Peliæ filia, uxor Admeti, λίαν φίλανδρος, et hinc laudatissima ob raritatem exempli. Β, 715. Euripides de ea nobilem fecit tragœdiam.

Ἀλκιμέδων, οντος. ὁ. unus ex quinque ὑποστρατήγοις Achillis, filius Λαέρκεος, nepos Αἵμονος. Π, 197. Ρ, 467, 475, seqq. 481.

Ἄλκιμος, ου. ὁ. videtur esse idem qui Ἀλκιμέδων, ut hic vir fuerit διώνυμος. Τ, 392. Ω,

474, 574. Alius hujus nominis erat nobilis Ithacensis, cujus filius fuit Μέντωρ, fidissimus Ulyssi, et hinc dictus 'Αλκιμίδης, χ, 235.

'Αλκίνοος, ου. ὁ. Rex Phæacum. nomen fere idem notat quod δαΐφρων: nam ἀλκὴ et δαῒς sunt cognata, sicut et νόος et φρόνησις. Ejus genealogia refertur η, 55, seqq. ipse in matrimonio habebat fratris sui mortui filiam 'Αρήτην. Laudatur, θεῶν ἄπο μήδεα εἰδὼς, ζ, 12, seqq. ubi simul de filia ejus Nausicaa. et 62, seqq. ubi quinque ejus filii memorantur, duo cum uxoribus, et tres cælibes, coll. θ, 118. eorum vita amœna describitur eodem ex η citato loco. In Iliade severiori Priamus increpat filios ut χοροιτυπίαις ἀρίστους: h. l. laudantur tales, nimirum ex loco et tempore. Nam Troës erant ἀρειμάνιοι, Phæaces vero professione τρυφηταί: et aliis alia pulcra videntur. Vide porro de eo ζ, 196, 299, 302. Filii ejus dicuntur ἀθανάτοις ἐναλίγκιοι, ob formæ dignitatem, η, 4. et ipse laudatur 10. domus ejus regia describitur, 85, seqq. ex quo opulentia prisci orbis, simul et simplicitas heroica, apparet. Dat convivium, θ, 56, seqq. credit simpliciter Ulyssi, quæ is, vera tamen, narrabat, 235, seqq. 256. describit rationem vitæ suorum, 241, seqq. sane voluptatum innoxiarum plenissimam, coll. 370, seqq. filii ejus ipsi ministrant, 417, coll. η, 4. sentit Ulyssis affectum, θ, 533, humanissime. Ei narrat Ulysses errores suos, ι, 2, seqq. conf. λ, 345, 354, 377. donat Ulyssem magnifice, ν, 3, seqq. 20, seqq. 171, seqq. eumque in patriam deduci jubet. Admirator virtutis, sapientiæ, vitæ quietæ. conf. Φαίηκες. Epicurus hinc multa didicisse videtur.

'Αλκίππη, ης. ἡ. honesta Helenæ famula. δ, 124.

Αλκμαίων, ονος. ὁ. vide sequens.

'Αλκμᾶν, ᾶνος. ὁ. vel, ut Homerus eum vocat, et ex quo Dores contraxerunt, 'Αλκμάων, ονος, ὁ. Filius Amphiarai, frater Amphilochi, et is occidit matrem suam Eriphylen, quia causa fuerat, ut pater periret. conf. Μελάμπους. et ο, 248. Idem nomen scribitur et 'Αλκμαίων et 'Αλκμάν. Cæterum Dores vel contrahunt vel abjiciunt τὸ ο et ω post α in nominibus propriis, facientes ex Μενέλαος Μενέλας, ex 'Αρκεσίλαος 'Αρκεσίλας, etc. Alius 'Αλκμάων fuit nobilis Græcus, Thestoris filius, unde Θεστορίδης dictus, occisus a Sarpedone, Lyciæ rege, Μ, 394. Vide sub 'Ενιῆνες et 'Εριφύλη; item in A. sub ἄρχω, paullo ab initio, et 'ΡΕ'Ω.

'Αλκμάων. vide præcedens 'Αλκμᾶν.

'Αλκμήνη, ης. ἡ. mater Herculis, filia Electryonis et Lysidicæ filiæ Pelopis, uxor Amphitryonis, ob natales dicta Μιδεᾶτις. Ξ, 323. Τ, 119. β, 120. λ, 265, seqq. conf. 'Ηλεκτρυών.

'Αλκυόνη, ης. ἡ. quæ et Cleopatra dicta, uxor Meleagri, Ι, 552—561. Alcyone ergo erat cognomen ejus, ab 'Αλκυών.

'Αλκυών, όνος. ἡ. Uxor Κήϋκος, principis Trachinis in Thessalia sub Œta monte. Is Κήϋξ, Luciferi filius, ut recentiores addidere, erat nimiæ ambitionis homo: itaque quum vellet appellari Ζεὺς, sua Halcyon vero "Ηρη, dii irati mutarunt hoc par in aves, addita hac molestia, ut media hieme nidificarent in mari vel prope ad littus. Primi igitur fœtus peribant fluctibus: unde hæ aves misere lamentabantur. Tandem dii misericordia tacti mitigarunt hanc pœnam: tempusque nidificandi quietum præstiterunt per dies quatuordecim. Et quia id in eo mari mansit perpetuum, illos dies dixere posteri τὰς ἀλκυονίδας ἡμέρας, qui sunt dies in χειμῶνι, νήνεμοι et γαλήνην ἔχουσαι. Ergo, ante quam illa tranquillitas concederetur, fuit ἡ 'Αλκυὼν, in avem mutata sed cogitans tamen, πολυπενθὴς et luctuosissima. Ι, 558, 559. Attici scribunt cum spiritu aspero, Iones cum leni, qui et dicunt ἡ 'Αλκυόνη, ης. Aliter narrant recentiores hanc fabulam, ut vides ex Ovid. Metam. XI, 269—750. Mares in his avibus dicuntur κήρυλλοι et κήρυλοι: tota species autem αἱ ἀλκυόνες, διὰ τὸ παρὰ τὴν ἅλα κύειν.

'Αλόπη, ης. ἡ. Urbs Phthiotidis, cujus civis dicitur 'Αλοπίτης et 'Αλοπεύς. Β, 682.

"Αλος, ου. ἡ et ὁ. Urbs Phthiotidos, condita ab Athamante, et dicta ἀπὸ τῆς ἄλης ἤτοι πλάνης, quæ contigerat ei, cum in vesaniam actus esset. Dicta fuit et 'Αλιοῦς, οῦντος, ἡ. Alii scribunt per spiritum asperum, et deducunt ab ἅλς, quia maritima urbs. Alii dicunt, nominatam eam esse ab ancilla nobili in domo regia, quæ docuerit conjugem regis Athamantis, τὴν 'Ινὼ, φρύγειν τὰ σπέρματα: et hæc ancilla nominabatur ἡ "Αλος. Φθιῶται tenuerunt olim hanc urbem: post a Philippo attributa est τοῖς Φαρσαλίοις. Civis ejus dicitur 'Αλιεὺς, et "Αλιος, et 'Αλιούσιος vel 'Αλούσιος. Β, 682.

'Αλοσύδνη, ης. ἡ. est cognomen Amphitrites, παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ σύεσθαι, i. e. ὁρμᾶν. Υ, 207. Callimachus dixit ὑδατοσύδνη. Est et nomen proprium unius τῶν Νηρηΐδων, quæ καλὴ dicitur, δ, 404. potest tamen et ibi esse cognomen 'Αμφιτρίτης, cujus pecora sunt phocæ, quas custodit Proteus.

"Αλπεις, εων. αἱ. antiquitus dictæ ὄλβια, sc. ὄρη, ob metalla. Post usus dixit ὄλπια, tandem mutata declinatione, "Αλπεις. Alpes, montes.

"Αλτης, ου. ὁ. Rex Lelegum in Asia minore. Genitivus Æolicus est "Αλταο, Ionicus "Αλτεω. Filia ejus fuit pellex Priami. Φ, 85, seqq. Χ, 51.

'Αλύβας, αντος. ἡ. quæ et ἡ 'Αλύβη. Urbs Italiæ, postea Metapontum dicta. ω, 303. Cæterum hoc nomen habet similitudinem cum ἄλη, i. e. πλάνη, Ulyssis: hinc eam potissimum memorat.

'Αλύβη, ης. ἡ. sic vocabatur etiam metropolis 'Αλιζώνων, Β, 856. Alii scribunt ibi, ἐκ Χαλύβων, 'Αλύβων, 'Αλόπης, 'Αλόβης, Χαλύβης. Multum ibi argenti effodiebatur.

'Αλφειὸς et 'Αλφεὸς, οῦ. ὁ. Fluvius Græciæ nobilis ἐν Ἤλιδι. sæpe exundat: hinc poëta dicit, εὐρὺ ῥέει. Β, 592. Ε, 545, seqq. ibi hic fluvius dicitur pater Orsilochi, i. e. heros Orsilochus magnopere delectabatur hoc fluvio ἐγχωρίῳ, vel et, natus erat ad hunc fluvium. Nam hæc est causa, cur quidam dicti sint filii fluviorum aut fontium aut maris. Genealogia ibi memorata hæc est: 'Αλφειὸς, cujus filius 'Ορσίλοχος ὁ πρῶτος, cujus Διοκλεὺς, cujus 'Ορσίλοχος ὁ δεύτερος καὶ Κρήθων. Et Orsilochus primus fuit rex regionis latæ circa hunc fluvium. Λ, 711, 725, seqq. ubi sacrificium fit fluvio huic. De genealogia memorata est et γ, 448, seqq. ε, 186, seqq. Habet nomen διὰ τὸ, κατά τινα ἰδιότητα, δύνασθαι ἀλφοὺς θεραπεύειν: unde et ipse 'Αλφὸς dictus, deinde per pleonasmum τοῦ ει. sic ἀδελφὸς, ἀδελφειὸς, ἀφνὸς ἀφνειὸς, etc. In Arcadia exsistunt fontes ejus.

'Αλφεσίβοια, ας. ἡ. Filia τῆς Πειροῦ, καὶ τοῦ Βίαντος: περιττὴ τὴν φρόνησιν. Theocr. 3, 45. schol.

'Αλωεὺς, ἑως. ὁ. Pater Otu et Ephialtæ: et uxor ejus 'Ιφιμέδεια, mater horum filiorum. conf. Ὦτος, 'Εφιάλτης, qui duo dicuntur 'Αλωεῖδαι a patre. Ε, 385, seqq. λ, 304, seqq. Habet nomen ab ἀλωῆ, et qui allegorias ineptas apud poëtam quærunt, volunt τὸν 'Αλωέα notare disciplinam accuratam, quæ sine ferula apud pueros obtineri vix queat.

'Αμαδρυάδες, ων. αἱ. Nymphæ sylvestres, quæ ἅμα (eodem tempore) δρυσὶ (arboribus) γίνονται καὶ ἀπογίνονται (nascuntur et moriuntur.) notant ergo vim vegetantem arbores.

'Αμαζὼν, όνος. ἡ. est nomen mulierum Scythiæ vel Asiæ bellicosarum: ab α unitatem notante, et ὁ μαζὸς, quasi ἡ μονόμαζος. Nam dextram mammam adurebant in infantia, ne posset inturgescere; ut ad bella essent habiliores. Philostratus tamen in Heroicis, § 19, nomen deductum vult ἀπὸ τοῦ, μὴ μαζῷ τρέφεσθαι, quia matres puellas suas non lactant mammis suis, sed lacte equino et melle educant. Ὅτε ἦλθον 'Αμαζόνες ἀντιάνειραι, Γ, 189, nam impetum fecerant paucos ante Trojanum bellum annos in Phrygiam: sed repulsæ fuerant, Priamo auxilium ferente Phrygibus. sic et ante incursaverant Asiam, victæque fuerant a Bellerophonte, Ζ, 186. Auxilium eas Priamo contra Græcos tulisse, ignorat Homerus. Dicuntur ortæ a Marte ex naiade 'Αρμονία. Dicebantur equitare ἐφ' ἵππων πυρρίχων. Viris suis in infantia ἐπήρουν σκέλος ἕτερον ἢ καὶ δεξιὰν χεῖρα, deinde nutriebant eos accurate: hinc inepti quidem viri ad bellandum, eo vero aptiores ad conjugium. Unde proverbium est ortum, χωλὸς ἄριστα οἰφεῖ. Nam Scythæ quidam principes invitabant quasdam Amazonas ad concubitum, dictitantes, viros ipsarum esse mutilos, se vero integros: sed una Amazonum θρασεῖα οὖσα καὶ ἀκόλαστος (*frech*) (*haughtily*) respondit, ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ, significans, sufficere sibi abunde mutilum suum ad id opus. Sedes earum fuit ad Caucasum, supra Albaniam in Asia. Dicuntur eædem et, 'Αμαζονίδες, αἱ.

'Αμάθεια, ας. ἡ. Nereïdum una. Dicta ab ἡ ἄμαθος, ab arena maris. Σ, 48. Alii prave scribunt 'Αμάθυια.

Ἄμαθος, ου. ὁ. Fluvius Peloponnesi, ad quem sita erat ἡ Πύλος, regia Nestoris; unde hæc urbs ἠμαθόεις per epitheton dicta, et quidem attice in genere communi, pro ἠμαθόεσσα. Β, 76. Ι, 153, 295. α, 93. β, 325, 214. λ, 257, etc. ipse fluvius substantive quoque dictus ὁ 'Αμαθόεις. Cave ergo ab ἡ ἄμαθος, arena, derives hoc epitheton; geographus enim αὐτόπτης testatur, minime arenosam esse eam regionem, ut adeo non designetur urbs ἔχουσα γῆν ἀμαθώδη καὶ ὑπόξηρον, sed περὶ ἣν ῥέει ποταμὸς καλούμενος Ἄμαθος. vide Strabonem, lib. 8. Vide sub 'Ημαθία et Πύλος.

'Αμάλθεια, ας. ἡ, vide in Α. sub 'Αἴξ, et κέρας prope finem.

'Αμαρυγκεὺς, ἑως. ὁ. Princeps Eleorum, unde patronymicum est 'Αμαρυγκείδης. Β, 622. Ψ, 630. conf. 'Επειοί.

'Αμαρυλλὶς, ίδος. ἡ. nomen nymphæ rusticæ. splendida, nitens. ab ἀμαρύσσω.

'Αμισὸς, οῦ. ὁ. vide sub 'Αθηναῖοι.

'Αμισώδαρος, ου. ὁ. Princeps Cariæ, cujus filiam duxit Bellerophon. Nutrierat Chimæram. Ejus duo filii occiduntur, Π, 328, seqq. conf. Palæph. c. 29.

Ἄμμων, ωνος. ὁ. est nomen Jovis ex dialecto Libyca. Py. 4, 28. Cave ergo a Græca voce ἡ ἄμμος derivare hoc Libycum nomen Jovis. Vide sub Ζεὺς, ad finem.

'Αμνισσὸς, οῦ. ἡ. Est regis Minois ἐπίνειον in Creta, ad fluvium τὸν 'Αμνισσόν. Ibi erat et sacellum Ilithyiæ: et apte congruunt nomina. Nam 'Αμνισσὸς est quasi 'Αμινισσὸς (ab α negat. et μίνω) per Ilithyiam autem infantes ex utero educuntur, in quo diutius manere nequeunt. Præterea hæc regio parientibus valde salubris putabatur. τ, 188.

'Αμοπάων, ονος. ὁ. nobilis Trojanus, Θ, 276. ex ἅμα, et ὁ ὀπάων, quem vide in Α.

'Αμυδὼν, ῶνος. ἡ. Urbs Pæonum, quæ postea dicta 'Αβυδών. Β, 849. Π, 288.

'Αμυθάων, ονος, ὁ. Filius Cretheï ex pulcra Tyro. Ipsius filius fuit ὁ Βίας, αντος, de quo vide sub Νηλεὺς: et alter filius Μελάμπους, οδος, ὁ μαντικώτατος. Hunc 'Αμυθάονα Pindarus vocat 'Αμυθᾶνα, ab ὁ 'Αμυθὰν, ᾶνος, sicut est 'Αλκμὰν pro 'Αλκμάων. λ, 258, coll. 234, seqq.

Ἀμύκλαι, ῶν. αἱ. Urbs Laconica, Apollini sacra, quam condidit ὁ Ἀμύκλας, αντος, Lacedæmonis filius. Civis ejus urbis est ὁ Ἀμυκλαΐτης, ου, et Ἀμυκλαῖος, et Ἀμυκλαιεύς. sed αἱ ἀμυκλαΐδες sunt εἶδος ὑποδήματος, ἐν Ἀμύκλαις ἐπινοηθέν. B, 584.

Ἀμύκλας, αντος. ὁ. vide supra.

Ἀμυνίας, ου. ὁ. Ἀμύντας, ου. ὁ. vide sequens, et sub ἀμύντωρ in A.

Ἀμύντωρ, ορος. ὁ. Princeps Ormeni, pater Phœnicis. Genealogia ejus hæc: ὁ Αἴολος, cujus filius ὁ Κέρκαφος, cujus ὁ Ὄρμενος, cujus ὁ Ἀμύντωρ, cujus ὁ Φοῖνιξ καὶ Εὐαίμων, Εὐαίμονος vero ὁ Εὐρύπυλος. Habebat hic Amyntor juvenculam Κλυτίαν, quam volebat pellicem suam facere: sed uxor ejus Ἱπποδάμεια instigabat filium suum Phœnicem, ut prægustaret hanc puellam, quo ea senem deinde minus amaret. Id pater resciscens ægerrime tulit, adeo ut detestaretur filium; qui fugit ex patria, et ad Peleum se contulit, et ex prece paterna fuit ἄτεκνος. I, 448. seqq. Vocatur Ἀμύντωρ per patronymicum Ὀρμενίδης, et nomen est ab ἀμύνειν, a quo et sunt nomina propria ὁ Ἀμύντας, ου. et ὁ Ἀμυνίας, ου. confer et K, 266, ubi videtur esse alius hujus nominis.

Ἄμυρις, ιος. ὁ. Ἄμυρος, ου. ὁ. vide sub Ἰαωλκός, et Συβαρῖται.

Ἀμφίαλος, ου. ὁ. nobilis Phæax, cujus pater Πολύνηος, avus Τέκτων. θ, 114, 128. vides, nomina Phæacum fere omnia a re navali et maritima esse desumta: nam omnes erant præstantes nautici homines.

Ἀμφιάραος, ου. ὁ. et attice ὁ Ἀμφιάρεως, ω. dilectus Jovi, i. e. magnus princeps; et Apollini, i. e. magnus vates. Non ad senectutem tamen pervenit, nam dii non potuere mutare fatum, i. e. dignitas et prudentia non arcent mortem: vivo dederant quod habebant. Uxor ejus Ἐριφύλη, quam ὁ Πολυνείκης princeps Thebanus aureo monili corruperat, persuasit ei, ut ad mortem ab ipso prævisam, Thebas proficisceretur. Vir ἀνδρεῖος, probrum meticulosi fugiens. Genealogia ejus est ad Μελάμπους. ο, 244, seqq. Pater ejus fuit ὁ Ὀϊκλέης, έεος, qui et scribitur Ὀϊκλῆς, έος: unde ipse dicitur Ὀϊκλείδης.

Ἀμφιγένεια, ας. ἡ. et τὸ Ἀμφιγένειον. Urbs Nestoris, ubi sacrarium Latonæ celebre erat. Civis ejus est Ἀμφιγενειάτης, ου. et Ἀμφιγενεύς, εως. B, 593.

Ἀμφιδάμας, αντος. ὁ. Κυθήριος, in Σκανδείᾳ, parte hujus insulæ, habitans. conf. τὰ Κύθηρα. K, 268. Ψ, 87.

Ἀμφιθέα, ας. ἡ. avia materna Ulyssis, uxor Αὐτολύκου. τ, 416.

Ἀμφιθόη, ης. ἡ. Nereidum una, a celeritate fluctuum navem cingentium nominata. Σ, 42.

Ἄμφικλος, ου. ὁ. nobilis Trojanus. Π, 313, seqq.

Ἀμφίλοχος, ου. ὁ. Princeps Eleorum, filius Κτεάτου, filii Ἄκτορος, ex prosapia Neptuni, occisus ab Hectore. B, 620. N, 185, seqq. 207. conf. Ἐπειός. Alius hujus nominis fuit princeps Carum, filius Νομίονος, B, 870, seqq. dives quidem erat, sed stultus, qui in prœlium ibat auro exornatus velut puella; occisus ab Achille. Aurum in armis et vestibus habere, non absurdum olim erat: sed si muliebri, non virili, modo quis se auro exornaret, id erat probrosum.

Ἀμφιμέδων, οντος. ὁ. unus ex præstantissimis procis Ithacensibus. χ, 242, seqq. 277, seqq. occiditur, 284. colloquitur in orco cum anima Agamemnonis, ω, 102, seqq.

Ἀμφινόμη, ης. ἡ. Nereidum una. Σ, 44. sic dicta διὰ τὰς κύκλῳ ἀπὸ γλυκέων ὑδάτων νομὰς, et ob τὰ ἐν ὑγροῖς νεμόμενα.

Ἀμφίνομος, ου. ὁ. procorum cordatissimus, ex Dulichio, solitus ad τὸ θεῖον referre omnia. π, 351, seqq. non vult interfici Telemachum, et laudatur, 394, seqq. σ, 118, seqq. Ulysses cupit, hunc servari: hinc monet eum satis dilucide, σ, 125, seqq. sed is tamen id non intellexit; quod poëtice dicitur, a Minerva eum fuisse impeditum, 151, seqq. ad eum confugit Ulysses, irato Eurymacho, ab eoque defenditur, 394, seqq. quod Ulysses fecerat eo consilio, si procos posset committere, ut inter se pugnarent, et ipse cum suis alteri parti ad tempus auxilio esset. Ergo callide ibi Ulysses se gerebat, nondum certus, quomodo res contra procos sit capessenda. vide et 411, seqq. υ, 244, seqq. tandem cum aliis interficitur, fortiter pugnans, χ, 89, seqq.

Ἄμφιος, ου. ὁ. filius Σελάγου, dux Trojanus. B, 830. occiditur, E, 612, seqq.

Ἄμφις, ὁ. vide in A. sub πούς, aliquanto ab initio.

Ἀμφιτρίτη, ης. ἡ. Dea maris. Eam in Νάξῳ χορεύουσαν viderat Neptunus, rapueratque: sic facta est conjux ejus et dea. γ, 91. ε, 422. μ, 60, 97. nomen est ab ἀμφὶ καὶ τρεῖν, circum tremere. Vide sub τρίαινα in A.

Ἀμφιτρύων, ωνος. ὁ. rex Thebarum in Græcia, pater Herculis. E, 392. λ, 265. Cæterum ejus genealogia hæc: Ζεὺς ἐκ Δανάης genuit τὸν Περσέα: Perseus genuit τὸν Ἀλκαῖον καὶ Ἠλεκτρύωνα καὶ Σθένελον: Alcæus genuit τὸν Ἀμφιτρύωνα, ὁ Ἠλεκτρύων vero τὴν Ἀλκμήνην. vide schol. Eurip. Alcest. 511. et Hecub. 886. Patres igitur Amphitryonis et Alcmenes fuere fratres germani, et uterque a Jove descendebat. Amores autem Jovis et Alcmenes satis sunt decantati. Vide sub Τάφος.

Ἀμφίων, ονος. ὁ. filius Jovis ex Ἀντιόπης, οἰκιστὴς Θηβῶν in Græcia, cum fratre Zetho. Fuere hi fratres βασιλεῖς ἀγαθοὶ καὶ μειλίχιοι: dicuntur lyræ sono movisse lapides ad τειχισμὸν Θήβης, i. e. ἐμμελῶς καὶ ἱλαρῶς καὶ ὡς εἰ-

τῶν ἐμμούσως, καὶ δίχα τοῦ ἀσμάδόν τι τοῖς ὑπηκόοις ἐνδείξασθαι, cinxisse urbem muro. Sed Amphion proprie fuit is lyristes, Zethus erat severior. Quia lyra illa erat ἑπτάχορδος, hinc et septem portæ Thebis factæ sunt, ut quidam interpretantur hunc numerum, inepte pæne. Hanc autem fabulam de τειχισμῷ per sonum lyræ, ignorat Homerus, utpote impudentem. conf. Θήβη. Recentiores eum hoc donum a Jove et Apolline habuisse dicunt, ut ad cantum lyræ ejus lapides sponte accurrerent, et se in muri formam componerent. Horatius de A. P. 394, seq. satis indicat, quid velit sibi hæc fabula. λ, 261, seqq. Alius Amphion, dux Epeorum, est N, 692, pugnans ad Trojam. Tertius est cognomine Ἰασίδης, pater formosæ Χλώριδος, λ, 282, seqq. avus maternus Nestoris. Vide sub ὑπερίων in A.

Ἀμφοτερός, οῦ. ὁ. nobilis Lycius, occisus a Patroclo. Π, 415.

Ἀναβησίνεως, ω. ὁ. nobilis Phæax. Θ, 113. ab ἀναβαίνειν εἰς ναῦν.

Ἀνακεῖον, ου. τό. Est τὸ ἱερὸν Ἀνάκων Διοσκούρων. Nam Castor et Pollux vocabantur οἱ Ἄνακες, pro ἄνακτες, ab ὁ ἄναξ.

Ἀνάχαρσις, ὁ, vide in A. sub ἐκγελάω, et ναύτης.

Ἄνθεια, ας. ἡ. Urbs Peloponnesi, βαθύλειμος. I, 151, 293.

Ἀνδραίμων, ονος. ὁ. Princeps Ætolorum, pater Thoantis. hinc est patronymicum, Ἀνδραιμονίδης, ου. ὁ. B, 638. H, 168. N, 216. O, 281. ξ, 499.

Ἀνδρόγεως, ὁ, vide sub Ἀριάδνη.

Ἀνδρομάχη, ης. ἡ. Filia regis Ἠετίωνος, uxor Hectoris, laudatissima, magnanima, φίλανδρος ὑπερλίαν. Z, 371, seqq. 394, seqq. 413, seqq. ubi ipsa narrat suos parentes, fratres, patriam, fata; idque marito suo scienti: sed tristibus animis familiare est τὸ μακρολογεῖν, et repetere adversa sua. Curavit sæpe, animi causa, Hectoreos equos, Θ, 186, seqq. vide porro P, 208. X, 88, 437, seqq. ubi gravius adfligitur ob occisum maritum, quam Hecuba: hæc enim præviderat id malum, et præparaverat animum; Andromache vero nescia tanti mali, et domi texens, subito id cognoscebat. et 490, seqq. ubi in versibus novem, mala orbitatis describit: sed hos versus respuunt antiqui, ut vel ab aliena manu vel a dormitante Homero intrusos: nam non quadrant in regium puerum; et in genere de quovis orphano, tanti luctus tempore, loqui, ineptum videri debet. Luget maritum Ω, 723, seqq. Nomen ejus est compositum ab ἀνδρῶν et μάχιμον. Ejus septem fratres ceciderunt uno die, βουκολοῦντες subito oppressi, Achillis incursione, Z, 421, seqq. Apud Euripidem, in tragœdia, Andromache dicta, 221, seqq. ipsa de se narrat: quod nothos filios mariti sui æque ac suum puerulum amaverit, iisque sæpe mammam ipsa præbuerit, nec in ulla re adversata sit viro suo. Ergo obsequentissima marito, nilque minus quam zelotypa. Quo et Ovidius respexit quodam loco minus pudico. Sed hæc recentiorum additamenta sunt ab Homeri candore remotissima.

Ἀνεμώρεια, ας. ἡ. Urbs in colle sita, in confinio Delphorum et Phocensium, postea dicta Ἀνεμώλεια. B, 521.

Ἀνθεμίων, ωνος. ὁ. nobilis Trojanus. Δ, 473. Hinc patronym. Ἀνθεμίδης, 488, per sync. pro Ἀνθεμιωνίδης: nisi fortasse pater etiam dictus fuit Ἄνθεμος.

Ἀνθηδών, όνος. ἡ. oppidum Bœotiæ, διὰ τὸ αὐτῆς ἀνθηρόν. Ex hoc oppido fuit Glaucus, postea in deum maris mutatus. B, 508. Dicitur ἐσχατόωσα, pro ἐσχατῶσα ex ἐσχατάουσα: quia ad latus Eubœæ sita in extremo margine Bœotiæ.

Ἄνιος, ου. ὁ. Rex Deli insulæ. Habet nomen ab ἡ ἀνία. De eo Virgil. 3, 80, seqq.

Ἀνόπαια, α, 320, putatur aliis esse εἶδός τι ὀρνέου ἀετώδους, φήνη ἐοικότος, sicut paraphrastes prosaicus Homeri, Δημοσθένης ὁ Θρᾷξ exponit: ᾤχετο ἡ Ἀθηνᾶ, δύο τούτοις, ὅτι ἦν θεὸς, σημήνασα, τῷ τε, εἰς ὄρνιθα ἑαυτὴν μεταβαλοῦσα ἐξαίφνης ἀφανισθῆναι, καὶ τῷ, θάρσους ὑποπλησθῆναι τὸν Τηλέμαχον. sed hic Demosthenes, ut verus Thrax, subtilitates Homericas non cepit, et nimis crasse, sicut recentiorum plerique, eas interpretatus est. Alii, pari modo pueriliter, explicant sic: διέπτατο ἀνόπαια, i. e. τὴν ὀπὴν τὴν ἐν μέσῳ τῆς ὀροφῆς, ἣν καὶ κάπνην καὶ καπνοδόκην, Latini vero impluvium, vocant. Alii prudentiores explicant per ἀφανὴς, πόῤῥω τῆς ὄψεως: id solum errantes, quod hanc vocem pro substantivo fœminini generis habent. Alii recte neutrum adjectivum statuunt, τὸ ἀνόπαιον, quod in plurali, τὰ ἀνόπαια (vel et ἀνοπαῖα) adverbialiter notat ἀοράτως, ab α negativo, et ὀπτάνεσθαι. Nam sensus est, Telemachus, capto forti secum consilio, clam aliis, celeriter mentem suam ad alia convertit. Apud Herodotum, VII, 216, est ἡ ἀνόπαια nomen proprium angusti tramitis per montem superne, ad Thermopylas: et dictus hic trames ἀπὸ ὀπῆς ἄνω ὄρεος, quia pervius tantummodo ibi erat is excelsus mons, *eine schmale strasse über das gebirge, (a narrow path over the mountains.)*

Ἄντεια, ας. ἡ. Uxor regis Prœti ab aliis dicta Σθενέβοια: quæ calumniis Bellerophontem pæne occidit, sicut Potipharis uxor Josephum. Z, 160, seqq. ubi ob principalem dignitatem et ob formam appellata est δῖα. Pari modo Ἱπποδάμεια, Pelopis uxor, occidit Myrtilum; et Acasti uxor Peleum fugere coëgit: et plures, crudeliter ulciscentes non morigerantem sibi.

Ἀντήνωρ, ορος. ὁ. sapiens Trojanus princeps ex regio genere, cujus uxor Θεανὼ erat soror Hecubæ reginæ, Z, 299. Erat senex, at valde disertus, sicut apud Græcos Nestor.

Plurimi filiorum ejus, ductores copiarum, cæsi sunt a Græcis. Legatos Græcorum, Ulyssem et Menelaum, a Tenedo profectos Trojam, ante quam classis Græca ad oram hostilem appelleretur, publice hospitio excepit, defendit quoque, quum iis contra jus gentium injuriæ intentarentur. Γ, 148, seqq. 203, seqq. 262, seqq. et Priamo ut fidelissimus consiliarius adsistit: simul ut notus Græcis, et apud eos favorabilis. Censet belli præcidere causam, Η, 347, seqq. Capta Troja, Agamemnon domum ejus servavit illæsam, suspensa ad eam παρδαλέη, ne quis Græcus eam attingeret. Profugit deinde cum reliquis Enetis per Thraciam ad sinum Adriaticum. Ejus filii inter duces Trojanos memorantur, 'Αρχίλοχος et 'Ακάμας, Β, 822, s. Μ, 99, s. prior occisus, Ξ, 463, seqq. alter pugnat bene, 476, seqq. Λαοδόκος, Δ, 87, seqq. Πήδαιος, occisus, Ε, 69, seqq. Πόλυβος καὶ 'Αγήνωρ, cum 'Ακάμαντι, Λ, 59, s. Φ, 545, seqq. 579—597. 'Ιφιδάμας, Λ, 221, seqq. occisus. Κόων, Λ, 248, seqq. occisus. Λαοδάμας, Ο, 516, seqq. occisus. Δημολέων, Υ, 395, seqq. occisus. Patronymicum est 'Αντηνορίδης. Py. 5, 110, ubi quidam reliqui 'Αντηνορίδαι in Libyam devenisse dicuntur. Cæterum Ulysses quidem etiam erat disertus, sed magis tamen ἴμπρακτος σοφός: Antenor et Nestor autem tantum σοφοὶ καὶ εὔλογοι, utpote senes.

'Αντίκλεια, ας. ἡ. mater Ulyssis, filia Autolyci. λ, 84, seqq. 151, seqq. ubi anima ejus colloquitur cum filio. Nam præ tristitia mortem obierat, cum filius non rediret. Quia Eumæus, mortem ejus narrans, ο, 355, seqq. talem mortem abominatur: hinc recentiores dixere, eam suspendio vitam finiisse. Quod tamen Homerus ignorat. conf. Ναύπλιος.

Αντικλος, ου. ὁ. unus heroum Græcorum in equo ligneo, non satis cautus. δ, 286, seqq.

'Αντίλοχος, ου. ὁ. filius Nestoris, laudatissimus. Primus rem bene gerit in pugna eo die commissa, Δ, 457, seqq. Ε, 580, seqq. Ζ, 32, seqq. sic porro Ν, 93, 396, 400, 418, 479. Ξ, 513. Ο, 568, seqq. Π, 317. Β, 378, seqq. Π, 317. Ρ, 378, seqq. ubi ejus mentionem facit poëta, quia mox eo uti vult ad nuntium perferendum. 653, 694. Σ, 2, valde dextre. Ψ, 301, seqq. 354, seqq. 402, seqq. ubi loquitur cum equis suis, ut juvenis, ἀφιλῶς καὶ γλυκέως. 419, 414, 543, seqq. ubi generose et simpliciter, amice tamen, se opponit donationi rei, quam pro sua habet, et ad pugnam ob eam rem se offert. Nam considerat equam illam ut ἔπαθλον, et testem victoriæ suæ. Ergo de victoria solum vult contendere. Hinc non invidet Eumelo majus donum, tantummodo ne sit præmium victoriæ. Non igitur ob equam per se pugnare voluit; id enim σμικρολογίας fuisset indicium. 587, seqq. ubi libenter cedit seniori et illustriori, et veniam rogat; et hac re multum efficit. 612, 756, seqq. 785. Occisus denique est ad Trojam, quod Nestor ipse, cum laude filii sui, narrat γ, 111, s. δ, 199, seqq. 187, s. ubi dicitur a Memnone interfectus. λ, 467. ω, 16, 78, ubi præcipue ab Achille honoratus dicitur.

'Αντίμαχος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, a Paride corruptus, ne pateretur reddi Helenam: injurius etiam in legatos Græcorum. Λ, 123, seqq. Hinc ejus filii duo, deprehensi ab Agamemnone, interficiuntur sine misericordia: degeneres, imo et stulti, qui regem non patris solum, sed et auri accepti admonent. Cæterum luunt ibi filii culpam a patre commissam. Nam ob intemperantiam linguæ paternæ, filio caput abscinditur: ob avaritiam, filio abscinduntur manus. Et hæc est Nemesis, paritas vindictæ cum peccato, quam Homerus fere ubique insinuat. Per quod quis peccat, per idem punitur vel ipse vel liberi ejus. Μ, 188, s. ubi alius ejus filius, Λεοντεύς, satis fortis memoratur.

'Αντίνοος, ου. ὁ. Ithacensis nobilis, princeps fere procorum. Pater ejus fuit ὁ Εὐπείθης, εος. Ipse erat ὀργίλου ἤθους καὶ βαρέος, et præ reliquis χαλεπὸς καὶ ἄγριος τῷ Τηλεμάχῳ καὶ τοῖς περὶ τοῦτον, ὅσοι τοῦ 'Οδυσσέως ἐκήδοντο. Hinc et οὐ μάλα ὑπείκει, Telemacho severius rem instituente. α, 383, seqq, β, 84, seqq. ubi concio ejus injusta. Nam si Penelope non vult nubere, quis tibi, Antinœ, jus dedit, cogere eam? sed Antinous id interpretatur esse fastum muliebrem, quasi gloriam captet ex fuga nuptiarum: quod intelligitur ex 125. sed ne sic quidem tu es idoneus, qui eam regas. Cæterum 127, s. nota φήμην in sermone ejus: nam sic vere postea accidit, etsi alia mente ita locutus fuerit Antinous. Ipsa nimirum nupsit cui voluit, Ulyssi; proci nusquam alio abierunt, occisi nempe in ea domo. et 301, seqq. ubi intempestive arridet et ad luxuriandum hortatur: fortasse irridens Telemachum, quasi is fuerit paullo ante συνασωτευόμενος, et nunc velit subito severus et frugi fieri. δ, 628. 641, seqq. ubi ἀναίσχυντος indignatur, quod Telemachus profectus sit, et insidias ei struit. 773. π, 363, seqq. ubi dux fuit insidiantium Telemacho redeunti in mari: et nunc consilium dat occidendi eum in terra. Sed increpatur a Penelope, 418, seqq. ρ, 374, 388, 394, 500, 458, seqq. 476. σ, 64, 34, seqq. ubi epithetis eum ornat et χρηστολογεῖ "Ομηρος ob bona alia quæ habebat extra hanc procandi insaniam. 77, seqq. 117, seqq. 283, seqq. 291, ubi donum ejus, datum Penelopæ. υ, 270. φ, 84, seqq. ubi desperat, alios posse tendere arcum, se tamen sperat. Puer admodum fuerat cum proficisceretur Ulysses, post viginti annos redux. 140, 167, 256, seqq. 277. Occiditur omnium primus, χ, 8, seqq. 48, nimirum ut maxime promtus manu. ω, 178, 423.

'Αντινορίδης, ου. ὁ. non est patronymicum: sed proprium principis certæ regionis sub imperio Trojano; gener Priami, Γ, 122, seqq.

'Αντιόπη, ης. ἡ. filia 'Ασωποῦ, fluvii Thebani: ex qua Jupiter genuit Ζῆθον καὶ 'Αμφίονα, οἰκιστὰς Θηβῶν. λ, 259, seqq. Aliam hujus nominis vide sub Κάδμος.

'Αντιφάτης, ου. et 'Αντιφατεὺς, έως. ὁ. sic Γηρυόνης et Γηρυονεὺς: Τυφῶν et Τυφάων et Τυφῶς et Τυφωεὺς, etc. Nobilis Trojanus, M, 191. Alius hujus nominis, semicyclops, princeps Læstrygonum, κ, 105, seqq. ubi filia ejus aquam ex fonte portat suis manibus: uxor vero est instar montis, 112, s. Is devorat unum sociorum Ulyssis, præterea opprimit undecim naves Ulyssis cum suis sociis, una sola salva qua vehebatur ipse. Cæterum hæc nomina didicit postea Ulysses ex Circe et Calypso, quæ, ut deæ, omnes ejus errores norant: alias ipse non potuit scire. Tertius hujus nominis est nobilis Græcus, ο, 242. conf. Μελάμπους.

'Αντίφονος, ου. ὁ. unus filiorum Priami. Ω, 250.

"Αντιφος, ου. ὁ. Princeps insulanorum Græcorum cum fratre Phidippo, nepos Herculis, B, 678. Alter hujus nominis, filius Pylæmenis, erat ductor Mæonum, ex parte Trojanorum, B, 864. Tertius, filius Priami, Δ, 489. Λ, 101, 109. Quartus, nobilis Ithacensis, Ægyptii filius, socius Ulyssis ad bellum, β, 19, seqq. Quintus, etiam nobilis Ithacensis senior, ρ, 68.

"Αντρων, ωνος. ὁ. Urbs Magnesiæ in Græcia, quam alii scribunt 'Αντρὼν, ῶνος. sita ad mare; et sic nominata quia regio erat ἀντρώδης, i. e. σπηλαιώδης καὶ ὑπόνομος, *weil es da viele hölen und unterirdische gänge gäh, (because it contained many caverns and subterraneous passages.)* Præterea ibi fodiebantur boni lapides molares: hinc 'Αντρώνιος ὄνος est λίθος μέγας, πρὸς ἀλετὸν δεξιὸς, *es gab da grosse steinbrüche zu mühlsteinen, (there were large quarries of millstones.)* B, 697.

"Αξιος, ου. ὁ. fluvius Thraciæ nobilis. B, 849, s. Strabo vocat eum Θελιρὸν, nam assumit multos alios fluvios. Π, 288. Φ, 141, seqq. 157, seqq. ubi dicitur esse pater Πηλεγόνος, avus 'Αστεροπαίου, et laudatur. Strabo accentum in ultima ponit, ὁ 'Αξιός.

"Αξυλος, ου. ὁ. Princeps Thracius, ab hospitalitate laudatus, cum ministro suo Καλησίῳ. Ille ab ἄγειν πάντας εἰς ξενίαν, hic a καλεῖν, nominatus. Z, 12, seqq. et Τευθρανίδης est pro Τευθραντίδης, quem confer.

"Αονες, ων. οἱ. 'Αονία, ας. ἡ. vide sub Βοιωτία.

'Απαισὸς et Παισὸς, οῦ. ὁ et ἡ. nam ὁ est nomen fluvii, ἡ nomen urbis ad fluvium, non procul a Lampsaco. Civis ejus ὁ Παισηνός. Condita erat urbs a Milesiis, sicut et Lampsacus. B, 828.

'Απείραιος, αίη. vide "Ηπειρος.

"Απις, ιδος. ὁ. vide sub Αἰτωλοὶ, et in A. sub ἄπιος.

'Απισάων, ονος. nobilis Trojanus. Λ, 577, seqq. P, 348, seqq.

'Απόλλων, ωνος. ὁ. In physica est Sol: et fingitur filius Jovis et Latonæ, quatenus ille est aër, hæc vero nox, nam ex nocte paritur quasi sol oriens, et in aëre vim suam exserit. Latona vero est nox, Λητὼ, quia noctu dormientes πάντων λανθανόμεθα, et visui πάντα λανθάνει. A, 9. Præterea in sensu theologico, quo Jupiter est summus deus, sol est primarium instrumentum quo deus benefacit terræ et generi humano. Tandem per Apollinem notatur et ἡ εἱμαρμένη, fatum et destinatio divina. Habet nomen, partim ab ἀπολύειν, nam est ἰατρός: hinc Μιλήσιοι et Δήλιοι vocabant eum Οὔλιον, i. e. ὁλόττητος καὶ ὑγιείας ποιητικόν: οὔλειν enim est ὑγιαίνειν. Partim vero et ab ἀπολλύειν, nam pestes et subitæ mortes virorum adscribuntur ei: sol enim suis radiis et utiles et pestiferas exhalationes in aëre caussatur. Dictus est et Νόμιος, quia sol calefacit terram, ut proferat herbas ad pabulum. Cultus est in Lycia Troica: nam fabulæ dicunt, Latonam statim post partum abiisse cum infantibus suis, Apolline et Diana, in Lyciam: unde et Λύκιος, et Λυκηγενὴς pro Λυκιηγενὴς, i. e. ἐν Λυκίῃ γεγονὼς, appellatur, Δ, 101, 119. sed subest ratio physica. Λύκος enim antiquis Græcis erat lux: nox ergo, cum ex ea prodiit sol, abit in lucem candidam. Ovid. Metam. VI, 340. Lupus, qui Græce λύκος, est sacer Apollini, i. e. soli, sicut et cycnus et corvus: nam cycnus notat diurnæ lucis albedinem, corvus noctis nigredinem luci oppositam, lupus, ob mixtum ex his colorem, crepuscula. Hinc et lingua plebeia vocabat crepusculum τὸ λυκόφως, ob χρῶμα λύκου τεφρῶδες. Epitheta ejus sunt, κλυτότοξος, nam τῇ τοξικῇ ἐπιστατεῖ, ob radios suos. hinc dicitur Pandaro dedisse τόξον, B, 826, i. e. Pandarus fuit præstans sagittarius. Quatenus causa est morborum, sagittæ ejus notant morbos pestilentes et mortes, A, 42. Et ἑκηβόλος et ἑκατηβόλος, quia radios latissime spargit. Et ὁ εὐλύρας, ου, bonus citharæ artifex, quia Musica, lætitiæ diurnæ filia, ejus est inventum, Eurip. Alcest. 571, in qua tragœdia simul fuse narratur, serviisse eum Admeto per annum. Quæ fabula et B, 766, tangitur. Res vera est: equi illi adoleverant in desertis, et a nemine alio nisi a sole pasti fuerant. Præterea dicitur ἀργυρότοξος, nam est candidus; ἑκάεργος, longe operans; ἄναξ κατ' ἐξοχὴν: χρυσάορος, ἰκανος, ἀφήτωρ, φοῖβος, θεὸς κατ' ἐξοχὴν quasi a θέειν currere, quomodo sol vulgo videtur, et quia inter visibilia est divinissimum donum. In insula Anaphe colebatur sub nomine Αἰγλήτης, ὁ. quod nomen est ab ἡ αἴγλη. Aliud oppidum Asiaticum, τὸ Γρύνιον, habebat celebre templum 'Απόλλωνος Γρυναίου. Quod oracula ediderit Apollo, notum: sed fortasse id non cuivis, gavisum eum esse donis ex mundo muliebri. sic 'Εριφύλης ἔρμον χρύσεον poposcit a filio illius, ut is, post interfec-

tam a se matrem, ab insania liberaretur: et Menelaum poposcit mundum Helenæ, ut Paridem is ulcisci posset. sic enim Menelao supplicanti respondit: πάγχρυσον φέρε κόσμον ἑλὼν ἀπὸ σοῦ ἀλόχοιο δειρῆς, ὅν ποτε Κύπρις ἔδωχ' Ἑλένῃ μέγα χάρμα: ὥς σοι Ἀλέξανδρος τίσιν ἐχθίστην ἀποδώσει. Et Alcmæoni, Eriphyles filio: τιμῆεν μ' αἰτεῖς δῶρον, μανίης ἀποπαῦσαι: καὶ σὺ φέρειν τιμῆιν ἐμοὶ γέρας, ᾧ ποτε μήτηρ Ἀμφιάραον ἔκρυψ' ὑπὸ γῆν αὐτοῖσι σὺν ἵπποις. Cæterum α primum est anceps. Productum vides A, 14, 21, 36: correptum 43, et passim. Αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον, B, 371. Δ, 288. H, 132. Π, 97. δ, 341. ρ, 132. σ, 234. οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα, Διῒ φίλον, A, 86. ἑκατόμβαι fiunt ei, A, 315, et supplicatur, 451, seqq. et cantu placatur, 472, seqq. et sub eo canunt Musæ, sub Apolline et Musis poëtæ, 603, seqq. Hinc poëtæ sunt λόγιον χρῆμα διὰ τὰς Μούσας, καὶ μαντικὸν διὰ τὸν Ἀπόλλωνα. Preces ad eum sunt et Π, 513, seqq. ubi egregie descriptus. si dicitur favere alicui, sensus est: fatum, sive voluntas suprema, jam non vult hunc perire, hic sol nondum est ei supremus. sic et, si dicitur incitare aliquem et hortari. Contra, cui non favet, ei hoc die fatum est adversum, vel et, hic dies vel sol debet ei esse ultimus. sic servat Æneam, circumdata nube, E, 344, seqq. h. e. in denso pulvere, qui visum impediebat, evasit hodie Æneas. sic et 433, tuetur Æneam, i. e. hodie ei non est fatale perire. sic et Υ, 79, seqq. et 103, seqq. incitat Æneam, i. e. is heros hodie maxime erat promtus. et deinde 443, seqq. eripit eum periculo, i. e. Æneas subito Achilli ex conspectu abiit, ut hic illum in turba non reperiret. Dicitur λαοσσόος, quia lux diei ad pugnandum commovet exercitum. Nam noctu illis temporibus nondum pugnabatur, sicut deinde factum est. Et ἑβδομαγέτης, ου, ὁ, apud Æschyl. Sept. c. Th. 806, quia septimo die mensis natus putabatur, et quia quivis dies septimus mensis sacer ei erat, una cum νουμηνίᾳ. et ὁ λοξίας, ου, παρὰ τὸ λοξὸν εἶναι ἐν τοῖς χρησμοῖς, καὶ ὅτι λοξὰ καὶ διπλῶς νοούμενα ἐμαντεύετο. Tale λοξὸν erat illud: Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην δύναμιν καταλύσει. De oraculo ejus Delphico, quod prius fuerat Telluris, postea Themidis, qua pulsa Apollo id occupavit, vide Eurip. Iphig. Taur. 1234, seqq. per totum illud canticum. Fecit cum Neptuno murum Trojanum, et pavit boves Laomedontis per annum, H, 452, s. Φ, 435—467, ubi veritas hæc est: Laomedon sumsit sacram pecuniam ex templo Apollinis et Neptuni, ad exstruendos muros, et instruendos agricolas bubus; quam pecuniam deinde templis quidem restituit, sine usuris tamen promissis, h. e. fraudati sunt mercede a Laomedonte. Rediit tamen cum Trojanis in gratiam, i. e. præcipue ibi cultus est, sicut et ἐν Χρύσῃ καὶ Κίλλῃ καὶ Τενέδῳ, alibique. si memineris, Apollinem esse vel solem, qui est causa videndi dilucide, et si quis non liquido quid videt, dicitur impediri ab Apolline: vel esse fatum destinatum et voluntatem divinam: ubique Apollinem poteris recte apud poëtam interpretari. Vult cum Neptuno murum Græcum destruere, M, 17—34, i. e. sol causa est pluviarum, quibus nimiis efficitur inundatio, et hac subvertuntur non nimis firma: vel et, futurum erat, ut per inundationes vehementes is murus destrueretur. Habet ægidem, O, 307, seqq. i. e. sol calore suo efficit fulgura et nubes fulgurantes tonantesque. Π, 700—711, vides pictam τὴν εἱμαρμένην, quam quis conjectat ex conatu frustraneo, ideoque absistit. et 787, seqq. ubi Apollo dicitur vulnerasse Patroclum, i. e. subito vulneratus est Patroclus, et aderat ei hodie dies supremus: coll. 804. et hac fictione honestatur a poëta mors clarorum hominum, quasi divinitus veniens, non casu temerario, aut sola humana vi. Invidet Menelao, P, 71, seqq. i. e. fatale aliquod impedimentum, κώλυμά τι ἐκ τοῦ μοιριδίου, interveniebat. Nam quodvis opportune, aut præter prævisum incommode, accidens, refertur ad Apollinem, i. e. ad fatum hujus diei. Σ, 454, seqq. Vult pugnare cum Neptuno, Υ, 67, i. e. sol radiis suis calefacit mare, et attrahit inde vapores in altum; mare ulciscitur id quasi, et obfuscat solem iis vaporibus: sed facile redeunt in gratiam, i. e. uterque confert multum rei universæ. Præterea, sol, ut ignis, oppositus est quidem aquæ, non minuit tamen aquas. Moriturum deserere dicitur Apollo, X, 213, i. e. fatum non diutius vult servare eum, et sol ei supremus adest. Apollo invidet Diomedi, et excutit ei scuticam, Ψ, 383, i. e. casu aliquo, nescio quo, excidit scutica Diomedi, et id profuit alteri. Nam omnia fortuita refert poëta ad numen, docens, nihil omnino casu cæco fieri, ne in minimis quidem. Increpatur a Junone, ut ἑταῖρος κακῶν, Ω, 63, ubi humanum regimen pingitur contra fatorum decreta murmurans, quæ perpetua est querela eorum qui rebus præsunt. Nam Juno est majestas. et 32, seqq. loquitur Apollo pro Hectore contra Achillem in concilio deorum, graviter quidem, διγλώσσως tamen, i. e. mixta laude et vituperatione. Nam sol est symbolum veritatis et omniscientiæ, i. e. lucis intellectualis: hinc oratoria et eruditio omnis et vaticinatio et poësis, ad Apollinem refertur. Quia auctor est mortis apud viros, i. e. solis lumine destituuntur morientes; sagittæ ejus dicuntur ἐχεπευκῆ, si cum dolore, ἀγαναὶ vero si subito et sine sensu moriuntur, γ, 279, s. Ω, 758, s. θ, 226, s. Dicitur Δήλιος, quia sol omnia δῆλα ποιεῖ. sic is etiam adulterium Veneris cum Marte indicat, i. e. fama et index aliquis id detexit. Quod deus κατ' ἐξοχὴν dicatur, vides ex φ, 258, coll. 267. υ, 156, seqq. 277, seqq. Recentiores, fingentem cum summa ratione Homerum minus intelligentes, monstrosa multa sine ulla ratione addidere. Vide sub Ἄδμητος, et Μάρπησσα, item in A. sub ἀγυιά, ὀξὺς, et χρυσάορος.

Ἀραιθυρέα, ας. ἡ. Urbs Argivorum, dicta alias ἡ Φλιοῦς, οῦντος, a filio Διονύσου Φλιοῦντι. Civis ejus ὁ Ἀραιθυρεεύς. Β, 571.

Ἀργέας, ου. ὁ. nobilis Lycius, a quo patronym. ὁ Ἀργεάδης, ου. Π, 417.

Ἄργεια, ας. ἡ. vide sub Ἄδρηστος.

Ἀργεῖος, εία, εῖον. Argivus, ex Argis. it. Græcus in genere. Ἥρη Ἀργείη, quia Argis præcipue culta, Δ, 8. Ε, 908. Ἑλένη, i. e. Πελοποννησία, Β, 161. Γ, 458. Δ, 19. Η, 350. δ, 184. ψ, 218. Ἀργεῖοι dicuntur iidem qui Ἀχαιοὶ, i. e. nobiles Græci in genere: nam plebeiis id nomen non facile tribuitur, nisi quando universa gens significatur. Ἀργεῖοι, κοῦροι νέοι, Ν, 95, coll. 91, seqq. et nomen id emphatice positum. Ξ, 364, 476. Ρ, 321. Τ, 84. Ψ, 271, s. 448, 456. β, 173. λ, 484. ρ, 119. σ, 126. ω, 54. Ἀργείων, Α, 79. Β, 79. Ζ, 159, sc. ὁ Προῖτος: ergo ibi hoc nomen in sensu speciali, circa Corinthum. α, 211. θ, 512, s. 578, Ἀργείων ὀδύρεαι, i. e. ὑπὲρ τῶν: et post Ἀργείων est comma. Ἀργείοις, Α, 382. Ο, 216. Π, 32, ubi simul innuit, τοῖς ὁμοεθνέσι, τοῖς φίλοις, τοῖς παρακλητεύουσι. Τ, 122, 124, 269. Φ, 429. γ, 128, 133, coll. 131. ο, 240. In genere ergo sunt nobiles Græci, in specie Peloponnesii, et specialissime illi circa Ἄργος Diomedis et Corinthum.

Ἀργέστης, ου. ὁ. vide sub ἀργεστὴς in Α.

Ἄργης, ητος. ὁ. et frater ejus ὁ Βρόντης, ου. qui ambo ἐσκεύαζον τῷ Διΐ, ὁ μὲν κεραυνοὺς, ὁ δὲ βροντάς. Re vera fuere fortasse homines mechanici, qualis fuit Archimedes, qui ope speculorum ignem procul immisit in naves: nisi potius sunt figmentum recentiorum impudens. Ideo et ignorat eos poëta. Vide Hesiodi Θεογ. 140.

Ἄργισσα, ης. ἡ. Urbs Thessaliæ, postea dicta ἡ Ἄργουρα. Β, 738, ubi quidam legunt Ἄργισα.

Ἄργος, ου. ὁ. Est apud poëtam nomen proprium canis venatici, ab ἀργὸς, i. e. ταχύς. ρ, 291—326. conf. in Α. κύων, aliquanto sub medio. Apud recentiores est alius Ἄργος, multos oculos habens; et fuit vel egregius astronomus, ut oculi ejus dormientes notent sidera occidentia, vigilantes vero orientia et lucentia supra horizontem; vel designat principem vigilantissimum et πανόπτην, πολυπράγμονα τὰ εἰς ὄψιν, qui vult omnibus rebus ipse interesse, easque cognoscere: ἀγχίνους ἄνθρωπος, τὰ μὲν ὁρῶν, τὰ δὲ προορῶν. Fortasse et ὀξὺς ἦν εἰς τὴν θέαν, et vigilans multum, et incertis temporibus dormiens. Potest et fuisse princeps illius regionis, quæ ab eo τὸ Ἄργος, post a Pelope Peloponnesus est dicta. In ineptis allegoriis notat hic Argus otiosam curiositatem. Hinc Mercurius, διάκτορος: et ministerialis et actuosus, ἀργυφόντης (pro ἀργοφόντης) occisor et domitor istius otiosæ speculationis, et stator negotiositatis. Id epitheton de Mercurio recte se habet: sed, ad Argum aliquem id non respicere, inde patet, quia poëta hunc Argum ignorat. Vide in Α. sub γέρων et ἀργυφόντης.

Ἄργος, εος. τό. Est regio Peloponnesi, a qua et tota Pelopennesus sæpe sic vocabatur: sicut ἡ Ἑλλὰς proprie fuit regio, cui præerat Peleus, et a qua deinde omnis Græcia extra Peloponnesum et infra Macedoniam sic vocabatur. Hinc est locutio, κατὰ vel ἀνὰ Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος, i. e. per universam Græciam, vel in universa Græcia, α, 344. δ, 726, 816. ο, 80. Quia in Peloponneso Δωριεῖς habitabant, hinc eadem Peloponnesus dicta Δωρὶς γῆ. Ἐν Ἄργεϊ, Α, 30, cujus regionis urbs principalis erat ἡ Μυκήνη, et quæ sub imperio Agamemnonis sic et Β, 108, Ἄργεϊ παντὶ ἀνάσσειν. specialiter Ἄργος erat regia Diomedis, Β, 559, seqq. et ab hac urbe erat proverbium, Ἀργεία φορά: ἐσκώπτοντο γὰρ Ἀργεῖοι εἰς φιλοδόξους καὶ συκοφάντας. conf. Pausaniam. Aliud Ἄργος erat τὸ πελασγικὸν, Β, 681, seqq. extra Peloponnesum. Cæterum Ἄργος Peloponnesiacum habet epitheton, ἱππόβοτον, quia regio plana, et bonis equis celebris, Β, 287. Γ, 75, ubi id Ἄργος et Ἀχαιΐς est idem. Et ea erat Junoni dilectissima urbs, Δ, 52, quæ et hinc Ἀργεία dicta. μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο, i. e. ad introitum in Peloponnesum ad Isthmum et Corinthum, Ζ, 152. paullo aliter est eadem phrasis γ, 263, ubi is μυχὸς notat τὰς Μυκήνας et innuit, non sitam esse eam urbem ἐν ἄκρῳ Πελοποννήσου, sed ἐν βάθει. Porro ἱππόβοτον, Ο, 30. sed Π, 329, idem Ἄργος ἱππόβοτον est τὸ Πελασγικὸν sive Θετταλικόν. sic et fortasse Ω, 437, κλυτόν: nisi ibi omnis Græcia sic appellatur. Nam nonnunquam hoc nomen latissime designat Græciam universam, ut Ι, 246, ἑκὰς Ἄργεος ἱπποβότοιο. sic et δ, 99. ω, 37. et Ο, 372, ἐν Ἄργεϊ πολυπύρῳ, et hinc omnes Græci dicti Ἀργεῖοι. Vel late, Peloponnesum, Ι, 141, ubi hæc pars vocatur Ἄργος Ἀχαιϊκόν: et Ἑλένη inde dicitur Ἀργεία, quasi Πελοποννησία, 140. 282, 283. Vel stricte, urbem Diomedis. Consulatur Cellarii orbis antiquus, cum aliis accuratis geographis. Ἄργος πολυδίψιον, Δ, 171, quam vocem cf. in Α. Apud Eurip. Alcest. 560, ὅταν περ Ἄργους διψίαν, ἔλθω χθόνα quandocunque in Argivam siticulosam venero terram; exponit scholiastes διψίαν, τὴν ἄνυδρον, ἢ, πολυπαθῆ. Ἄργεϊ μέσσῳ, i. e. ἐν Ἀργείοις, Ζ, 224, nam urbs sæpe ponitur pro populo: et loquitur ibi Diomedes. et 456, ἐν Ἄργει ἐοῦσα, in Græcia, vel et, in Peloponneso. sic, Ἄργεος ἐξαγαγόντες, Ν, 379, ex Peloponneso. Ἄργεϊ νάσθη, Ξ, 119, ubi est urbs Diomedis. Ἵκετο Ἄργος Ἀχαιϊκὸν, Τ, 115, in Peloponnesum. ἢ οὐκ Ἄργεος ἦεν Ἀχαιϊκοῦ, γ, 251, an non erat in Peloponneso: ubi deest præpositio ἐπί. sed 108, s. ἐν Ἄργεϊ, in urbe Diomedis. Καί κέν οἱ Ἄργεϊ νάσσα πόλιν, inquit Menelaus, δ, 174, i. e. ἐν τῇ ὑπὸ Μενελάῳ χώρᾳ, quæ pars erat Peloponnesi. φεύγων ἐξ Ἄργεος, ο, 224, ex Peloponneso. Εἰ πάντες

σὶ ἴδοιεν ἀν' Ἴασον Ἄργος Ἀχαιοὶ, σ, 245, i. e. si vel remotissimi nobiles per omnem Peloponnesum te vidissent, concurrerent huc: nedum nos vicini. Cæterum sic Peloponnesus dicitur a rege Ἰάσῳ, filio Ἰοῦς. οὐκ ἔστι γυνὴ κατ' Ἀχαιΐδα γαῖαν, οὔτε Πύλου ἱερῆς, οὔτε Ἄργεος, οὔτε Μυκήνης, φ, 108. ubi tres nobiles urbes Peloponnesi pro omni ea terra nominat: nisi potius vis, in medio positam terram, ad latera duas urbes; et ita fecisse adolescentem, ne nimis aperte matrem videretur anteferre Helenæ Ἀργείῃ. Græcis semper hoc nomen est tertiæ declinationis, generis neutrius: Romani vero dixerunt et Argi, Argorum. De πολυδιψίῳ confer et Callimach. Hym. in Jov. 19, ibique Spanhemium.

Ἄργουρα, ας. ἡ. vide sub Ἄργισσα.

Ἀργὼ, όος. ἡ. est nomen proprium navis Jasonis, ab ἀργὸς, i. e. ταχὺς, nam fuit prorsus ὠκύαλος. μ, 69, seqq. conf. πλαγκταὶ πέτραι. Cæterum οἱ Ἀργοναῦται, habentes Medeam et τὸ χρυσοῦν κῶας, tanquam τὸν σκοπὸν καὶ τὸ ἆθλον ἐκείνου τοῦ πλοῦ, per Istrum, et deinde per terram, venerunt in sinum Adriaticum: inde errore ad fretum siculum venientes, evitatis feliciter πλαγκταῖς πέτραις, rediere tandem domum per ambages molestas. Vide in A. sub ναῦς, ad medium.

Ἄρδυς, υος, ὁ, vide sub Βρισηΐς.

Ἀρέθουσα, ης. ἡ. nomen fontis in Ithaca, cujus historiam vide ad Κορακοσπέτρα. ν, 408. Alia fuit Arethusa ἐν Σμύρνῃ, alia ἐν Χαλκίδι τῇ κατὰ Εὔβοιαν, alia ἐν Συρακούσαις, quæ posterior maxime celebris apud antiquos.

Ἀρειμάνιος, ου. τό. vide sub Ἄρης, ad medium.

Ἄρειος, ου. ὁ. vide sequens.

Ἄρειος, εία, ειον. et ionice ἀρήϊος. martialis, πολεμικὸς, μεγάθυμος in opposito ad μικρόψυχον. Hinc factum est nomen proprium ὁ Ἄρειος, ου. Πρωτεσίλαος ἀρήϊος, B, 698. Μενέλαος, Γ, 339. Δ, 98. O, 540. P, 79. Ἀστεροπαῖος, M, 102. P, 352. Ἀχιλλεὺς, Π, 166. Αἴας, γ, 109. et 167, Διομήδης. ἀρήϊοι υἷες Ἀχαιῶν, Δ, 114. Λ, 799. Π, 42. Σ, 200, ubi id cum magna laude, utpote in adversa fortuna tamen fortissimi. Υ, 317. Φ, 376. ψ, 220. ἄνδρες, N, 499. ἀρήϊα τεύχεα, instrumenta bellica, ad differentiam aliorum utensilium, Z, 340. Ξ, 381. π, 284. τ, 4. ψ, 368. ω, 218, sic et ἔντεα, K, 407.

Ἀρείων, ονος. ὁ. Equi nomen, quo vectus est Adrastus bello Thebaico. dicitur θεῖος, quia a Neptuno cum Harpyia vel Erinnye erat generatus. Hunc equum Neptunus dederat τῷ Κοπρεῖ τῷ ἁλιαρτίῳ: Κοπρεὺς δὲ τῷ Ἡρακλεῖ, ἐφ' οὗ μαχόμενος τὸν Κύκνον ἀνελὼν, εἶτα τῷ Ἀδράστῳ αὐτὸν ἐχαρίσατο. Ψ, 346. Alii scribunt Ἀρίων: sed quia celeber ille musicus sic scribitur, accuratiores hunc equum Ἀρείων scribi jubent.

ἀρείων, ονος. ὁ ἡ. et τὸ ἄρειον. fortior, firmior, utilior. promtior. ἀρείους pro ἀρείονας, Π, 557. ἄρειον ἔπλετο ἀμφοτέροις, T, 56. ἄρειον τεῖχος, murus firmior, Δ, 407. O, 736.

Ἀρετάων, ονος. ὁ. nobilis Trojanus, δῖος, Z, 31.

Ἄρεως, εω. ὁ. vide in A. sub Δέω, egeo.

Ἀρηΐθοος, ου. ὁ. Princeps Bœotiæ, pater Μενέσθεϊ, H, 8, seqq. 137, seqq. uxor Φιλομέδουσα, βοῶπις: ipse cognomine Κορυνήτης. Alius hujus nominis erat nobilis Trojanus, Υ, 486.

Ἀρηΐλυκος, ου. ὁ. nobilis Græcus, Ξ, 451. Alius Trojanus, Π, 308.

Ἀρήνη, ης. ἡ. Urbs Pylia, Nestori subjecta, ad fluvium amœne sita, hinc ἐρατεινὴ, B, 591. Λ, 722. Civis ejus Ἀρηναῖος.

Ἄρης, εος et εως. ὁ. Mars. Reperitur et nominativus ὁ Ἄρευς, a quo est genitivus εως, ionice ηος. Imo et genitivus Ἄρου, a quo fit ionice Ἄρεω: et τοῦ Ἄρητος. Notat bellum, et virtutem militarem, et fortunam bellicam, et ferrum, et arma telaque. Derivatur nomen ab α intensivo, et ῥήσσω, nam vehementer perrumpit. Quando Ἄρης est δεξιότης ἡ κατὰ πόλεμον, fingitur poëtice adesse exercitui Græco, A, 258. sed cum Trojani omnibus viribus contendunt, et nonnunquam superiores discedunt: fingitur a Trojanis stare. Ἀθήνη vero constanter erat partium Græcarum, i. e. ἡ φρόνησις καὶ πρόνοια καὶ σύνεσις. A genitivo Ἄρητος fit patronymicum Ἀρητιάδης, ὁ ἀπὸ Ἄρητος κατάγων τὸ γένος. Ejus filii duo, Ἀσκάλαφος καὶ Ἰάλμενος, quos cum honesta virgine Ἀστυόχῃ clam genuisse dicitur, B, 512, seqq. O, 110, seqq. I, 82. ξυνάγειν Ἄρηα est, committere prœlium, B, 381, nam duo oppositi sibi exercitus tunc concurrunt. et 385, στυγερῷ κρίνεσθαι Ἄρηϊ, i. e. pugnare, ferro decernere. et 479, Agamemnon dicitur ἴκελος Ἄρηϊ ζώνην, i. e. egregie armatus, ut ζώνη, tanquam pars, notet universam armaturam. et 515, Ἄρηϊ κρατερῷ, ubi deest ὑπὸ, et pertinet ad ἔτικεν: sicut plene est alibi. ὅν ὑπὸ Ἀγχίσῃ τίκεν Ἀφροδίτη. et 627, ἀτάλαντος Ἄρηϊ Μέγης. et 767, ἵππους φόβον Ἄρηος φορεούσας, i. e. equæ, quæ a martio tumultu in prœliis non solebant consternari. conf. φορέω in A. sic ἀτάλαντος Ἄρηϊ, O, 302. Π, 784. ὄζος Ἄρηος, i. e. vir fortissimus, B, 540, 663, 704. M, 188. Ψ, 841. Ω, 474. θεράποντες Ἄρηος, i. e. viri fortes, strenui bellatores, B, 110. Z, 67. E, 382. Θ, 79. O, 733. X, 378. Ejus ὀπαδοὶ καὶ θεράποντες proprie sic dicti sunt ὁ Δεῖμος καὶ Φόβος, et soror ejus cara ἡ Ἔρις, Δ, 440. O, 119, Nam duo priora non sunt nomina equorum. Imo ὁ Φόβος, i. e. fuga, vel causa fugæ, dicitur filius Martis, N, 298, seqq. et ibi fortasse Idomeneus est Mars, Meriones vero minister ejus, coll. 295, 328. Habet nomen Ἐνυάλιος, N, 519. et 521, βριήπυος ὄβριμος. Ἀχιλλεὺς, ἶσος Ἐνυαλίῳ κορυθάϊκι πτολεμιστῇ, X, 132. ὑπὸ παλαμάων Ἄρηος, sub manibus Martis, Γ, 128, unde et ipse dicitur παλαμναῖος, ἀνταγωνιστής τις τοῖς ἀεθλεύουσιν. et 132, ἐπίφερον ἀλλήλοις πολύδακρυν Ἄρηα ἐν πεδίῳ. Ὦρσε δὲ τοὺς μὲν Ἄρης, τοὺς

δὲ Ἀθήνη, Δ, 439, i. e. Trojani pugnabant quidem fortiter, sed sine jure, quod jus erat ex parte Græcorum. et 441, "Αρεος ἀνδροφόνου κασιγνήτη Ἔρις. Ἀθήνη προσηύδα θοῦρον Ἄρηα· Ἆρες, Ἄρες, βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα, E, 30, ubi vides diversam quantitatem primi α. Alii tamen scribunt alterum Ἄρες, fortasse rectius, Ἀρὲς, i. e. βλαπτικὲ, nocens, ut alludatur ad prius positum nomen proprium alio nomine appellativo earundem litterarum; et significet indolem Martis, quam deinde aliis nominibus additis liquidius explicat. sed plurimi repetitum nomen proprium judicant, ex diversa etymologia deductum: prius ex ἀρὰ, imprecatio, *der fluch, (a curse;)* alterum ex α negativo, et ῥέω, dico, quia Mars non est rhetor sed pugnator. Cæterum illa epitheta non sunt ἐπὶ ὕβρει: nam cur esset Minerva λοίδορος tali tempore? sed naturam Martis, qua ipse gaudet et gloriatur, depingunt facete. sic et E, 455. Seducitur autem ibi e pugna a Minerva, i. e. virtus bellica Trojanorum longe superabatur virtute et prudentia Græcorum. Nam Ἄρης est τὸ ἄλογον θράσος: hinc θοῦρος, impetuosus, appellatur; et is fervor ferox jam minuebatur apud Trojanos, E, 35. αἵματος ἆσαι Ἄρηα ταλαύρινον πολεμιστήν, E, 289, ubi Ἄρης notat gladium vel hastam acuta acie præditam: et tractatur a poëta ut πρόσωπον vivum, satiandum sanguine. sic et alibi ἄρης notat ferrum, e. c. Φ, 112, ἄρει θυμὸν ἐξέληται, ferro vitam eripiat. Et X, 72, ἀρηϊ κταμένῳ, ferro interfectus; ubi additur synonymum δαϊχθῆναι χαλκῷ, interfici ferro. Et O, 605, Ἄρης ἐγχέσπαλος. θοῦρον Ἄρηα ἤμυνεν, E, 355, i. e. in sinistro cornu præstantissimi Trojani rem strenue gerebant. Excitantur ergo, ut ad dextrum cornu properent, ubi minus bene res gerebatur. sed ibi vulneratur Mars a Diomede, i. e. multi fortes Trojani occiduntur, 461, seqq. 507, 518, 592, seqq. 699, 702, 704. χάλκεος Ἄρης, 757, seqq. 827, seqq. 841, 844, seqq. μιαιφόνος, βροτολοιγός. 855, seqq. et vulneratus clamat horribile, 859, seqq. i. e. excitatur ibi clamor terribilis pugnantium, ἴβραχε Ἄρης ἆτος πολέμοιο, 388. Abit in cœlum, i. e. fit fuga, cum excitato denso pulvere, 864, seqq. increpatur a Jove, 889, seqq. et Παιήων eum curat, 899, seqq. De quibus fictionibus idem valet quod de parabolis: nimirum multa exornandæ parabolæ addi, quæ ad rem ipsam declarandam nihil conferunt. Ἀλογία militaris debellatur φρονήσει et animo non territo. Vinctus aliquando fuit Ἄρης ab Ὤτῳ et Ἐφιάλτῃ, E, 385, seqq. per menses tredecim: fugiens tandem, venit in Νάξον. Cui fictioni sine dubio veritas aliqua historica, nobis ignota, subest: nam allegorice talia explicare, putidum est. Præter θοῦρος, i. e. cum furioso impetu irruens, E, 507, 830, dicitur etiam μαινόμενος, 831, et τυκτὸν κακὸν, ibid. nam, quatenus notat arma bellica, fit ab hominibus: præterea nulla naturalis necessitas, qualis est fames aut sitis aut cupido dormiendi, etc. cogit homines ad bellandum, sed ipsi sibi id malum arcessunt. Nam ἡ φύσις ἥμερον ἔτευξε ζῶον τὸν ἄνθρωπον: ipse vero contra naturam furit. Mars hinc dicitur et ὁ Ἀρειμάνιος. Dicitur et ἀλλοπρόσαλλος, nam fortuna Martis est incerta, et nulli parti stabilis, E, 831. et 461, 717, οὖλος Ἄρης, perniciosus toti. et 702, μετὰ Τρώεσσιν Ἄρης, i. e. hodie prevalent Troës armis. Naturam ejus optime describit Jupiter, E, 890, seqq. Est ergo et in mytho χείριστος, nedum re vera. Cum ratione magna loqui facit Martem poëta, E, 872, seqq. nec se includit, ut dicat ἐπιπειθόμεθα, sed de aliis, ἐπιπείθοντας: nam furibundus Mars nescit πείθεσθαι, sed vi vult compesci. Ἄρης ἆτος πολέμοιο, i. e. pugna ipsa vel bellum, Z, 203. ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ, H, 166. et 208, πελώριος, ὅστε εἶσι πόλεμόνδε. et 240, δηΐῳ μέλπεσθαι Ἄρηϊ. Ὄμματα βροτολοιγοῦ, Θ, 349. et 516, Τρωσὶν ἐπιφέρειν πολύδακρυν. sic et T, 318. διαπραθέειν μεμαῶτες ἄρηϊ, I, 528. Ἶσος, Λ, 603, Patroclus, multum profuturus Græcis hoc tempore. et 733, Ἄρηος μέγα ἔργον, i. e. pugna acris. Est præses belli cum Minerva, N, 127, i. e. ad bellum opus est ἀνδρείᾳ καὶ θάρσει, una cum φρονήσει. et 328, θοῷ Ἄρηϊ, et 444, ἀφίει μένος ὄβριμος ἄρης, i. e. ferrum vel hasta amisit ibi tandem motum suum: vel, ferrum hastæ fecit, ut vulneratus tandem amitteret vitam. et 518, seqq. ubi Ἀσκάλαφος, filius Martis, interficitur, et Mars irascitur Trojanis. et 569, Ἄρης ἀλεγεινὸς γίνεται, ubi ponitur pro vulnere in pugna. et 630, σχήσεσθε ἄρηος, i. e. prœlii. Ἔριδα ξυνάγοντες Ἄρηος, Ξ, 149. et 485, ἄρεως ἀλκτῆρα· ἴδυ δέ μιν Ἄρης δεινὸς Ἐνυάλιος, P, 210, ubi Mars subit Hectorem, i. e. fortuna pugnæ mutatur, ut paullo ante victi vincant. et 398, Ἄρης λαοσσόος, concitator exercitus. et 490, Ἄρηϊ μαχέσασθαι, nam potest et verbis certari. στυγερῷ κρίνονται ἄρηϊ, decernunt pugna, Σ, 209. et 213, ἄρεος ἀλκτῆρες, coll. 100. et h. l. quidam scribunt attice ἄρεω, ut Μενέλεω, Πηνέλεω: alii vero ἄρεως. et 264, μένος Ἄρηος δατέονται. et 516, ἦρχε δέ σφιν Ἄρης καὶ Ἀθήνη. Ἄρης κορυθαίολος, T, 38, ubi auxiliatur Trojanis, ὅμοιος ὁμοίοις, utpote ipse mœchus ex fabula et more militari: præterea ut præses βίας καὶ ἁρπαγῆς, qua Trojani in Helena usi: denique ὡς οὐκ ἴλλογος, sed adversarius Minervæ. et 51, αὖε δ' Ἄρης ἑτέρωθεν, ἐρεμνῇ λαίλαπι ἶσος. et 358, seqq. Nam Mars est vel σίδηρος, vel μάχη, vel τραῦμα, sed poëtice personificatur. Ἄρης ῥινοτόρος Φ, 391, ubi primus incipit pugnam deorum, et adoritur Minervam, h. e. imprudenter Hector fortitudine usus erat. conf. κυνόμυια in A. et 421, ubi Mars superatur a Minerva: et cadens longitudine sua ἐπτὰ ἐπέσχε πέλεθρα, 407. Quod quidem cum ratione sic fingitur. ταλαυρινὸς, X, 267. θοῦρος, Ω, 498. χάλκεος, nam notat arma, H, 146. Π, 543. ὀξὺν ἄρηα ἐγείρομεν, cum quo epitheto notat gladios et hastas, B, 440. Δ, 352. Π, 330. Θ, 531. Λ, 835. P, 721. Σ, 304. et ἐγείρειν est, uti telis. ὄβριμος, i. e. hasta gravis ferro, O, 112. Π, 613. P, 529. βροτολοιγός, Λ, 295. M, 130. N, 298, 802. θοὸς, N,

295. Θ, 215. Ρ, 72, 536. μῶλος Ἄρηος, Η, 147. Π, 245. Σ, 134. Martis adulterium cum Venere narratur, θ, 267, seqq. Et hanc solam turpiculam fabellam narrari facit Homerus, alias purissimus apud luxuriantes nimirum Phæacas et risum captantes. Habet ibi epitheton χρυσήνιος, θ, 285, nam donis flectuntur Veneres. ἐπιμὶξ μαίνεται Ἄρης, λ, 536. ἦ μὲν δή μοι θάρσος Ἄρης καὶ Ἀθήνη ἔδοσαν, ξ, 216. μένος Ἄρηος κρίνεται, π, 269, i. e. πολεμοῦμεν. κτεῖναι μεμαῶτες ἄρηϊ, i. e. ferro, υ, 50. et ex hoc significatu fictum est αἴνιγμα: nam cum quidam videret δρυτόμον, cædentem laurum sacram Apollini, dicebat: ποῖ Φοῖβος πιπόρευτο, ἄρης ὅτ' ἐμίγνυτο δάφνῃ; ubi totum ἀστεῖον est in verbo ἐμίγνυτο, quod notat ὁμοῦ εἶναι, ὃ καὶ ὁ σίδηρος ἔχει κόπτων ξύλον, καὶ ὁ συνὼν σώματι. Vide sub Ἀθήνη prope medium, et Διομήδης; item in A. sub ἀρείων, μῶλος, et μένος ad medium.

Ἀρήτη, ης. ἡ. uxor Alcinoi, regis Phæacum. Ejus genealogia est sub Ἀλκίνοος. Nomen est ab ἀρᾶσθαι, optare, unde est adjectivum ἀρητὸς, ἡ, ὸν, optatus: et inde fiunt nomina propria, mutato accentu. Est ergo quasi εὐκταῖα τοῖς γονεῦσιν. sic ὁ Δημάρατος Lacedæmonius, a populo optatus, πολύευκτος: εὐξαμένων γὰρ πανδημεὶ (publice) Σπαρτιατῶν ἐγένετο ἐκεῖνος τῷ πατρὶ Ἀρίστωνι, ut narrat Herodotus. De hac regina est η, 53, 14, 233, 335. θ, 420, 423. λ, 334. ν, 57, 66. Vide sub ἄρητος in A.

Ἀρητιάδης, ου. ὁ. vide sequens.

Ἄρητος, ου. ὁ. pro quo recentiores scribunt Ἄρατος, media longa. Posset derivari ab ὁ Ἄρης, cujus genitivus Ἄρητος transit in novum nominativum: sed aptius, sicut Ἀρήτη, derivatur ab ἀρᾷ, i. e. εὐχῇ, ut sit ὁ εὐκταῖος γεννηθεὶς τοῖς τοκεῦσιν. Nomen quidem appellativum ἀρητὸς, ἡ, ὸν, solet in malo sensu notare τὸν δυστυχῆ καὶ ἐπάρατον, *einen verwünscheten, (an execrable, accursed one,)* ab ἡ ἀρὰ, *ein fluch, (a curse:)* sed nomen proprium respicit bonum et primum significatum τῆς ἀρᾶς. Unus hujus nominis fuit Nestoris filius, γ, 414, 440. Alter est nobilis Trojanus, Ρ, 494, seqq. 517—524. Tertius est nobilis Ithacensis, avus Amphinomi, a quo est patronymicum Ἀρητιάδης, π, 395. σ, 412. Præterea celeber est poëta hujus nominis. Vide sub ἄρητος in A.

Ἀριάδνη, ης. ἡ. Filia Minois, regis Cretæ. Athenienses, invidia moti, occiderant filium Minois, Ἀνδρόγεων, qui venerat Athenas tempore ἀγώνων, et vicerat τὸ πένταθλον. Hinc ex θεομηνίᾳ passi multa, jubentur tandem oraculo, quotannis septem ἠϊθέους et septem παρθένους, sorte electos, futuros esca Minotauro, in Cretam mittere. Et is Μινώταυρος erat quem Πασιφάη pepererat, ταύρῳ μιγεῖσα τέχναις Δαιδάλου: is ἐν λαβυρίνθῳ, qui erat σπήλαιον ὑπόγειον πολυέλικτον, habitabat. Theseus sponte proficiscitur cum aliis sex adolescentibus in Cretam: et adamatus ibi a pulcra Ariadne, ope ejus interficit Minotaurum, et fugit cum suis, assumta Ariadne. Quum appulisset navem ad insulam Δίαν, quæ et Νάξος vocabatur, non procul a Creta, sacra Διονύσῳ: cognoscit quidem Ariadnen ἐν τῷ τοῦ Διονύσου ἱερῷ sed statim admonitus a Minerva, relinquit ibi Ariadnem, quæ morte subita est extincta, ob iratum Bacchum. Homerus quidem innuit, (Διονύσου μαρτυρίαις) turpiculi quid in sacrario Bacchi actum fuisse; nihil tamen expliciti adjicit, λ, 320—324. Σ, 592. Quæ recentiores finxere, ut fingerent, (nam Homerus historice finxit, etsi nobis res liquida jam non apparet) vides ex Ovid. Metam. 8. 155—182. Theseus fuit hac in re exemplum ingrati amatoris. Vide in A. sub οἶος prope medium.

Ἄριμα, ων. τά. est locus Ciliciæ, igne subterraneo famosus, ἔνθα ὁ Τυφωεὺς εὐνάζεσθαι λέγεται, καὶ αἰκίζεσθαι. est vero εὐνάζεσθαι idem quod διατρίβειν. Cives dicuntur οἱ Ἄριμοι. Β, 783. Alii hæc in Syria quærunt, dicuntque, τοὺς Σύρους dictos fuisse Ἀρίμους, et deinde Ἀράμους et Ἀραμαίους, maxime circa Tyrum.

Ἀρίσβας, αντος. ὁ. nobilis Græcus, pater Λειοκρίτου, Ρ, 345.

Ἀρίσβη, ης. ἡ. Urbs Troadis. ἄποικος Μιτυληναίων, κειμένη μεταξὺ Περκώτης καὶ Ἀβύδου. Regia sedes τοῦ Ἀσίου, et hinc δῖα dicta: Strabonis ævo autem valde perdita. Β, 836, 838. Ζ, 13. Μ, 96. Φ. 43. Nomen habuit ab Ἀρίσβῃ, filia Teucri Cretici, uxore Dardani regis. In Creta erat urbs ejusdem nominis, imo et in insula Lesbo. Cæterum apud hanc Troicam urbem erat fluvius ὁ Σελλήεις, εντος. sed ὁ Ἄρισβος erat fluvius Thraciæ.

Ἀρκάδες, ων. οἱ. Homines mediterranei in Peloponneso, valde pugnaces, rei navalis autem imperiti. Hinc cum ad Trojam esset proficiscendum, Agamemnon iis dedit naves et gubernatores. Β, 603, seqq. ἐγχεσίμωροι, Η, 134. Habent nomen ἀπὸ Ἀρκάδος, υἱοῦ Διός. summus mons hujus montanæ gentis erat ἡ Κυλλήνη.

Ἀρκείσιος, ου. ὁ. avus paternus Ulyssis, dictus vel ab ἀρκέω, f. έσω, ὡς οἷα ἐπαρκεῖν ἁπλῶς δυνάμενος: vel ab ἡ ἄρκος, i. e. ἄρκτος, ursa: nam fabulæ ferunt, quod Κέφαλος ὁ Δηϊονέως genuerit hunc Arcesium ex ursa, i. e. quod ursa lac præbuerit infanti, sicut Romulo lupa. Et sicut lupa notat meretricem, quia exspoliat amatores suos: sic et ursa idem notat. ξ, 182, et ejus φῦλον sunt posteri in linea recta. π, 118. ω, 269. Ulysses hinc dicitur Ἀρκεισιάδης. δ, 755, conf. Λαέρτης. ab ἀρκέω, f. έσω, (quæ est verior etymologia nominis) deberet scribi Ἀρκέσιος: sed Iota est littera interserta ionice.

Ἀρκεσίλαος, ου. ὁ. Princeps Thebanus Græcus. Β, 495. Ο, 329, s. notat ἀμυντικὸν καὶ βοηθητικὸν, καὶ τὸν ἐπαρκοῦντα λαοῖς.

Ἅρμα, ατος. τό. Vicus et castellum, πλησίον Μυκαλησσοῦ in agro Thebano. Civis ejus

dicitur ὁ Ἁρματεύς. Nomen vici est ἀπὸ τοῦ ἅρματος Ἀμφιαράου, καταφυγόντος ἐκεῖ, καὶ μὴ ἐκδοθέντος τοῖς διώκουσιν. Hinc et ista κώμη vocabatur λουτρὰ Ἀμφιαράου. Β, 499. Aliud Αρμα fuit in agro Attico.

῞Αρμων, ονος. ὁ. nobilis Trojanus, pater τοῦ Τέκτονος, qui hinc dicitur Ἁρμονίδης. Ε, 60, conf. Τέκτων.

Ἀρναῖος, ου. ὁ. mendicus Ithacensis, idem qui postea ὁ Ἶρος dictus. σ, 5. nomen ei a matre datum ab ἡ ἀρά, precatio, interserto ν, quasi εὐκταῖος.

῎Αρνη, ης. ἡ. oppidum Bœotiæ. Β, 507. Η, 9. Est ὁμώνυμος τῇ ἡρωΐδι ῎Αρνῃ, quæ ex Neptuno peperit τὸν Βοιωτόν. Nomen est ab obliquo casu τοῦ ἀρνὸς, agni, animalis valde cari vetustis. Cæterum fuere quatuor urbes hujus nominis. Hanc nostram ῎Αρνην ὁ Ζηνόδοτος putat esse ῎Ασκρην: sed quia Homerus eam vocat πολυστάφυλον, Hesiodus vero suam Ascram describit ut infelicissimam: patet error Zenodoti. Alii scripsere Τάρνη, multo pejus: nam Tarne est Lydorum urbs.

Ἀρπαλίων, ονος. ὁ. filius Πυλαιμένεος, paullo infirmior. Ν, 644—656. conf. σκώληξ.

῞Αρπη, ης. ἡ. Est vel ὁ ἰκτῖνος, vel ζῶον ἄλλο ἀετώδες, species aquilarum: ἣ εἰς ὕψος ἀρθεῖσ', εὐχερῶς ὅπη θέλει καταρράσσει. Τ, 350.

῞Αρπυια, ας. ἡ. Physice est ventus vehemens et abripiens obvia: et αἱ ἅρπυιαι sunt ἄνεμοι καταιγιδώδεις καὶ ἁρπακτικοί. Nam venti sæpe attollunt res quas corripiunt, et auferunt secum: *reissende wirbelwinde, (furious whirlwinds.)* Hinc ficta sunt δαιμόνιά τινα πτερωτὰ, quæ dicuntur rapere. si quis subito ex conspectu hominum abiit, et ignoratur quomodo aut quorsum ablatus sit: Harpyiæ eum abripuisse dicuntur poëtice, α, 241. υ, 77, coll. 63, s. Etiam equi, celeri cursu sessorem suum abripientes ex oculis hominum, huic fictioni ansam præbuerunt: hinc equus celerrimus per epitheton vocatur ἅρπυια, Π, 150, cujus equi nomen proprium erat ἡ Ποδάργη, quod deinde et uni fictarum Harpyiarum est impositum.

Ἀρσίνοος, ου. ὁ. Princeps Tenedius, pater pulcræ Hecamedes. Λ, 625, seqq. dictus διὰ τὸ μετάρσιον τοῦ νοῦ, *erhaben gesinnet, (magnanimous,)* ὑψηλόνους.

Ἀρτακία, ας. ἡ. Est fons in regione τῶν Λαιστρυγόνων in Italia, historice olim notus per orbem. κ, 108. nomen est ab ἄρτι κίειν, i. e. ἀναδίδοσθαι ἢ ἀνακηκίειν. Apud Herodotum est urbs Asiæ hujus nominis.

῎Αρτεμις, ιδος. ἡ. Diana, quæ physice est luna. simplicissima nominis derivatio est ab, ἀέρα τέμνειν: artificiosior vero est ab, ἀρτεμέας, i. e. ὑγιεῖς, σῶοι, notat enim in terris venatorium exercitium, quod plurimum confert valetudini firmæ. Subitæ mortes mulierum referuntur ad Dianam, ut lunam; sicut virorum ad Apollinem, ut solem. τὴν δὲ χολωσαμένη χρυσήνιος ῎Αρτεμις ἔκτα, Ζ, 205. et 428, τὴν ἔβαλε ῎Αρτεμις ἰοχέαιρα, i. e. αἴφνης τέθνηκε, ἴσως διὰ λύπης ὑπερβολήν. *der schlag rührete sie dass sie auf der stelle starb, (she was struck with apoplexy so that she died instantaneously.)* τὴν ὄφελ' ἐνὶ νήεσσι κατακτάμεν ῎Αρτεμις ἰῷ, Τ, 59. ῎Αρτεμις ἰοχέαιρα οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχομένη κατέπεφνεν αὐτὴν, i. e. sine ullo sensu doloris subito est mortua, λ, 171. et 197, οὔτε ἐμέ γ' ἐν μεγάροισιν ἐΰσκοπος (bene scopum suum feriens) ἰοχέαιρα ... κατέπεφνεν, inquit mater Ulyssis apud inferos. et 323, πάρος δέ μιν (Ἀριάδνην) ῎Αρτεμις ἔσχε, occupavit eam subita morte. Ἐλθὼν ἀργυρότοξος Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξὺν, ο, 409, ubi homines in extrema senectute placide morientes dicuntur. et 477, τὴν γυναῖκα βάλεν ῎Αρτεμις, ubi mors mulieris, per deliquium animi in aquam decidentis, quoque Dianæ adscribitur. Et υ, 60, seqq. Penelope precatur sibi a Diana subitam mortem, ῎Αρτεμι, πότνια θεά, θύγατερ Διός. et 80, ὥς μ' ἐϋπλόκαμος βάλοι ῎Αρτεμις. sic et σ, 201, precatur eadem Penelope, αἴθε μοι ὣς μαλακὸν θάνατον πόροι ῎Αρτεμις ἁγνή. Et filias Niobes occidisse dicitur, Ω, 606, seqq. Imo et vir unus, Orion, a Diana dicitur occisus, ε, 123, quia Orion immediate in Dianam peccaverat, i. e. in venatione scelus aliquod commisit, et inter venandum occisus est. Nam res venatoriæ appropriantur ei, quia noctu plurimum in regionibus calidis venationi opera dabatur. Hinc de bono venatore dicitur, Ε, 51, ἐσθλὸν θηρητῆρα, δίδαξε ῎Αρτεμις αὐτὴ βάλλειν ἄγρια πάντα, i. e. longus usus venandi, præstantem eum reddidit. Nam quilibet egregius artifex, qui nova quædam invenit in ea arte, dicitur institutus a numine, præside illius artis, i. e. ab arte ipsa, et a deo artis omnis auctore primo, et datore dexteritatis. Sic præstantem fabrum ferrarium instituisse dicitur Vulcanus, bonum sagittarium Apollo, architectum Minerva, etc. Præterea Lunæ, cujus radii multum valent ad aërem nocturnum illuminandum, adscribuntur sagittæ, sicut Apollini, soli diurno: et communis horum mater est Λητὼ, i. e. nox. Et 447, seqq. Λητώ et ῎Αρτεμις dicuntur in templo suo refecisse Æneam vulneratum, i. e. cessit vulneratus ad tempus, et latuit. ῎Αρτεμις χρυσόθρονος, irata Calydoniis, immisit iis aprum ingentem, Ι, 529, seqq. ἐν χορῷ Ἀρτέμιδος χρυσηλακάτου κελαδεινῆς saltantem vidit et adamavit Mercurius pulcram Πολυμήλην. Π, 183. Φοῖβος ἀκερσεκόμης, ἠδ' ῎Αρτεμις ἰοχέαιρα, Υ, 39, auxiliantur Trojanis, ut ἴφθιμοι χορῶν, quorum studiosi Troës; vel ὡς τοξόται, qualis et ὁ Ἀλέξανδρος. et 70, ubi χρυσηλάκατος κελαδεινὴ ῎Αρτεμις ἰοχέαιρα κασιγνήτη Ἑκάτοιο, pugnat contra Junonem. Nam Luna percutit quidem aërem (Junonem) sed non nimis valide: aër vero sæpe obfuscat lunam. Cæterum hæc soror Ἑκάτου Apollinis vocatur et ipsa a recentioribus ἡ Ἑκάτη. Et epigramma vetus: Δέσποινα τριοδῖτι (trivia) τρίμορφε, τριπρόσωπε, τρίγλαις κηλευμένη, i. e. χαίρουσα:

τρίγλη enim sacra erat Dianæ, διὰ τὸ δοκεῖν θηρεύειν τοὺς θαλασσίους λαγὼς θανασίμους ὄντας, καὶ καταναλίσκειν: hinc sacer hic piscis (qui putatur mullus esse) deæ venatrici salutari. Erat et locus Athenis, τρίγλη dictus, ubi simulacrum erat τῇ Τριγλαθήνῃ Ἑκάτῃ. πότνια θηρῶν Ἄρτεμις ἀγροτέρη, Φ, 470, ubi πότνια pertinet ad Ἄρτεμις, et ἀγροτέρη ad θηρῶν, i. e. ἀγρευτικὴ τῶν θηρῶν: nisi potius πότνια est pro δέσποινα vel δεσπότις, ut quidam antiquorum malunt. Hinc et Ἀνακρέων: δέσποινα Ἄρτεμι θηρῶν et apud Atticos dicitur nomine quasi proprio Ἀγροτέρα, ut Aristophanes sæpe habet, τῇ Ἀγροτέρᾳ εὔξασθαι. Juno increpat Ἰοχέαιραν, quod epitheton quoque ibi loco nominis proprii positum, Φ, 480. quæ deinde insidet genibus patris flens et tremens, 505, seqq. quæ est imago poëtica τῆς παρθενικῆς ἀφελείας. et 511, loco nominis proprii dicitur εὐστέφανος Κελαδεινή. Denique puerperia approprientur ei, quia post decem menses lunares partus humanus solet prodire: hinc ἡ λοχεία cognominata: et ἐν πανσελήνοις εὐτοκώτατοι αἱ γυναῖκες putantur. Habet et epitheton Στυμφαλία, de quo vide Στύμφαλος. Statura ejus pingitur procera et dignitatis plena: hinc Helena ei assimilatur, δ, 122, διὰ τὴν κατὰ σῶμα φυὴν, *wegen ihres ansehnlichen wuchses (on account of her stately form:)* et Nausicaa, ζ, 102—109, ubi Diana cum pulcris suis puellis egregie pingitur, et ad Nausicaam ejusque puellas refertur. et 151, s. sic et Penelope, ρ, 37. τ, 54. Et inter dona divina, pulcris puellis data, est et hoc, μῆκος ἔπορε Ἄρτεμις ἁγνή, υ, 71. ἁγνὴ autem dicitur, quia nunquam peperisse, nunquam cum viro congressa fingitur. Vide in A. sub κελαδεινὸς, ταῦρος, μέτωπον, et ἀρτεμής.

'Αρύβας, αντος. ὁ. nobilis Sidonius, valde dives: cujus filia a piratis subrepta servitutem serviebat. ο, 425, et circa.

'Αρχεπτόλεμος, ου. ὁ. ἡνίοχος Ἕκτορος, Ἰφίτου filius, θρασὺς, Θ, 128, 312.

'Αρχίλοχος et **'Αρχέλοχος**, ου. ὁ. filius Antenoris, principis Trojani. Β, 823. Μ, 100. Ξ, 464.

'Ασίνη, ης. ἡ. Urbs Argeorum. Β, 560.

"Ασιος, ου. ὁ. Filius Hyrtaci, unde Ὑρτακίδης dictus, et principalis sedes ejus erat ἡ Ἀρίσβη. Dictus μέγας, ἄναξ, ἥρως, juvenis, Β, 837, seqq. Μ, 95, seqq. 110, seqq. 136, 139, 163, seqq. sed non nimis prudens, unde et νήπιος dictus. Solus noluit parere prudenti consilio Polydamantis: et Jovem accusat mendacii: nam solent infelices causam infortunii referre ad numen, cum tamen ipsorum cupiditas sit in culpa. occiditur, Ν, 384, seqq. et 759. Alius Ἄσιος erat filius Dymantis, frater Hecubæ reginæ, Π, 715, seqq. Tertius Ἄσιος est incertus utrum cum hoc secundo sit idem: nam per patronymicum tantum memoratur, quum Ἀκάμας vocatur Ἀσιάδης, Μ, 140. et Ἀδάμας, Ν, 561, 759, 771. et Φαίνωψ, Ρ, 583. credibile tamen est, hos tres fuisse patrueles Hecubæ: ut ergo hic tertius Ἄσιος sit cum secundo idem. Vide sub Ἑκάβη.

"Ασιος λειμών, est planities herbosa in Asia, circa fluvium Caystrum, apud quem anseres et cycni et grues et ejusmodi volucres aquæ amantes pascuntur. Β, 461. Alii dicunt, quod vir illustris, ὁ Ἀσίας, ου, regnaverit circa illum fluvium: et Iones faciunt genitivum Ἀσίεω, ut Ἑρμείεω ab Ἑρμείας, et Εὐμελίεω ab Εὐμελίας: et per syncopen Ἀσίω, Ἑρμείω, Εὐμελίω. Etiam geographus memorat ἡρῷον τοῦ Καΰστρου et Ἀσίου τινὸς, non procul a Tmolo monte et Trallibus, ibique esse hunc λειμῶνα: nam hunc Ἀσίαν imperasse aliquando Lydiæ. Alii simpliciter ἄσιον intelligunt adjective, τὸν ἰλυώδη: ἡ ἄσις γάρ ἐστι τὸ ἐξ ὕδατος ξηρὸν, *trockengewordener schlamm, (dry mud,)* ab ἄζω: πηλώδης γὰρ ὁ Κάϋστρος ποταμὸς ἐν ταῖς προχοαῖς. In eo conveniunt omnes, esse pratum amplum circa Caystrum fluvium.

'Ασκάλαφος, ου. ὁ. Filius Martis. Habet nomen ab ἡ ἀκαλήφη, interserto Sigma: hæc autem habet nomen ab ἀκαλὸς τὴν ἀφὴν, ἀκαλὸς autem est πραῢς, μαλθακὸς, ἄψοφος, ἥσυχος, ut sit ὁ τέρην τὸν χρόα καὶ εὐαφὴς, sed κατ' ἀντίφρασιν καὶ εὐφημισμόν. Eadem ἀκαλήφη (urtica) dicitur et ἡ κνίδη, a κνίζω, pungo. Designat ergo nomen viri, quasi ἀπρόσψαυστον καὶ ἀνέπαφον κατ' ἀνδρίαν, *an dem man sich nicht vergreifen darf, (who must not be laid hold of.)* Nihil autem magnifici poëta de eo narrandum habet, præter originem. Videtur ergo fuisse filius hominis militaris magni, ipse jactabundus et gloriosus miles: tales autem non solet mirari poëta. Β, 512, seqq. Ι, 82. Ν, 478, seqq. 518, et circa. Ο, 112, seqq. ubi interficitur. Fuit in partibus Græcorum, cum fratre Ἰαλμένῳ. Futiles quidam, Ebraica in Homero venantes, dixere, corpus ejus delatum in Judæam, et a Marte ibi sepultum in monte, qui mons postea sit dictus Σαμάρεια, quasi σᾶμα (σῆμα, monumentum) ἄρειον, vel in plurali, σάματα ἄρεια.

'Ασκανία, ας. ἡ. Urbs et regio Phrygiæ, altera Mysiæ. Β, 863. Ν, 793.

'Ασκάνιος, ου. ὁ. Ductor Phrygum, terræ suæ παρώνυμος, filius τοῦ Ἱπποτίωνος, quem confer. Β, 862. Ν, 792.

'Ασκληπιὸς, οῦ. ὁ. Æsculapius, filius Apollinis et νύμφης Κορωνίδος. hujus nymphæ pater erat ὁ Λαπίθης, ου. ipse Æsculapius fuit discipulus Χείρωνος in arte medica: et habet nomen ab ἀσκεῖν ἠπίως τοὺς νοσοῦντας, interserta littera λ. Demosthenes semper scripsit Ἀσκλήπιος. Ab initio vocatus fuerat ὁ Ἤπιος. Ejus duo filii fuere Padalirius et Machaon, magni ductores copiarum, simulque magni chirurgi et medici: qui ad Trojam duxere classem triginta navium. Β, 731. Δ, 194. Λ, 518. Hinc est patronymicum, Ἀσκληπιάδης, Δ, 204.

Δ, 613. Ξ, 2. Dores vocarunt eum etiam Αἰσχλαπιός, unde apparet forma nominis Romana. Filiæ ejus finguntur ἡ Ἰασώ, Πανάκεια, Ὑγεία, Αἴγλη: unde ipse dictus ὁ εὔπαις, αἰδοῖος. Aristoph. Plut. 639, s. 701. et ἡ Πανάκεια est dicta a, πάντα ἀκεῖσθαι, omnibus mederi malis. Vide in A. sub ἀμύμων, prope medium, et εὔπαις.

Ἀσπληδὼν et Σπληδὼν, όνος. ἡ. Urbs Græca, regia Ascalaphi. B, 511. dicta ab heroë ejusdem nominis antiquo.

Ἀσσαῖος, ου. ὁ. ductor ordinum Græcus, occisus ab Hectore. Λ, 301.

Ἀσσάρακος, ου. ὁ. Avus Anchisæ, ex regia domo Troica. Υ, 232, 239, conf. Ἀγχίσης.

Ἄσσος, ου. ἡ. vide sub ἆσσον in A.

Ἀστέριον, ου. τό. Urbs Thessalica, dicta vel ab heroë quodam Ἀστερίῳ, vel διὰ τὸ λαμπρόν. Nam in monte edito sita τοῖς πόῤῥωθεν ὡς ἀστὴρ ἐφαίνετο pulcre ædificata. B, 735.

Ἀστερὶς, ίδος. ἡ. parva insula inter Ithacam et Samum, habens oppidum ejusdem nominis. vocatur et ἡ Ἀστερία. δ, 846, seqq.

Ἀστεροπαῖος, ου. ὁ. Princeps Lycius, sub rege Sarpedone. M, 102, seqq. P, 217, 351, seqq. Φ, 140, seqq. ubi simul est genealogia ejus. Ψ, 560, 808. interfectus est ab Achille. Pater ejus fuit ὁ Πηλεγών.

Ἀστύαλος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, occiditur, Z, 29.

Ἀστυάναξ, ακτος. ὁ. Filius infans Hectoris. A patre vocatus fuerat ὁ Σκαμάνδριος, sed Trojani, grati erga Hectorem tam fortiter pro patria pugnantem, vocarunt filium ejus quasi patrem urbis, ἄστεος ἄνακτα, ἐπιμελῶς ἔχοντα τῆς πόλεως. Patris ergo meritum declarabant in nomine infanti dato. Z, 402, seqq. 466, seqq. 475, seqq. X, 506, et circa. Ω, 735, ubi fatum hujus pueruli prædicitur: nam capta Troja præcipitatus est de turri, ne postea per eum nasceretur novum bellum: sed id est figmentum tragicorum, vid. Strab. 13. comicus quidam τὸν ἀστυάνακτα posuit pro μὴ στύοντα, i. e. μὴ πεφυκότα ἐντείνειν τὸ αἰδοῖον κατὰ ἔρωτα. φ, 152.

Ἀστύνοος, ου. ὁ. Princeps Trojanus, civilia sentiens. E, 144. O, 455.

Ἀστυόχεια, ας. ἡ. Filia Φύλαντος, principis Ephyræorum. Hanc, occiso Phylante, Hercules, pugnans pro Αἰτωλοῖς contra Ἐφυραίους, abduxit, et genuit ex ea Tlepolemum. B, 658, seqq. conf. Ἀστυδάμεια.

Ἀστυόχη, ης. ἡ. a Marte mater facta. B, 513, seqq. Pater hujus regiæ virginis erat Ἄκτωρ, hujus Ἀζεύς, hujus Ἐργῖνος, interfectus ab Hercule, cum occupasset Thebas tyrannide.

Ἀστύπυλος, ου. ὁ. nobilis Παίων, Φ, 209, 211.

Ἀσφαλίων, ωνος. ὁ. Minister Menelai, δ, 216, s. Habet nomen ab, ὃν οὐ χρὴ σφάλλεσθαι τοῦ δέοντος πρὸς τὸν δεσπότην.

Ἀσωπὸς, οῦ. ὁ. nobilis fluvius in Bœotia, βαθύσχοινος, λεχεποίης. Ejus filia erat Ἀντιόπη, Δ, 383. K, 287. λ, 259. præterea multas habuit filias, quæ αἱ Ἀσωπίδες dictæ.

Ἀταλάντη, ης. ἡ. amata Meleagro, et datum ei est caput et corium apri Calydonii, unde bellum. Id tangitur, I, 544, et circa. Vide in A. sub σῦς, ad initium.

Ἄτη, ης. ἡ. Est δαίμων σωματοειδὴς κατὰ μῦθον, ἡ παντὸς ἀτηροῦ αἰτία. Notat maxime errorem quemvis in intelligendo et volendo, *die vergehung im einsehen und wählen, (an error in judgment and choice;)* et deinde, damnum inde emergens. De cœlo exulat, nec dii eam sentiunt: sed sedes ejus est terra, ubi nullus fere mortalium eam non sentit. T, 91, seqq. 130. I, 501. conf. in A. ἀρτίπους, ἄτη, Δύη, et κράας.

Ἄτλας, αντος. ὁ. Pater τῆς Καλυψοῦς, qui sic describitur, ut non procul τῆς θείας ἐννοίας absit, siquidem et profunda maris novit. α, 52, seqq. η, 245. Μῦθος narrat, fuisse eum ἕνα τῶν Τιτάνων, et belligerans una cum suis contra Jovem, victusque, condemnatus est, ut sustineret molem cœli. Sed veritas hæc est: Fuit vir Λίβυς, σοφὸς, qui pæne ipsum cœlum attingeret sapientia, maxime ob peritiam astronomiæ, quam ab eo didicit Hercules, dictus inde successisse Atlanti ad tempus in sustinendo cœlo. Habitavit circa montem ejusdem nominis; cujus cacumina pluribus locis supra nubes exsurgunt. Et poëtæ solent omnes altos montes κίονας οὐρανίας vocare, sicut Pindarus Ætnam vocat; et apud Diodorum dicitur quoddam jugum Alpium ῥάχις οὐρανοῦ. Ob hanc regionem, suamque scientiam, dicitur habere columnas quæ cœlum et terram distinent, et scire omnia profunda maris, i. e. plurima vulgo incognita. Nomen est ab α intensivo, et ταλάω, quasi ὁ πολύτλας, nam sapientiæ studium multos poscit labores. Potest et esse transpositum ex τάλας. Ornamenta quædam in ædificationibus, quæ videntur humeris sustinere onera imposita aut tectum, vocantur οἱ ἄτλαντες. Etiam populi ad montem illum habitantes; quorum princeps esse potuit hic cœli et navigandi peritissimus. Vide sub ἄκμων in A.

Ἀτρεὺς, έως. ὁ. Filius Pelopis et Hippodamiæ, pater Agamemnonis, quem vide. Dictus ποιμὴν λαῶν, ob præstantiam regiminis sui. Præterea sollers fuit astronomus, et primus observasse dicitur τὸν τοῦ ἡλίου δρόμον ὑπεναντίον τῷ οὐρανῷ, quod sol et alterum nobis oppositum terræ hemisphærium tunc, cum nox apud nos est, illuminet. Conjugem ejus Ἀερόπην, Cretensem (vide Sophocl. Αἴας Μαστιγ. 1303, seqq.) vitiasse dicitur Thyestes, et per eam multa mala intulisse Atreo. Quæ sunt figmenta tragicorum recentiorum: sicut id quo

que Homerus ignorat, quod Atreus dederit fratri suo Thyestæ liberos hujus comedendos. Id constat, posteros Atrei per fœminas male esse habitos, sicut Menelaus per Helenam, Agamemnon per Clytæmnestram, etc. Celebre est apud recentiores χρυσόμαλλον αὐτοῦ ἀρνίον, i. e. poculum ejus magnum argenteum, in cujus interiori fundo agnus aureus erat artificiose aptatus: ποτήριον ἀργύρεον, χρυσέῳ ἐμπεπαισμένον ἀρνίῳ περὶ τὸ τοῦ πυθμένος μέσον. B, 23, 105. Γ, 37. Δ, 98. P, 1, 553. Δ, 205. Patronymicum hinc est ὁ 'Ατρείδης, ου, quo vel Agamemnon vel Menelaus, duo filii ejus, indigitantur; nonnunquam et 'Ατρείων, ωνος. ὁ. A, 7, 102, 387. B, 185, 284, 434, 445, 482. Γ, 271, 275, seqq. ubi ipse Agamemnon suis manibus facit sacrificium. 350, 361, 364. E, 528—533. Z, 437. H, 373, 385, 470. Θ, 261. N, 378. Ξ, 516. Π, 59, 76. P, 249. T, 310. Ψ, 236, 407, 658. α, 40, ubi verba sic cohærent: ἐξ 'Ορέστου τίσις, i. e. ἐκδίκησις, ultio, ἔσται τοῦ 'Ατρείδου, i. e. Agamemnonis. γ, 136. λ, 386, seqq. Cæterum nomen ejus est ex α negativo, et τρέω, timeo: ut sit ὁ ἄτρεστος. Vide in A. sub ξένος, ad initium.

'Ατύμνιος, ου. ὁ. nobilis Lycius, 'Αμισωδάρου filius, frater τοῦ Μάρεος. Π, 317—328. Alius erat pater τοῦ Μύδωνος E, 581.

Αὐγειαί, ῶν. αἱ. Urbs Locrensis, cujus civis est ὁ Αὐγειάτης, ου. B, 532. sed 583, est alia urbs Laconica.

Αὐγείας, ου. ὁ. Princeps Eleorum, cui Hercules stabulum expurgavit, pater τοῦ Φυλέως. conf. 'Επειός. Odit filium, quia is testimonium apud Herculem de amotis bubus post purgatum stabulum dixerat. B, 624, 629. Λ, 700, et circa. 738. Patronymicum est Αὐγείδης, et distracte Αὐγηϊάδης.

Αὐλίς, ίδος. ἡ. Urbs Bœotiæ, cum portu capacissimo et tutissimo. Regio circa est saxosa, hinc ipsa dicitur πετρήεσσα. Ibi classis communis Græciæ convenit, profectura ad bellum Trojanum. B, 303, 496. Accusativus potest esse Αὐλίδα et Αὖλιν, ex more nominum in ις, ιδος. Nomen est ab heroina ejusdem nominis, filia Εὐωνύμου, υἱοῦ Κηφισσοῦ.

Αὐτόλυκος, ου. ὁ. Avus Ulyssis maternus, filius Mercurii et Τηλαύγης θυγατρὸς 'Εωσφόρου: alii tamen matrem ejus vocant Maiam; de patre inter mythicos constat. Vides antiquissimum morem adulandi magnatibus, quorum origo ad deos, ad Luciferum, ad sidus aliquod, referebatur. Vir fuit solertissimus et κλεπτίστατος, sic tamen ut Jacobus in gregibus Labanis: jus suum quærebat astutia, cum viribus non posset; et sic vafer, ut colores subreptarum pecudum mutaret. Veritas hæc est: fuit princeps in Græcia circa Parnassum montem prudentissimus, qui astutia longe plura adsequebatur, quam alii armis. Hinc dictus Mercurii filius, a quo habuerit non modo τὸ κλέπτειν, i. e. astute et clandestino modo agere, sed et τὸ ἀμείβειν τὰς τῶν κλεπτομένων ζώων ἰδίας, i. e. variis prætextibus jus suum aut factum colorare. Nomen est ab ὁ λύκος, sol, lux, et αὐτός: qui ipse sibi est instar diei. Et mater, longe lucens, Luciferi filia idem innuit. K, 267. λ, 85. τ, 394, seqq. φ, 220. ω, 333.

Αὐτομέδων, οντος. ὁ. socius et auriga Achillis, vir fortis et nobilis, ab Achille et Patroclo valde dilectus. Dat operam in culina, Achille carnes secante, Patroclo ignem faciente, I, 209. Cum Patroclo in prœlium proficiscitur, indutus ipse Patrocli arma, Patroclus Achillis; ut ipse Achilles in prœlio versari videretur hostibus, Π, 145, seqq. 219, 279, 472, 684, 864, seqq. Pater ejus fuit ὁ Διώρης, P, 429, 469. 483, seqq. 536. T, 392, 397. Ψ, 563. Ω, 474, 574, 625. Ab hoc nomine videntur recentiores sumsisse suum αὐτοκράτωρ: nam ὁ μέδων est rex.

Αὐτονόη, ης. ἡ. una ministrarum honestiorum Penelopes. σ, 181.

Αὐτόνοος, ου. ὁ. nobilis Græcus, ductor ordinum. Λ, 301—304. Alius erat Trojanus ductor, Π, 694.

Αὐτοφόνος, ου. ὁ. Princeps Thebanus. Δ, 395. quasi ipse occidens, non aliorum manibus fortia faciens.

'Αφαρεὺς, έως. ὁ. Dux Græcus. Ab ἄφαρ, statim, εὐθέως: ut notet τὸν σύντομον, promtum. I, 83. N, 478, 541, seqq. Pater ejus erat ὁ Καλήτωρ. Fortasse est hic 'Αφαρεὺς, cujus frater fuit ὁ Τυνδάρεως: Helenæ pater.

'Αφείδας, αντος. ὁ. nomen fictum ficti regis. Notat non parcentem, et est idem quod μεγαλόδωρος, ἐλευθέριος. ω, 304.

'Αφνειοί, ῶν. οἱ. Incolæ περὶ τὴν 'Αφνῖτιν λίμνην, quæ regio et dicebatur ἡ Δασκυλῖτις. B, 825. Appellativum notat, divites.

'Αφροδίτη, ης. ἡ. Venus. Apud antiquos est nomen ex mera ratione physica desumtum: sed apud recentiores notat τὴν ἐξ ἀφροῦ ἀναδῦσαν, quam fabulam absurdam de exsectis Cœli testibus ignorat poëta. Athenis erat sacellum τῆς ψιθύρου 'Αφροδίτης, ubi comprecantes et vota facientes, ad aurem simulacri applicabant os: nam res amatoriæ debent esse tacitæ. Ibidem vocabatur Venus ἡ Κωλιάς, άδος, ἀπὸ τῶν κώλων, a femoribus pulposis, Aristoph. Nub. 52. et Lys. 2. Etiam ἡ Γενετυλλὶς, ίδος. ibid. et habebat ædes sub his nominibus. δῶρα χρυσῆς 'Αφροδίτης, nam hoc epitheton ei est proprium, Γ, 54, 64. E, 427. T, 282. Nam Veneres amant mundum aureum; et sunt pulcræ præstantesque velut aurum; et conciliantur auro amatoribus, exemplo Danaës. conf. χρύσεος in A. εἰ χρυσείῃ 'Αφροδίτῃ (κατὰ) κάλλος ἐρίζοι, I, 389. ὑπὸ 'Αγχίσῃ τέκε δῖα 'Αφροδίτη Αἰνείαν, B, 820. Διὸς θυγάτηρ, servat Paridem ex μονομαχίᾳ cum Menelao, Γ, 374, seqq. ubi Venus notat amorem, quem quis pulcritudine sua movet a-

liis. sic Helena dicitur amata Veneri, i. e. omnes amore sui alliciebat. Habet hoc venustas, ut conciliet favorem. sic Venus solvit Paridi galeam, i. e. adolescentes quidam primarii, metuentes ne Helena reddi debeat ex fœdere, hujus formosæ causa accurrerunt lorumque solverunt. Vel et, in desiderio Helenæ solvitur lorum forte fortuna. Vel ratio hujus dissolutionis maxime est in πολύκεστος, 371, et fortasse ille ἱμὰς acu Helenæ vel alius ejusmodi Veneris erat pictus, et exinde infirmior: ut sit sensus, a pulcra aliqua fœmina pictus ἱμὰς rumpebatur. Et 389, seqq. ubi Venus, i. e. amor, advocat Helenam ad Paridem. et 396—398, describuntur formosissimæ partes corporis fœminei, quatenus adspectui patent. Et 413, minatur Venus Helenæ, i. e. cogitat Helena, si minus ametur a proceribus, aut si forma ejus imminuatur, se venturam esse in periculum. Nam re vera, λεπτοτάτου μέτου ὡς εἰπεῖν τὰ κατ' αὐτὴν ἀπηώρητο, τοῦ, θεαῖς εἰς ὦπα ἐοικέναι καὶ διὰ τοῦτο ἐπαφρόδιτος εἶναι, οὗ ἐπιλιπόντος οὐκ ἔτι ἂν ἦν περιμάχητος κατὰ ζῆλον φιλόνεικον. Egregie pictus est animus muliebris circa eum locum: maxime 424, seqq. ubi φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη deducit Helenam ad Paridem, eique sellam ponit: quæ omnia ad mutuam cupiditatem visendi se et congrediendi pertinent. Helena hanc Veneris curam durius enuntiat, 406, seqq. Jupiter vero σεμνότερον φράσας indicat, Δ, 10, seqq. Et sensus est, amor est res valde sollicita pro salute amati. Venus vulneratur a Diomede in manu, dum Æneam suum periculo eripit, E, 131, s. 248, 311, seqq. 330, 335, seqq. i. e. manus aliqua juvenum pulchellorum abripiunt jacentem Æneam, sed quidam ex iis interficiuntur a Diomede. Et poëta hac fictione mulierosos magna ex parte Trojanos voluit pingere. Est filia Jovis et Διώνης, E, 370. cognominatur Κύπρις, 330. Colloquitur cum Junone, quæ κεστὸν ἱμάντα Veneris poscit, Ξ, 188, 193, 198, seqq. Auxiliatur Trojanis, i. e. pugnant illi mulieris causa, Υ, 40, 105, seqq. 209. Opitulari vult Marti, Φ, 416—428, sed est συκίνη ἐπικουρία, ficulnum præsidium: Præterea notat id, plurima bella oriri per fœminas. sic et bellum sacrum inter Thebanos et Phocenses ortum διὰ τὴν Θεανὼ Θηβαίαν, raptam a quodam Phocensi. Imo quid opus est, antiqua exempla repetere, quum nova adsint? Defendit mortuum corpus Hectoris, Ψ, 185, seqq. Ω, 699. De puella venustissima dicitur ὅτι εἶδος ἔχει χρυσῆς Ἀφροδίτης, δ, 14. et 261, seqq. ubi Helena culpam sui abitus a Lacedæmone in Venerem, i. e. in amorem fatalem, confert. Venus coit cum Marte, θ, 267, seqq. nam militares homines amantur a Veneribus. ἰκέλη Ἀφροδίτῃ, ob venustatem formæ, ρ, 37. τ, 54. ἐϋστέφανος Κυθέρεια χρίεται, σ, 192, seqq. educat pulcras puellas butyro, melle, vino, υ, 68, seqq. 73. Sæpe Ἀφροδίτη simpliciter notat μίξιν, χ, 444. Vide sub Αἰνείας et Ἕκτωρ; item in A. sub κάπριος, παραμόλω, ἀστὴρ, οἶνος, paullo sub medio, et εὖας.

Ἀχαιαὶ, ῶν. αἱ. Est fœmininum ab Ἀχαιοὶ, et notat nobiles fœminas Græcas. ἐϋπλοκαμῖδες Ἀχαιαὶ, β, 119, seqq. ubi nobilissimæ nominantur. τ, 542.

Ἀχαιϊὰς, άδος. ἡ. idem quod Ἀχαιΐς. Ἀχαιϊάδων εὐπέπλων, E, 424, nobilium Græcarum. μή τις Ἀχαιϊάδων, β, 101. γ, 261. τ, 146. φ, 160. ω, 134.

Ἀχαιϊκὸς, ἡ, όν. quod recentiores scribunt Ἀχαϊκὸς, quasi ἀπὸ τῆς Ἀχαΐας. Ἄργος Ἀχαιϊκὸν, i. e. Peloponnesiacum, I, 141. T, 115. γ, 251. λαὸν Ἀχαιϊκὸν, N, 349. Ita quoque antiqui scribebant γυναιϊκὸς, δικαιϊκὸς, ἀρχαιϊκὸς, etc.

Ἀχαιΐς, ίδος. ἡ. Græca. Ἀχαιΐδες, οὐκέτι Ἀχαιοὶ, B, 235. H, 96. i. e. γυναῖκες, οὐκ ἔτι ἄνδρες: nam πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι, ὀλίγοι δὲ ἄνδρες: et magnum olim erat probrum, vocare aliquem mulierem. Σέσωστρις, Αἰγύπτιος βασιλεὺς, quomodo castigarit milites ignavos, narrat Herodotus. ἄλλαι πολλαὶ Ἀχαιΐδες, I, 395. φ, 251. Ἀχαιΐδα γαῖαν, A, 254. H, 124. καλλιγύναικα, Γ, 75. πουλυβότειραν, i. e. valde populosam, Λ, 769. σχεδὸν Ἀχαιΐδος, λ, 165, 480. τηλοῦ, ν, 249. ψ, 68. κατὰ γαῖαν, φ, 107. recentiores scripsere Ἀχαΐς.

Ἀχαιοὶ, ῶν. οἱ. Est quidem generale nomen omnium Græcorum: sæpius tamen in specie nobiles et principes Græcorum sic vocantur quod ex contextu facile patet. Recentiores scripsere et, Ἀχαιοί. sic παλαιὸς et παλαιός. Hinc dici potest Ἀχαιϊκὸς et Ἀχαϊκός: prior tamen scriptio est antiqua et Homerica. Ἀχαιοὶ μεγάθυμοι, qui est titulus principum, A, 123. καρηκομόωντες, quæ est appellatio communis vulgo et principibus, ob longas comas, B, 11, 323, 472, etc. α, 90. β, 7. sic et εὐκνήμιδες, B, 331. χαλκοχίτωνες, qui sunt principes, B, 437. Γ, 127, 131. Πανέλληνας καὶ Ἀχαιοὺς, B, 530, ubi Ἀχαιοὶ sunt Peloponnesiaci, contradistincti τοῖς Ἕλλησι πᾶσιν extra Peloponnesum habitantibus. Pars Græciæ extra Peloponnesum in specie vocabatur ἡ Ἑλλὰς, vel et ἡ Φθία, cujus habitatores tamen quoque Ἀχαιοὶ dicti, B, 883, 884. Κοῦροι Ἀχαιῶν sunt nobiles, Γ, 183. Etiam ἑλίκωπες, Γ, 190. Π, 569. P, 274. Ω, 402. sic et ὑπερκύδαντες, Δ, 66, 71. ἀρηΐφιλοι, Z, 73. Π, 303. P, 319, 336. χαλκοκνήμιδες, nobiles, H, 41. et 96, Ἀχαιΐδες, οὐκέτι Ἀχαιοὶ, non jam viri fortes et nobiles, sed fœminæ. et 161, seqq. ubi novem ἄριστοι Ἀχαιῶν enumerantur, excepto Achille. et 385, Ἀτρεΐδαι καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιδες, ubi est sermo ad concilium principum. Ἀχαιοὺς, omnes, Θ, 336, seqq. ubi tamen fugientes comparantur leonibus et apris. διὰ τὸ φύσει ἀνδρεῖον. ὁ κοινὸς ὄχλος est quoque I, 1, seqq. ἀρήϊοι υἷες Ἀχαιῶν τειρόμενοι, Λ, 799. λαὸν Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων, exercitum principum Græcorum, O, 56. et 218, s. referuntur dii auxiliantes Græcis. sic

et Υ, 33, seqq. τὸν ἄριστον 'Αχαιῶν, præstantissimum inter duces Græcos, Ε, 414, ubi mater Veneris sic appellat Diomeden, ad solatium filiæ ab eo vulneratæ, ne putet a vili quodam homuncione se vulneratam. Alias iste simpliciter ἄριστος dici nequit, sed εἷς τῶν ἀρίστων tantum. Cæterum ingens laus, ab hoste laudari. Ἥρωες 'Αχαιοὶ, Ο, 219, 261, ubi per miserationem ita dicti, si tales tam sunt infelices. ἀΰσάντων 'Αχαιῶν, ubi est nomen generale, Π, 277. Μυρμιδόνες καὶ 'Αχαιοὶ, Π, 564, ubi Myrmidones cum eminentia quadam positi; sicut eodem versu οἱ Λύκιοι. Σ, 151, 314, ubi sunt Myrmidones, et maxime eorum nobiles. Ἥρωας 'Αχαιοὺς, Τ, 34, 41. et 248, κούρητες 'Αχαιῶν. δῖοι, Υ, 354. υἷες, Φ, 376, i. e. nobiles eorum. sed 134, sunt in genere omnes. βασιλῆες 'Αχαιῶν, Ψ, 36. et ex 272, coll. 271, apparet, 'Αργείους et 'Αχαιοὺς esse fere idem, nisi quod posterius videtur magis ad nobiles spectare. Cæterum est nomen a prisco rege Achæo, sicut οἱ Ἴωνες dicti ἐκ τοῦ Ἴωνος. In Odyssea per 'Αχαιοὺς intelliguntur fere semper nobiles; in specie nobiles proci illi, ex illustribus familiis oriundi. β, 7. α, 272, 394, ubi vides βασιλῆας 'Αχαιῶν ἐν 'Ιθάκῃ, *Griechische edle, (Grecian nobles.)* β, 72, 204, 211. γ, 104, 116. et 130, seqq. describitur infelix reditus Græcorum a Troja. sic et ι, 259. λ, 508, 512. π, 76. τ, 528. π, 250. ρ, 513. σ, 93. et 245, εἰ πάντες σε ἴδοιεν ἀνὰ Ἴασον Ἄργος 'Αχαιοὶ, ubi nobiles Peloponnesii sic dicuntur. 'Αχαιοὶ quoque sunt in Creta, et quidem in specie Μυκηναῖοι, τ, 175. 199, 240, 534. υ, 3, 146, 166, coll. 155. 182, 271, 277. φ, 344, 418, 428. ψ, 220, 357. ω, 49, 54, 57, 68. In bello Trojano pepercerant Græci monumentis in campo sitis, quod patet ex Ψ, 327—332. Eorum νόστος a Troja tangitur δ, 495, seqq. Vide sub 'Αργεῖος, et in Α. sub πληθύς.

'Αχελῷος et 'Αχελώϊος, ου. ὁ. celeber fluvius, per fines Ætolorum et Acarnanum fluens. Et quia illarum regionum maximus est, hinc κρείων, rex, dictus, Φ, 194. Antiquæ litteræ maxime σεμνύνουσι hunc fluvium, sic ut sæpe omnis fluens aqua dicta sit 'Αχελῷος, e. c. 'Αχελῷον ῥάσατε, i. e. ῥάνατε τὴν γῆν ὕδατι ποταμίῳ. Et oraculum Dodonæum, vicinum huic fluvio, fere in omnibus responsis sacrificari jubebat 'Αχελῴῳ. Igitur Achilles quoque h. l. hujus mentionem facit, ut fluentis per 'Ελλάδα proprie sic dictam, patriam ejus. Alius hujus nominis fluvius erat in Phrygia, ad montem Σίπυλον, fluens per terram Smyrnensem in mare, Ω, 616, qui et scribitur 'Αχελήϊος. Vide sub Ἴδα et Νύμφη.

'Αχερωΐς, ίδος. ἡ. Populus arbor, dicta cum epitheto λευκή. Habet nomen ab ὁ 'Αχέρων, quem vide: nam ad hunc fluvium multa est hæc arbor ἄκαρπος, sicut et ἡ ἰτέα et ἡ αἴγειρος, quæ inumbrant τὸν τῆς Περσεφόνης λειμῶνα. Ν, 389. Π, 482. Hercules, videns apud inferos, cum eo descendisset, τὸ φυτὸν, καὶ τῆς εὐφυΐας θαυμάσας, coronam sibi inde fecit, et ad superos retulit. Alii legi volunt 'Αχελωΐς, Acheloo posito pro quovis fluvio; et intelligunt τὴν αἴγειρον, ὡς ὑδατοτρεφῆ.

'Αχέρων, οντος. ὁ. ἐν Ἅδῃ ποταμός. quasi ἄχεα ῥέων, gemitus et dolores in flumine suo habens. κ, 512.

'Αχιλλεύς, έως. ὁ. Pelei filius, nepos Æaci, et mater ejus Thetis, dea maris. Ἄριστος καὶ κάλλιστος πάντων 'Ελλήνων sui ævi, sicut Thersites χείριστος καὶ αἴσχιστος πάντων. Hinc posterior maxime oderat priorem. Est quidem in omni Iliade fortissimus, sic tamen, ut simul demonstretur, viribus non semper adesse mitem sapientiam; contra adesse illis fastum, iram feram, et pleraque alia vitia. Carissimos sibi perdidit sua pertinacia: et deus sæpe tuetur tales, in pœnam aliorum. Patroclus non periisset, si Achilles ante posuisset iram suam, quam post ob aliam iram posuit. Tales fortes agunt semper quæ agunt, ex impetu quodam et affectu, non ratione et consilio: ergo ad speciem laudatur a poëta prudentissimo; re vera pingitur princeps pertinax, vitiose animosus, et pronus ad crudelitatem. Cæterum missus erat admodum adolescens a patre ad bellum Trojanum, comite Phœnice, cujus prudentiæ eum pater regendum commendarat. Nam κρύψιν ejus ἐν Σκύρῳ insula, καὶ θηλυστολίαν, καὶ τὴν ἐν γυναικωνίτιδι διαθαλάμευσιν, prorsus ignorat Homerus. Figmenta sunt ista recentiorum. Habuit ἐκ Δηϊδαμείας filium unicum Neoptolemum: alii addunt alterum, Ὄνειρον, quem Orestes ignorans occiderit in Phocide, postea cognito facto suo, τάφον ei struxerit circa Daulidem. In ναυστάθμῳ Græcorum ad Trojam, ipse cum suis navibus alterum extremum tenebat, Θ, 222, seqq. et Ajax Telamonius alterum: in mediis castris tendebat Ulysses. Occisus tandem est ad Trojam a Paride, sagitta in ventrem imum adacta. Erat χρυσοκόμης. Quia pedum celeritate superabat omnes, hinc sæpe dictus a poëta ποδώκης, καὶ, πόδας ὠκύς: etiam ποδάρκης, quasi ἐξαρκῶν τοῖς ποσὶν, diu sufficiens ad currendum: nam non omnis ποδώκης est et ποδάρκης. Nomen scribitur, vi etymi, 'Αχιλεύς, sed ob metrum 'Αχιλλεύς: a τὸ χεῖλος, labium, cum α intensivo, ut notet idem fere quod apud Romanos, labeo, a rotundis et formosis labiis inditum puero. Α, 1, 74. Causa iræ ejus adversus Agamemnonem refertur a poëta Α, 1—430. Ob κάλλος et aliam præstantiam vocatur θεοείκελος, 131, et Διῒ φίλος, 74, ποδάρκης δῖος, 121, πόδας ὠκὺς, 148, et μέγα ἕρκος πᾶσιν 'Αχαιοῖς πολέμοιο κακοῖο, 283. In sermonibus ejus adversus regem cave plebeia quæras convitia: civilitatis enim memores erant principes illius ævi etiam in ira, quod vel ex 340 et 355 apparet: sed veritatem tantum simpliciter loquitur, e. c. οἰνοβαρὲς, vino gravatus videris esse jam, etc. Cæterum pugnando abstinuit per dies aliquot ob hanc

iram, 408—412. Præscivit, se non diu in vivis futurum, 415—418. Duxerat ad Trojam naves quinquaginta, B, 681—694, ubi simul regio, cui pater imperabat, describitur. cf. ἡ Φθία; et αὖ in A. Equos habuit præstantissimos, 770. Quamdiu ipse abstinuit bello, Ajax fuit fortissimus, alias nemo ei par, Δ, 512. Patrem et fratres Andromaches interfecerat, Z, 413—428. Laudatur ab Agamemnone, H, 113. ῥηξήνωρ, θυμολέων, abstinens prœliis, 228. πτολίπορθος, Θ, 372, nam plurimas urbes regni Trojani sociorumque ejus expugnaverat. Legatos ad eum mittit Agamemnon, I, 106, seqq. 120, seqq. 168, seqq. Nestor dicit, Ἀχιλῆϊ ἄνακτι, qua voce consolatur Agamemnonem, quod magni viri causa faciat, quæ faciat. Legati inveniunt eum psallentem, 182, seqq. excipit eos honorifice, et 205, seqq. describitur convivium, quo tractaverit legatos: ex quo apparet parsimonia et αὐτοδιακονία heroica. Memorantur quidem alibi Ἀχίλλειαι κριθαὶ, sed illæ de ἱπποτροφίᾳ ejus dicuntur. Fertur et Ἀχίλλεια μάζα: sed nec illa τρυφερὰ, ἐν ἄρτῳ μόνῳ θεωρουμένη, οὗ (ἄρτου) τὸ σεμνὸν τὸ διαττᾶσθαι, i. e. σήθεσθαι, cribro bene purgari farinam: nam διαττᾶν Attici vocant τὸ σήθειν, et διηττημένον τὸ σεσησμένον. Porro et ὁ Ἀχίλλειος σπόγγος nihil voluptuosi habet, ὑποκείμενος ταῖς περικεφαλαίαις, καθ' εὕρεσιν ἴσως Ἀχιλλέως, ἵνα μὴ ὁ σίδηρος τρίβοι τὴν κεφαλήν. Post cibum et potum adloquitur eum Ulysses primus, et exponit mandata regis, 223, seqq. Cui respondet Achilles negando, 307, seqq. Et ex ea oratione apparet, quod fuerit φιλότιμος τὸ ἦθος, et ἁπλοῦς, καὶ φιλαλήθης, καὶ βαρύμηνις: etiam quodam modo φιλόζωος, 312, quod ex Odysseæ λ magis etiam apparet. Narrat præterea operam suam bellicam, 321, seqq. ubi videmus ejus αὐτάρκεις καὶ φιλοκίνδυνον καὶ φιλόπονον. Duodecim urbes hostiles expugnavit classe, cum pedestri vero exercitu undecim, 328, 329. Amans amicæ suæ, 340, seqq. Narrat duplex fatum suum, 410, seqq. Nam si domi mansisset, longævus quidem, sed inglorius, futurus fuisset; profectus vero ad Trojam, cito quidem, sed cum æterna gloria, erat moriturus: et cum ipsius fuisset optio, elegisse se dicit gloriam præ vita diuturna. Post Ulyssem loquitur Phœnix, 432, seqq. qui ipsi a patre datus fuerat præceptor; qui autem, irascente Achille, apud alios Græcos substiterat. Nam Achilles valde adolescens, vix annorum quindecim, ierat ad Trojam: ergo jam agebat annum vigesimum quintum, in quo et occisus est. Phœnix ergo, vir nobilis, senex, verus ejus fuit præceptor: de Chirone quod recentiores narrant, ignorat Homerus, nisi quod tamen Chiron ante bellum Trojanum potuit præceptor ejus fuisse in arte medica. Respondet Achilles, 602, quæ responsio plena est amphiboliarum, profectarum ab anima obscure sibi vaticinante. Denique loquitur Ajax, cognatus Achillis, 618, seqq. cui is respondet 640, seqq. Quibus actis, abiere legati duo: Phœnix autem senior per eam noctem remansit apud Achillem. Et Achilles cubabat cum alia pellice, regia puella bello capta, Διομήδη, 659, Patroclus vero cum sua Ἴφι, 662, nam lecto viduo nihil odiosius heroibus juvenibus. Cæterum orationes illæ sex plenæ sunt gravitatis et affectuum, et exempla priscæ eloquentiæ. Ulyssi contradicit Achilles in omnibus, excepto uno: Phœnici adsentitur in omnibus excepto uno. Ajaci sine ulla exceptione adsentitur. In priore responsione plenus erat etiam tum iræ: in altera lenior jam: in tertia mitigato pæne similis. Ulyssi nihil vel parum promittit: Phœnici dubitat an abiturus sit domum; Ajaci dicit, se esse mansurum, qui primus erat gradus ad ulteriora præstanda. Ulysses primas quasi partes in oppugnanda hac munitione tenuerat; ergo non multum effecit: Phœnix secundas, qui aliquanto plus profecit: Ajax tertias, qui sanguine propinquus plurimum adsecutus est. Et per hanc legationem tamen via Patroclo deinde facta est ad plura obtinenda ab Achille. Operæ pretium est, attente legere has orationes. De equis ejus dicitur K, 402, seqq. Irrita legatione prima potuisset poëta aliam missam fingere: quod ipse innuit Λ, 608, 609. Sed alio modo rem aptius expedit. Achilles mittit Patroclum, sciscitatum, qui sint vulnerati ex principibus: huic persuadet Nestor, ut pugnet: is persuadet Achilli, ut permittat, et milites suos præbeat: Patroclus pugnans occiditur: tum demum sponte occurrit Achilles, et conditiones a primis legatis sibi oblatas acceptat, et pugnat pro Græcis. De Ἑκαμήδη, pulcra et nobili captiva, quam ex Tenedo captam abduxerat, est Λ, 624, seqq. Proprium ei fuit, subito et cum vehementia exsilire, re nova visa, Λ, 776. I, 193. Patroclus movet Achillem, ipse commotus valde, Λ, 804, seqq. eum Achilles docuerat artem medicam, 830: ergo ipse ejus peritissimus. Achilles et Hector, duæ primariæ personæ Iliadis, M, 10. Ob contemtum sui iratus, N, 113. 324, 325. Et Ζεὺς ejus causa Græcis immisit mala multa, 347, seqq. Nam apud Jovem gratiosus erat ob matrem suam. En, fœmina tamen causa mali! Helena primum; mox Thetis, precibus suis blandis alienans Jovem a Græcis. Imperant ergo mulieres in orbe terrarum, vel male agendo, vel ad male agendum impellendo variis modis. Affectuosa oratio Patrocli ad Achillem est Π, 2, seqq. et Achilles videbatur ἀπαραίτητος, φιλόδακρυς tamen. Mandabat autem Patroclo, ne sine se ulterius progrederetur, si repulisset hostes ex castris Græcis: nam si is omnino vinceret, timebat Achilles, se spretum iri, nec consecuturum satisfactionem ab Agamemnone. Sed Patroclus non paruit, sicut ipse Achilles non paruerat Phœnici. Quum videret Achilles mala Græcorum, quæ antea optaverat, movebatur ad misericordiam; Π, 124. Hinc sumsere ora-

tores, ut in epilogis sisterent reos suos miserabiles ante oculos judicum. Patroclus, sumtis armis Achillis, excepta hasta, Π, 140, seqq. et equis, 145, et copiis, 166, seqq. exiit ad pugnandum, die decimo sexto ab initio iræ, ut computant antiqui critici. Habuit Achilles ὑποστρατήγους καὶ ὑφηγεμόνας quinque, quemque quingenis militibus præpositum, 171, seqq. Ipse adloquitur suos, 199, seqq. et preces Jovi facit magnificas, 221, seqq. deinde Patroclus eos hortatur, 269, seqq. cum magno Achillis elogio. Galea Achillis, cum descriptione capitis ejus, est 798, 799. vide porro 837, seqq. 854, 860, ubi epithetis honestatur. Occiso Patroclo, Hector equos Achillis consectatur, frustra, Ρ, 75, seqq. nam equi illi valde feroces, et quasi ratione præditi, 426, seqq. Cæterum contra Patrocli cadaver Hector sævire destinaverat, 126, 127, quæ fuit ratio, cur Achilles in occisum Hectorem postea sæviret. conf. Ἱππόθοος. Hector induit arma Achillis, Patroclo detracta, Ρ, 191—197, etiam hac in re extollens poëta Hectorem, quod occiderit indutum non humanis, sed divinis, a Vulcano factis, armis. Ab hoste Glauco laudatur Achilles, Ρ, 164, seqq. et a Jove, 202, seqq. Cæterum arma illa mirifica, cuivis corpori erant apta, 210, seqq. et implebant animo gestantem. Non erat Achilli in fatis, ut caperet Trojam, 407, seqq. Nuntius ei venit de morte Patrocli, 701, 709. Σ, 16, seqq. laudatur a matre, et fata ejus ab ea narrantur, Σ, 52—69. Mater ad eum venit, 70, seqq. cum qua colloquitur. Amat matrem adeo, ut optet se non esse natum, modo ne luctum ex se capiat mater, 86, seqq. et optat sibi mortem, modo ut ulcisci possit amicum, quem gravissime luget, 95, seqq. Hic ergo vult mori ut ulciscatur: in Odyssea vult vivere, ut defendat patrem senem invalidum: utrumque apte: nam nec mors nec vita est per se optanda, sed propter bene facienda. Dolet gravissime, quod promissum, patri Patrocli datum de reducendo filio, servare non potuerit, 324, seqq. nam vir bonus dolet se mentiri quoquo modo. sic et Hercules doluit ob Λικύμνιον. Timet pejora, ex more τῶν στεργόντων, qui sunt δεινοὶ τὸ χεῖρον ἐλπίζειν, Σ, 8, seqq. 12, seqq. et hoc ipso timore præparatur animus, ut minore consternatione nuntium veri infortunii ferat: nam non inexspectata minus terrent, si veniunt. Habet in tentoriis suis multas δμωὰς, i. e. captas nobiles mulieres, 28, seqq. et ibi honestatur Patroclus, tanquam συναριστεύων τῷ Ἀχιλλεῖ. Sic Theseo gloriosum fuit, participem fuisse quorundam laborum Herculis: unde proverbium, οὐκ ἄνευ γε Θησέως, ἐπὶ τῶν σὺν ἑτέροις εὐδοκιμούντων, de iis, qui socios suæ gloriæ habent, nec soli omnia obierunt. Ornatur a Minerva, i. e. ipse prudenter poliri curat arma sua, 203, seqq. Solo clamore suo terret Trojanos, 221, seqq. laudatur a matre. 436, seqq. et ab hoste, 257, seqq. Mater ei arma a Vulcano facienda curat, 369—616, eaque adfert filio lugenti, Τ, 3, seqq. cum his prodit ad Græcos principes, 40, seqq. et renuntiat iræ, 55, seqq. de donis sibi oblatis loquitur generose, ne videatur mercede militaturus, 145, seqq. ab Ulysse laudatur, qui consilio eum juvat, 216, seqq. Ejus regnum, pater, filius, 315, seqq. parat se ad pugnandum auxilio Minervæ, 352, seqq. 364, seqq. loquitur cum equis suis, quorum unus ei respondet et mortem vaticinatur, 399, seqq. Fortitudo ejus laudatur a Jove, Υ, 26, et ab hoste, 88, et ibi facta ejus contra Æneam in monte Ida memorantur. Pugnat iterum cum Ænea, 160—262, seqq. donec Neptunus eripit Æneam, 318, seqq. i. e. nebula ex aquis orta utitur Æneas ad recedendum dextre. Lucratus fuerat multa, sicut et alii Græci, ex vendendis aut redimendis captivis, Φ, 79—102. vaticinatur sibi mortem, 108, seqq. laudatque ipse se, et dat exemplum omnis laudis de illustri viro. Vulneratur leviter ab Asteropæo, 166—182. recenset genus suum, 184, seqq. quod poterat recte facere, quoniam ipse par vel major erat virtute majoribus suis: alias vana est ista gloriatio. incusat matrem innocentem, et de morte sua vaticinatur, 276, seqq. comparatur igni, 520. persequitur ἀκίχητα et minora, omissis majoribus, 595, seqq. suprema ejus cum Hectore pugna, Χ, 21, seqq. est ἀρτιεπὴς, 126. comparatur igni, Soli, 135. ad Minervam refertur victoria de Hectore, 216. seqq. h. e. Achilles prudenter arripuit occasionem, datam sibi a Hectore, qui idem prudenter ceperat consilium manendi extra portam solus, etsi minus fausto eventu. Furiosus præ ira, loquitur durius quam postea fecit, 344, seqq. nam στρεπταὶ φρένες ἐσθλῶν. Quod pro auro appenso reddiderit corpus Hectoris, ignorat poëta: sed recentiores id narrant, adduntque, idem ejus corpori contigisse paullo post, ut pro auro redditum sit Græcis. Sepelit Patroclum, Ψ, 6, seqq. postquam hic ei per somnum apparuerat, 80, seqq. 125, seqq. tondet se in luctu, 140, seqq. male mactat duodecim Trojanos nobiles ad rogum Patrocli, 175, seqq. hinc poëta hos cæsos laudat, Achillem vituperat, nam erat πρᾶξις θηριώδης καὶ βαρβαρική. Quod sæpius raptarit mortuum Hectorem, poëta id invitus aperte semel fatetur, sed reliqua tacitus innuit: nam adeo est φιλαχιλλεύς, ut in re tam fœda ne nominet quidem tam carum sibi nomen: 187, et circa. Gaudet laude, eamque remuneratur, 792, seqq. Ejus mortem prædicit poëta, Ω, 85, seqq. et facit lectorem cupidum: sed poëta frustratur eum in Iliade, desideriumque ejus non explet. Novit ergo movere cupiditatem plura audiendi, tantum abest, ut satietate obruat. Achilles est robustus, qui trium hominum operam solus præstat, Ω, 453, seqq. 486. optat sibi vitam, ut seni patri prodesse possit, 541. ferus et iræ impotens, 559—570. ergo ἀνώμαλον ἦθος ejus. Ipse mactat ovem, ex quo apparet τὸ αὐτοδιάκονον ἡρωϊκὸν, Ω, 621. 626.

gloriose de se loquitur, 650, seqq. solus est in sua tabernaculi parte, socii ejus alibi, 472, seqq. quod et Romanis moribus ita fiebat, Eustathii ævo. Expeditiones ejus cum copiis pedestribus et cum classe, durante bello Troïco, γ, 106, 109, 189. Filio ejus dat Nestor filiam suam, δ, 5. Litigarat cum Ulysse, an Troja debeat armis, an dolo, capi, θ, 73, seqq. anima ejus colloquitur cum Ulysse, λ, 466, seqq. 477, 481, seqq. ubi magna ejus laus. Ipse autem mallet vivus θητεύειν, quam mortuus imperare omnibus mortuis, 487, idque amore patris. Idem dicit Salomo, Cohel. ix. 4, 5. Est tamen et tunc φιλότιμος, cum de filii virtute audit, 537, seqq. Contentio de armis mortui, λ, 544—556. Mors ejus et sepultura narratur denique, ω, 15, seqq. et ibi ter nomen ejus in vocativo, in fine versuum, positum. Quia ipse nequaquam μείλιχος, hinc humanissimus ei associatus Patroclus. Cæterum adeo in pretio fuit Græcis hoc nomen, ut omne grandius et præstantius vocarent 'Αχίλλειον. sic et 'Αχίλλειαι κριθαὶ sunt hordea majora et meliora, Aristoph. Equit. 816.

'Αψευδής, έος. ἡ. una τῶν Νηρηΐδων, Σ, 46. Nam aqua verum est principium omnium: mare etiam jurabatur.

B

ΒΑΘΥΚΛΕΥ'Σ, έως. ὁ. nobilis Græcus ex Hellade, Χάλκωνος υἱὸς, occisus a Glauco. Π, 594, seqq.

Βαλίος, ου. ὁ. nomen unius ex equis Achillis, Π, 149. Τ, 400. ab adjectivo βαλιὸς, ά, ὸν, i. e. ταχὺς, it. στικτὸς, *ein scheck, (a piebald horse.)* sic ἔλαφος dicitur βαλιὰ ob celeritatem. a βάλλω, a quo est βαλλίζειν, i. e. χορεύειν, κωμάζειν, *einen ball halten, tanzen, (to have a ball, to dance:)* et ὁ βαλλισμός. Apud Euripidem hoc adjectivum fere semper in notione celeritatis positum. e. c. Hippol. 218, βαλιαῖς ἐλάφοις. et Rhes. 356, διφρεύσων βαλιοῖς πώλοις, currum acturus velocibus equis: notum est enim, Rhesi equos illos celebres fuisse candidos. sed in Iphig. Aul. 222, ἵππους λευκοστίκτῳ τριχὶ βαλιοὺς, ubi possint esse equi variegato colore.

Βασιλεῖς, olim simul erant sacerdotes, Β, 547, seqq. et sunt proprie nil nisi βουληφόροι populorum, Ν, 219, 255.

Βάτεια et Βατίεια, ας. ἡ. Erat tumulus, ὁμώνυμος 'Αμαζόνι τινὶ τεθαμμένῃ ἐκεῖ: et hæc Amazon duo habuerat nomina, unum vulgare, Βατίειαν, alterum honestius et verius, Μύριναν vel Μυρίνη. Β, 813. Est a βαίνεσθαι ἐν πολέμοις. Sed alii hanc Βάτειαν volunt fuisse filiam Teucri. Dardanus enim ex Samothracia veniens duxit duas filias Teucri, Νησῶ καὶ Βάτειαν: et ἐκ Νησοῦς habuit filiam Σίβυλλαν τὴν μάντιν, a qua deinde et aliæ fatidicæ mulieres dictæ αἱ Σίβυλλαι: ἐκ Βατείας autem genuit τὸν 'Εριχθόνιον καὶ ῏Ιλον. Et valde est probabile, locum a regina Trojana potius fuisse appellatum.

Βελλεροφόντης, ου. ὁ. qui et Βελλεροφόων, contr. Βελλεροφῶν, imo et 'Ελλεροφόντης. et accepit id nomen ab occiso a se tyranno Corinthi τῷ Βελλέρῳ. Historia ejus est Ζ, 155, seqq. Vir valde formosus et fortis. sed quæ recentiores de equo ejus alato finxere, cui insidens occiderit chimæram, dejecto in os ejus plumbo; et cujus fiducia viam in cœlum affectarit: ea omnia ignorat Homerus, sicut et omnino Pegasum illum alatum. Incidit tandem in odium omnium deorum, i. e. in multa infortunia, Ζ, 200, seqq. Nam filium amiserat in bello; filiam vitiarat Jupiter, et postea eam interfecerat Diana, i. e. subita morte fuerat extincta. Quo dolore confectus, vixit deinde in solitudine. Erat ergo nimium φιλότιμος. Fecit proverbio locum: Βελλεροφόντης καθ' ἑαυτοῦ γράμματα: quod de iis dictum, qui ipsi talia perferunt vel nuntiant, quibus vel perduntur vel læduntur. Sic Urias in sacris. Cæterum fuit exemplum castitatis, justitiæ, fortitudinis, prudentiæ. Vide in A. sub εἶδος.

Βῆλος, ου. ὁ. vide sub Δάναος et Κάδμος; et in A. sub βηλός.

Βῆσσα, ης. ἡ. Urbs Locrensis, quam plebs Attica dixit Βῆσα, et hinc cives ejus Βησαιεῖς. Β, 532.

Βίας, αντος. ὁ. Filius Amythaonis. Per fratrem suum Melampodem accepit pulcram Πηρώ. conf. Νηλεύς. Ejus et τῆς Πηροῦς filii fuere ὁ Περιάλκης, ὁ ῎Αρητος, ἡ 'Αλφεσίβοια. Ipse erat unus ex ὑποστρατήγοις Nestoris. Δ, 296. ἴῦς, Ν, 691. Υ, 460.

Βιήνωρ, ορος. ὁ. nobilis Trojanus. Λ, 92.

Βοάγριος, ου. ὁ. Est fluvius χειμάῤῥους in Locride, qui et ὁ Μάνης dicebatur. Β, 533. habet nomen a clamore fero.

Βοηθόος, ου. ὁ. nobilis Spartanus, cujus filius ὁ 'Ετεωνεὺς apud Menelaum potens erat minister, Βοηθοΐδης patronymice dictus. δ, 31, coll. 22, seqq. ο, 95, seqq. 140. Alibi ὁ Βοηθόος est appellativum, notans virum fortem, ad clamorem pugnantium accurrentem; unde est per syncopen ὁ Βοηθός.

Βοίβη, ης. ἡ. Urbs Thessaliæ, non procul a Φεραῖς, in regno Adrasti. Prope eam erat ἡ λίμνη Βοιβηΐς, ίδος. Dicta ἀπὸ Βοίβου, υἱοῦ

Γλαφύρου, τοῦ τὰς Γλαφύρας κτίσαντος. B, 711, 712.

Βοιωτία, ας. ἡ. celebris regio Græciæ, dicta olim et ἡ Ἀονία, ἔθνος γὰρ Βοιώτιον οἱ Ἄονες. Incolæ dicti οἱ Βοιωτοί. Pars altera libri secundi Iliadis dicitur ἡ Βοιωτία, cujus argumentum est B, 493, et ratio ita appellandi est, quia primum vocabulum hujus partis est, Βοιωτοὶ μέν. Quidam hanc partem, quæ et Catalogus navium inscribitur, separatim in numerandis versibus hujus libri secundi numeraverunt: sed nos continuavimus numerum versuum cum præcedentibus. Ergo Βοιωτῶν μὲν est initium versus 494. sed cur a Βοιωτοῖς potissimum incipiat poëta, hæc videtur ratio priscis: gratificatur id Musis paullo ante a se invocatis, quæ sedes suas in montibus Bœotiæ habere dicebantur. Præterea Aulis, portus et urbs Bœotiæ, erat locus, in quem omnes naves Græcorum ad expeditionem Trojanam destinatæ convenerant. Denique Bœotii illis temporibus maxime clari erant ob res maritimas, jam inde a Cadmo conditore suo. Etiam ὁ Ἕλλην, ὁ τοῦ Δευκαλίωνος, habitavit in Bœotia, a quo οἱ Ἕλληνες dicti. Cæterum hæc pars libri continet meram veritatem geographicam; et historicum hic agit Homerus, non poëtam. Præter metropolin suam, habuere Bœotii urbes viginti novem. Maris amans et potens erat hæc gens, misitque ad Trojam naves quinquaginta magnas, quarum singulæ vexerunt armatos centum viginti, sub quinque ducibus, B, 494—510. Βοιωτοί, ἔχοντες μάλα πίονα δῆμον, E, 710, nam εὔκαρπος αὐτοῖς ἡ γῆ. Vide et Ξ, 476. O, 330. P, 597. N, 685, 700, ubi quoque poëta eos primos ponit in enumerandis Græciæ populis. Erant enim olim valde ἀνδρεῖοι καὶ εὐγενεῖς: etsi illis non defuerint etiam σκώπτοντες. Præterea ἐπολυφάγουν, sicut omnes Θετταλοί: et quidam Bœotius apud Εὔβουλον dicit: ποιεῖν ἄμμες (ἡμεῖς) καὶ φαγεῖν ἀνδρικοί. Aliusque: Θήβαζ' ἦλθον, οὗ τὴν νύχθ' ὅλην δειπνοῦσι. Post Leuctricam pugnam, adepti magnam gloriam, a prisca fortitudine defecerunt paullatim, ut tandem a Thessalis servilia paterentur. τὰ παμβοιώτια fuere festi dies, concelebrari soliti ab omnibus Bœotiis.

Βορέας, ου. ὁ. Ventus a septemtrionibus flans. Dicitur αἰθρηγενέτης et αἰθρηγενής, quia serenum facere solet cœlum, et hiberno tempore frigora cum glacie adducit. Verbum κυλίειν ἢ κυλίνδειν κύματα ponitur de eo, sicut de Noto verbum ὠθεῖν, quæ verba in A. confer, una cum κῦμα. Βορέαο πνοὴ ζωγρεῖ θυμὸν, E, 697, nam Boreas frigidior refovet calidum internum, dum adstringit poros exteriores: Notus vero calidior et mollior transire patitur calidum per poros. Hinc et Νότος dictus est per jocum. νόσος Ἀττικὴ, quia Attici τὸ Sigma vertunt in Tau. O, 171. T, 358 Fingitur amare equos, Υ, 223, seqq. ubi conf. ἵππος in A. Ψ, 692. ι, 67—81. κ, 507, conf. φέρω in A. τ, 200. Vide in A.

Βούδειον, ου. τό. Urbs Bœotiæ, dicta ἀπὸ τῆς Βουδείας, μητρὸς τοῦ Ἐργίνου, herois celebris inter Argonautas. Ipsa etiam urbs dicitur ἡ Βούδεια: civis ejus ὁ Βούδειος et ὁ Βουδειεύς. Π, 572. Quia hæc urbs in Catalogo Geographico, B, 494, seqq. non nominatur, credibile est, eam duplici fuisse nomine, ut ibi sub alio lateat nomine.

Βουκολίων, ωνος. ὁ. nobilis Trojanus, filius regis Laomedontis. Dicitur pastor ovium: ex quo dignitas vitæ pastoralis in prisco orbe apparet. Una Naiadum peperit ex eo geminos. Z, 21, seqq.

Βουκόλος, ου. ὁ. nobilis Atheniensis: cujus filius, ὁ Σφῆλος, hinc dicitur ὁ Βουκολίδης, ου. O, 338.

Βουπράσιον, ου. τό. urbs et regio τῆς Ἠλείας in Græcia. Erat olim celebris urbs, et Homeri ævo videtur fuisse caput Elidis: sed Strabonis ævo jam erat deleta. Habuit nomen ab antiquo aliquo principe suo, ὁ Βουπράσιος. Civis ejus dictus ὁ Βουπρασίων et Βουπρασιεύς. Regio valde fertilis et πολύπυρος. B, 615. Λ, 755, 759. Ψ, 631.

Βοώτης, ου. ὁ. Qui et Ἀρκτοῦρος aut Ἀρκοῦρος aut Ἀρκτοφύλαξ dicitur, διὰ τὴν ἄρκτον: Βοώτης vero διὰ τὴν ἄμαξαν, nam hoc nomine alias dicitur bubulcus, ἁμαξηγός. Est astrum magnum, quod dicitur ὀψὲ δύων, quia diu post occasum aliorum siderum secum orientium, totum occidit. ε, 272.

Βριάρεως, ω. ὁ. et Ὀβριάρεως. ἑκατόγχειρ, ab hominibus dictus ὁ Αἰγαίων, ωνος. A, 402, seqq. Fabulæ dicunt eum filium Neptuni; quod et ex 404 apparere videtur, ubi dicitur fortior patre suo, Neptuno nimirum. Re vera esset igitur hic Βριάρεος, mare concitatum valido vento, et volvens ingentes innumeros fluctus: Jupiter vero est aër, qui per ejusmodi ventum liberatur a multis nubibus. Vide sub βριαρὸς in A.

Βρισηΐς, ίδος. ἡ. Est patronymicum puellæ illius nobilis et formosæ, quæ nulla sua culpa tot tragœdias inter Græcos concitavit. Avus ejus fuerat ὁ Ἄρδυς, υος, princeps Phrygius: is habebat duos filios, quorum alter erat ὁ Βρισεὺς vel ὁ Βρίσης, ου, princeps in Pedaso urbe sedem principalem habens; alter erat ὁ Χρύσης, ου, princeps, et simul sacerdos Apollinis, in urbe sibi cognomine, Chrysa. Τοῦ Βρισέως θυγάτηρ erat ἡ Ἱπποδάμεια, data Achilli donum honorarium, capta ab eo urbe Pedaso; et hæc a patre suo appellatur Briseïs. Τοῦ Χρύσου θυγάτηρ ἐκαλεῖτο ἡ Ἀστυνόμη, a patre cognominata ἡ Χρυσηΐς, data Agamemnoni. Vides ergo arctam cognationem harum puellarum. Utraque urbs, Pedasus, et Chrysa, distantes inter se iter unius diei; capta est a Græcis; et puellæ istæ captivæ abductæ. Quum Agamemnon, pestilentia in exercitu orta, cogeretur oraculo, suam Chryseïdem patri remittere: Achilli suam Briseïdem ade-

mit, A, 184, 323, 336, seqq. 346, 392, κούρην Βρισῆος: quam contumeliam Achilles gravissime tulit. Patria et cognatio describitur B, 689, seqq. conf. Λυρνησσὸς et Μύνης. I, 106, 132, seqq. 274, seqq. Reddita est Achilli post dies sedecim illibata, T, 175, seqq. 187, 246, una cum septem aliis formosis puellis et operum peritis. De captivitate ejus dicitur T, 58, seqq. et de jurejurando Agamemnonis, 249—268. ἰκέλη χρυσῇ Ἀφροδίτῃ, 282, seqq. luget Patroclum. Cubat cum Achille, Ω, 676.

Βρυσειαί, ῶν. αἱ. Urbs Laconica, cujus civis dicitur Βρυσειάτης, ου. ὁ. B, 583.

Βῶρος, ου. ὁ. Filius τοῦ Περιήρεος, gener Pelei, sororem Achillis τὴν καλὴν Πολυδώρην in matrimonio habens. Sed hæc ποταμῷ Σπερχειῷ peperit Menesthium, Π, 177, seqq. 173, seqq. nam et in antiquo orbe multi fuere patres nomine, non re vera. Alius Βῶρος, nobilis Lycius, est E, 44, cujus filium Φαῖστον Idomeneus pugnantem interfecit.

Γ

ΓΑΛΑ'ΤΕΙΑ, ας. ἡ. Una τῶν Νηρηΐδων, ob albentes maris spumas, vel a pulcritudine τῆς γαλήνης, appellata. Σ, 45.

Γανυμήδης, εος. ὁ. Ejus genealogia sub Ἀγχίσης est notata. Habet nomen a τὸ γάνος, a quo est γανύειν et γανύσκεσθαι: et a μήδω: ut sit ὁ ἡδὺς βουλεύεσθαι, suavis consiliator. Tan. Fabri etymologia, ad Anacr. 8, 3, est absurda, si cogites, id nomen regio puero a patre fuisse datum. Raptus a Jove, i. e. puer admodum mortuus est, E, 266. Υ, 232, seqq. Cæterum formosissimus sui ævi. Vide et Herodianum, Lib. 1, c. 11.

Γάργαρον, ου. τό. Erat pars et ἀκρωτήριον montis Idæ in Troade, ita dicta διὰ τὸ ἐκεῖ ἀναδιδόμενα ὕδατα καὶ τὸν ἐντεῦθεν ποιὸν ἦχον: a quo sono est τὸ ἀναγαργαρίζειν, et ὁ γαργαρεών. Incolæ hujus regionis montanæ dicebantur οἱ Γαργαρεῖς, et oppidum ibi, τὰ Γάργαρα, unde et ipse mons sæpe in plurali sic appellatur. Imo et oppidum ἡ Γάργαρος, et civis ejus ὁ Γαργαρεύς. Plurimi fontes ibi fluviorum decurrentium. Θ, 48. Ξ, 292, 352. O, 152.

Γεραιστὸς, οῦ. ἡ. Urbs et portus Eubœæ. γ, 177.

Γερήνιος, ου. ὁ. sic vocatur Nestor, quia, cum Hercules Pylum caperet, ipse ἐν Γερήνοις latuit et educatus est. sunt autem τὰ Γέρηνα, vel ἡ Γερηνία, vel τὸ Γέρηνον, urbs Messeniaca in Peloponneso. conf. Νέστωρ. B, 336, 433, 603, etc. γ, 68. Alii explicant τὸν γερήνιον per τὸν ἔντιμον, a τὸ γέρας. sed hi morem poëtæ nostri, ad historias respicientis, non attendunt.

Γέφυροι, ων. οἱ. vide sub γέφυρα in A.

Γίγας, αντος. ὁ. Nomen factum ex γίνομαι et γῆ, ut notet idem quod ὁ γηγενὴς, έος, terræ filius. In historia fabulosa οἱ Γίγαντες fuere hostes Jovis, et conf. Κύκλωπες. Γιγάντεσσιν ὑπερθύμοισι, η, 59, ubi vides τὸ ἀβλάσφημον τοῦ ποιητοῦ: nam ὑπέρθυμος est, qui præstat animo aliis, nec necessario malum sensum involvit. coll. versu 58, 206. Γίγασι, κ, 120. Vide sub Εὐρυμέδων.

Γλαύκη, ης. ἡ. Una τῶν Νηρηΐδων, Σ, 39, dicta a glauco colore maris.

Γλαῦκος, ου. ὁ. Dux Lyciorum, filius Ἱππολόχου, socius et cognatus Sarpedonis, regis Lyciorum. Genealogia enim est hæc: Σίσυφος, cujus filius erat Γλαῦκος ὁ πρῶτος, cujus filius fuit Βελλεροφόντης, et hic habuit duos filios, τὸν Ἴσανδρον καὶ τὸν Ἱππόλοχον, unamque filiam τὴν Λαοδάμειαν, quæ peperit ex Jove τὸν Σαρπηδόνα, Hippolochi filius autem fuit hic noster Γλαῦκος ὁ δεύτερος, B, 876. Z, 197, seqq. pugnaturus hic cum Diomede, Z, 119, agnoscitur ut hospes, 144, seqq. nam Bellerophon, avus Glauci, fuerat amicus et hospes Œnei, patris Diomedis. hospitii jus autem erat sacrum in orbe antiquo: hinc Diomedes adversus eum pugnare non vult, sed permutat arma cum eo, ut utriusque milites abstineant ab his duobus vulnerandis. Contra alios Græcos pugnat Glaucus strenue, H, 13, seqq. Debuisset quidem rex esse Lyciæ, nam ex mascula linea descendebat: sed conf. Σαρπηδών. Militabat ergo sub rege, una cum Asteropæo, M, 102, 309, seqq. 329. 387, seqq. ubi vulneratur sagitta a Teucro, sed generose dissimulat vulnus. Ξ, 426. Π, 492, seqq. 508, seqq. 513—527, ubi preces ejus ad Apollinem quatuordecim habent sententias, κομματικῶς prolatas, ὡς στενοντιῶντος διὰ τὸ ἐναγώνιον: et defendit occisi Sarpedonis corpus fortissime, 593, seqq. Oratio ejus ad Hectorem, P, 140—170, et id quod maxime vult, inest verbis 159—163. Cæso Patroclo pugnat, 216. Alius Glaucus est ὁ Ἀντηνόριος, quem vide sub Ἀντηνώρ. Præterea multi hujus nominis sunt in historia antiqua: et maxime celeber est ille Glaucus, cujus θάνατος γλυκύπικρος περιᾴδεται: πιὼν γὰρ μέλιτος ἐναπεπνίγη. Vide in A. sub ὅρκος, ad initium.

Γλαφυραί, ῶν. αἱ. Urbs Thessaliæ, cujus conditor fuit ὁ Γλαφύρος, ου. B, 712. ab aliis urbs scribitur Γλαφύρα.

Γλίσσαι, ῶν. αἱ. et ἡ Γλίσσα, ης. Urbs Bœotiæ, cujus conditor fuit ὁ Γλίσσων, ωνος, vel ὁ Γλίσσας, αντος. B, 504.

Γονόεσσα, ης. ἡ. oppidum Argivorum, ἀκρωτήριον Πελλήνης, dicta hinc Αἰπεινή. E, 573.

Γουνεὺς, έως. ὁ. dux Græcus, cujus regia sedes erat ἡ Κύφος. B, 748. Alius hujus nominis fuit princeps Arabiæ, cognominatus ὁ ἐργάτης τῆς δίκης, i. e. ὁ δίκαιος.

Γοργυθίων, ωνος. ὁ. νόθος Πριάμου υἱὸς, longus et gracilis, pulcer tamen. occiditur, Θ, 302, seqq.

Γοργὼ, όος, contr. οῦς. ἡ. Vel et Γοργὼν, όνος. ἡ. Est in poësi δαιμόνιόν τι καταπληκτικὸν καὶ ἐκ μόνης ὄψεως. In lapides vertebat obvios: et id vel διὰ κάλλος ἀμύθητον, ἐκπλῆττον τοὺς θεωμένους: vel ob aliam ejus admirationem: *die leute die sie sahen, blieben fur bewunderung stille stehen, (those who saw her stood still from amazement.)* Historiæ multa præclara de ea narrant: Fabulæ vero horribile monstrum eam fingunt, et ad has partes adjungit se poësis. De historia ejus vide Athenæum. Allegorice si quis id amat, quod tamen nemo poëseos gnarus facit, sumitur ἐπὶ τῆς κατὰ σῶμα καὶ ψυχὴν γοργότητος: hinc et caput ejus in clypeo Minervæ, in quo tamen simul fabula respicitur. Γοργοῦς ὄμματα ἔχων, Θ, 349, ubi alii legi jubent οἴματα, i. e. ὁρμήματα. Γοργὼ βλοσυρῶπις, Λ, 36, in clypeo regis. Γοργείη κεφαλὴ est nonnunquam ἡ ὅλη Γοργὼ, nonnunquam sola ejus facies. posteriori sensu est E, 741, ἡ τῆς Γοργοῦς κεφαλή. sed λ, 633, Γοργείην κεφαλὴν, i. e. τὴν ὅλην Γοργόνα. Cæterum forma nominis est, ut ἡ χελιδὼν, όνος, et ἡ χελιδὼ, όος. ἡ εἰκὼν et ἡ εἰκώ. In Libya dicitur esse animal hujus nominis, κατώβλεπτον, ὅμοιον προβάτῳ ἀγρίῳ ἢ καὶ μόσχῳ, ὃ τῇ ἀναπνοῇ πάντα τὰ ἐντυχόντα διαφθείρει, καὶ ἐμβλέψαν τε κτείνει, οὐ πνεύματι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ γινομένῃ ἀπὸ τῶν ὀμμάτων φορᾷ. Huic animali similes sunt quidam hypocritæ ψευθάγιοι, demisso ad terram vultu ambulantes suspirantesque; sed humano generi valde pestilentes. Adjectivum est Γοργεῖος, είη, εῖον, et Γοργονεῖος, α, ον: prius est ab ἡ Γοργὼ, posterius ab ἡ Γοργών.

Γόρτυν, υνος. ἡ. Urbs nobilis et potens in Creta. si hæc et ἡ Κνωσσὸς idem sentiebant, omnes reliquas Cretæ civitates sibi obnoxias tenebant: sin dissentirent, omnis Creta partes faciebat: sed utri harum tertia post has, ἡ Κυδωνία, se adjungebat, ea pars discedebat superior. Recentiores scribunt ἡ Γορτύνη. B, 646, γ, 294.

Γραῖα, ας. ἡ. oppidum Bœotiæ, quod et vocabatur ἡ Τάναγρα, et civis ejus ὁ Γραῖος ἢ Ταναγραῖος ἢ Τανάγριος. Imo vocabatur hæc urbs et ἡ Ποιμανδρία, postea et ἡ Ὠρωπός: et cives quoque οἱ Γεφυραῖοι. Cæterum hæc Tanagra, una cum Aulide, solæ ex oppidis Bœotiæ ab Homero memoratis reliquæ erant Eustathii temporibus. B, 498.

Γραικοὶ, οἱ. fuit antiquum nomen eorum, qui postea Ἕλληνες appellari maluerunt. Sed Romani antiquum id nomen gentis maluerunt. Strabo p. 31. edit. Casaub. Vide sequens.

Γρήνικος, ου. ὁ. Fluvius Troadis, postea magis etiam nobilitatus victoria Alexandri. Possit dictus videri quasi Γραικόνικος, διὰ τὴν τῶν Γραικῶν νίκην: nam Ἕλληνες dicti et Γραικοὶ, et a barbaris Ῥαικοί. M, 21.

Γυγαίη λίμνη, lacus Mæoniæ in Asia, qui Pylæmeni peperisse dicitur filios duos. conf. λίμνη in A. B, 865. Υ, 391.

Γυμναστικὴ, nobilium, breviter describitur Π, 809, 808.

Γυνή. poëta sæpe innuit, circa partes genitales tantum esse differentiam inter mares et fœminas, ad virtutes autem et artes nullam esse differentiam: e. c. Ψ, 295, seqq. Cura formæ huic sexui est magna, σ, 171, s. 178, 191, s. ingenium muliebre vide sub εὐχὴ in A. ex Z, 306, 307.

Γυραίη πέτρη, est parva et petrosa insula in mari Ægæo, δ, 500, seqq. 507. imo ἡ Γυρῆ, (contr. ex Γυρέη) est series scopulorum ad insulam unam Cycladum, quæ dicitur ἡ Μύκονος, ου, non procul Eubœa. Hinc est ἡ Γυραίη πέτρη unus horum scopulorum.

Γύρτιος, ου. ὁ. nobilis Mysius, pater Ὑρτίου, qui hinc dicitur Γυρτιάδης. Ξ, 511, 512.

Γυρτώνη, ης. ἡ. Urbs Thessaliæ, quæ et ἡ Γυρτὼν, ῶνος, dicitur, a conditore suo, qui erat ὁ Γύρτων, ωνος, frater τοῦ Φλεγύου. B, 738.

Δ

ΔΑΙΔΑ'ΛΗ, ης. ἡ. vide sub δαιδαλέος in A.

Δαίδαλος, ου. ὁ. magnus ille architectus Creticus, et optimus ἀνδριαντοποιός. Magnus amicus mulierum, quibus gratificabatur omnibus modis. Hinc τῇ Πασιφάῃ opitulabatur πρὸς ἀλλόκοτον ἔρωτα: et ob hanc causam juste a Minoë expulsus. In ea fuga perdidit filium Icarum. Docuit novam saltationem, quam vide sub ὄρχησις in A. Σ, 592. Vide sub δαιδαλέος in A.

Δαίτωρ, ορος. ὁ. nobilis Trojanus. Θ, 275.

Δάμασος, ου. ὁ. nobilis Trojanus. M, 183.

Δαμάστωρ, ορος. ὁ. nobilis Ithacensis, Agelai, unius ex procis, pater, qui hinc Δαμαστορίδης dicitur, υ, 321. χ, 212, 293. Alius hujus nominis erat nobilis Lycius, Π, 416.

Δανάη, ης. ἡ. Acrisii filia, unde ipsa dicitur Ἀκρισιώνη. Pulcra mirum in modum, amata a Jove, Ξ, 319. Inclusa ab Acrisio in turrim munitissimam, tamen peperit ex furtivo congressu Perseum. Acrisius Danaën una cum puero in cistam inclusos projecit in mare: sed appulsi a fluctibus ad insulam Seriphon, servati sunt. Postea Perseus, heros fulgidissimus, Acrisium, disco ludentem, ignarus quis ipse et ille esset, interemit. Dicta est Δανάη, a δὴν, diu, unde δηναιὸς, diuturnus, dorice δαναός: nam pater ejus, cui prædictum erat, a nepote suo occisum iri, diu a congressu maritali abstinuerat. Eurip. Dan. 20, 21.

Δάναος, ου. ὁ. Filius Beli, regis Libyæ, frater Ægypti. Post patris mortem Danaus rexit Libyam: sed oraculo territus abiit inde, et primus mortalium navem ædificasse dicitur. Delatus Argos, regnavit ibi: nam descendebat ab Inachi filia Ἰὼ, hinc advenienti ei regnum hæreditario jure debitum concedebatur. Non diu post etiam frater ejus, Ægyptus, qui in Arabiæ parte, ἐν τῇ τῶν μελαμπόδων γῇ, regnaverat, cum quinquaginta filiis suis juvenibus, eodem venit: et tunc accidit cædes illa, ut una nocte, simulatione nuptiarum, omnes illi filii, a totidem filiabus Danai, unico excepto, interficerentur. Horat. 3, Od. 11. Cæterum ipse fuit solers fontium sub terra latentium investigator. Δαναοὶ habent ab eo nomen, dicti ταχύπωλοι, θεράποντες Ἄρηος, Α, 42. Β, 110, 674. Η, 382. Θ, 161. Ν, 620. Ο, 320, 733. Ρ, 761. Τ, 78. Υ, 351. Χ, 378. Ω, 295, 313. λ, 558. ω, 18. Et est nomen generale, nobilium præsertim Græcorum. Vide sub πολυδίψιος in A.

Δάρδανος, ου. ὁ. Filius Jovis, conditor Dardaniæ, Υ, 215, seqq. ubi ejus posteri commemorantur. Narrant de eo antiqui, quod in diluvio illo magno, τῷ κατὰ τὸν Δευκαλίωνα, ex Samo-Thracia evaserit, utre magno inflato ad corpus suum alligato, et sic ad littus Troicum et ad montana Idæ, delatus sit: condidisse deinde in iis montanis Dardaniam urbem, altius sitam, ne facile undis infestaretur: posteros vero Trojam in planitie quidem, sed tamen in tumulo aliquo, ædificasse. Inter omnes Jovis filios ex mortalibus fœminis susceptos hic fuit Jovi carissimus, Υ, 303, seqq. Priamus ab eo dicitur Δαρδανίδης, Γ, 303. Ε, 159. Ν, 376. Χ, 352. Ω, 171, 354, 629, 631. Gentile etiam hinc est Δάρδανος ἀνὴρ, ὁ Εὔφορβος, Π, 807. et Δάρδανοι distinguuntur a τοῖς Τρωϊκοῖς: nam οἱ Ἰλιεῖς (ab ὁ Ἰλιεὺς) dividebantur in Τρῶας et Δαρδάνους. Et Ε, 701, dicitur Δάρδανος ἀνὴρ occidisse Protesilaum, cujus Δαρδάνου nomen aliud proprium non additur. A Palæphato Æneas is fuisse dicitur: communis tamen opinio fert, Hectorem sic appellari κατ' ἐξοχήν. Potest tamen et esse nomen proprium, sicut est Υ, 460, ubi alius quam ille Jovis filius hoc nomen habet: nam multa gentilia, sicut et nostris temporibus, fiunt propria nomina, e. c. Ἐπειὸς, Λίβυς, etc. nec impedit additum ἀνὴρ, quum poëta alibi φῶτα Ἡρακλέα dixerit. οἱ Δάρδανοι sunt ergo Ilienses montani, qui et Δαρδάνιοι dicti, a Troibus campestribus distincti, Β, 819. Γ, 456. Η, 348, 368. Θ, 497. Ο, 425. Υ, 216, seqq. et Δαρδανίωνες, Η, 414, i. e. Δαρδάνου ἀπόγονοι. Et fœmininum ἡ Δαρδανὶς, ίδος, Σ, 122, 339. et ἡ Δαρδανία, Χ, 194, 413. Ε, 789. et alibi, Δαρδάνιος ποταμός. Vide sub Βάτεια.

Δάρης, ητος. ὁ. nobilis Trojanus, sacerdos Vulcani. a δέρω, excorio, quod est munus sacerdotis. Ejus duo filii, Ε, 9, seqq.

Δαυλὶς, ίδος. ἡ. Urbs Phocensis, non procul a Delphis versus orientem, in colle sita, multis arbustis et nemoribus circumdata: unde et nomen habet: nam τὸ δαῦλον est τὸ δασύ. Civis ejus dicitur ὁ Δαυλιεὺς, vel Δαύλιος, vel Δαυλίδιος. Ibi Τηρεὺς ὁ Θρᾷξ regnasse dicitur, et ibi acta esse τὰ περὶ Φιλομήλην καὶ Πρόκνην, etiam Ovidio narrata. Β, 520. vide et Thucydidem de Tereo.

Δεισήνωρ, ορος. ὁ. nobilis Lycius. Ρ, 217.

Δελφοί, οἱ. Ι, 404, 405. ditissimum ibi Apollinis templum, ἐξ ἀναθημάτων: cujus immensæ divitiæ maximam partem sub terra erant conditæ. Ibi erant ἀνδριάντες παγχρύσεοι, καὶ ζώων τύποι, καὶ σκεύη, καὶ λοιπά: ἐν οἷς καὶ αἱ τοῦ Κροίσου χρυσαῖ πλίνθοι, quibus oraculum illud ambiguum emit. Vide sub Πυθώ.

Δεξαμένη, ης. ἡ. Una Νηρηΐδων. Σ, 44, nam mare recipit omnia.

Δεξίας, ου. ὁ. nobilis Græcus, cujus filius ὁ Ἰφίνοος inde vocatur Δεξιάδης, et occiditur a Glauco, Η, 15. alii ibi δεξιάδην explicant, non per patronymicum, sed per adverbium, pro: κατὰ τὰ δεξιὰ, ἢ δεξιῶς. male.

Δευκαλίων, ωνος. ὁ. Pater Idomeneï, regis Cretæ, filius Minois. Ν, 451. Υ, 478. τ, 180. Hinc est patronymicum ὁ Δευκαλίδης, per syncopen, pro Δευκαλιωνίδης, Μ, 117. Ν, 307. Ρ, 608. Vide sub Δάρδανος, et Ἰάπετος; et in A. sub Λαὸς ad initium.

Δηϊκόων, ωντος. ὁ. socius Æneæ, Περγασίδης, occisus ab Agamemnone. Ε, 533—540.

Δηϊοπίτης, ου. ὁ. nobilis Trojanus. Λ, 420.

Δηΐοχος, ου. ὁ. nobilis Græcus, solus ab Homero memoratus ὄπισθε βεβλῆσθαι, vulneratus in tergo. Nisi forte et Ἠϊονεὺς ei est annumerandus. Reliqui omnes adversis cecidere vulneribus. Ο, 341.

Δηΐπυλος, ου. ὁ. prudens amicus Stheneli, junior Diomede. Ε, 325.

Δηΐπυρος, ου. ὁ. dux Græcus. a τὸ, δήϊον πῦρ. Occisus ab Heleno. Ι, 83. Ν, 92, 478, 576, seqq.

Δηΐφοβος, ου. ὁ. Post Hectorem optimus et fortissimus filiorum Priami, etiam regni post Hectorem hæres. Occiso Paride duxit Helenam: sed ἐν τῇ τῆς Τροίας ἁλώσει occisus est a Menelao satis crudeliter, τριακονταιτὴς ὤν. Corpus ejus abjectum insepultum: et fabulæ addunt, mutatum id esse in plantam, dictam ἀκέφαλον, quam dicunt prodesse σπληνικοῖς. Præest parti exercitus, M, 94, Θεοειδὴς, ob formæ venustatem et dignitatem. Pugnat, N, 156, seqq. 258, ὑπερηνορέων, in sensu optimo. 402, seqq. 758, 770, 781. Putatur Hectori adesse in ultimo ejus discrimine, X, 227—233, 294, λεύκασπις, nam λευκὸν σάκος gerere solebat. 298. conf. Ἀθήνη. Ω, 251. Θεοείκελος, ab ipso Menelao sic vocatus, δ, 276. domus ejus, capta Troja, expugnata, θ, 517, seqq. Nomen est a τῷ, τοὺς δηΐους, (hostes) κινεῖν εἰς φόβον, i. e. εἰς φυγήν.

Δῆλος, ου. ἡ. Insula notissima, una ex Cycladibus, sacra Apollini, i. e. Soli, per quem fiunt δῆλα τὰ περὶ γῆν. Ibi primum arbor φοίνιξ ἐκ γῆς ἀνῆλθεν, καὶ ἡ δάφνη: et inter has duas arbores peperisse Latona dicitur Apollinem et Dianam. Mulieres αἱ Δηλιάδες, sacrificare solitæ τῇ Βριζοῖ: et ista ἡ Βριζὼ est ἡ ἐν ὕπνῳ μάντις, vates in somno futura indicans: nam βρίζειν notat τὸ μετὰ βορὰν ἵζειν καὶ κοιμᾶσθαι, post cibum sumtum sedendo dormire. Græci ad Trojam navigantes venere eo, ζ, 162, et βωμὸς ibi memoratus non in æde sacra erat, sed ὑπαίθριος. Ab hac insula Sol dicitur ὁ Δήλιος, quia δῆλα καὶ εὐόρατα ποιεῖ πάντα. Vide sub Ὀρτυγία: item in A. sub πλωτός.

Δημήτηρ, ἡ. Ceres, i. e. terra frugifera, pro γῆ μήτηρ. genitivus est τῆς Δημήτερος et Δήμητρος. habet epitheton εὐπλόκαμος, et ξανθή, ob fruges, inter quas eminet triticum. In vico Bœotiæ Scolo, fingebatur μεγάλαρτος, cum magnis panibus, et μεγαλόμαζος: ob panis præstantiam ibi. Euripid. Bacch. 275, seqq. ubi dicitur: Δημήτηρ θεὰ, Γῆ ἐστὶν, ἣ ἐν ξηροῖς ἐκτρέφει βροτοὺς, in opposito ad Bacchum, i. e. vinum, 278, seqq. Δήμητρος τέμενος, B, 696, conf. τέμενος in A. E, 500. Ξ, 326. Amavit τὸν Ἰασίωνα, ε, 125, seqq. Δημήτερος ἀκτή, i. e. ἡ ἀπὸ σίτου καὶ τῶν σιτωδῶν τροφή, N, 322. Φ, 76. vide ἀκτὴ in A. et est phrasis σεμνὴ, jubens revereri Cererem. Inde est adjectivum Δημήτριος: et proprium inde, ὁ Δημήτριος, ὁ τοῦ Φαληρέως ἀπόγονος. Vide sub ποτήριον in A.

Δημόδοκος, ου. ὁ. nobilis musicus et poëta Phæacum, cæcus factus. Sub ejus persona Homerus ipse se pinxisse putatur, et hinc orta est fabula de ipsius cæcitate. Sed falso. Voluit potius Homerus verum aliquem Demodocum suæ ætatis, inserere poësi suæ æternæ ex more suo, candidissime laudans eum: Quippe major erat Homerus natalibus et ingenio, quam ut invideret laudi aliorum inferiorum. Conf. ἀοιδὸς in A. θεῖος ἀοιδὸς, θ, 43, seqq. 26, seqq. 105, seqq. et, cæcus licet, vult tamen adesse in loco certaminum, ut sit ubi alii boni sunt, et ut auditione saltem statim fruatur. 254. 474—499, ubi describit eum poëta. ν, 27. conf. Φήμιος. Cæterum musica quoque dici potest, privasse aliquem oculis, quando ἡ περὶ ἀνάγνωσιν ἔμμουσον ἄμετρος ἀσχολία ἐποίησε τοῦτο κακόν.

Δημοκόων, ωντος. ὁ. Filius Priami, nothus, i. e. ex pellice. occisus ab Ulysse, Δ, 499. seqq.

Δημολέων, οντος. ὁ. nobilis Trojanus, Antenoris filius. Υ, 395, s.

Δημοπτόλεμος, ου. ὁ. Inter procos præstans virtute, χ, 243, 266.

Δημοῦχος, ου. ὁ. nobilis Trojanus. Υ, 457, seqq.

Δημώ, όος. ἡ. Philosopha nobilis prisca, quæ multa scripsit, et inter alia exposuit τὴν ἀσπιδοποιΐαν Ὁμηρικήν.

Δία, ας. ἡ. Insula, quæ et ἡ Νάξος dicta, sacra Baccho, λ, 324. conf. Ἀριάδνη.

Διοκλῆς, έος. ὁ. princeps Græcus, dives, ab Alpheo fluvio deducens genus. E, 543, seqq. cujus duos filios occidit Æneas. γ, 488. ο, 186. Pheræ erant sedes ejus principalis.

Διομήδη, ης. ἡ. καλλιπάρηος, θυγάτηρ Φόρβαντος, principis Lesbii, Achillis concubina. I, 660, s. hinc ænigma est ortum: τὸν Ἕκτορα Διομήδης ἔκτανεν ἀνήρ: ubi in genitivo est nomen illud intelligendum, non in nominativo.

Διομήδης, εος. ὁ. summus Argeorum princeps, laudatissimus. A majoribus suis erat Αἰτωλός: sed pater ejus Τυδεὺς, princeps Ætolorum, cæde ἐμφυλίῳ patrata, fugerat εἰς Ἄργος, duxeratque in matrimonium τὴν Δηϊπύλην, τοῦ Ἀδράστου θυγατέρα, ex qua creavit hunc Diomedem, qui Adrasti regnum est nactus, ἀτέκνου τελευτήσαντος τὰ πρὸς ἀῤῥένων. Simul etiam Diomedes erat gener Adrasti ἐπὶ Αἰγιαλείᾳ θυγατρί. Pater igitur et filius duas habuere sorores in matrimonio. B, 563, 567. 406. fortissimus simul et eloquentissimus. Δ, 365, seqq. 401, 411. Pugnat fortissime, utpote καὶ ἄλλως ὀξὺς καὶ φιλότιμος, et nunc insuper irritatus a rege, E, 1, seqq. 85, seqq. 174, seqq. ubi dubitatur, sitne deus aliquis, an homo: a diis tamen adjutus agnoscitur; præterea ex equis, quos ut φίλιππος præstantes habuit; et ex galea et clypeo, quorum λαμπρότης διάδηλον eum faciebat. Vulnerat Venerem, E, 335, seqq. ἄριστος Ἀχαιῶν, 414, non simpliciter, sed ad solandam Venerem, ne putet se violatam a vili quodam. Cæterum ingens laus, laudari ab hoste. Ibidem et uxor ejus laudatur, 412. Habet plurimos et optimos circum se, 780. Increpatur a Minerva, 793, seqq. i. e. ipse a se: eique respondet, 814, seqq. Vulnerat quoque Martem, E, 855, seqq. i. e. irrupit in fortissimos cum suis, et in aciem Trojanam ubi minus erat densata: eoque facto magnam cædem cum maximo clamore edidit. Nam nun-

quam in talibus heros solus, sed una cum suis, intelligi debet. Est Trojanis formidolosus, et nominatim vota faciunt contra eum, Z, 12, 96, seqq. nam τοὺς ξυστραγοῦντας præsentia mala semper maxime videntur adfligere. sic Telemachus in Odyssea dicit, β, 48, quod mala ex procis sibi sint acerbiora morte patris. Hinc et a Trojanis pejus timetur Diomedes nunc, quam olim Hercules. Congreditur cum Glauco, et arma cum eo permutat, Z, 119, seqq. non ut lucri cupidus, sed ob alias justas causas. conf. ἐπαμείβω in A. Est inter novem præstantissimos post Achillem, imo et in his inter tres optimos, H, 163. 179. 396. Θ, 91. Solus, fugientibus aliis ducibus, contra auspicia vult pugnare cum Hectore, Θ, 110, seqq. fugit tamen tandem, suasu Nestoris, 160, seqq. De ejus thorace est 195. Nam, judice Hectore, Græcis in Diomede erant tunc omnia: et ablatio thoracis est consequens pro antecedente, pro cæde, quam optat Hector. Posterior fugerat, 254, seqq. prior revertitur et pugnat. Contradicit in consilio regi, libere, pudenter tamen, I, 31, seqq. ex eventu vituperat missam legationem, cui antea non contradixerat, 691, seqq. Atqui ex eventu nulla res est vituperanda, sed ex rationibus. Cæterum facit id, motus misericordia erga regem. Speculator it cum Ulysse post mediam noctem, K, 159, seqq. circa quem locum somnus ejus sub dio narratur, 150, seqq. qualis fuit Sauli cum Abnero, 1 Sam. xxvi, 5—7. Vocativus, Διόμηδες, est K, 234. et 497, vocatur Οἰνεΐδου παῖς, ab avo suo. Δ, 312. In concilio suadet τὸ ποιητέον, cum Ulysses tantum dixerit τὸ οὐ ποιητέον, Ξ, 109, seqq. ubi et genus suum nobile recenset. Π, 25, 74. Φ, 396. Ψ, 290. 377, 385, ubi flet ob victoriam in certamine ludicro sibi ablatam, quum nusquam alibi in tota Iliade flens inducatur. 405. 470, seqq. 681, seqq. cognatus Euryali, quem adjuvat. 812, seqq. ubi pugnat cum Ajace in certamine ludicro, eumque vel quasi vincit arte aliqua. Celerrime profectus a Troja, post captam eam, γ, 167, et circa. 181. conf. Περθεύς. Sed longe alius fuit Διομήδης ὁ Θρᾷξ, qui filias habebat meretrices, cum iisque cogebat hospites suos rem habere, donec omnino expilarentur: dictus hinc habere τὰς ἵππους ἀνδροφάγους ἢ ἀνδροφόνους. Aristoph. Eccles. 1021, ubi ἀνάγκη Διομήδεια (*ein Diomedischer zwang*) (*a Diomedean compulsion*) alludit ad eam historiam. Vide in A. sub τρίποδος, ad medium.

Δῖον, ου. τό. oppidum Eubœæ, cujus civis Διηνός. Situm in monte, B, 538. Aliud Dium erat Macedonicum: Aliud κατὰ κοίλην Συρίαν κτίσμα Ἀλεξάνδρου: plura alia.

Διόνυσος, ου. ὁ. et ob metrum Διώνυσος et Διόνυσσος. Bacchus. nomen est quasi Διὸς οἶνος, Jovis vinum, cum aliqua mutatione litterarum. Pingitur κερασφόρος: vinum enim (physice Διόνυσος est ὁ οἶνος) cornua et animos addit pauperi. Hinc et aliquis jocans adhibuit versum, B, 381, de convivis rixantibus. Διονυσιάζειν est, potare, περὶ οἶνον ἀσχολεῖν. αἱ τιθῆναι αὐτοῦ notant τὰς ἀμπέλους. Comites ejus finguntur αἱ Βασσάραι, Λυδαὶ, Μακέται, Μιμαλλόνες: hæ incedunt crinibus passis, κιττῷ στεφανούμεναι καὶ ἀμπέλῳ, in manibus habentes partim ἐγχειρίδια, partim serpentes: quæ omnia notant feros et cruentos effectus ebrietatis. Nam Βασσάραι dicuntur διὰ τὸ, βάσιν ἐπ' ἄρᾳ ποιεῖσθαι τοὺς μεθύοντας, διὰ τὸ μανιῶδες: Λυδαὶ vero et Μακέται τοπικῶς intelliguntur, ex Lydia et Macedonia, nam ibi olim summa vini ubertas. Hinc Lycurgus, rex Thraciæ, videns mala ex recens invento vino orientia, vetuit usum vini meri, et docuit eum aqua miscere; nimias etiam vineas succidi jussit: hoc fabulose dicitur, Bacchum puerum, male acceptum a Lycurgo, fugisse in gremium Thetidis, Z, 130, seqq. ubi μαινόμενος est ὁ μανιοποιὸς (en rationem, cur Lycurgus oderit Bacchum) et ministræ ejus hinc dicuntur αἱ Μαινάδες. Modice sumtus, est χαριδότης, Ξ, 325, et dicitur filius Thebanæ Semeles. Apud Ægyptios ὁ Ὄσιρις vini usum et præparationem invenit, qui putatur historice esse ὁ Διόνυσος. Fingitur timidus: dicitur et Λυαῖος, i. e. στασιαστικὸς, nam ἡ λύη est ἡ στάσις, ἥτις παραλύει τῆς φιλικῆς ἑνώσεως. Dicitur et Μαινόλης et Χάλις: unde Χαλιμὰς γυνὴ, ἡ ὑπὸ μέθης χαλωμένη τὸ σῶμα: et Φηγαλεὺς, ab arbore fago, διὰ τὰς ἀναδενδράδας ἀμπέλους. Naxus insula sacra ei, λ, 324, ubi Ariadne dicitur occisa ab Diana ob testimonium Bacchi, i. e. subito ibi mortua est, fortasse ob nimium vinum exhaustum. ω, 74, dicitur ἀμφιφορεὺς δῶρον Διονύσου, i. e. factus ad recipiendum vinum. Vide in A. sub σῦκον, ἥλιος, et κέρας ad finem.

Δῖος, ου. ὁ. Filius Priami nothus. Ω, 251.

Διόσκουροι, ων. οἱ. vide sub Ζεὺς prope finem, et διόσκουροι in A.

Δίσκοι, ων. οἱ. erant λίθοι στρογγύλοι, οὓς χειριζόμενοι ἐρρίπτουν εἰς μῆκος ἢ εἰς ὕψος οἱ γυμναζόμενοι. Εἰ δὲ ἦν ἐκ σιδήρου, ὁ σόλος ἐκαλεῖτο. Nomen est a δίκω, i. e. βάλλω, ἀφίημι: a quo est et τὸ δίκτυον, τὸ κατὰ ὑγροῦ ἀφιέμενον. B, 774.

Δίφιλος, ου. ὁ. vide sub Ζεὺς, prope finem.

Διώνη, ης. ἡ. Mater Veneris ex Jove. Nomen est πατρωνυμικῶς factum: ut ab Ἀκρίσιος Ἀκρισιώνη, sic a Ζεὺς, g. Διὸς, Διώνη. Homerus ergo novit patrem matremque Veneris, ignoratque impudens illud figmentum natalium ejus ex spuma. E, 370.

Διώρης, εος. ὁ. Princeps Elidis. conf. Ἐπειοὶ, ubi genealogia ejus. B, 622. Δ, 517. P, 429.

Δμήτωρ, ορος. ὁ. rex Cypri. ρ, 443.

Δολίος, ου. ὁ. δοῦλος τρεμικῶς τῇ Πηνελόπῃ. ἀγρότης, κηπουρός, δ, 735, seqq. Ejus filius, ὁ Μελανθεὺς, ρ, 212, et filia, ἡ Μελανθώ, σ, 320, seqq. non fideles dominis suis: ipse Dolius vero, cum reliquis liberis suis, fidissimus heræ

suæ et Laërtæ seni, ω, 221, seqq. 386, 396, 408, 496.

Δόλοπες, οἱ. ἔθνος Θετταλικὸν, ἐν ἐσχατιῇ τῆς Φθίας, I, 480.

Δολοπίων, ονος. ὁ. nobilis Trojanus, ὑπέρθυμος in sensu bono. Ejus filius Ὑψήνωρ δῖος, E, 77.

Δόλοψ, οπος. ὁ. dux Græcus. Pater ejus Κλυτιὸς, unde ipse Κλυτίδης. Λ, 302. Alius Dolops est ὁ Λαμπετίδης, ex regio Trojano sanguine, filius τοῦ Λάμπου, valde laudatus, O, 525, seqq.

Δόλων, ωνος. ὁ. Trojanus, cujus pater ὁ Εὐμήδης, κήρυξ. Ipse quidem deformis, celeritate tamen pedum præstans, præterea valde dives. Describitur secundum hæc omnia breviter, K, 314, seqq. Offert se Hectori, speculaturus castra Græcorum noctu: et genus paternum facit eum εὐπειθῆ τῷ Ἕκτορι, et εὔελπιν, ὡς, ἐὰν ἁλῶ, αἰδέσονται οἱ ἐχθροὶ αὐτὸν, οἷά τι θεῖον γένος: ἄσυλοι γὰρ οἱ κήρυκες: πλοῦτος vero facit, ut speret, posse se, si capiatur, dato pretio dimitti: denique celeritas pedum quoque spem dabat. Et vide, qualem hominem poëta hostibus barbaris εἰς κατασκοπὴν elegerit, nihil strenue aut prudenter acturum, sed longe secus: quum a parte Græcorum eadem nocte duo præstantissimi egrediantur ad speculandum. Captus ab his in itinere, præ timore amens, neque jusjurandum ab hoste de vita sua poscit, quod paullo ante ab Hectore non necessarium poposcerat; et plura indicat, quam rogatur. stultissimus ergo θρασύδειλος, et proditor suorum. Ab hoc occiso tota hæc ῥαψῳδία K a priscis vocatur ἡ Δολώνεια, sicut illa in qua Patroclus occisus narratur, ἡ Πατρόκλεια.

Δόρυκλος, ου. ὁ. unus filiorum Priami. Λ, 489.

Δουλίχιον, ου. τό. Una ex insulis Echinadibus, valde fertilis et dives, et in regno Ulyssis nobilissima. Sitæ autem sunt αἱ Ἐχινάδες νῆσοι e regione ostii Acheloi amnis. Habet hæc insula nomen a Dolichio, filio Triptolemi: dicta et ἡ Ὀξεῖα, et Eustathii ævo ἡ Δολίχα. B, 625, seqq. α, 245, 246. ι, 24. ξ, 335, 397. π, 122: 123. 247, 238. Nam ex hac una insula convenerant inter procos, LII nobiles: ut ergo id φῦλον reliquis insulis fuerit ἐνδοξότερον. π, 396, πολύπυρος, ποιήεις. τ, 130, 131. 292. Incolæ dicebantur οἱ Δουλιχιῶται, et οἱ Δουλιχιεῖς, σ, 126, 394, 423. Vide sub δολιχόσκιος in A.

Δρακίος, ου. ὁ. Dux Græcus τῶν Ἐπειῶν. N, 692.

Δρῆσος, ου. ὁ. nobilis Trojanus. Z, 20.

Δρύας, αντος. ὁ. Princeps gentis Lapitharum in Thessalia. A, 263. Alius erat princeps Thraciæ, Z, 130.

Δρύωψ, οπος. ὁ. nobilis Trojanus. Υ, 455.

Δύμας, αντος. ὁ. Princeps Phrygiæ, pater Hecubæ reginæ. Π, 718, 719. Alius erat nobilis Phæax, ζ, 22.

Δυναμένη, ης. ἡ. Nereidum una. Σ, 43. Aqua enim valida.

Δωδώνη, ης. ἡ. Urbs Θεσπρωτικὴ ποτε, deinde vero ὑπὸ Μολοττοῖς ἐγένετο. Ibi ἱερὸν, καὶ τὸ ἐκ δρυὸς μαντεῖον, τοῦ Δωδωναίου Διός: quod quercetum (cave enim putes unicam fuisse quercum, sed intellige singularem, δρῦς, collective positum, de luco quercubus sacris pleno) Sophocles vocat δρῦν πολύγλωσσον ἢ πολύφωνον. Nomen loci est a fluvio ibi, ὁ Δωδών: et is fortasse ab heroina prisca, τῇ Δωδώνῃ, appellationem traxit. Prisci Pelasgi, qui ibi habitarant, illud ἱερὸν, sacrarium, sacrum nemus, instituerunt. Notum est et χαλκεῖον Δωδωναῖον, æs Dodonæum, quod ἐπὶ τῶν πολυλόγων in proverbium abiit: pendebant enim in eo sacro luco tot λέβητες ænei, et tam prope inter se, ut moti vento qualicunque semper sonarent. habet epitheton δυσχείμερος, B, 750. sacer locus describitur Π, 233—235. Cæterum δωδωναῖος, si de deo ponitur, respicit dona, quibus juvat nos ex terra, sicut ἄνα est, αἰθέρι: et sequentia cum his consentiunt, πελασγικὲ, i. e. qui in terra prope es nobis: τηλόθι ναίων, in cœlo habitans: ut supremus deus per cœlum et terram innuatur. ξ, 327, 328. τ, 296, 297. Vide geographos priscos, Strabonem, Pausaniam, Dionysium τὸν Περιηγητήν.

Δωριεῖς, οἱ. (in sing. ὁ Δωριεὺς) Nobilissima gens Græciæ. Habitarunt maxime in Peloponneso, deinde et in sic dicta magna Græcia et in Sicilia: et eorum dialectus latissime sparsa. Habent nomen a Δώρῳ, filio Ξούθου. τ, 177. δωριάζειν in vestitu, est παραγυμνοῦσθαι: nam virgines, et mulieres juniores, pæne nudæ incedebant, maxime domi. Qui mos et apud Lacedæmonios, utpote Dorienses, diutissime obtinuit. Aversabantur corpus strophiis ineptis vinctum, aut alio modo morose obvolutum.

Δώριον, ου. τό. Urbs Nestoris. Civis ejus Δώριος ἢ Δωριεύς. B, 594, ubi simul μῦθος περὶ τοῦ Θαμύριδος.

Δωρὶς, ίδος. ἡ. una τῶν Νηρηΐδων. nam mare et aqua dives est donis. Σ, 45.

Δωτώ, όος. ἡ. Νηρηῒς, ob eandem rationem ac Δωρὶς sic nominata. Σ, 43. Vide sub Θάλεια.

E

ΕἸΔΟΘΈΑ et Εἰδοθέεια, ας. ἡ. Filia Protei, dei marini. ἡ εἶδος θέειν ποιοῦσα, i. e. formosissima. δ, 364, seqq.

Εἰλείθυιαι, ῶν. αἱ. Finguntur filiæ Ἥρης γαμηλίου, ἐπιστατεῦσαι τόκοις. Dictæ παρὰ τὸ ἐλεύθειν: sunt enim αἱ Ἐλεύσεις τοῦ ἐμβρύου εἰς φῶς: et dicuntur filiæ Junonis, i. e. aëris, quia infans inclusus in utero, in partu incipit opus habere aëre: præterea sunt consequens nuptiarum. In singulari est ἡ Εἰλείθυια, quæ armata fingitur telo acuto, i. e. partus sit cum dolore acri: hinc dicitur ab Orpheo ὠδίνων ἐπαρωγὸς, καὶ λεχέων ἐπίκουρος, et λυσίζωνος. Imo in singulari in primis Diana sic dicitur, quæ Romanis est Lucina, Horat. Carm. Sæc. 13. et Lib. 3, Od. 22, 2. Λ, 270. Π, 187. Τ, 103, 119. τ, 188. Hinc mulier, quæ nunquam peperit, dicitur ἀνειλείθυια. τὸ Εἰλειθυιον est sacrum Ilithyiæ.

Εἰλέσιον, ου. τό. Urbs Bœotiæ, in paludibus sita: et nomen est a τὸ ἕλος: κώμη ἑλώδης, et civis ejus ὁ Εἰλεσιεύς. Β, 499.

Εἱμαρμένη, ης. ἡ. Fatum, *das schicksal, (fate:)* decretum dei de existentia mundi et de serie rerum. Apud Homerum nullum est absolutum, est sicut nec apud quenquam sanum; sed hypotheticum, et sub conditione varia etiam varium: sed ex prævisione tamen æterna unicum et certum. Optio conditionis, sub qua hoc vel illud futurum, est sæpe in homine; et istam optionem prævidit deus: consequens autem sub ea conditione, est necessarium hypothetice. Exemplum est Ι, 410, seqq. sic de Sarpedone, Ægistho, Euchenore, sociis Ulyssis, μ, 137, seqq.

Ἑκάβη, ης. ἡ. Hecuba, uxor regis Priami, mater multorum liberorum utriusque sexus. Valde mitis, et liberorum suorum amans. conf. Δύμας, qui fuit princeps Phrygiæ, circa Sangarium fluvium, pater Hecubæ: sed recentiores vocant patrem ejus ὁ Κισσεύς. Et fortasse Ἄσιος ille, Π, 717, memoratus, ὁμομήτριος quidem fuit τῇ Ἑκάβῃ, sed non ὁμοπάτριος. Excipit Hectorem a pugna redeuntem, Ζ, 251, seqq. et admonitu ejus donat adoratque Minervam, 293, seqq. 451. Rogat Hectorem impense, ne pugnet solus cum Achille, sed frustra, Χ, 79, seqq. ubi vides ritum supplicantis filio matris. et 234. occisum luget gravissime, 405, seqq. 430, seqq. ubi est θρῆνος maternus. Priamus communicat cum ea rem, jam decretam apud se, sed tamen, ut bonus maritus, consilium conjugis fidæ exquirit: et ipsa loquitur, ut mulier, ut anus, ut mater præstantis et insepulti et pessime tractati filii, crudeliter in Achillem, Ω, 200, seqq. præit conjugi suo preces, 283, seqq. novus ejus θρῆνος, 747, seqq.

Ἑκαμήδη, ης. ἡ. nobilis fœmina adolescens ex insula Tenedo, capta bello ab Achille: donata Nestori honoris causa et εἰς ἔπαθλον σοφίας, Λ, 623, seqq. filia Ἀρσινόου μεγαλήτορος. Est apud Nestorem, Ξ, 6, seqq. et curat, ex more antiquo, hospitem lavandum. Nomen est ab, ἕκαθεν μήδεσθαι, ex longinquo providere consilio.

Ἕκατος, ου. ὁ. Est nomen Apollinis, ab ἑκὰς, a sagittando procul. Υ, 71. Α, 385. Hinc soror ejus Diana a recentioribus dicta ἡ Ἑκάτη: et hæc mittit τὴν Ἔμπουσαν, φάσμα δαιμονιῶδες, πρὸς ἐκφόβησιν. Hæc Ἔμπουσα dicitur quoque ἡ Ὀνόκωλις et Ὀνόσκελις.

Ἑκατόμβη, ης. ἡ. Vi vocis est sacrificium centum boum. sic et ἡ χιλιόμβη, mille boum. Deinde est in genere sacrificium πολυτελὲς et plurium victimarum, numero rotundo designatarum; ut ἑκατὸν multa indefinite denotet: θυσία ἐκ πολλῶν ζώων. sic ἑκατόνζυγος ναῦς est pro πολύζυγος, multorum transtrorum. Præterea nomen bovis per excellentiam animalis positum: nam poterat recte fieri ἑκατόμβη βοσκήμασι quibusvis, ovibus, capris, etc. Notat ergo per numerum incertum, quodvis magnum sacrificium: κυρίως δὲ τὸ ἐξ ἑκατὸν βόων. si contendas, nomen ex ἑκατὸν et ποῦς vel βάσις esse compositum, ut viginti quinque quadrupedia designet; reclamantes habebis priscos grammaticos. Α, 93, 309. et 315, ἔρδον δ' Ἀπόλλωνι τελήεσσας ἑκατόμβας ταύρων ἠδ' αἰγῶν. et 431, ἄγων ἱερὴν ἑκατόμβην. sic numerus sacrificandorum animalium in singulari indefinite exprimitur. Β, 306, 321, i. e. factum diis sacrum. Δ, 102, 120. Magis apparet numerus rotundus pro certo positus ex Ζ, 115, ὑποσχέσθαι ἑκατόμβας, collato 93, ὑποσχέσθαι δυοκαίδεκα βοῦς: ubi igitur sacrificium, duodecim victimis majoribus faciendum, dicitur ἑκατόμβη. Ι, 531. Μ, 6. Ψ, 146, 147, ubi πεντήκοντα ἔνορχα μῆλα sacrificanda dicuntur ἑκατόμβη. et 206. et 864, ἀρνῶν ἑκατόμβην. 873. ταύρων τε καὶ ἀρνειῶν ἑκατόμβης, α, 25. ἀγακλειτῆς, γ, 59, ubi ex collatione versuum 7, 8, apparet, fuisse tauros 81 mactatos. et 144. δ, 352, 478, 582. ἐξαίτους, ι, 102. η, 202. λ, 131, s. ψ, 279. ν, 350. ρ, 50, 59. τ, 366. υ, 276. si ex duorum generum animalibus constabat tale sacrificium, erat ἡ διττύς: τριῶν ζώων θυσίαι erant τριττύες, e. c. tauri, oves, capræ. Aliæ erant δωδεκάδες vel δωδεκαΐδες, et Ionica contractione δωδεκῆδες. Exemplum χιλιόμβης est in victoria Miltiadis, ubi Athenienses χιλίας χιμαίρας τῇ ἀγροτέρᾳ Ἀρτέμιδι

ἔθυσαν. Et χίλια ζῶα ὑποσχέσθαι deo alicui, dicebant κατὰ χιλίων εὔξασθαι. Διττύες et τριττύες possunt et esse simpliciter, duorum aut trium animalium.

Ἕκτωρ, ορος. ὁ. Optimus filiorum Priami, et regni hæres; fortasse et jam corregens assumtus a patre sene. Nomen est ab ἔχω, teneo; hinc et ancoræ dictæ ἕκτορες πλημυρίδος, i. e. κυμάτων ἐφεκτικαί. conf. Plato in Cratylo. Ob fortitudinem bellicam dicitur sæpe ἀνδροφόνος, Α, 242. μέγας κορυθαίολος, nam erat grandi statura, et valde alacer, Β, 816, coll. 802, 807. Increpat Paridem, fratrem germanum, Γ, 38, seqq. coll. 66, ubi Paris ei per obliquum objicit formositatis defectum. Nam dignitas quidem et majestas imperatoria inerat in vultu et habitu corporis; etsi minus pulcritudo, qualem Paris habebat. Dirigit certamen singulare Menelai et Paridis, Γ, 76, seqq. Cedit in pugna, Δ, 505. Ἕκτορι δίῳ gratificatur Pandarus, φέρων χάριν, Ε, 211. et 471, seqq. increpatur a Sarpedone. et 603, seqq. laudatur ab hoste, θεοφιλής. et 680, seqq. defendit Sarpedonem. Habet ἔγχος δεκάπηχυ, Ζ, 318. colloquitur cum Helena, 359, seqq. cum uxore, 370, seqq. et vocativus, 429, ab uxore prolatus, exprimit amorem et simplicitatem conjugalem. Et Andromache circa eum locum maxime affectuose loquitur. 460, seqq. 494, seqq. 515. Pugnat, Η, 38, et laudatur ab Apolline. Est ἐπαινετικὸς ἑαυτοῦ, ἐκ μεγαλοψυχίας καὶ φιλοτιμίας, simul ad ostendendum, quod sit dignus cum quo congrediatur aliquis ἄριστος, Η, 75, 90. 233, seqq. 237—241, ubi est ἔπαινος ἐπιστήμονος στρατηγοῦ. Pugnat per μονομαχίαν cum Ajace, Marte æquo, 288, seqq. laudat Ajacem. Pugnat contra Diomedem, Θ, 89, 96, 119, seqq. quem increpat fugientem, 160, seqq. effertur secunda fortuna, 172, seqq. pugnat feliciter, 215, seqq. 473. 493. laudatur ab Achille, ut legatis Græcorum aures doleant, Ι, 355, 356, quasi Hector sit omnis Troja. θεοφιλής, Κ, 49. mittit speculatorem, 300, seqq. et agit in omnibus βασιλικώτερον. vincit, Λ, 284, seqq. 819. 163, seqq. Est in Iliade persona altera, Μ, 10, 39. θρασύς, 60. de laude ejus est 103, seqq. est εὐμετάβολος, καὶ πρὸς ἐναντιότητα θελημάτων εὐμετάπτωτος: hinc paret Polydamanti suadenti, Μ, 80, mox eundem increpat, 230. Meminit tamen in supremis suis postea Polydamantis sapientis. Primus occupat murum Græcorum, Μ, 438, seqq. et irrumpit in castra. Pugnat fortiter, Ν, 136, seqq. 688, seqq. 720, 725. Incusat Paridem, jam insontem: sed Hector ad iram pronus; ergo eam effundit in eum, qui alias ei erat invisus, Ν, 769, seqq. nam sic solent principes, ut, si quid male eos habet, indignationem effundant in eum, quem minus amant, quantumvis jam bene egerit. ἀσπὶς ejus, Ν, 803. et ex 805 apparet, cur dicatur κορυθαίολος. Ξ, 364, 375. Opponitur gloriose Neptuno, 388—390. 402, seqq. Vulneratur graviter, 409, seqq. laudatur a Jove, Ο, 15. et 68, mors prædicitur. et 244, s. Ἕκτορ υἱὲ Πριάμοιο, ubi υἱ ante vocalem corripitur, et ε ante positionem πρ producitur. Cæterum Jupiter eum ibi excitat ad pugnandum pugnat, 329, 346, 415, 458. allocutio ejus valde gravis, 486, seqq. Est φιλόπατρις, et strenuus hortator, melior Tyrtæo, 494, seqq. 515, 610, 671. Valde vocalis, Π, 77, pugnat pro Sarpedone, Π, 536, seqq. 721, seqq. 818, seqq. interficit Patroclum, et capit arma Achillis, 828—840, Ρ, 21, 72, 125. 142, εἶδος ἄριστος: ergo non, secundum quosdam recentiores, εἰδεχθὴς καὶ στραβός. Cæterum εὐμεγέθης, 210. Respondet Glauco, maxime ad ultimum probrum de Ajace, reliqua transmittit, 169, seqq. alloquitur ἐπικούρους, et pro alimentis iis datis reposcit eorum sanguinem, 220, seqq. nam tales sunt οἱ μισθοφόροι, 428. 483, seqq. 710. 754, 758. Achilles vocat eum δῖον, Σ, 103. 91, 154. crudeliter vult sævire in occisum Patroclum, 175, seqq. spernit consilium optimum, 284, seqq. Dicitur μέγας, ut Achilles magis irritetur, Τ, 134. Υ, 240, 364, seqq. 432, seqq. Φ, 5. 279. 296. Occiditur ab Achille, et vaticinatur moriens, Χ, 5. 78, seqq. 82. 98, seqq. ubi pœnitet eum, quod recte suadenti non paruerit: et dat exemplum eorum, qui, cum peccarunt, id tamen sibi exprobrari nolunt: Est præterea exemplum animi excelsi, qui mortem honestam præfert vitæ exprobrationibus obnoxiæ. Denique docet, in extremo discrimine constitutum aliter judicare, quam in felici statu: nam antea neglexerat Polydamantem, at nunc laudat et reveretur. 113, seqq. ubi dicit, in sua manu fuisse bellum finiendum. At id curare debuisset tempore fœderis, in Γ memorati. 161, 168, 182, seqq. 232, 249, 277, 311, seqq. 358, seqq. 380, 394. Tractus mortuus ab Achille, sic ut pedes superne ad currum essent ligati, solum caput in pulvere traheretur, 395, seqq. 369, seqq. et fuit κυανόθριξ, 402. 455, seqq. 471, seqq. 486. luctus de eo in urbe. Ponitur in terra in faciem, contumeliæ causa, Ψ, 24, seqq. Venus conservat cadaver ejus, 185, i. e. mulieres misericordes in tabernaculo Achillis, id in umbra posuere. Pius fuerat in deos: hinc et post fata θεοφιλής, Ω, 33, seqq. 50. 66, seqq. Raptatur corpus ejus sæpius per dies duodecim, nec tamen putrescit: solent enim corpora vegeta diu resistere putredini, 15, seqq. Redimitur tandem, et sepelitur magnifice, cum luctu ingenti, Ω, 58, seqq. 258, quo loco apud θεὸς deest ὡς: et extollitur a patre velut melior quam qui debuerit genitus esse a mortali. 276, 384, 390, 499, 509, 553, 561, 593, 657, 660, 704, 739, extra pugnam valde μείλιχος. 786, 804. Ἑκτόρεος χιτών, Β, 416. Ἑκτορέη κεφαλή, i. e. Ἕκτωρ, Ω, 276, 579. Ἑκτορίδης, Ζ, 401. Nomen ejus est, τῆς τοῦ ἥρωος περὶ τὴν πόλιν φυλακτικῆς προμηθείας σημαντικόν: nam Ἕκτωρ est idem quod συνεχὼς καὶ κρατητής. Plutarchus

in Arato narrat, quod Lacedæmone juvenis, ἐμφερέστατος Ἕκτορι γενέσθαι λεγόμενος, ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν θεωμένων κατεπατήθη, ὅτι διὰ θαῦμα οἱ θεαταὶ εἰς σύγκωμα συνεστράφησαν. Vide in A. sub εἶδος, prope initium.

Ἔλασος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, a Patroclo occisus. Π, 696.

Ἐλάτη, ης. ἡ. filia τοῦ Ἀλωέος. ingens statura. conf. in A.

Ἔλατος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, ab Agamemnone interfectus, Z, 33, seqq. Alius fuit procorum unus, χ, 267.

Ἐλατρεύς, έως. ὁ. nobilis Phæax. ab ἐλατρεῖν, i. e. ἐλᾶν. Θ, 111, 129.

Ἑλένη, ης. ἡ. Omnium fœminarum sui ævi formosissima. Habet nomen ab ἑλεῖν, quam quis eligere velit. Prudens quidem fuit mirum in modum, etiam animosa: sed minime φίλανδρος in vero sensu, nec Menelaum nec Paridem vere amans. Fuit causa belli inter Græcos et Trojanos, B, 160, seqq. et 356, 590, ubi ὁρμήματα Ἑλένης passive notant, impetus in Helenam factos: στοναχαὶ vero active, quia credulus Græcus putabat eam invitam esse apud Trojanos. Jus jurandum a patre ejus Τυνδάρεῳ postulatum conjunxit principes Græcos, de quo apud Euripid. Iphig. Aul. 57, seqq. 51, seqq. quod et tangit Teucer apud Sophoclem in Ajace. λευκώλενος, Γ, 121. texit telam, cui intexuit historias sui ævi, 125, seqq. Ea tela erat quasi poësis picta, quam Homerus in libro suo pinxit. Hinc amat eam poëta, et excusat quantum potest. Spectat pugnam Menelai et Paridis, Γ, 130, seqq. et desiderat virum priorem 139, s. 173, seqq. Inter spectandum narrat multa Priamo de Græcis, 146, seqq. 161, seqq. unicam suam filiam, τὴν Ἑρμιόνην, a se relictam dolet, 175. Recentiores ei dant duos quoque filios ex Menelao, τὸν Νικόστρατον καὶ Αἰθιόλαν, vel ut alii eos vocant, τὸν Δίαιθον καὶ Μαράφιον: nec non ex Paride unum filium τὸν Κόριθον, quem alii vocant τὸν Ἕλενον: sed id ignorat Homerus, nec sit verisimile. Cæterum l. c. nihil ad Priamum loquitur de priore marito suo, quasi magnifaceret eum, κολακεύουσα τῷ βασιλεῖ, ut tamen magis amari a se filium ejus videri possit. Δῖα γυναικῶν, 171, Διὸς ἐκγεγαυῖα, 199, 418, κούρη Διὸς, 426. Ἀργείη, i. e. Πελοποννησία, 458. fratres ejus, Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης, Διόσκουροι, 236, seqq. eo tempore jam mortui. εὔκομος, 329. favetur ei Trojæ, ob pulcritudinem, et mores suaves, 450, seqq. etsi maritus ejus, Paris, magno erat plerisque odio. Cæterum ejus φιλοπευστικὸν καὶ εὐμαθὲς apparet ex hac rhapsodia, circa 125, seqq. εὐπατέρεια, Z, 292. suadet marito pugnam, 337, seqq. et poterat vi eloquentiæ suæ plurimum. Hinc et Hector convertit orationem ad eam, 363, respiciens ad 337, 338. Et in Odyssea, δ, 219, seqq. dicitur habere κρητῆρα, formidinis expulsorem: qui κρητὴρ erat ἡ συμβουλευτικὴ τῆς ἡρωΐδος ὁμιλία. Testatur pœnitentiam suam ἐπὶ τῇ ἁρπαγῇ, Γ, 236. Z, 344, seqq. ubi simul male precatur Paridi, 349, seqq. et sistit se intelligentem: nam cum Paris τὸν χόλον, quo vocabulo Hector usus fuerat de ἀργίᾳ Paridis, 326, serio sic dictum intelligeret; ipsa rectius mentem ejus se cepisse ostendit. Pulcerrimæ Troades sunt post eam pulcræ, I, 140, 282, 339. N, 766. et 625, ubi rapta narratur una cum multis vasis pretiosis. conf. κουριδίη in A. et X, 114, seqq. ῥιγεδανή, T, 325. Luget Hectorem, et narrat de se, Ω, 761, seqq. Quod post primogenitam filiam nullos alios peperit natos, diserte testatur poëta, δ, 12, seqq. nimirum ne ante tempus senesceret. Prodit, Dianæ par, diu post reditum suum a Troja, δ, 121, seqq. ubi simul large donata in itinere narratur. Spectat accurate Telemachum, 138, seqq. nam mulier, ad amandum nata, est attenta spectatrix formarum virilium, præterea valde μνήμων eorum quæ semel cum cura vidit. Flet, 184. Habet φάρμακον egregium, ex Ægypto allatum, 219, seqq. conf. φάρμακον in A. Narrat res Trojanas, et quomodo Ulyssi, pro speculatore venienti, prodiderit Trojanos, δ, 242, seqq. ex quo apparet, quam perfida sit omnis amica illegitima. conf. φρένες in A. Fatetur se raptam sua sponte, 254, seqq. 260. laudat virum, 263. explorasse se dicit equum ligneum, 279, seqq. et μῦθος recentiorum addit, eam fuisse valde φωνόμιμον, i. e. potuisse imitari vocem cujusvis fœminæ; et habuisse id donum a Venere. Menelaus dicitur morti subducendus, quia habeat Helenam, et gener sit Jovis, 569. Helenæ causa periere multi, λ, 437. Eumæus exsecratur φῦλον Ἑλένης, amore domini sui, ξ, 68, ubi non omnino totum φῦλον, nam et domini sui erant propinqui Helenæ; sed patrem matremque ejus, et ipsam. Cubile ejus inter magnam numeratur fortunam, ο, 58. et 123, seqq. describitur δεξιοτάτη ἱστουργεῖν. Et poëta gaudet hoc nomine, unde id repetit crebrius. Interpretatur augurium, 171, seqq. Telemachus eam se vidisse in parte felicitatis numerat, ρ, 118. Pro Helena εὐπατερείῃ pugnavit Ulysses εἰνάετες, χ, 227. excusatur, ψ, 218, seqq. et h. l. post ἤδη est colon, nam id verbum pertinet ad gnomen præcedentem, multos esse seductores formosarum, et fata his esse sæpe divinitus adversa. Laudatur ibi a Penelope, vel διὰ συγγένειαν, vel et ἵνα μὴ δόξῃ εἶναι φιλοσκώμμων, ad quod vitium maxime proclivis est fœmina: et dicit, Helenam sibi fuisse exemplo, ut eo magis caveret impostores. Quod ob eam omnis sexus muliebris male audierit iis temporibus, testatur Euripides, Orest. 1153. conf. Μενέλαος, Πάρις, Ἀλέξανδρος. Qui contendunt, eam, tempore belli, non fuisse Trojæ, sed in Ægypto detentam a Proteo, nituntur narratione Herodoti, Lib. 2. c. 113—120, et fabula Euripidis, quæ inscribitur Helena: et habent Homerum adversantem. Quem si poëtæ nomine rejiciunt testem; res ipsa tamen vide-

tur confirmare, eam omnino Trojæ fuisse. Vide in A. sub ἔτος, et νύμφη.

Ἕλενος, ου. ὁ. Filius Priami, antea vocatus Σκαμάνδριος: sed quum adolescens missus esset in Thraciam ad Helenum, τὸν τοῦ Ἠδωνοῦ Θρακὸς οἰὸν, qui erat μάντεων διαπρεπέστατος, ad discendam vaticinandi disciplinam; reversus, in memoriam hujus sui magistri, assumsit sibi nomen ejus, narrante id Arriano. Πριαμίδης Ἕλενος, οἰωνοπόλων ὄχα ἄριστος, Z, 76, seqq. cui, ut vati egregio, paret Hector, non pariturus si alius tam turpe suasisset. sic et H, 44, seqq. est dux inter duces bellicos, M, 94. pugnat ingenti gladio, N, 576, seqq. et arcu, 582, seqq. N, 758, 770, 781, βίη Ἑλένου, i. e. Ἕλενός, Ω, 249. Alius hujus nominis erat Græcus princeps, Οἰνοπίδης, E, 707.

Ἐλεφήνωρ, ορος. ὁ. dux Abantum ex Eubœa, filius Χαλκώδοντος. ὄζος ἄρηος, i. e. πολεμικὸς καὶ ἀρήϊος. B, 540. Δ, 463. nomen est compositum ab ἀνὴρ, et ἐλέφω, i. e. ἐλεφαίρω: ἄνδρας ἐλεφαίρων. Vide sub ἐλεφαίρω in A.

Ἐλεών, ῶνος. ἡ. Civitas Bœotiæ, dicta a τὸ ἕλος: nam erat regio ἑλώδης. B, 500. K, 266.

Ἑλίκαι, ῶν. αἱ. oppidum in regno Trojano, ubi princeps erat ὁ Ἀντηνορίδης. Γ, 123.

Ἑλίκη, ης. ἡ. locus in Peloponneso, ubi Neptunus præcipue cultus. Et maxime οἱ Ἴωνες ei ibi faciebant sacra, tauro immolato; qui si θυόμενος ἐρεύξηται μυκητικῶς, rite factum sacrum putabatur. B, 575, εὐρεῖα. Θ, 203. Hinc Neptunus dictus Ἑλικώνιος, ὁ ἐν Ἑλίκαις τῆς Ἀχαΐας præcipue cultus. Alii tamen referunt hoc epitheton ad illas Asiaticas Ἑλίκας, paullo ante memoratas; quia ibi habitaverant olim Ἴωνες, et quia et ibi sacrum Neptuni. Cæterum Æoles ex genitivis numeri pluralis faciunt adjectiva possessiva: e. c. ἕτεροι, ἑτέρων, ἑτερώνιος: ἄλλοι, ἄλλων, ἀλλώνιος: ἔτυμοι, ἐτύμων, ἐτυμώνιος: ἄνεμοι, ἀνέμων, ἀνεμώνιος et euphonice ἀνεμώλιος. sic et ἑλίκαι, ἑλικῶν, ἑλικώνιος.

Ἑλλάς, άδος. ἡ. Proprie est urbs Thessaliæ, quam condidit et possedit ὁ Ἕλλην, filius Φθίου, υἱοῦ Ἀχαιοῦ. clara ob formosas mulieres. Possedit eam postea Peleus, Achillis pater. Civis ejus dicitur ὁ Ἕλλην. Deinde in genere regio ea omnis dicta ἡ Ἑλλάς, in qua οἱ Μυρμιδόνες habitabant, qui Ἀχαιοῖς et Ἕλλησι accensebantur: imo tota regio cis Peloponnesum dicta ἡ Ἑλλάς: Cives in genere communi dicuntur οἱ αἱ Ἕλληνες, attice. Sic τὸ Ἄργος omnem notat Peloponnesum. Ἑλλάδα καλλιγύναικα, B, 683, ubi est urbs ipsa. Sic et I, 395. 447. sed 474 est regio illa. Π, 595. καθ' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος, α, 344, ubi ab urbibus his clarissimis duæ partes Græciæ universæ designantur. sic et δ, 726, 816. ἀνὰ Ἑλλάδα Φθίην τε, λ, 495, ubi urbs et regio componuntur. Rursus generaliter est ο, 80. Hinc οἱ Ἕλληνες in specie sunt habitatores ejus urbis et ad eam pertinentis regionis, subjecti Peleo et Achilli, B, 684. deinde omnes Thessali, 530, qui et Πανέλληνες dicti. Denique omnes Græci, rarius tamen. conf. Θεσσαλία. Vide sub Ἀχαιοί

Ἕλλη, ης. ἡ. soror Φρίξου, θυγάτηρ Ἀθάμαντος καὶ Νεφέλης. Hanc Nephelen duxerat Athamas, spreta priore conjuge, quæ erat ἡ Ἰνώ. sed hæc, recepta deinde, odio persequebatur liberos τῆς Νεφέλης. Dolo igitur, corruptis seminibus terræ, adipiscebatur oraculum, desiturum esse id sterilitatis malum, si mactarentur isti liberi. Sed Κριός τις enuntiavit pueris consilia ista, eosque abduxit cum multis divitiis in navi, cui ex nomine suo insigne fecerat arietis. Hinc fabula est ficta, quod is κριὸς fuerit, cui insidentes pueri aufugerint: Hellen periisse in itinere: Phrixum incolumem pervenisse in Colchidem, ibique, sacrificato illo ariete, (i. e. diis sacrata illa nave, cum magna parte divitiarum) pellem ejus auratam suspendisse Jovi φυξίῳ, quam custodierit draco ἄϋπνος, et quam deinde petierint οἱ ἀργοναῦται. Sed et eadem illa Ἰνὼ periit non multo post in mari, cum filiolo suo Μελικέρτῃ, cum fugeret maritum furiosum. Si recordaris, insignia navium fuisse eminentia in prora, ratio fabulæ de ariete facile apparet. Sic ταῦρος fuerat insigne navis, in qua abrepta est Europa. Ab ista autem Helle dictus postea est ὁ Ἑλλήσποντος; qui vel latiori significatu notat τὴν περὶ τὸν ναύσταθμον Ἑλληνικὸν θάλασσαν, et hinc habet epitheton πλατὺς, et ἰχθυόεις κατά τι ἐξαίρετον, H, 86. I, 360. et in ejus littore multa sepulcra heroum, conspicua præternavigantibus: proprie autem et strictiori significatu est ille στενὸς πορθμὸς, διείργων τὴν Θρᾴκην καὶ τὴν Τρωάδα, et qui dicitur ἀγάῤῥοος, ab ἄγαν ῥέειν, nam aqua ejus freti vehementer fluit a septemtrione versus meridiem, unde et ab Herodoto dicitur ἁλμυρὸς ποταμός. B, 845. M, 30. Confer jam O, 233. P, 432. Ψ, 2. Ω, 346, 545. ω, 82. et contextus dabit, an ὁ πλατὺς Ἑλλήσποντος, i. e. θάλασσα μέχρι Σιγείου, an vero fretum ipsum, intelligi debeat.

Ἕλος, εος. τό. urbs maritima Laconiæ. B, 584. Ejus cives οἱ Εἵλωτες, et Εἱλῶται, et Ἑλεάται, et Ἕλιοι: fœminæ autem αἱ Εἱλώτιδες. Hi bellum facientes Laconibus, socii τοῖς Μεσσηνίοις, victi et subacti, pro servis postea habiti sunt a Lacedæmoniis: hinc deinde εἵλωτες dicti omnes bello capti et in servitutem redacti: qualem servum Thessali vocabant πενέστην, Cretenses κιλλικύριον, Heracleenses Pontici μαριανδυνὸν, Syracusani ἀρόττην. Laconici illi Helotes perpetuo male affecti erga dominos suos Lacedæmonios permansere: nec sine causa, nam, præter alias adflictiones, etiam quotannis certo verberum numero onerabantur, δίχα γε τοῦ ἀδικῆσαί τι, ἵνα μήποτε δουλεύειν ἀπομάθωσι. Aliud Ἕλος erat urbs Nestoris, B, 594. Appellative vero τὸ ἕλος est locus

ἴγρὸς καὶ σύμφυτος, *ein bruuch, (a bog, marsh,)* qualis locus alias ἡ ζύγρα, i. e. διύγρά τις χώρα, vocatur.

Ἐλπήνωρ, ορος. ὁ. socius Ulyssis. κ, 552, seqq. qui periit sua oscitantia. Anima ejus occurrit Ulyssi, λ, 51, seqq. et rogat multis verbis vilia pleraque. Cupit, monumentum sibi fieri in insula deserta: nisi poëta id vult innuere, ficta esse quæ de ἐκποτισμῷ hujus insulæ dixerit, eamque esse in mari Mediterraneo, nautis frequentatam: aut, curam sepulcri esse naturalem. Cæterum fiunt, quæ anima ejus voluit, μ, 10, seqq. nomen est ab ἔλπω et ἀνήρ. Vide sub ἐλπίζω in A.

Ἔμεια, ας. ἡ. Urbs in Peloponneso. Dicta ab ἐμεῖν, quia apud eam ὁ Θυέστης ἤμεσε, φαγὼν ἐξ ἐπιβουλῆς Ἀτρέως τὰ οἰκεῖα τέκνα. Vide sub ἐμέω in A.

Ἐνέται, ῶν. οἱ. natio circa Paphlagoniam, ubi et muli optimi. B, 852. Eurip. Hippol. 231. Alii Ἐνέται fuere in Thracia. Utri horum concesserint deinde ad mare Adriaticum dictique sint Veneti, docebit te Strabo, Lib. 5. Vide sub Ἀντήνωρ.

Ἐνιῆνες, ων. οἱ. in prosa scribuntur Αἰνιᾶνες: nam poëta ob metrum corripuit τὸ αι in ι: unde colligi potest, sonum τοῦ αι similem fere fuisse τῷ ι apud antiquos, sicut Germanorum vel Romanorum æ. Cæterum dicti ab urbe Thessalica ἡ Αἰνία, a qua iidem dicti et οἱ Αἰνιεῖς, ab Αἰνιεὺς, et Αἰνιοι. In singulari est ὁ Αἰνιὰν, ᾶνος: ut ab ἄλκιμος fit ὁ ἀλκιμὰν, et per syncopen ὁ ἀλκμὰν, ᾶνος, et a νέος, ὁ νεὰν, unde est νεᾶνις et νεανίας. B, 749. Euripid. Iphig. in Aul. 277.

Ἐνιπεὺς, ἕως. ὁ. fluvius Peloponnesi, influens in Alpheum, λ, 237, s. sed quia h. l. de Thessalicis regionibus sermo esse videtur, hinc geographus putat legendum esse Ἐνισεὺς, cujus nominis fluvius est in Thessalia. Cæterum h. l. fluvius ut deus laudatur, pulchro corpore: quum alibi poëta τὸ τοῦ Ἀξίου ὕδωρ tantummodo laudet et pulcerrimum.

Ἐνίσπη, ης. ἡ. oppidum Arcadiæ, in monte situm: unde ἠνεμόεσσα. Civis ejus Ἐνισπαῖος. B, 606.

Ἔνομος, ου. ὁ. ductor Mysorum, simulque magnus οἰωνιστής. B, 858. P, 218. Alius ejus nominis fuit nobilis Trojanus, occisus ab Ulysse, Λ, 422.

Ἐνόπη, ης. ἡ. Urbs Messeniæ in Peloponneso. I, 150, 292.

Ἐνοσίχθων, ονος. ὁ. nomen Neptuni. Λ, 741. cf. in A. sub χθών.

Ἐνυεὺς, ἕως. ὁ. Dux Scyri. I, 664.

Ἐνυὼ, όος. ἡ. fingitur δαιμόνιόν τι μάχιμον, ab ἕνω (pro φένω, occido) unde est ἐνύω, i. e. φονεύω. possit et deduci ab ἐναύω, i. e. φωνεῖν. clamare, a quo est ἡ ἀϋτὴ, clamor pugnantum, ὁ πόλεμος. Dicitur πότνια, πτολίπορθος. E, 333, 592, coll. 593. Romanis est Bellona. Hinc est ὁ ἐνυάλιος, quæ vox modo ut epitheton modo ut nomen proprium Martis ponitur. B, 651. H, 166. N, 519. P, 211, 259. Σ, 309. Υ, 69, Χ, 132. et dicitur ξυνὸς, i. e. κοινὴ ἡ τοῦ πολέμου τύχη, καὶ ὁ κατ' αὐτὸν κίνδυνος. Est ergo ἐνυάλιος ὁ πολεμικός. In specie autem Mars hoc cognomen reperisse dicitur a cæde principis Thraciæ, qui Enyalius vocabatur. Apud hunc enim Mars in itinere hospitium rogans, repudiabatur, nisi esset fortior ipso armis. Certamine igitur inito, post longam pugnam Mars iratus eum transfixit gladio: et eo tempore Mars valde adolescens fuisse dicitur. Cæterum hic Mars, sic cognominatus, fuit filius Κρόνου καὶ Ῥέας (h. e. furor occidendi inter homines nostros versatus est inde ab antiquissimis temporibus) quum Mars Homericus fuerit filius Jovis et Junonis, h. e. regnorum.

Ἐξάδιος, ου. ὁ. heros priscus ex gente Lapitharum. A, 264.

Ἔξγυος, ου. ἡ. Urbs Siciliæ, ἐξ ἀγυιὰς ἔχουσα. Parva igitur.

Ἐπάλτης, ου. ὁ. nobilis Lycius, a Patroclo occisus. Π, 415.

Ἐπεγεὺς, έως. ὁ. nobilis Μυρμιδὼν, dictus ab ἐγείρω, tanquam valde σπουδαῖος et strenuus. Π, 570, seqq.

Ἐπειὸς, οῦ. ὁ. nobilis Græcus, ἀπόλεμος quidem, præstans tamen πυγμάχος, præterea et architectus equi illius lignei: ἄριστος τήν τε πυγμικὴν (in pugilatu) καὶ τὴν τεκτονικήν. Ψ, 664—695. ubi variis epithetis honestatur, ut pugil et ut homo nobilis. et 838, 839. De equo illo narratur Θ, 493, seqq. λ, 522, seqq. Cæterum narrat de eo Στησίχορος, quod fuerit ὑδροφόρος τοῖς Ἀτρείδαις in castris, ut homo valde robustus; hinc et ad pugnas cum cæteris produci non solitus: præterea, quod in utero jam cum fratre gemino pugilatum exercuerit, et hinc prior eo exierit in lucem. Sed is Stesichorus, ut audax fabularum conditor, non multum fidei sibi peperit in orbe antiquo. Ridetur potius alibi iste Epeus ob infirmitatem virium, cf. Max. Tyr. 27. Diss. Edit. Heinsii. Alium Ἐπειὸν vide deinceps.

Ἐπειοί, ῶν. οἱ. sunt iidem qui et Ἠλεῖοι dicti, quos confer. Infamati ab antiquis ut μέθυσοι καὶ ψεῦσται: hinc Ἔφιππος comicus dixit: Ἦλις καὶ μεθύει καὶ ψεύδεται: οἷος ἑκάστου οἶκος, τοίη καὶ συνάπασα πόλις. Cæterum gens valde nobilis Græciæ, cujus urbs primaria ἡ Ἦλις. Sed sicut Ἄβαντες, Eubœæ incolæ, non a patria sua Εὐβοεῖς, sed a conditore suo Abantes, dicti sunt: sic et hi Ἐπειοὶ non a patria sua. Nam sic duces eorum γενεαλογοῦνται. Ἐπειὸς, rex Elidis: hujus filius ὁ Ἀλέκτωρ, qui timens insidias Pelopis, in societatem regni assumsit sororis suæ, τῆς Ὑρμίνης, maritum, τὸν Φόρβαντα, ipse vero duxit Phorbantis filiam τὴν Διογένειαν. Alectoris filius fuit ὁ Ἀμαρυγκεὺς, et hujus filius ὁ Διώρης. Phorbas vero duos

genuit filios, τὸν Αὐγείαν καὶ τὸν Ἄκτορα. Augeæ duo iterum filii fuere ὁ Φυλεὺς καὶ ὁ 'Αγασθένης, et hic posterior genuit τὸν Πολύξεινον. ὁ Ἄκτωρ vero genuit τὸν Κτέατον καὶ τὸν Εὔρυτον: Κτέατος τὸν 'Αμφίμαχον, Εὔρυτος τὸν Θάλπιον. Hi omnes nominati B, 620, seqq. principes Elidis: et a primo suo rege gens nominari maluit. Vide porro Δ, 537. Λ, 670, 687, 693, 731. N, 686, 692. O, 519. Ψ, 630, 632. cognominantur οἱ 'Επειοὶ χαλκοχίτωνες μεγάθυμοι. εἰς Ἤλιδα δῖαν, ὅθι κρατέουσιν 'Επειοὶ, ν, 275. ο, 297. ω, 430.

'Επήριτος, ου. ὁ. nomen fictum, quo Ulysses se vocari fingit, ω, 305. Est quasi περιμάχητος, de quo contenditur, ab ἐρίζω: potest et notare, honestæ æmulationis studiosum, active. Deberet esse ἐπήριστος, sed Sigma est extrusum, sicut in νήριτος, εὔκτιτος, etc. At ἐπίῤῥητος, ὁ ἡ, est πολύψεκτος, contra quem multa dicuntur, *der sehr beredet wird, der böse nachrede leiden muss, (who is very ill spoken of;)* ut ἐπὶ notet κατὰ, quasi κατάῤῥητος.

'Επίγονοι, ων. οἱ. sic in historia antiqua dicuntur, qui Thebas expugnarunt, posteri vel filii eorum qui ante frustra oppugnarant et perierant. Fuere novem, ὁ Αἰγιαλεὺς τοῦ 'Αδράστου, Θέρσανδρος τοῦ Πολυνείκους, Διομήδης τοῦ Τυδέος, Σθένελος τοῦ Καπανέος, 'Αλκμαίων καὶ 'Αμφίλοχος τοῦ 'Αμφιαράου, Στρατόλαος Παρθενοπαίου, Πολύδωρος 'Ιππομέδοντος, Μέλων 'Ετεόκλου. Thebis autem, tempore hujus secundæ expeditionis, regnabat Λαοδάμας ὁ τοῦ 'Ετεοκλέους, qui et interfectus est ibi. Hinc orta παροιμία, Καδμεία νίκη: nam contra προγόνους vicerant quidem Thebani, sed non nimis diuturna fuit ea gloria, ab ἐπιγόνοις brevi post victi. Notat ergo ἀλυσιτελὴς et frustaneum, etsi magno labore partum. vide Θῆβαι.

'Επίδαυρος, ου. ἡ. Urbs nobilis Argeorum in Peloponneso ad sinum Saronicum. Esculapius ibi præcipue cultus: hinc et nomen quasi ἐπίταυρος, ob multitudinem mactatarum ibi victimarum. Cincta erat mari et montibus: hinc in orbe prisco valde munita. τὸ ἐν αὐτῇ 'Ασκληπιεῖον ἀεὶ καμνόντων πλῆρες, καὶ πινακίων ἀνακειμένων, ἐν οἷς αἱ θεραπεῖαι ἀναγεγράφαται. Dicebatur et λειμηρὴ, quasi λειμῶνας ἔχουσα πολλοὺς, vel λιμηρὴ pro λιμενηρὴ, ὡς πολυλίμενος ἢ εὐλίμενος. A poëta vocatur ἀμπελόεις: nam adjectiva in όεις vel εις sæpe in genere communi ponuntur attice, ut ψολόεις ἔχιδνα, ἠμαθόεις πύλος, etc. B, 561. Alia Epidaurus postea dicta est Δυῤῥάχιον.

'Επικάστη, ης. ἡ. valde formosa. φύσει μὲν μήτηρ Οἰδίποδος, δυσποτμίᾳ δὲ γυνὴ ἐκείνου. Alii vocant eam 'Ιοκάστην. cognito errore matrimonii sui novi, ipsa se suspendit, λ, 270—279.

'Επικλῆς, ῆος. ὁ. nobilis Trojanus. M, 379.

'Επίστροφος, ου. ὁ. dux Phocensium, frater Schedii, B, 517. Alter hujus nominis, clarus dux Lyrnessiorum, frater τοῦ Μύνητος, occisus ab Achille, B, 692, conf. Σελήπιος. Tertius, dux 'Αλιζόνων, quos vide. B, 856.

'Επίστωρ, ορος. ὁ. nobilis Lycius, occisus a Patroclo. Π, 695.

'Επτάπορος, ου. ὁ. Fluvius Troadis ex Ida monte, dictus et πολύπορος, a multis conversionibus, quas currendo facit, sic ut a proficiscentibus recta via, sæpius transiri debeat. 'Επτὰ ergo est numerus rotundus, pro πολύ. M, 20. Talis est et ὁ Μαίανδρος, et ὁ Φάσις, et ὁ Τάρσιος, de quo posteriori narrant, quod plus vicies transiri debeat a proficiscentibus recta via.

Ἔρεβος, εος. τό. locus infra terram, soli oppositus, ex imaginatione. ἐξ 'Ερέβευς, pro 'Ερέβους, ionice, Θ, 368. ἐξ 'Ερέβευσφιν, I, 568. sic dicitur euphonice 'Οδυσσεῦς pro 'Οδυσσέος. εἰς Ἔρεβος στρέψας, κ, 528, versus locum noctis: nam sacra mortuis fiebant occasu solis, facie eo conversa. ψυχαὶ ἐξ 'Ερέβους, λ, 37. et 563, εἰς Ἔρεβος. πρὸς ζόφον εἰς Ἔρεβος, μ, 81.

'Ερεμβοὶ, ῶν. οἱ. sunt gens Arabiæ, alibi dicti Τρωγλοδύται: et quidam id nomen factum dicunt ἀπὸ τοῦ, εἰς ἔραν ἐμβαίνειν αὐτοῦς. δ, 84.

'Ερετμεὺς, έως. ὁ. nobilis Phæax. θ, 112.

'Ερέτρια, ας. ἡ. Altera urbs primaria Eubœæ, ob metrum Εἰρέτρια, B, 537. est pro 'Αρότρια, nam optima farina ibi, hinc cognominata λευκάλφιτος. Civis ejus 'Ερετριεύς. Vocabatur olim ἡ Μελανηΐς. 'Ερετριεὺς, in genit. 'Ερετριέως, contr. 'Ερετριῶς. sic ὁ χοεὺς, species mensuræ aridorum, genit. χοέως, χοῶς. Ac. χοέα, χοᾶ. sic et ὁ Πειραιεύς. Littera ρ apud Eretrienses frequentior: dicti hinc βαρβαρόφωνοι, sicut οἱ 'Ηλεῖοι.

'Ερευθαλίων, ωνος. ὁ. Princeps Arcadum, qui in pugna adversus Pylios cecidit, a Nestore rege Pyliorum singulari certamine occisus: Arcades tamen vicerunt, statim post id certamen irruentes in Pylios. Δ, 319. H, 136. 149, seqq. Habet nomen ab ἐρεύθεσθαι, nam faciem colore rubro illinebat, ut eo terribilior videretur hosti: syllaba αλ ex more est interserta.

'Ερεχθεὺς, έως. ὁ. Rex Athenarum, et simul sacerdos Minervæ: adeo περίκλυτος, ὥστε πάνυ ἔχαιρον οἱ 'Αθηναῖοι 'Ερεχθεῖδαι λεγόμενοι. Dictus et 'Εριχθόνιος. 'Αθήνη eum nutrisse dicta, h. e. erat vir συνετὸς καὶ οἷον τῆς σοφίας τρόφιμος. Dicebatur et genitus terra, h. e. εὐγενὴς domestica stirpe et αὐτόχθων, οὐκ ἔπηλυς. Ergo, ὡς αὐτόχθων, λέγεται ὑπὸ γῆς γεννηθῆναι, γηγενής: καὶ, ὡς ἀγχίνους ὑπὸ τῆς 'Αθηνᾶς τραφείς. Fortasse fuit et grandi statura, sicut Tityus, qui hinc γαιήϊος dictus. Præterea erat vir sanctissimus. B, 547. et domus ejus, η, 81, est ipsa urbs Attica. Genealogiam vides sub, Ἄβαντες. Vide in A. sub δῆμος, ad initium.

'Εριννὺς, ύος. ἡ. et in plurali, αἱ 'Εριννύες, ύων. sunt δαιμόνια τιμωρητικά: μάλιστα μὲν ἐκδικοῦσαι τὰ εἰς γονεῖς ἁμαρτήματα, δοκοῦσαι δὲ καὶ λοιποῖς ἐπεξιέναι ἀδικήμασιν. πτερωταὶ πλάττονται διὰ τὸ ταχὺ τῆς θεόθεν δίκης καὶ ἄφυκτον,

οὐδεὶς γὰρ αὐτὰς δύναται ἐκφυγεῖν: καὶ τρεῖς εἰσὶ, καὶ μέλαιναι διὰ τὸ ἀφανῶς ἐπιέναι τοῖς κακοῖς, καὶ τανυποδες. Habent nomen ab ἔρι, valde, et ἀνύω, efficio, quia sunt ἄγαν ἀνυστικαί: vel ab, ἀρὰς ἀνύειν, exsecrationes et imprecationes justas exsequi. Dicuntur et ἀεὶ παρθένοι, διὰ τὸ μὴ ληπταὶ εἶναι προσώποις, *sie sehen keine person an, (they look at nobody:)* sunt et ἄλαστοι, nihil obliviscentes, unde et μνήμονες dicuntur. Per alia epitheta dicuntur σεμναὶ, δειναὶ, δυνάστεις, ἔμφοβοι, ποίνιμοι: etiam χαλκόποδες, διὰ τὸ ἀκάμαντον, καὶ τὸ βαρὺ τῆς ἐμβάσεως: καὶ μετάδρομοι κακῶν ἔργων. Attici per εὐφημισμὸν καὶ κατ' ἀντίφρασιν eas vocabant Εὐμενίδας, re vera δυσμενεῖς οὔσας: etiam ἀνωνύμους θεὰς, ob εὐλάβειάν τινα. In abstracto vocantur etiam ἄπυρα ἱερὰ, Æschyl. Agam. 70, quia sacris Furiarum neque ignis neque vinum adhibebatur, sed sola libatio aquæ. Maxime persequuntur τοὺς φονεῖς, unde et maxima earum dicta Τισιφόνη, a Virgilio maxima Furiarum; ab Euripide, Iphig. Taur. 963, ἡ πρέσβειρα Ἐριννύων. Duæ ejus sorores juniores sunt ἡ Ἀληκτὼ et ἡ Μέγαιρα. στυγερὰς δὲ ἐπεκέκλετο Ἐριννῦς, pro Ἐριννύας, I, 454. et 567, τῆς δὲ ἠεροφοῖτις Ἐριννὺς ἔκλυεν ἐξ Ἐρέβευσφιν, ἀμείλιχον ἦτορ ἔχουσα. πρεσβυτέροισιν Ἐριννύες αἰὲν ἕπονται, O, 204, i. e. ὑπὲρ τῶν γηραιοτέρων ἡ θεόθεν δίκη ἐστίν: νεμεσῶσιν αἱ Ἐριννύες, εἴπερ τοῖς πρεσβυτέροις οἱ νεώτεροι ἐπίκεινται. Nam duplici modo sequuntur: Ὀρέστῃ γὰρ ἐπὶ κακῷ ἕπονται, διώκουσαι ὡς μητροφόντην: πρεσβυτέροις δὲ βλαπτομένοις, ἐπὶ ἀγαθῷ ἕπονται, δορυφοροῦσαι οἷον καὶ ἀμύνουσαι. Ζεὺς καὶ μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις Ἐριννὺς, T, 87, *die unsichtbar schleichende, (gliding invisibly.)* et 269, Ἐριννύες, αἵτε ὑπὸ γῆν ἀνθρώπους τίνυνται. Novit ergo poëta pœnam divinam post obitum: et hæ ἐριννύες sunt loco δημίων, carnificum, ὑπὸ Διὸς ἐπιταττόμεναι. et 418, Ἐριννύες ἔσχεθον (cohibebant) αὐδὴν τοῦ ἵππου, ubi notant fata mortifera, sed non ante tempus manifestanda. μητρὸς Ἐριννύας ἐξαποτίνοις, Φ, 412. i. e. τὰς μητρικὰς ἀρὰς, δι' ὧν αἱ Ἐριννύες ἐρεθίζονται (excitantur) κατὰ φαύλου παιδός. Nam Juno mater irata erat ei, quod Trojanos juvaret. μήτηρ στυγερὰς ἀρήσεται Ἐριννῦς, β, 135. ὅσσα τε μητρὸς Ἐριννύες ἐκτελέουσι, λ, 279, quæ sunt h. l. ἡ καταῤῥησις τῶν εἰδότων, ἡ ἐκ τῶν πολιτῶν περιφρόνησις, ἡ τῶν προσγενῶν ἀποστροφὴ, τηκεδόνες νόσων, φόβοι νυκτερινοὶ, τὸ δὲ μεῖζον ἡ σύνεσις ὅτι συνοίδεν εἰργασμένος δεινά: quæ omnia sunt pœnæ secuturæ ob læsam matrem. confer in A. μήτηρ, aliquanto a fine. θεὰ δασπλῆτις Ἐριννὺς, ο, 234. πτωχῶν θεοὶ καὶ Ἐριννύες, ρ, 475, i. e. pœna divina ob læsum et gementem pauperem. αὐτὰς ἔδοσαν στυγερῇσιν Ἐριννύσιν ἀμφιπολεύειν, υ, 78, quod notat, has puellas ex patria exportatas, et traditas duris dominis, quibus servirent. Vide in A. sub μοῖρα, aliquanto sub medio.

Ἔρις, ιδος. ἡ. Personificata dicitur Ἄρεος κασιγνήτη τε Ἑτάρη τε, Δ, 440, seqq. nam sine ejusmodi lite nulla unquam esset pugna: Ex parva sæpe causa nascitur, et augetur valde, ut fama de ea per cœlum, i. e. per aërem et orbem terrarum, eat. Est ergo numen bellicum, E, 518. Σ, 535. Allegorice est Græcorum ἐρεθισμὸς πρὸς μάχην, Λ, 3, 4. Nam qui noctu fugere voluerant abjecta ἔριδι, ii nunc resumunt eam, et toti sunt intenti ad pugnandum, irritantes se invicem. sic et 73, seqq. Est ergo ibi quasi dea, habens in manu τέρας τι, i. e. σημεῖον, e. c. ξίφος aut tale quid, concitans ad pugnam. Ἔρις in genere est, *die reizung, (incitement,)* quæ potest esse ἀγαθὴ, studium certandi et æmulandi in bono: sed illa bellica est κακή.

Ἐριφύλη, ης. ἡ. Uxor Amphiarai, optimi auguris et regis: ipsa vero filia Ταλαοῦ, soror τοῦ Ἀδράστου. Quia Amphiaraus et Adrastus sæpe dissenserant, compromittunt, arbitrum se sumturos semper Eriphylen, prudentem pariter ac formosam. Quum igitur Thebanum primum bellum esset suscipiendum, Amphiaraus, providus futuri, tergiversabatur et dissuadebat bellum; Adrastus vero id vehementer volebat. Eriphyle ergo, corrupta donis pretiosis ab Adrasto acceptis, præcipue vero monili aureo, (ὅρμῳ χρυσείῳ) ad bellum gerendum hortata est. Id intelligens Amphiaraus, ex pacto quidem obedivit uxori: sed filio suo Ἀλκμαίωνι (quem Pindarus vocat Ἀλκμᾶνα) mandavit, ut, si vir factus esset, ulcisceretur matrem. Nam Amphiaraus præsciebat, se periturum eo bello non necessario sibi. Quod utrumque sic est factum, materque deinde a filio occisa. Poëta hanc καλὴν καὶ συνετὴν Ἐριφύλην vocat στυγερὴν, odio dignam, quod accepto auro salutem mariti neglexerat. λ, 325, 326. ο, 244—247. Vide sub Ἀλκμᾶν, et Ἀμφιάραος.

Ἐριχθόνιος, ου. ὁ. Rex Dardaniæ, ditissimus in re pecuaria, Υ, 219, seqq. 230. Conf. Ἐριχθεὺς, cum quo hic non est confundendus. Vide sub Βάτεια: item in A. sub πόλις, aliquanto sub medio.

Ἐριῶπις, ιδος. ἡ. Uxor Ὀϊλέως, mater Ajacis minoris, noverca non nimis æqua privigno suo τῷ Μέδοντι. N, 697. O, 336. Nomen notat idem quod βοῶπις, imo et quod ἡ Εὐρώπη.

Ἑρμῆς, οῦ. ὁ. contracte ex ὁ Ἑρμέας, seu. Mercurius. sic ex Ἀπελλέας fit Ἀπελλῆς, ex Θαλέας Θαλῆς, etc. Est ab εἴρω, i. e. ἀγγέλλω, (cujus futurum ionice est ἐρέω pro ἐρῶ) a quo est ὁ ἐρέας, ad formam ὁ Αἰνέας, et inserto μ, mutatoque spiritu, Ἑρμέας. conf. lit. M in A. Est in genere ὁ λόγος, ratio, *die denkende kraft, (the thinking faculty;)* deinde oratio, *die rede, beredsamkeit, (speech, eloquence,)* maxime in rebus practicis et in negotiis suscipiendis: in specie λόγος κλέπτων ἐπὶ καλῷ, *die klugheit sich zu verstellen, (prudence to dissemble:)* ponitur et pro εὐτυχίᾳ, unde ista ipsa dicitur ἡ εὑρεμία, et εὑρεμεῖν est εὐτυχεῖν, et τὸ Ἕρμαιον est εὐτυχὲς εὕρημα. conf. κλῆρος

in A. Nam ratio prudens in negotiis est κερδῷόν τι. Numerus quaternarius erat ei sacer ob stabilitatem suam: hinc cum quatuor faciebus sæpe pictus, vel caput ejus in cubo stabat. Quia λόγος omnia pervadit, hinc est in cœlo διὸς ἄγγελος, et ad inferos ὁ καταχθόνιος καὶ ψυχοπομπὸς, et χθόνιος καὶ θαλάσσιος: πάντα γὰρ ὁδευτὰ λόγῳ καὶ ἁλώσιμα. Omnium prima de eo notio est, ὁ λόγος ὁ ἑρμηνεύων τὰ τῆς ψυχῆς βουλήματα, *die rede, (speech.)* ʽΕρμείας, ob metrum pro ʽΕρμίας, ἄναξ, B, 104. ʽΕρμίᾳ ἐξήγγειλεν ὁ δ' ἐξέκλεψεν Ἄρηα, E, 390. ʽΕρμείας αὐτὸν ἐφίλει, Ξ, 490, nam antiqui τὰς εὐποτμίας ad Mercurium referebant, et hinc dicitur quoque ἡ δυσεργμία, infortunium: Habet præterea Mercurius epitheton, νόμιος, fortunans rem pecuariam. ʽΕρμείω, quæ est syncope Ionica, ex ʽΕρμείεω, pro ʽΕρμείου, O, 214. sic Βορέω pro Βορέεω, et id pro Βορέου, ab ὁ Βορέας. καλῆς Πολυμήλης κρατὺς Ἀργειφόντης ἠράσατο *(verliebete sich in sie) (fell in love with her)* καὶ παρελέξατο λάθρῃ ʽΕρμείας ἀκακήτα, pro ἀκακήτης, i. e. ἐπιεικὴς, Π, 180—186, ex quo congressu natus est ὁ Εὔδωρος. ʽΕρμείας ἐριούνης, ὃς ἐνὶ φρεσὶ πευκαλίμῃσι κέκαστο, Υ, 34, 35. nam et est λόγιος et δόλιος: utrumque magis apud Græcos erat, hinc auxiliari fingitur Græcis. et 72, σῶκος ἐριούνιος ʽΕρμῆς, oppositus τῇ Λητοῖ, quam confer. Non vult tamen pugnare cum Latona, Φ, 498, et circa: docetque, revereri superiores. ἑκὼν εἴκει, καὶ οὐκ αἰδεῖται ἀδοξίαν εὔλογον, ἀλλὰ ἄτυφός ἐστιν. Ἀργειφόντης potest exponi, ἀργὸς φόνου, abstinens cæde, nam est εἰρηνικός: magis vero φιλεῖ μίξεις, Θ, 342, h. e. oratores amant τὸ ἐπαφρόδιτον καὶ ἐπίχαρι ἐν γραφαῖς. κλέψαι ὀτρύνεσκον ἐΰσκοπον ἀργειφόντην, Ω, 24, nam est furtorum, h. e. clandestinarum actionum, præses. et 335, seqq. ubi mittitur ad Priamum, et hunc deducit in castra Græcorum. Re vera, præmiserat Achilles unum ex suis ὑποστρατήγοις, qui regem et tuto et clam ad se perduceret: vel et amici Achillis, corrupti a Priamo per clandestinos nuntios, aliquem nobilem miserant regi obviam condicto tempore. et 340, ubi διάκτορος ἀργειφόντης poëtice describitur. 353, 360, 372, seqq. 378, 390, 397. 457, seqq. 679, 700. figuratur διὰ τῶν πεδίλων τὸ βέβαιον καὶ ἔμπεδον τοῦ λόγου, διὰ χρυσοῦ τὸ λαμπρὸν, διὰ πτήσεως τὸ ταχύ. ῥάβδος Mercurii mythice est donum ab Apolline, cui Mercurius vicissim dedit χέλυν, i. e. τὴν ἐξ ὀστράκου χελώνης γινομένην λύραν κατ' ἀρχὰς, quam is invenerat: et notat hæc virga vim eloquentiæ. sic mittitur ἐΰσκοπος ἀργειφόντης, α, 38, s. 84, s. coll. ε, 28, seqq. ubi illa missio, in α proposita, tandem peragitur, ad nympham Calypso. Et hæc duo sunt loca in Iliade et Odyssea ubi mittitur Mercurius ut diaconus. Ἶρις in Iliade sæpe, in Odyssea nusquam, mittitur. Mercurius quidem et animas evocat, deducitque: sed non ut minister, et jussus, sed ut οἰκεῖον ἔργον, ω, 1, seqq. 10, 99, s. hinc dictus ψυχοπομπός. ῥάβδος ejus describitur ε, 47, seqq. incidit πόντῳ, λάρῳ ἐοικὼς, ε, 51, nam de itinere maritimo est sermo, deinde et διὰ τὸ λευκὸν καὶ ὡς εἰπεῖν ἐναργὲς τοῦ λόγου: a quo dicitur ἀργειφόντης, h. e. λόγος ἐναργῶς φαίνων τὰ κατὰ ψυχὴν, *die rede zeiget deutlich was in der seele ist, (speech makes manifest the sentiments of the soul.)* imo avis illa λάρος convenit nomine cum τῷ λαρῷ, i. e. γλυκεῖ: τοιοῦτος γὰρ ὁ ʽΕρμῆς, i. e. λόγος, πολὺ ἔχων τὸ λαρόν. Et re vera blanditiis suis Ulysses ipse expugnavit hanc nympham, ut libens se dimitteret et abeuntem juvaret. Recentiores hanc avem λάρον adsignaverunt παροιμιακῶς τῇ εὐηθείᾳ, *der dummheit, (for stupidity:)* unde λάρους τοὺς εὐήθεις dixerunt. ʽΕρμείᾳ χρυσόῤῥαπι, ε, 87, seqq. Cubitum ituri libabant Mercurio, η, 37, s. ὡς ὀνειροπομπῷ καὶ ὑπνοδότῃ. ʽΕρμείας ἐριούνης venit spectatum, Marte deprehenso apud Venerem, Θ, 320, seqq. ubi pingit poëta mentem ingeniosorum hominum, qualis est natura: nimirum amatoriam. χρυσόῤῥαπις occurrit Ulyssi, ad Circen eunti, monstratque medicamen, κ, 277, seqq. et iste Mercurius est ratio Ulyssis, cogitans prudenter quid sit faciendum, et præmuniens se. 307, 331. ʽΕρμείας μὲ ἔπεμψεν καὶ γλαυκῶπις Ἀθήνη, λ, 625, nam hi duo sunt valde cognati inter se: quem hi prosequuntur, feliciter agit. ἔφη ʽΕρμείαο διακτόρου ἀκοῦσαι, μ, 390, sc. Calypso. ʽΕρμῇ Μαιάδος υἱῖ, ξ, 435, nam est, ex fabula, Jovis et Maiæ filius: et Eumæus ei, una cum nymphis, sacrat partem, ὡς νομίῳ καὶ αὐξητικῷ θρεμμάτων, καὶ ὡς κερδῴῳ: hoc est, Eumæus agnoscit, prudentiam in re pecuaria bene gerenda esse quoque donum divinum. Hinc et Simonides cecinit: θύειν Νύμφαις καὶ Μαιάδος τόκῳ, οὗτοι γὰρ ἀνδρῶν αἷμ' ἔχουσι ποιμένων, h. e. per hos florent pastores. Maia autem nomen habet a μάω, vel μαίω studeo: et nymphæ notant vires altrices herbarum: unde facile apparet ratio figmenti: *fleiss von seiten der hirten, und gut wiesewachs machet den hirten glücklich, (attention on the part of the herdsman, and rich pastures, cause the farmer to prosper.)* Cæterum θύειν ʽΕρμῇ δολίῳ, ex oraculi monitu, est quod, χρὴ δόλῳ σωτηρίαν ἢ τοιοῦτό τι περιποιήσασθαι. ʽΕρμείαο ἕκητι διακτόρου, ὅς ῥά τε πάντων ἀνθρώπων ἔργοισι χάριν καὶ κῦδος ὀπάζει, ο, 318, s. i. e. διὰ τὸν ʽΕρμῆν. Nam is h. l. non tantum ut λόγιος, nec ut ἐμπολαῖος καὶ στρόφιος, sed ut κερδῷος ἢ καὶ διάκτορος, ἐπιστατεῖν δοκεῖ ταῖς τοιαύταις ὑπουργίαις, 320, s. καὶ χαρίεντα ποιεῖ τὰ κατ' αὐτὸν διακονικὰ βουλεύματα. sic Ἄρεος χάριν ἐστί τις πολεμικὸς, καὶ Ἀπόλλωνος ἕκητι μουσικός. Mercurius notat ergo dexteritatem in negotiis, ubi non nunquam arte et dissimulatione opus est. ʽΕρμαῖος λόφος, π, 471, erat locus natura editus, non procul urbe. Alii scribi jubent Ἕρμαιος, quia sit nomen proprium loci, distinguendum a mero adjectivo per accentum. Multi intelligunt h. l. ejusmodi λόφον, in quo stabant σημεῖα ὁδῶν κατὰ ποσήν τινα διάστασιν μιλιασμοῦ ἢ σταδιασμοῦ, *ein platz zum meilen-steine, (a raised place for a mile-stone:)* et Mercurius

est præses viarum, unde et dictus ὁ ἐνόδιος apud Theocr. Id. 25, 4, seqq. Alii intelligunt λόφον ἢ σωρὸν λίθων, nam lapides ex via remotos colligebant in acervum, et Mercurio sacrabant; ut inde ejusmodi acervus diceretur Ἕρμαιος λόφος. Id certe constat, Ἑρμαῖος esse merum adjectivum, Ἕρμαιον vero notare locum aliquem Mercurio sacrum, sicut τὸ Ἀθήναιον, Τύχαιον, etc. vel et εὕρημά τι τυχηρόν. κλεπτοσύνην αὐτῷ δῶκεν Ἑρμείας, τ, 397. Vide in A. sub ἕρμα, ἐνόδιος, μεταπάλλομαι, et φυλάκτηρ.

Ἑρμιόνη, ης. ἡ. περικαλλεστάτη, Menelai et Helenæ filia unica. Data in matrimonium Neoptolemo, Achillis filio, δ, 5—14. Recentiores narrant, tempore Trojani belli et absente patre, desponsam fuisse eam Ὀρέστῃ Agamemnonis filio ab avo materno: post reditum patris vero hæc sponsalia fuisse rupta, quia pater, ignarus eorum quæ avus maternus Hermiones egerit, eam despondisset Neoptolemo: hunc autem non diu post interfectum esse, et sic rediisse Hermionem ad Orestem, qui ex ea genuerit τὸν Τισαμενὸν, sic dictum in memoriam ultionis Agamemnonis ab Oreste factæ, παρὰ τὴν μετὰ μένους τίσιν. Vide Oresten Euripidis. Est vero et urbs maritima Argeorum, Ἑρμιόνη, B, 560, cujus civis ὁ Ἑρμιονεὺς, έως. Nomen habet vel ab ὁρμίζω, mutata prima vocali: vel est quasi fœmininum ab ὁ Ἑρμιὼν, όνος, qui conditor ejus fuit.

Ἕρμος, ου. ὁ. Fluvius, ex Mysia per Σαρδιανὴν εἰς τὴν τῆς Φωκαίας θάλασσαν ἐκδιδούς. Et in hunc Hermum influit ὁ Πακτωλός. Υ, 392.

Ἐρύαλος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, occisus fortiter pugnans a Patroclo. Π, 411.

Ἐρυθῖνοι, ων. οἱ. regio montana, unde ὑψηλοὶ dicta, in Paphlagonia; dicti a colore rubro, qui ibi multus reperiebatur. B, 855.

Ἐρυθραί, ῶν. αἱ. Civitas Bœotica, quam alii scribunt Ἐρύθραι. Dictæ ab Ἐρυθρῷ, filio Ποσειδῶνος καὶ Ἀμφιμεδούσης τῆς τοῦ Δαναοῦ. B, 499. Plures fuere urbes hujus nominis.

Ἐρύμανθος, ου. ὁ. Mons, etiam fluvius, in Arcadia. Multi ibi fuere cervi et apri, inter quos et celeber ille Ἐρυμάνθιος κάπρος. Incolæ vero circa eum montem σύαγροι, i. e. σύες ἄγριοι, habiti. ζ, 103.

Ἐρύμας, αντος. ὁ. nobilis Trojanus, cæsus ab Idomeneo. Π, 345—350. Alius ejusdem nominis, cæsus a Patroclo. Π, 415.

ἐρωδιός, οῦ. ὁ. species avium nocturnarum: nam ἀγρεύει νυκτὸς, ἐν ὕδασι καὶ ἕλεσι, καὶ ἀρπακτικός ἐστιν, εἰκότως ὢν τοῖς περὶ Σκάμανδρον ἑλώδεσι τόποις. K, 274. Ergo erat bonum augurium insidiantibus. nam quia audiebatur tantum, non videbatur; hinc conjectabat Ulysses, se non visum iri ab hostibus, facta autem sua late auditum iri. Poterat tamen hoc augurium esse anceps: hinc precatur Ulysses. Cæterum duæ sunt species ἐρωδιοῦ: una Minervæ sacra, altera Veneri. Nomen prioris est a τὸ ἕλος, quasi ἑλωδιὸς, mutato οι in ω, et λ in ρ: alterius ab ὁ ἔρως deduci potest.

Ἐτεοκλῆς, έος. ὁ. Filius alter Œdipodis, regnans Thebis, excluso fratre suo. Sed is ejus frater, ὁ Πολυνείκης, bello restitui voluit. βίη Ἐτεοκληείη, i. e. Eteocles, Δ, 386. Certamen supremum horum fratrum, in quo ambo ceciderunt alter alterius manu (et hoc est id celebre Thebanum par) tractat Euripides in Phœnissis, maxime 1368—1433. et 1446, seqq.

Ἐτέοκλος, ου. ὁ. Filius τοῦ Ἴφιος, frater τῆς Εὐάδνης, uxoris Capanei: unus ex septem ad Thebas, priore Thebano bello. Euripid. Suppl. 872, 1036.

Ἐτεόκρητες, ων. οἱ. vide sub Βούτης.

Ἐτεωνεύς, έως. ὁ. nobilis Spartanus, intimus minister Menelai, valde fidus: filius Βοηθόου, unde dictus Βοηθοΐδης. δ, 22, s. 31, seqq. ο, 95, seqq. Nomen est ab ἐτεὸς, verus. conf. κρείων in A.

Ἐτεωνός, οῦ. ἡ. oppidum Bœotiæ, ab Ἐτεωνοῦ τινὸς dicta. Post appellata est ἡ Σκάρφη. Sita est in collibus, ad Asopum fluvium: hinc πολύκνημος. B, 497.

Εὐαίμων, ονος. ὁ. princeps Thessalus, pater Εὐρυπύλου, qui inde dicitur Εὐαιμονίδης, et Εὐαίμονος ἀγλαὸς υἱός. B, 736. E, 76, 79. H, 167. Λ, 574, 809.

Εὐάνθης, εος. ὁ. pater Maronis, nepos Dionysii. vide Μάρων. ι, 197.

Εὔβοια, ας. ἡ. Insula nobilis, hodie Negroponte dicta; vicina Bœotiæ, cum qua cohærebat per γέφυραν δίπλεθρον, ad cujus pontis capita erant duæ munitissimæ turres. Habet nomen, vel ab Εὐβοίᾳ, filia fluvii Ἀσωποῦ: vel ἀπὸ τῆς Ἰοῦς, transmutatæ in vaccam, quæ hinc proprie dicta sit εὔβοια, *die schöne kuh, (the beautiful cow;)* quæque deinde τὸν Ἔπαφον ibi peperisse dicitur. Incolæ nunquam dicti Εὐβοεῖς, sed Ἄβαντες. Εὐβοίη ἱερή, ob præstantiam suam. B, 535. γ, 174. η, 321, seqq. Dicta est quoque aliquando, ob figuræ longitudinem ἡ Μάκρις, ιος, et incola ejus hinc ὁ Μακριεύς. sed in specie promontorium ejus sic vocabatur, sic tamen ut tunc esset genitivus Μάκριδος.

Εὔδωρος, ου. ὁ. Filius Mercurii ex pulcra Πολυμήλῃ, filia τοῦ Φύλαντος, Π, 179, seqq. dictus hinc παρθένιος, quia ex furtivo coitu conceptus. Paucæ enim admodum puellæ in orbe antiquo, diu virgines permanserunt, sed, si mariti deessent, per alios congressus id agebant, cujus causa eas natura produxerat et instruxerat; neque id magnopere reprehendebatur. Nobiliores causam imprægnationis suæ ad deum aliquem referebant. Cæterum hic Eudorus videtur fuisse vir πολυτλήμων, ἢ λί-

γιος, ἢ δόλιος, ἢ καὶ πάντα ταῦτα ὁμοῦ: et ideo a Mercurio γενεαλογούμενος.

Εὐηνός, οῦ. ὁ. Princeps Lyrnessi et Thebarum in Bœotia. Β, 693. conf. Σελήπιος. Memoratur ab aliis, fuisse γαμβροκτόνος, sicut et ὁ Οἰνόμαος. Nam filiæ suæ, τῆς Μαρπίσσης, μνηστῆρας invitabat ad ἁρματηλασίαν: vincenti proponebat præmium filiam suam; victum truncabat capite, eaque capita ante domum suam suffigebat, ut aliis procis essent terrori. Sed victus tandem ab Ida, occidit equos suos, ipse se præcipitavit in fluvium τὸν Λυκόρμαν, qui post dictus est ὁ Εὐηνός. Id omne ignorat Homerus. Filia ejus ἡ Μάρπισσα per patronymicum dicitur ἡ Εὐηνίνη, Ι, 553. sic Ἀδρηστίνη est ἡ τοῦ Ἀδράστου, Ὠκεανίνη ἡ τοῦ Ὠκεανοῦ θυγάτηρ.

Εὐήνωρ, ορος. ὁ. nobilis Ithacensis, pater τοῦ Λειοκρίτου proci, qui inde ὁ Εὐηνορίδης dicitur. β, 242. χ, 294.

Εὔιππος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, occisus a Patroclo. Π, 417.

Εὔμαιος, ου. ὁ. fidissimus Ulyssi et heris suis servus, præpositus villæ, ad quam sues alebantur, sub se habens non modo δεσποτικοὺς servos quatuor, sed et ipse habebat δοῦλον ἰδιόκτητον. Ergo recte dicitur ὄρχαμος ἀνδρῶν, præpositus viris, *ein ammtmann, (a bailiff.)* Appellatur a poëta ob fidem egregiam et immotam δῖος: nam cuicunque insunt divina et vulgo hominum celsiora, is eo ipso fit et est δῖος. Habet nomen ab εὖ et ἡ μαῖα, quod bonus sit nutritor, et inquisitor commodi herorum suorum. Et quia cum matre Mercurii hoc nomen fere congruit; hinc innuitur amicus Mercurio, per quem εὐτυχεῖ τὸ ἔργον αὐτοῦ. Ulysses redux in patriam, personatus, omnium primum ad hunc Eumæum se confert, qui laudatur a Minerva, i. e. ab Ulysse ipso, ν, 404, seqq. ξ, 3, seqq. De eo solo utitur poëta in Odyssea τῇ ἀποστροφῇ: nam et ipse amat hunc fidelem hominem, et eo plurimum usurus est in poësi sua jam reliqua, ξ, 55, vocatque eum δῖον, 48, et alibi sæpius. Eumæus loquitur ut ἕξων καὶ εὐτυχήσων si herus suus adesset, non vero ut habens jam uxorem et domum propriam, ξ, 62, seqq. et 137, seqq. testatur de amore suo erga herum, quem periisse putat. Ergo non necessario omnis servus odit dominum suum: sed ἡ βαρύτης ἄκαιρος δεσποτικὴ ἐξαγριοῖ τοὺς δούλους, τὰ δὲ ἱλαρὰ τῶν δεσποτῶν τιθασσεύει αὐτούς. Est religiosus in mactando, ξ, 420, seqq. 435. et 449, seqq. narratur de peculio ejus, quod sibi ipse pepererat. De parentibus et patria sua narrat ο, 401, seqq. ex quo apparet, patrem ejus fuisse virum nobilem; ipsum vero, infantem circiter quinquennem, abreptum fuisse una cum fraudulenta sua nutrice ex insula Syria a Phœnicibus, venditumque ab his Laërtæ, patri Ulyssis, educatumque accuratissime una cum regia herili filia, sorore Ulyssis. Matrem ipse non nominat, ignorans fortasse nomen; tantum πότνια μήτηρ ab eo vocatur. coll. 362, seqq. 380, seqq. Et hæc ejus educatio in domo herili maxime fidum eum reddidit. Confer et 555, s. Et fortasse hinc nomen habuit, διὰ τὸ εὖ μαιωθῆναι παρὰ τοῖς δεσπόταις. Quæri possit, cur nobiles ejusmodi servi et ancillæ, per piratas aut alios ἀνδραποδιστὰς venditi, et originem suam scientes aut resciscentes, non restituti sint in pristinam conditionem, opera suorum? Versatur cum Telemacho, non ut servus, sed ut liber amicus, imo ut pater, π, 12, seqq. hinc est τό, κῦσε ὀφθαλμούς, quod servo non licebat: et, τέκος φίλον: hinc et παραβολή, 17, seqq. vide porro 154, seqq. 462. ρ, 507. υ, 238. φ, 80, seqq. 203, 234. et 363, graviter minantur ei proci. Pugnat pro hero tandem agnito, φ, 188, seqq. χ, 157, seqq. 279. Cæterum est in Odyssea una ex personis primariis. Vide in A. sub συβώτης, et φιλέω paullo sub medio.

Εὐμήδης, εος. ὁ. Præco Trojanus, dives, pater Dolonis. Κ, 314, dictus ab εὖ μήδεσθαι.

Εὔμηλος, ου. ὁ. Filius Admeti, rex Pherarum in Thessalia; mater ejus Alcestis, filia Peliæ: ipse in matrimonio habuit sororem Penelopes, τὴν Ἰφθίμην. Est inter duces Græcos ad Trojam cum undecim navibus, Β, 714. et habuit optimas equas, quas aliquando pavit Apollo, 763—766. Certat equestri certamine, Ψ, 288, seqq. 354, 380, 481: eumque infortunio adfectum non suo merito miseratur Achilles, 532, seqq. δεῖ γὰρ τοὺς παρὰ ἀξίαν δυστυχοῦντας ἐλεεῖν, et versus 536, abiit in proverbium ἐπὶ τῶν κατά τι εὐδοκιμούντων, εἰ τελευταῖοι ἐκπέσοιεν. De uxore ejus est δ, 797, seqq.

Εὔνηος, όυ. ὁ. qui et alibi scribitur Εὔνεως, ω, ὁ. Filius Jasonis et Hypsipyles, princeps Lemni insulæ. conf. Ἰάσων. nomen notat τὸν ἐπιμελητὴν νηῶν, bonum curatorem rei navalis. Η, 468, seqq. Ψ, 747. Ab eo sunt οἱ Εὐνεΐδαι, genus musicum.

Εὐπείθης, εος. ὁ. nobilis Ithacensis, pater Antinoi, primarii inter procos. α, 383. δ, 641. π, 363. 425, seqq. φ, 140. occiso filio bellum civile concitaturus, ω, 421, seqq. 464—468, cæditur, 522. Nomen adjectivum scribitur εὐπειθής, sed proprium nomen mutat accentum ex more.

Εὖρος, ου. ὁ. ventus ab oriente flans. Β, 145. Π, 765. ε, 295. μ, 326. τ, 206.

Εὐρυάδης, ου. ὁ. nobilis inter procos, cæsus, χ, 267.

Εὐρύαλος, ου. ὁ. princeps Argivorum, ἰσόθεος φώς. Pater ejus Μηκιστεύς, avus Ταλαός. Est dux ad Trojam sub Diomede, propinquo suo. Β, 565, s. pugnat egregie, Ζ, 20, seqq. dictus Μηκιστηϊάδης pro Μηκιστείδης, 28. in certamine, curam ejus habet Diomedes, Ψ, 676, seqq. certavitque malo eventu, etsi peritissimus ejus rei: conf. ἀνίστημι in A. confer et ὁ Ἄδραστος, ubi cognatio ejus est. Alius Εὐρύα-

λος erat nobilis Phæax, ἶσος Ἄρηϊ, θ, 115, 127, 396, seqq.

Εὐρυβάτης, ου. ὁ. Agamemnonis κῆρυξ, Α, 320. Ι, 170. Alius ejus nominis erat κῆρυξ Ulyssis, Β, 184. τ, 244, seqq. ubi describitur forma ejus. Nomen est ab εὐρὺ βάζειν, longe sonare loquendo; quæ et virtus præconis. Apud Ephesios erat vir improbus hujus nominis, qui et ὁ Εὐρύβατος dicebatur; a quo τὸ πονηρεύεσθαι dicebatur εὐρυβατεύεσθαι. Deinde et plures ejus nominis, fere omnes improbi, *listige spitzbuben, (artful knaves.)* Et quia eorum aliquis erat ποικίλος πονηρεύεσθαι, hinc Aristophanes eum vocavit Εὐρύβατον Δία, quia etiam Jupiter, fuci faciendi causa, varie se transformavit. In Herodoto vero est alius Εὐρυβάτης, clarus Argivorum dux.

Εὐρυδάμας, αντος. ὁ. Princeps Trojanus, cujus duo filii pugnant adversus Græcos. Ipse erat ὀνειροπόλος γέρων. Ε, 148, s. Alius hujus nominis erat nobilis inter procos, σ, 296, s. χ, 283.

Εὐρυδίκη, ης. ἡ. Uxor Nestoris, filia Clymeni. γ, 452.

Εὐρύκλεια, ας. ἡ. honesto genere nata, sed a prædonibus abrepta puella, et vendita Laërtæ, apud quem est egregie habita. Nutrix (*kinderwärterin* [*nursery-maid*] non vero *amme* [*nurse, wet-nurse*]) fuerat Ulyssis, fide in heros suos Eumæo par; et quia poëta per omnem Odysseam multum usurus est ea, hinc statim a principio infigit eam animo auditoris, α, 428, seqq. ubi accurate describitur. β, 345, seqq. Deinde erat ἐπίσκοπος reliquarum mulierum domesticarum, et præposita interioribus copiis domus, 361, seqq. considerat Ulyssem, ut filium suum, quem infantulum curaverat; et hinc uxorem ejus vocat νύμφην, δ, 742, seqq. Telemachum amat fideliter, ρ, 31, nam in, πολὺ πρώτη ἴδε, inest magna significatio sollicitudinis de eo, et gaudii sinceri: et dicitur τροφὸς, etiam respectu Telemachi, cui educando præfuerat. Hinc et consilia ei creduntur, in quantum opus erat, τ, 15, seqq. et 346, s. ubi laudatur ab Ulysse per obliquum, optatque hanc sibi, ut lavet se, nimirum ut ei se aperiret, et ut inter mulieres quoque haberet auxiliatricem, quod ei erat ad rem bene gerendam necessarium: 353, seqq. 357, seqq. agnoscit herum, 467, seqq. et promittit silentium fidele, 492, seqq. confer et 401. υ, 128, seqq. 147. φ, 380, s. χ, 391, seqq. 424. re omni perfecta, prima nuntiat Penelopæ, adesse herum, ψ, 1, 5, 177, 289, 292. Vide in A. sub δμωή.

Εὐρύλοχος, ου. ὁ. erat affinis Ulyssis, cujus sororem Κτιμένην habebat in matrimonio: hinc primarius inter socios Ulyssis, et alter post illum, κ, 205, 207, ubi dicitur θεοειδὴς, μεγαλήτωρ: valde pulcer ergo, et animosus; præterea sunt hæc epitheta principalis dignitatis. Ducit partem sociorum ad Circem, sed caute, 232, seqq. hinc solus non mutatus, sed refugiens nuntium tristem refert. Obsistit Ulyssi, ad Circen pergenti, κ, 429, seqq. et loquitur ibi præ metu aliisque adfectibus in re tam mira ἀδιανοήτως, ut vix intelligatur quid velit: hinc Ulysses eum pene occidit, 438, seqq. hunc suum πηὸν, 441. sequitur tamen Ulyssem, 447. navigat una ad inferos, λ, 23. est in navi dux, μ, 195, 278, seqq. Suadet absente Ulysse sociis male et gladiatorio animo, 339, seqq. et fit causa exitii omnibus secum, 417, seqq.

Εὐρύμαχος, ου. ὁ. nobilis ex Ithaca, procorum cum Antinoo princeps: filius Πολύβου, ingenio mitior, sed simul callidior, aliis. Et is maxime putabatur ducturus Penelopen. Blanditur Telemacho, decipiendi causa, α, 399, seqq. Concio ejus, β, 177, seqq. ἀρχὸς μνηστήρων, ἀρετῇ ἔχα ἄριστος, δ, 628. ο, 16, seqq. π, 345, seqq. et 435, seqq. ubi respondet Penelopæ, loco Antinoi, ὑπούλως καὶ ἐσχηματισμένως, ὡς κρυψίνους. nam hæc est mens ejus: ἐμοῦ ζῶντος οὐδεὶς ἔσται, ὃς πρὸ ἐμοῦ ἢ δίχα ἐμοῦ ἐπιβουλεύσεται τῷ Τηλεμάχῳ: sic et, τὸ αἷμα οὐ τοῦ ἐπιβουλεύσοντος, ἀλλὰ τοῦ Τηλεμάχου. καὶ τὸ, ἐκ Διὸς—respicit versum 402, seqq. etsi videri vult dixisse de morte naturali: sed hanc veram mentem quia prudens Penelope facile potuisset introspicere, occulit rursus per addita 443, seqq. quæ tamen ipsa sunt ridicula: nam si ideo tantum amat Telemachum, quia olim ab Ulysse accepit frustulum carnis, non vero ideo quia regis sui filius est, causa amoris est valde levicula. Hinc addit poëta 449. loquitur ergo derisorie et veteratorie. Amatur maxime a Melanthio, cujus pulcra soror ἡ Μελανθὼ cum Eurymacho clam consueverat, σ, 320—324. 63, s. 243, seqq. 294. 348, seqq. υ, 359, seqq. φ, 186, 245, seqq. 277, 320, seqq. magnifice satis Ulyssi se detegenti respondet, occiso jam Antinoo, et in hunc culpam omnem confert, χ, 44, seqq. irritis precibus, ad pugnandum hortatur suos, et cadit, 69, seqq.

Εὐρυμέδουσα, ης. ἡ. abrepta e patria sua, et regi Phæacum dono data; Nausicaam, regiam filiam, educavit. η, 7, seqq.

Εὐρυμέδων, οντος. ὁ. rex gigantum. Ex hujus filia τῇ Περιβοίᾳ Neptunus genuit τὸν Ναυσίθοον, regem Phæacum, η, 58, seqq. ubi Minerva nihil duri de eo pronuntiat, etsi fuerat hostis deorum cum suis gigantibus: et est exemplum, ex minus bonis majoribus posse descendere optimos natos, quales fuere Alcinous et Arete. Alius hujus nominis, Ptolemæi filius, fuit Agamemnonis ἡνίοχος καὶ θεράπων nobilis, et avus ejus ὁ Πειραῖος, Δ, 228. Tertius hujus nominis erat θεράπων Νέστορος, Θ, 114. Λ, 619.

Εὔρυμος, ου. ὁ. nobilis Cyclops, vel ex Phæacum gente in Sicilia, cujus filius Τήλεμος hinc dicitur Εὐρυμίδης, quem confer ι, 509.

Εὐρυνόμη, ης. ἡ. fida Penelopes ministra, ταμίη ἢ θαλαμηπόλος, quæ duo sunt synonyma: nam τὸ ταμιεῖον sæpe vocatur θάλαμος, et τὸ ταμιεύειν καὶ θαλαμηπολεῖν notant idem. ρ, 495—499. σ, 163—184. τ, 96, seqq. υ, 4. lavat Ulyssem patrata cæde, ψ, 153, seqq. 289. Alia hujus nominis erat filia Ὠκεανοῦ, Σ, 398—405, de qua vide Ἥφαιστος.

Εὐρύνομος, ου. ὁ. nobilis Ithacensis, Αἰγυπτίου filius. procorum unus. β, 21. χ, 242—244.

Εὐρύπυλος, ου. ὁ. Filius Herculis, princeps laudatissimus in insula Co, quæ insula Κῶς, una cum quibusdam adjacentibus, dicitur Εὐρυπύλου πόλις, B, 677. Alius erat princeps Thessalus, Εὐαίμονος υἱὸς, B, 736. E, 76, 79. Z, 36. Unus ex novem ἀρίστοις post Achillem, H, 167. Θ, 265. Λ, 574, 661, 808, 818, O, 392. Π, 27. Tertius erat Telephi filius, ἀνδρεῖος, valde formosus, princeps circa Κάϊκον amnem, λ, 518—521, occisus in bello Trojano a Neoptolemo. Vide de hoc Strabonem, Lib. 13, nam locus hic Homericus laborat obscuritate historica.

Εὐρυσθεὺς, έως. ὁ. Ejus genealogia hæc: Ζεὺς καὶ Δανάη gignunt τὸν Περσέα, hic τὸν Σθένελον, sed non illum in bello Trojano clarum: Σθένελος gignit τὸν Εὐρυσθέα. Fuit ergo Persei nepos, Jovis et Danaës pronepos: ἐν Ἄργει Ἀχαϊκῷ natus et regnans. Historia nativitatis Eurysthei narratur T, 103—124. 132, s. Virtute multo minor, Herculi tamen varios labores duros imperavit, ipse deses domi, Θ, 363. O, 639. λ, 620—625.

Εὐρυτίων, ωνος. ὁ. nobilis Centaurus in Thessalia. Ex μέθη turbas excitat in nuptiis Pirithoi, et perit, φ, 295—304. Et scopus Antinoi in narranda hac historia est hic: quemadmodum Eurytion excitavit pugnam, sed suo ipsius malo; sic tu fortasse excitabis pugnam inter nos et Telemachi amicos, sed id tibi maxime nocebit, qui quoque in nuptiali tempore molestus es.

Εὔρυτος, ου. ὁ. Princeps Œchaliæ Arcadicæ, τοξικώτατος, ὑψαύχην. B, 596, 730. θ, 224—228, ubi dicitur ab Apolline occisus, quem provocarat in arte sagittandi, h. e. subita morte obiit. τόξον hujus Euryti dono accepit Ulysses a filio illius Ἰφίτῳ, φ, 13—38. Et is erat arcus, quem proci tendere nequibant. Quod recentiores de hoc Euryto narrant, quod occisus sit ab Hercule, filiam Εὐρύτου Ἰόλην amante, ejusque causa expugnante Œchaliam: id ignorat Homerus, qui tamen filium ejus Ἴφιτον ab Hercule occisum narrat, loco ex φ citato. Equas Εὐρύτου præstantes habuit Hercules, non ipse eas rapiens, sed ex furto Autolyci emtas. Nomen est ab εὖ ῥύειν ἢ ἑλκύειν τὸ τόξον. Alius Eurytus, filius Ἄκτορος, et hinc ὁ Ἀκτορίων dictus, princeps Eleorum, est B, 621. conf. Ἐπειοί.

Εὐρώπη, ης. ἡ. Filia Φοίνικος Ἀγήνορος καὶ Κασσιεπείας, formosissima, ex qua Jupiter genuit τὸν Μίνωα καὶ Ῥαδάμανθυν. Ξ, 321, s. habet nomen a magnis oculis, vide εὐρύωψ in A. Fabulæ addunt, Jovem ei posuisse custodem, a Vulcano ex ære factum, vivum et sentientem: qui accedente aliquo adultero, se in ignem statuerit, deinde valde calefactus amplexus sit hospitem; et hunc territum aufugisse.

Εὔσωρος, ου. ὁ. princeps Thraciæ, Z, 8.

Εὔτρησις, εως. ἡ. Urbs Bœotiæ, quam Ζῆθος καὶ Ἀμφίων, fratres principes Bœotiæ, muris circumdederunt. Colebatur ibi ὁ Εὐτρησίτης Ἀπόλλων, ejusque ibi erat μαντεῖον ἔνδοξον. B, 502.

Εὔφημος, ου. ὁ. Dux Ciconum, populi Thraciæ. B, 846, s.

Εὐφήτης, ου. ὁ. Princeps Ἐφύρης, ἄναξ ἀνδρῶν, O, 531, s.

Εὔφορβος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, ποδώκης, ἀνδρεῖος, κάλλιστος, quem solum ex Trojanis poëta οἰκτείρει πεσόντα. Vulnerat Patroclum, et laudatur, ne vilis aliquis obtulisse Patroclo mortem videatur, Π, 806—850. loquitur πρὸς Λάκωνα λακωνίζων, P, 13, cui uni versui insunt tres ἔννοιαι: et interficitur a Menelao, P, 46—60, ubi insignem θρῆνον addit poëta cum laude. Pater ejus erat Πάνθως, οος, contr. ους, ὁ. Et hic est ille Euphorbus, quem se fuisse temporibus Trojani belli dicebat Pythagoras, ut quidem multi de Pythagora narrant, e. c. Horat. 1, Od. 28, 10. Vide in A. sub φορβὴ, et πλοχμός.

Εὐχήνωρ, ορος. ὁ. princeps Corinthius, fortis et dives. Genealogia ejus hæc. ὁ Μελάμπους, οδος: hujus filius ὁ Μάντιος, hujus ὁ Κλεῖτος πρῶτος, hujus ὁ Κοίρανος, hujus ὁ Πολύειδος, hujus duo filii ὁ Εὐχήνωρ καὶ ὁ Κλεῖτος δεύτερος. Hi duo fratres una cum Ἐπιγόνοις expeditionem contra Thebas fecerunt, post ad Trojam sunt profecti, ubi cecidit Εὐχήνωρ. N, 663—672.

Ἐφιάλτης, ου. ὁ. Filius τοῦ Ἀλωέως, ἀδελφὸς Ὤτου, quem confer. Fuere fratres ὑπερήφανοι καὶ ὑψίκομποι, qui dicuntur voluisse cœlum invadere, E, 385. λ, 304—319. In re medica est πάθος τι στομαχικὸν ita dictum, quod et ὁ ἐπίαλτος dicitur, *das aufstossen, der schlucken, (belching, hiccough.)* Imo et morbus nocturnus est ὁ ἐπιάλτης, qui et ἠπίαλος et ἠπιόλης vocatur, *der alp, (the night-mare.)*

Ἔφυρα, ας. ἡ. nobilis Urbs in Elide, quæ postea dicta est ἡ Κίρκυρα, ad quam est fluvius ὁ Σελλήεις, εντος. Et circa hanc primariam urbem Hercules multa oppida ceperat. B, 659. O, 531. α, 259. β, 328. Et conf. Strabonem, Lib. 8. Sed Z, 152, est alia Ἔφυρα, fortasse ipsa Corinthus: nam plures urbes hoc fuere nomine. A priore illa cives dicti οἱ Ἔφυροι, N, 301, homines bellicosi, assidue cum Phlegyis decertantes varia fortuna. Ex aliis ur-

bibus hujus nominis, cives dicebantur οἱ Ἐφυρεῖοι. De venenis conf. ἡ Ἀγαμήδη.

Ἐχεκλῆς, ῆος. ὁ. Filius τοῦ Ἄκτορος, princeps Myrmidonum, qui pulcram Πολυμήλην duxit uxorem, postquam illa ex Mercurio τὸν Εὔδωρον pepererat. Π, 189.

Ἔχεκλος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, a Patroclo cæsus, Π, 694. Alius, etiam Trojanus, filius Ἀγήνορος, ab Achille interfectus, Υ, 474.

Ἐχέμων, ονος. ὁ. Priami filius, cæsus a Diomede. Ε, 160—165.

Ἐχένηος, ου. ὁ. nobilis Phæax, senex, συνετὸς καὶ λόγιος. η, 155, seqq. λ, 341, seqq. nomen est ab ἔχειν et ναῦς, ut fere plurima Phæacum nomina e re navali sumta. Gens enim erat mari potens, hinc dives, et voluptatibus dedita.

Ἐχέπωλος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, dives et clarus, cæsus ab Antilocho, Δ, 458, seqq. Alius erat tyrannus Sicyoniorum, dives et voluptuosus: cui Agamemnon libenter remisit operam bellicam, maluitque ab eo equum strenuum accipere, quam ipsum rei militari inutilem, Ψ, 296, seqq.

Ἔχετος, ου. ὁ. Rex in regione Epiri, Εὐχήνορος καὶ Φλογίας filius, ob crudelitatem immanem famosus. Filiam suam, vitiatam a quodam nobili adolescente Αἰχμοδίκῳ, effossis oculis condemnavit ad molenda ferrea hordea, ad id ipsum ipsius jussu confecta, cum conditione, tunc eam fore liberam, si hæc hordea comminuisset in farinam. Αἰχμόδικον vero, pellectum ad se, ἠκρωτηρίασεν, ἀποκόψας καὶ τὰ αἰδοῖα. Tandem furiosus factus, ipse carnes suas vorans exstinctus est. Hujus ergo crudelis principis nomine terrebantur exteri, σ, 85—86, quod fecerat τῷ Αἰχμοδίκῳ, et 114, s. φ, 308. Perhibent antiqui, hunc Echetum non Ulyssis, sed Homeri, ævo vixisse; et hunc nomen illius inservisse suæ poësi, ultionis alicujus causa: sicut iidem narrant, Thersiten fuisse malum præfectum bonorum Homeri: sicut alios sibi æquales laudis causa nominavit in poësi sua. Cæterum vox, τύραννος, Homeri ævo omnino nondum in usu erat: post recepta hæc vox, in bono sensu designabat principem; donec malis tantum principibus tribueretur τὸ τυραννεῖν, relicta justis principibus appellatione, βασιλεύς, ἄναξ.

Ἐχέφρων, ονος. ὁ. Filius Nestoris, παρὰ τὸ ἔχειν φρόνησιν. γ, 413, 440.

Ἐχῖναι, ῶν. αἱ. quæ postea αἱ Ἐχινάδες dictæ, insulæ in mari Ionio. Dictæ ἀπὸ τῶν ἐχίνων, quorum ibi magna copia. Post Homerum in usu fuit nomen ἡ Ἐχινὰς, άδος. Β, 625. Sæpe loca nomen suum invenerunt a copia rerum quarundam, e. c. insulæ Λαγοῦσσαι (pro λαγόεσσαι) a lepusculis multis: sic et αἱ Πιθηκοῦσσαι, Πιτυοῦσσαι, Φυκοῦσσαι. ὁ ἐχῖνος est vel ζῶον χερσαῖον, *ein igel, (a leech;)* vel θαλάσσιον, ex genere cancrorum marinorum.

Ἐχίος, ου. ὁ. nobilis Græcus. Θ, 333. Ν, 422. Filius ejus Μηκιστεὺς hunc suum patrem celebrem fecit. Alius Ἐχίος, a Polite Trojano principe cæsus, est Ο, 339, nam hic τοῦ Μηκιστέως πατὴρ non esse potest. Tertius est nobilis Lycius, cæsus a Patroclo, Π, 416.

Z

ΖΑ'ΚΥΝΘΟΣ, ου. ὁ. Insula nemorosa, non aspera, imperio Ulyssis subjecta. Β, 634. α, 246. ι, 24. π, 123. τ, 131. Et ex hac insula erant viginti nobiles proci, π, 250. Nomen habuit ἀπὸ Ζακύνθου, υἱοῦ Δαρδάνου.

Ζέλεια, ας. ἡ. quæ et alibi ἡ Ζελία scribitur. Urbs Lyciæ minoris, in imperio Trojano satis amplo: cujus princeps erat vasallus regis Priami, Pandarus nomine: sita ad Idam, et ob magnificentiam suam dicta Τροία μικρά. Civis ejus est Ζελείτης et Ζελειάτης. Β, 824. Δ, 103, 121. epitheton ἱερὰ est commune omnibus munitis urbibus. Vide sub Πάνδαρος.

Ζεύς, ὁ. Jupiter, quasi αἴτιος τοῦ ζῆν, ut a quibusdam ἐτυμολογεῖται hoc nomen. Hinc et medicus Syracusius, Menecrates, διὰ τὸ εὖ ἰατρεύειν, quia multis ægrotis vitam reddebat, Ζεὺς dici voluit: imo Philippo regi scribens, posuit, Μενεκράτης Ζεὺς Φιλίππῳ χαίρειν: cui rex rescripsit, Φίλιππος Μενεκράτει ὑγιαίνειν, (i. e. φρονεῖν) et convivio exceptum, non tractavit ut hominem, cibis appositis; sed ture suffiens ei, quasi deo, per jocum. Apud Euripidem Rhesus, Thraciæ rex, opportune auxilio veniens, dicitur Ζεὺς ὁ φαναῖος, Jupiter conspicuus, Rhes. 355, coll. 358. Alii derivant nomen a δεύω, i. e. βρέχω, mutatione solita τοῦ δ in ζ. Sed meliorem etymologiam exhibuimus in hoc Lexico, sub Ζεὺς in Λ. Nominativus Δὶς in usu non fuit, ob ἀμφιβολίαν cum adverbio δὶς, bis: sed obliqui inde sunt, Διὸς, Διῒ, Δία: etiam pluralis apud recentiores receptus, Δίες, Διῶν, Διοὶ, Δίας. Singularis nominativus est et Ζὴν, et Ζὰν, et Ζὰς, genit. Ζηνὸς, Ζανὸς, Ζαντὸς, etc. etiam nominat. Ζὴς, et Δάν. A Ζεὺς reperitur et acc. Ζεῦν. Theologice sic vocatur summus deus, cujus consilio et nutu fiunt omnia quæ fiunt: mythice ei adfinguntur, a deo aliena: historice fuit rex Cretæ: politice notat imperium et majestatem principalem: allegorice est mens principum: physice est

aër superior, nonnunquam et sol: astronomice planeta magnus sic vocatur: poëtice hæc omnia pro lubitu commiscentur et adhibentur sub hoc uno nomine. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλὴ, Α, 5, i. e. τὸ πεπρωμένον ἐπληροῦτο. λ, 296. Διΐ φίλε, Α, 74, ubi Iota dativi ultimum longum. et 175, μητιέτα (pro μητιέτης) Ζεύς. et 279, βασιλεὺς, ᾧ Ζεῦς κῦδος ἔδωκεν, nam a deo est majestas regum. et 394, Δία λίσαι, Jovi supplica. Quod Jupiter nimis severe imperans reliquos deos habuerit contra se conjuratos, narratur Α, 395—407, et id fictum ad consuetudinem humanam, docens, regem sæpe habere contumaces subditos, et fœminas multum valere in aulis principum. φῦλον δαιμόνιον ἀνθρωποπαθὲς παρὰ τοῖς ποιηταῖς, docendi causa. et, habet epitheta, εὐρυόπης, Κρονίδης, Κρονίων, μητιέτης, Ὀλύμπιος, ἄναξ, νεφεληγερέτης, πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, ὑπερμενὴς, μέγας, αἰγίοχος, Κρόνου παῖς, τερπικέραυνος, ἀστεροπητὴς, ὑψιβρεμέτης, ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης, ὑψίζυγος: quas voces cf. in A. ἐπινεύει κυανέαις ὀφρύσι, Α, 528. et 515, ἢ κατάνευσον ἢ ἀπόειπε, ἐπεὶ οὔ σοι ἔπι δέος. et 524, κατανεύσομαί σοι κεφαλῇ. Nam dat, ex mente antiquorum, signa voluntatis suæ ex nubibus. Ei assurgunt omnes dii, Α, 533. et 609, Ὀλύμπιος ἀστεροπητής. οὕτω που Διῒ μέλλει ὑπερμενέϊ φίλον εἶναι, Β, 116—118. Ι, 23, seqq. nam regit bella suo consilio. Hinc Πυθαγόρας: θεός ἐστι ὁ πάντων κρατῶν, ὅσγε καὶ πολέμων ἐξουσίαν ἔχει: τίς ἂν οὖν εἴην ἐγών; expugnationes urbium ei adjudicantur, ὡς ἐφόρῳ τῶν στρατευμάτων: hinc οἱ Κᾶρες Διῒ στρατίῳ *(Jehova Zebaoth)* θυσίας ἀνάγουσι: καὶ θυγάτηρ αὐτοῦ ἡ Ἀθηνᾶ ἐπικαλεῖται Στρατία. Διὸς μεγάλου ἐνιαυτοὶ, Β, 134, i. e. τοῦ ἡλίου, μέτρον γὰρ κινήσεως ἡλιακῆς ὁ χρόνος ἐστίν. hinc et ὁ ἥλιος vocatur ὁ μέγας Κρόνος. et 146, πατρὸς Διὸς ἐκ νεφελάων, nam est aër. hinc et 49, Ἠὼς, Ζηνὶ φόως ἐρέουσα, Aurora, Jovi lucem adventantem nuntiatura. et 169, Διῒ μῆτιν ἀτάλαντος Ὀδυσσεὺς, nam Ζεὺς est et ὁ νοῦς, δι' οὗ τὸ ζῆν εὖ τοῖς ἀνθρώποις ἐστίν. et 205, βασιλεὺς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς σκῆπτρον: θεόσδοτον γὰρ ἀγαθὸν ἡ βασιλεία, coll. 197, τιμὴ ἐκ Διός ἐστιν βασιλεῖ. Αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον, Β, 371, est formula optandi magnum quid. Ἐμοὶ αἰγίοχος Κρονίδης Ζεὺς ἄλγεα ἔδωκεν, Β, 375, εὐεπίφοροι γὰρ κατὰ θεοῦ οἱ ἀτυχεῖς. Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων, Β, 412. ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διῒ τερπικεραύνῳ, ubi notatur facies majestatis et reverentiæ et terroris plena in rege, Β, 478, simul et τὸ ἡγεμονικὸν καὶ ἐποπτικὸν καὶ ὑπερανεστηκός: τὸ ἀξιωματικόν. Ἐκ Διὸς, ὅστε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισιν ἀνάσσει, Β, 669, ex quo loco apparet, quo sensu dicatur πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε: nam ἄναξ debet paterno more curam habere subditorum; ergo est pater ob regimen paternum et providentiæ bonæ plenum. Dat et divitias, Β, 170. et 741, ἀθάνατος. et 781, γαῖα δ' ὑπεστονάχιζε, Διῒ ὡς χωομένῳ, i. e. tonante et fulminante: et ad Διῒ ex verbo composito repetendum est ὑπό. Græci immolant ei ἄρνα, Γ, 104, ubi ex epitheto ἄλλον colligitur, esse eum agnum marem et album. Cæterum ibi Ζεὺς Ξένιος indicatur, quia Paris contra jus hospitale peccaverat. Ζεῦ πάτερ, Ἴδηθεν μεδέων, κύδιστε, μέγιστε, Γ, 276, testis jurisjurandi. et Η, 202, in precibus Græcorum ad Trojam. ἐπευξάμενος Διῒ πατρί: Ζεῦ ἄνα, Γ, 350, rex Jupiter. et 365, Ζεῦ πάτερ, οὔτις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος, inquit Menelaus, cui Jupiter victoriam perdiderat. sic et Philoëtius, υ, 201, qui accusat Jovem injustitiæ de Ulysse. παρὰ Ζηνὶ καθήμενοι θεοὶ, Δ, 1, nam est rex, adhibet tamen in consilium alios deos: quod imitari debent principes, consultando cum prudentibus primoribus. Ἀστέρα ἧκε Κρόνου παῖς, Δ, 75, nam est aër superior. et 84, ταμίης πολέμου. tardat sæpe vindictam, sed tandem tamen vindicat graviter, Δ, 160—168, idque facit Ζεὺς ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων. et 381, ἔτρεψε, *hat es gewendet, (has averted it.)* et 408, πειθόμενοι Ζηνὸς ἀρωγῇ. ὁπποτέροισι πατὴρ Ζεὺς κῦδος ὀρέξῃ, Ε, 33, coll. 225, nam dat eventum pugnarum. ὑπὸ αἰγιόχοιο Διὸς περικαλλέϊ φηγῷ, Ε, 693. Η, 60, nam Jovi, i. e. aëri, vitæ origini, sacra erat quercus et fagus, arbor ζωοτρόφος olim: hinc et post omissam βαλανοφαγίαν tamen ubique sacræ erant Jovi quercus et fagi, quibus et hostes parcebant. Διὸς ὄμβρος, Ε, 91, i. e. ὁ ἐξ ἀέρος. et 522, ubi Ζεὺς est ὁ ἀὴρ νήνεμος, quando nubes immotæ stant. et 736, χιτὼν Διὸς notat nubes, armatas tonitrubus et procellis; quibus si quis in bello sapienter utitur, Minerva dicitur induisse tunicam Jovis. et 756, 757, ubi et Juno Ζῆνα ὕπατον Κρονίδην alloquitur Ζεῦ πάτερ. et 872, seqq. ubi dicitur nimium indulgere Minervæ, i. e. prudentibus consiliis frequenter adesse, et successum iis dare. et 888, seqq. ubi increpat quidem Martem, sanari tamen jubet: quæ fictio est admirabilis: nam deus odit quidem bella, regit tamen. et 907, δῶμα Διὸς μεγάλοιο, nam est μέγας absolute. Ζεὺς γάρ οἱ (τῷ Προίτῳ) ὑπὸ σκήπτρῳ ἐδάμασε τὸν Βελλεροφόντην, Ζ, 159, nam Ζεὺς est ἡ εἱμαρμένη, regimen rerum mundanarum omnium: hæc, ut fortem Herculem imbelli Eurystheo, sic Prœto Bellerophontem, objecerat male habendum. et 357, ἐπέθηκεν αὐτοῖς κακὸν μόρον, malam sortem. et 475, seqq. ubi dat virtutem et indolem. et 526, αἴκε ποθὶ Ζεὺς δώῃ, ubi comma ponendum est post δώῃ. παρελέξατο Λαοδαμείῃ μητιέτα Ζεὺς, Ζ, 198, h. e. filius hujus filiæ principalis, factus est postea rex, postpositis filiis filii. et 234, ἐξείλετο φρένας Γλαύκῳ, i. e. magnanimum fecit. et 257, 259, Διῒ χεῖρας ἀνασχεῖν, σπένδειν. et 266, λείβειν αὐτῷ χερσὶν ἀνίπτοις ἅζομαι. et 420, νύμφαι, κοῦραι Διός. non juvat mendaces, Δ, 235. ὅρκια μὲν Κρονίδης ὑψίζυγος οὐκ ἐτέλεσσεν, Η, 69, in alto sedens et gubernans inferiora. Et vide, etiam male facta hominum ad deum referuntur: nam is humana omnia, etiam scelera, in potestate habet et regit: non perfici permisit jurata. et 76, ὧδε δὲ μυθέομαι, Ζεὺς δ' ἄμμ' ἐπιμάρτυρος ἔστω. et 194, ὑμεῖς εὔχεσθε Διῒ Κρονίωνι ἄνακτι, coll.

200—205. et 210, ἀνέρας Κρονίων θυμοβόρου ἔριδος μένει ξυνέηκε μάχεσθαι. et 274, κήρυκες Διὸς ἄγγελοι. et 280, ἀμφοτέρω γὰρ σφῶϊ φιλεῖ νεφεληγερέτα Ζεύς. (sic et K, 552.) et 315, βοῦν ἱέρευσεν ἄρσενα πενταέτηρον ὑπερμενέϊ Κρονίωνι. et 478, παννύχιος δέ σφιν κακὰ μήδετο μητίετα Ζεὺς, σμερδαλέα κτυπέων, i. e. βροντῶν, ex quo difficultates graves augurabantur Graii. hinc et libant Jovi ὑπερμενέϊ ante bibendum, 481. Est supremus deus, reliqui dii sunt causæ secundæ, contra ejus voluntatem nihil valentes; quod poëtice proponitur Θ, 2, seqq. Ζῆνα ὕπατον μήστωρα, 22, qui solus regit res humanas. et 31, seqq. ὦ πάτερ ἡμέτερε, Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων, ubi eum sic alloquitur Minerva. sic et α, 45. Omnia circa eum sunt aurea, Θ, 42, nam est et sol, et habet ignes. et 51, κύδεϊ γαίων. Ponderat fata Trojanorum Græcorumque, Θ, 69, seqq. et ibi pingit poëta τὴν τῆς μοίρας καὶ περὶ τὰ πολεμικὰ διπλόην: ζυγοστατεῖ δὲ Ζεύς, non quasi ipse ignarus futuri, sed est poëtica expositio hujus theseos, deus destinavit hoc tempore successum his, illis res adversas. coll. 140—144, ubi consilia dei mira, et τὸ, hodie mihi cras tibi, prout deus id regit, conspiciuntur. Omnino singularis est hæc rhapsodia Θ in prædicanda directione divina. et 170, τρὶς δ' ἄρ' ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων κτύπε μητίετα Ζεὺς, σῆμα τιθεὶς. εὐρύοπα Ζῆνα, ubi α est apocopatum, et ν pertinet ad initium sequentis versus, Θ, 206. Ξ, 265. Ω, 331, s. Διῒ μάχεσθαι οὐκ ἂν ἔγωγε ἐθέλοιμι, Θ, 210. et 216, ἔδωκεν τούτῳ κῦδος, coll. 236, 237. et 250, ἔνθα πανομφαίῳ Ζηνὶ ῥέζεσκον Ἀχαιοί. et 415, ὧδε γὰρ ἠπείλησε Κρόνου παῖς, coll. 397, seqq. Abit in curru ad concilium deorum, et Neptunus ei solvit equos, Θ, 438, seqq. et 470, ubi minatur Græcis. Ζεύς με μέγα ἐνέδησε βαρείῃ ἄτῃ σχέτλιος, I, 18, s. ubi potestas ejus bellica describitur: et μέγα pertinet ad βαρείῃ. et 116, ἀνὴρ, ὅν τε Ζεὺς κῆρι (serio) φιλήσῃ, ἀντὶ πολλῶν λαῶν ἐστιν, i. e. ὁ θεοφιλὴς (dilectus deo) κἂν τις εἴη, ἅμα παρεξισοῦται πλείοσιν, quæ sane est sublimis veritas. et 172, Διῒ Κρονίδῃ ἀρησόμεθα, αἴκε ἐλεήσῃ. et 236, Τρωσὶν ἐνδέξια σήματα φαίνων ἀστράπτει. et 238, Ἕκτωρ, πίσυνος Διΐ. et 419, μάλα γάρ ἑθεν εὐρύοπα Ζεὺς χεῖρα ἑὴν ὑπερέσχε. φρονέω δὲ τετιμῆσθαι Διὸς αἴσῃ, I, 604—606. Λιταὶ dicuntur κοῦραι Διὸς, I, 498, 504, 509, nam Jupiter dicitur ἱκέσιος, protector supplicantium. Ζεὺς καταχθόνιος, I, 457, i. e. ὁ Ἅιδης, ὁ τοῦ μύθου Πλούτων. Præterea nomen Ζεὺς notat supremum omne et excelsum: hinc et alibi Ζηνὸς Ποσειδῶνος templum memoratur. ἀστράπτει πόσις Ἥρης, K, 5—8, hinc ἀστραπαῖος cognominatus: et cum hoc comparat poëta τὸν μέγαν βασιλέα. et 16, ὑψόθ' ἐόν. et 49, Ἕκτωρ Διῒ φίλος, ergo is non sua solum fortitudine egit quæ egit, sed θεόθεν: hinc poëta quemvis fortem et felicem heroëm appellat Διῒ φίλον: nam θεοφιλὴς demum potest efficere magna. et 71, Ζεὺς ἵει ἡμῖν κακότητα βαρεῖαν. et 89, τὸν περὶ πάντων ἐνέηκε πόνοισι. et 104, οὐ θην Ἕκτορι πάντα νοήματα μητίετα Ζεὺς ἐκτελέει. ἴστω νῦν Ζεὺς αὐτὸς ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης, formula jurandi, K, 329. Ἔριδα προΐαλλε, Λ, 3. et 66, στεροπῇ Διὸς αἰγιόχοιο, nam hoc epitheto ornatur Jupiter maxime quando fulgurat. Sedet in monte Ida, de cœlo descendens, habensque fulgur in manibus, 182—184, nam κεραυνὸς καὶ αἱ αἰγίδες sunt tela ejus. *über dem berge schwebete eine gewitter-wolke, (a thunder-cloud hung over the mountain.)* Dat victoriam, cui vult, Λ, 288, 300, quo effato deprimitur nonnihil virtus humana, quæ per se parum valet, nisi deus adsit: coll. 318, 319. et 419, Διῒ φίλον, qui igitur jam non cadet, coll. 473, qui jam non est δυστυχής. coll. 752. ὗε Ζεὺς συνεχὲς, M, 25. et 37, Ἀργεῖοι Διὸς μάστιγι δαμέντες. sic N, 812, Διὸς μάστιγι κακῇ ἐδάμημεν, quæ est ἡ θεομηνία, ab irato deo ortum malum: ex qua phrasi factus est ὁ μαστιγοφόρος, passive, qui malum ab irato numine immissum fert. κακὰ φρονέων Ζεὺς ὑψιχρεμέτης, M, 68, quæ mala immittenda is per tonitrua significat. et 209, ὄφιν, Διὸς τέρας, i. e. σημεῖον, unde orta est vox ἡ διοσημεία. et 235, ὃς κέλεαι Ζηνὸς μὲν ἐριγδούποιο λαθέσθαι (oblivisci) βουλέων, ἅς τέ μοι αὐτὸς ὑπέσχετο, quæ consilia Jupiter significarat per fulgura. et 241, ἡμεῖς δὲ μεγάλοιο Διὸς πειθώμεθα βουλῇ, ὃς πᾶσι θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει. et 252, Ζεὺς τερπικέραυνος ἐπῶρσεν ἀνέμοιο θύελλαν, i. e. ὁ ἀὴρ, et simul ἡ εἱμαρμένη: nam ventus et tempestas favebat Hectori, ferens pulverem et pluvias in faciem Græcorum, eosque a prospectu impediens. et 275, αἴκεν δώῃ Ζεὺς Ὀλύμπιος ἀστεροπητής. et 279, ὤρετο μητίετα Ζεὺς νιφέμεν, ἀνθρώποισι πιφαυσκόμενος τὰ ἃ κῆλα, quæ tela sunt nives, grandines, pluviæ, fulmina. et 286, ὅτ' ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος, ubi nix densa decidens sic vocatur. coll. 437. Quibus locis favor tempestatis contra hostem poëtice describitur. Flectit oculos a pugna, N, 1, seqq. h. e. Trojani et Græci in æquilibrio fortunæ erant. θεῶν ὄριστος ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης, N, 154. et 226, μέλλει δὴ φίλον εἶναι ὑπερμενέϊ Κρονίωνι. et 242, ἀστεροπῇ, ἥντε Κρονίων χειρὶ λαβὼν ἐτίναξεν ἀπ' αἰγλήεντος Ὀλύμπου. et 347, seqq. Ζεὺς μὲν ἄρα Τρώεσσι καὶ Ἕκτορι βούλετο νίκην, κυδαίνων Ἀχιλῆα, quæ est explicatio τοῦ, A, 5. Jupiter est senior Neptuno, ergo et venerabilior, N, 354, seqq. et 449, οἷος Ζηνὸς γόνος, ubi de Minoë, ejusque filiis. et 524, Διὸς βουλῇσιν ἐελμένος. et 624, Ζηνὸς ἐριβρεμέτεω χαλεπὴν ἐδδείσατε μῆνιν ξεινίου: ergo illi valde ἀσεβεῖς καὶ ἅμα αἰσχροκερδεῖς. et 631, seqq. Ζεῦ πάτερ, ubi indicat pluribus, τὸ θεῖον εἶναι φρονιμώτατον, καὶ πάντων αἴτιον. et 731, ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τίθει νόον εὐρύοπα Ζεύς. et 795, ἀέλλῃ, ἥτε ὑπὸ βροντῆς πατρὸς Διὸς εἶσι πέδονδε: nam ex aëre oriuntur tonitrua. et 825, seqq. αἲ γὰρ ἐγὼν οὕτω γε Διὸς παῖς εἴην. et 837, ἵκετο αἰθέρα Διὸς (i. e. ἡλίου) αὐγάς. ἐκ Διὸς οὖρον, Ξ, 19. et 54, οὐδέ κεν ἄλλως Ζεὺς ὑψιβρεμέτης αὐτὸς παρατεκτήναιτο. et 157, Ζῆνα ἥμενον ἐπὶ Ἴδης, quo loco decipitur Jupiter a Junone, blanditiis et venustate. Poëta sub hac imagine pingere voluit,

quod summi sæpe et prudentissimi viri tamen a mulieribus irretiantur, ut fiat voluntas mulieris, etsi vir id minime propositum sibi habeat. Enarrat ibi Jupiter, incensus a Junone, varios suos amores, alienata quasi mente, Ξ, 293—328. coit cum Junone, deinde dormit, 353, seqq. i. e. fortuna Troica mutat se, et Græci vincunt. Evigilat ab isto somno, et increpat Junonem, O, 4. 13, seqq. prædicit futura, 55, seqq. sed hoc loco versus viginti duo, a 56—77, habentur a quibusdam criticis priscis pro suppositis. Argumenta hujus criseos sunt, quia insit παλιλλογία non apta; quia versus ipsi leves; quia manifestum versui 63, 64, insit mendacium, nam usque eo nunquam cessisse Græcos fugientes, nec Achillem incitasse Patroclum; quia Jupiter decernat Sarpedonem occidendum, et tamen postea eundem miseretur; quia Homerus nusquam alibi in genere neutro dixerit τὸ Ἴλιον, quod tamen versu 71 exstet; quia nusquam Achillem dicat πτολίπορθον (quæ ratio est omnium falsissima, ex defectu concordantiarum orta: vide πτολίπορθος) quod is non fuerit respectu Trojæ, sed potius Ulysses; quia, præsente Junone, dici apte non potuerit, Minervam perdituram esse Trojanos, versu 71. (sed Minerva tamen notat quodvis artificium.) Non desunt ergo, qui hæc omnia confutent, et locum pro genuino defendant: dicunt enim, auditorem φιλέλληνα præparari, ut deinde patienter audiat fugam et cædes Græcorum, quum præsciat, fortunam mox mutatum iri; præterea inesse poësi huic multa ἅπαξ λεγόμενα; versusque esse admodum Homericos. Et hi omnino vincunt. νήπιοι, οἳ Ζηνὶ μενεαίνομεν, O, 104. et 184, seqq. ubi, post missum ad Neptunum nuntium, partitio mundi inter Jovem, Plutonem, et Neptunum, memoratur: quæ partitio tamen terram communem tribus fratribus reliquerat. Ratio est in promtu. Jupiter est aër, circumdans terram, simulque gubernatio rerum omnium: Neptunus est aqua, quæ continetur terra, et πόσιος αἴτιος διὰ τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰ λοιπὰ ὕδατα ἃ ἐκ θαλάσσης διηθούμενα ἐκρέουσι, imo et pluviæ sunt inde, rigantes regnum vegetabile: Ἀϊδωνεὺς δέ ἐστιν ὁ ὑπὸ γῆς ἀήρ, qui continet animas defunctorum ex mente antiquitatis, et fruges terræ promovet calore subterraneo, ipse vero non apparet, et disparere facit semina et morientes. Jupiter habet αἰγίδα, a Vulcano factam, O, 310, et circa, h. e. aër superior habet nubes procellosas et ignium plenas. hinc et responsio Jovis et κατάνευσις κεφαλῆς ex mente priscorum est tonitru, 377. collato Job. xxxviii, 1. servat sua voluntate alios, alios perdit, variis modis, O, 461, seqq. 489, 490. 567, 593, seqq. ubi iterum est explicatio τοῦ, A, 5. O, 611, 637, seqq. 694, 719, 725. Π, 37, 51, 88, 97. δάμνα μιν Ζηνός τε νόος καὶ Τρῶες ἀγαυοί, Π, 103. et 121, μάχης μήδεα κείρει Ζεύς. et 231, εὔχετο ἔπειτα, στὰς μέσῳ ἕρκεϊ, λεῖβε δὲ οἶνον, οὐρανὸν εἰσανιδών, Δία δὲ οὐ λάθε: hinc Jupiter ἑρκεῖος dictus, διὰ τὸ συντηρεῖν πάντας τοὺς περὶ τὸ αὐτὸ ἕρκος: et additur ibi, Ζεῦ ἄνα, ut notet τὸν ἄνω Δία: et vox ἄναξ ei propria. Ibidem dicitur et, Δωδωναῖε, Πελασγικέ, τηλόθι ναίων. Videt omnes motus hominum, et preces eorum audit, in quantum vult, Π, 249, seqq. Dicitur absolute πατὴρ, 227, 253, 250, nam τοὺς ἐν ἀνθρώποις πατέρας ἀφιδρύματα τοῦ τοιούτου πατρὸς Διὸς φασὶν οἱ παλαιοί. et 298, στεροπηγερέτης, quatenus fulgura congregat in aëre, sicut νεφεληγερέτης, quatenus nubes et caliginem. αἰθέρος ἐκ (post) δίης, ὅτε τε Ζεὺς λαίλαπα τείνει, Π, 365. et 385, λαβρότατον χέει ὕδωρ Ζεύς, i. e. ὁ ἀήρ. et 431, τοὺς δὲ ἰδὼν ἐλέησε Κρόνου παῖς, ubi miseratur ἥρωας, ἐν ἀκμῇ ἡλικίας morituros brevi, maxime filium, quem Juno, utpote noverca, non miseratur, 439, seqq. et 567, Ζεὺς ἐπετάνυσε νύκτα ὑσμίνῃ, i. e. aër pulvere denso et nubibus plenus. Διὸς κρείσσων νόος ἠέ περ ἀνδρῶν, Π, 688. P, 176, coll. 198, 209. Ζεὺς Ἕκτορι δῶκεν, Π, 799, 844, 849, ubi est ἡ εἱμαρμένη. sic et P, 251, ἐκ Διὸς τιμὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ. ἐπευξάμενος Διῒ πατρὶ, P, 46, 19: καὶ ἀνυσιμώτατον πανταχοῦ παρὰ Ὁμήρῳ ἡ δικαία εὐχὴ, *beten hilft allezeit, wenn es gerecht ist, (prayer is invariably efficacious when it is just.)* ἡμῖν δὲ Ζεὺς μὲν πολὺ βούλεται ἢ Δαναοῖσι νίκην, P, 331, seqq. coll. 321. et 339, Ζῆνα, ὕπατον μήστωρα μάχης ἐπιτάῤῥοθον. et 400, τοῖον Ζεὺς ἐπὶ Πατρόκλῳ ἐτάνυσσε κακὸν πόνον. et 409, ἀπαγγέλλεσκε Διὸς μεγάλοιο νόημα, i. e. βουλήν. et 441, seqq. ubi miseratur res humanas, simulque gubernat. et 498, ὁ δὲ εὐξάμενος Διῒ πατρὶ ἀλκῆς καὶ σθένεος ἔπλητο. et 515, τὰ δέ κεν Διῒ πάντα μελήσει. et 546, ubi pœnitet eum. et 593, seqq. αἰγίδα εἵλετο. et 626, seqq. est pro Trojanis. τετέλεσταί σοι ἐκ Διὸς, ὡς εὔχεο, Σ, 74. et 116—119, ὅτε Ζεὺς ἐθέλῃ. et 168, κρύβδα Διὸς ἄλλων τε θεῶν, coll. 185. et 292, ἐπεὶ μέγας ὠδύσατο Ζεύς. et 328, ἀλλ' οὐ Ζεὺς ἄνδρεσσι νοήματα πάντα τελευτᾷ, coll. 431. et 356, seqq. alloquitur Junonem. ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι, ἀλλὰ Ζεὺς καὶ μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις Ἐρινὺς, ubi regimen mundi designatur, sæpe damnum et errorem mentis destinans hominibus, T, 87, et in sequentibus ἡ Ἄτη, πρέσβα Διὸς θυγάτηρ, narratur, quæ et ipsum Ζῆνα ἄσατο: et ibi Jupiter est mens humana, maxime principum. Fallitur Ζεὺς a conjuge, T, 106, seqq. circa nativitatem Herculis: ergo vigilans sit magnus princeps. et 224, ἐπὴν κλίνῃ (deorsum vergere faciat) τάλαντα (i. e. eam lancem, in qua posita sunt fata hujus partis) Ζεὺς, ὅστε ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται, et lanx vergens notat infortunium, adscendens vero salutem. Ergo Jovis lances aliter ponderant res, ac nostræ: nam apud nos gravior et melior pars vergit deorsum, levior et exilior sursum adscendit. sic X, 209—212, χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα. apud Jovem pejus est gravius: et id imitatur judex corruptus, lanci suæ partis una imponens aurum. Ζεὺς, ὕπατος θεῶν καὶ ἄριστος, T, 258, nam non omnis supremus statim et est optimus. hinc est Romanorum, Jupiter opti-

mus, maximus. et 270, Ζεῦ πάτερ, ἦ μεγάλας ἄτας ἄνδρεσσι διδοῖς. et 357, νιφάδες Διὸς, i. e. ἀέρος. convocat deos, Υ, 4, seqq. ergo res magna geretur ab Achille. coll. 10, 13, 56, 92, 103, 105, 107, 155. σὺν Διΐ, i. e. ἀρχικῶς, 192, *als oberster befelshaber, (as commander in chief.)* Trojani reges sunt a Jove, Υ, 215, seqq. et 242, Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε. coll. 194. et 234, Διῒ οἰνοχοεύειν, de Ganymede. est pater fluviorum, maxime τῶν χειμάῤῥων, qui nutriuntur pluviis ex aëre decidentibus, Φ, 2. et 82, seqq. ubi tradit aliquem hosti suo. et 385—390, ubi gaudet de pugna deorum: quæ est poëtica descriptio casuum et conflictuum ejus diei. et 438, Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ. Priamum senem valde adflixit, Χ, 60. et 167, seqq. ubi miseratur Hectorem, ob ejus εὐσέβειαν, coll. 178, 182. 302, 366, 403. οὐ μὰ Ζῆνα, ὅστις τε θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος, Ψ, 43. et 299, Ζεὺς ἔδωκε ἄφενος. et 724, Διῒ πάντα μελήσει. Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδὼς, Ω, 88. et 90, κεῖνος μέγας θεός. Jubet Jupiter Priamum ire et redimere corpus Hectoris, Ω, 169, seqq. i. e. ipsius consilium regium. et 194, Διόθεν, a Jove. sic et 561. et 301, ἐσθλὸν γὰρ, Διῒ χεῖρας ἀνασχεῖν. et 287, σπεῖσον Διῒ πατρὶ, καὶ εὔχεο. et 290, εὔχου κελαινεφέϊ Κρονίωνι Ἰδαίῳ, ὅστε Τροίην κατὰ πᾶσαν ὁρᾶται, coll. 308, seqq. ubi sunt preces ipsæ. Jovis duo dolia, ex quibus miscet cuique suam partem, Ω, 527—533. Pindarus finxit tria dolia, unum bonorum, duo malorum: sed Homerus habet tantum duo, ut ex ἕτερον apparet. et 611, λαοὺς δὲ λίθους ποίησε Κρονίων, i. e. dura et immitia faciebat corda hominum. Iter Jovis mere poëtice et historice intelligendum, Α, 423, ut dicat poëta, crevisse Trojanis animum per satis multos dies. Ζηνὸς ἐν μεγάροισιν congregantur dii, α, 27. et 62, τί νύ οἱ τόσον ὠδύσαο, Ζεῦ; et 283, ἢ ὄσσαν ἀκούσῃς ἐκ Διός. sic et β, 217. Ζεὺς αἴτιος, ὅστε δίδωσιν ἀνδράσιν ὅπως ἐθέλῃσιν, α, 348. et 386, μή σε βασιλῆα Κρονίων ποιήσειε. et 390, Διός γε διδόντος. Ζεὺς ἀγαθὸν τελέσειεν ὅ, τι φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς, β, 34. Est præses concionum populi, unde et ἀγοραῖος dictus, β, 68. Ζεὺς λυγρὸν ἐνὶ φρεσὶ μήδετο νόστον Ἀργείοις, γ, 132, 152, coll. 288, quibus locis est deus summus pariter ac aër. αἴκε ποθι Ζεὺς δῷσι παλίντιτα ἔργα γενέσθαι, β, 144, coll. α, 379. ρ, 51, 60. γενεῇ δὲ Διὸς μεγάλοιο ἔικτον, δ, 27, in vultu majestatis et præstantiæ pleno elucet principalis dignitas. Ζηνός που τοιήδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλὴ, δ, 74, quam tamen comparationem deprecatur Menelaus, 78, seqq. et 207, ἀνέρος, ᾧτε Κρονίων ὄλβον ἐπικλώσῃ, et 237, Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ. δύναται γὰρ ἅπαντα. αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ, δ, 341. π, 311. σ, 234. φ, 200. οὔπως ἐστὶ, Διὸς νόον οὔτε παρέξ ἐλθεῖν ἄλλον θεὸν, οὐθ' ἁλιῶσαι, ε, 103, coll. 99. 137. νεφέεσσι περιστέφει οὐρανὸν εὐρὺν Ζεὺς, ε, 303. et 408, γαῖαν ἀελπέα δῶκεν ἰδέσθαι. Νύμφαι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο, ρ, 240. ζ, 105. et 188, Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ὄλβον Ὀλύμπιος ἀνθρώποισιν ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ. et 207, πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες ξεῖνοί τε πτωχοί τε. sic et ξ, 57. μὴ οὕτω φίλον Διῒ πατρὶ γένοιτο, η, 316. et 331, Ζεῦ πάτερ, αἴθε, ὅσα εἶπε, τελευτήσειεν ἅπαντα Ἀλκίνοος. Διὸς ὄμβρῳ, ι, 176. ὄμβρῳ, ι, 111. κεραυνῷ, η, 250. Ζηνὸς ὑπ' ἀγγελίης, η, 263. Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, οὗτε κράτος ἐστὶ μέγιστον, ε, 4. Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς, Θ, 82. et 245, Ζεὺς ἐπιτίθησι ἔργα. et 465, οὕτω νῦν Ζεὺς θείη. κακὴ Διὸς αἶσα, ι, 52. et 262, οὕτω που Ζεὺς ἤθελε μητιάασθαι. et 269, Ζεὺς δ' ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων τε ξείνων τε ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ. et 275, Κύκλωπες οὐκ ἀλέγουσι Διός. et 277, οὐδ' ἂν ἐγὼ, Διὸς ἔχθος ἀλευάμενος, πεφιδοίμην σοῦ. et 294, ἀνεσχέθομεν Διῒ χεῖρας. et 479, σὲ Ζεὺς τίσατο, punivit. et 552, ἀρνειὸν Ζηνὶ κελαινεφέϊ Κρονίδῃ, ὃς πᾶσιν ἀνάσσει, ῥέξας, et quidem Jovi φυξίῳ ἢ καὶ σωτῆρι. θεράποντε Διὸς μεγάλοιο, i. e. βασιλεῖς, λ, 254. ex Alcmena generat Herculem, ex Antiopa Zethum et Amphionem, λ, 259—267. et 301, οἳ καὶ νέρθεν γῆς τιμὴν ἐκ Ζηνὸς ἔχουσι, Castor et Pollux. et 436, γόνον Ἀτρέος εὐρυόπα Ζεὺς ἐκπάγλως ἤχθηρε γυναικείας διὰ (per) βουλάς. sic et, Δαναῶν στρατὸν, 558. ἀμβροσίην Διῒ πατρὶ φέρουσι πέλειαι, μ, 63. et 371, Ζεῦ πάτερ, ἠδ' ἄλλοι μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες. sic et 377. suscipit punitionem sociorum Ulyssis, et κῆλα Διὸς sunt τὰ περὶ τὸν ἀέρα δείματα, μάλιστα δὲ ὁ κεραυνὸς, μ, 384, seqq. 415, seqq. et 445, Σκύλλην δ' οὐκ ἔτ' ἔασε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε εἰσιδέειν. Ζηνὶ, ὃς πᾶσιν ἀνάσσει, ν, 25, et 51, εὐξάμενοι Διῒ πατρί. et 127—159, Διὸς δ' ἐξείρετο βουλὴν, Neptunus, cum quo colloquitur Jupiter: et ibi, 147, vocatur absolute κελαινεφής. Ζεὺς σφέας τίσαιτο ἱκετήσιος, ὅστε καὶ ἄλλους ἀνθρώπους ἐφορᾷ καὶ τίνυται ὅστις ἁμάρτῃ, ν, 213. et 318, κούρη Διὸς, i. e. ἡ φρόνησις, coll. β, 433. Ζεύς σοι δοίη, ξεῖνε, καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι ὅττι μάλιστ' ἐθέλεις, ξ, 53. σ, 111. σφὶν Ζεὺς ληΐδα δώῃ, si Jupiter illis piratis prædam det, i. e. fortuna eorum, ξ, 86. et 93, ὅσαι γὰρ νύκτες τε καὶ ἡμέραι ἐκ Διός εἰσιν. et 119, Ζεὺς γάρ που τόγε οἶδε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι. Ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν, in jurejurando, ξ, 158. ρ, 155. τ, 303. υ, 230. ἤ κέν οἱ ὑπέρσχοι χεῖρα Κρονίων, ξ, 184, *oder ob Gott seine hand über ihn gehalten hat, (or whether God has held his hand over him.)* et 235, ὅτε δὴ τήνδε στυγερὴν ὁδὸν εὐρυόπα Ζεὺς ἐφράσατο, coll. 243, 268. et 273, αὐτὰρ ἐμοὶ Ζεὺς αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο νόημα ποίησε. et 283, Διὸς δ' ὠπίζετο μῆνιν ξεινίου, ὅστε μάλιστα νεμεσσᾶται κακὰ ἔργα. et 300, Ζεὺς δέ σφιν μήδετο ὄλεθρον, coll. 303, 305, 310. et 328, ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διός. (sic et τ, 297.) et 389, ἀλλὰ Δία ξένιον δείσας. et 406, πρόφρων δὴ καὶ ἔπειτα Δία Κρονίωνα λιτοίμην. αἴθε οὕτως, Εὔμαιε, φίλος Διῒ πατρὶ γένοιο, ὡς ἐμοὶ, ξ, 440. ο, 340. ὗε δ' ἄρα Ζεὺς πάννυχος, ξ, 457. οὕτω νῦν Ζεὺς θείη ἐριγδουπος πόσις Ἥρης, ο, 180. et 24[illegible], ὃν περὶ κῆρι φίλει αἰγίοχος, utpote βασιλικὸν, qui hinc διοτρεφὴς καὶ διογενὴς dicitur. et 352, Διῒ δ' εὔχεται αἰεί. et 487, σοὶ μὲν παρὰ καὶ κακῷ ἐσθλὸν ἔθηκε Ζεύς. et 522, ἀλλὰ τά γε Ζεὺς οἶδεν Ὀλύμπιος, αἰθέρι ναίων. φράσαι, εἰ καὶ νῶϊν Ἀθήνη σὺν Διῒ πατρὶ ἀρκέσει,

π, 260—265, quod quidem poëtice dictum videri potest, pro: prudentia adhibita et dexteritas, una cum principali nostra dignitate: est tamen simul et theologice. τοὺς δὲ Ἀθηναίη θέλξει καὶ μητιέτα Ζεὺς, π, 298, i. e. ὁ ἐν ἡμῖν βασιλεῦσιν νοῦς καὶ φρόνησις. et 422, οὐδὲ ἱκέτας ἐμπάζεαι, οἷσιν ἄρα Ζεὺς μάρτυρος. et 403, Διὸς μεγάλοιο θέμιστες. Ζεῦ ἄνα, Τηλέμαχόν μοι ἐν ἀνδράσιν ὄλβιον εἶναι, ρ, 354, quæ forma precandi est Attica, omisso δὸς vel ποίησον. Ζεὺς ἀλάπαξε Κρονίων, ρ, 424, seqq. τ, 80, cui etiam adversi casus tribuuntur, coll. ρ, 322. et 597, τοὺς Ζεὺς ἐξολέσειε πρὶν ἡμῖν πῆμα γενέσθαι. τοῖος νόος ἐστὶν ἀνθρώπων, οἷον ἦμαρ ἐπάγῃ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, σ, 135. et 272, τῆς δὲ Ζεὺς ὄλβον ἀπηύρα. et 375, εἰ πόλεμόν ποθεν ὁρμήσειε Κρονίων, utpote ταμίας πολέμου. τῷ τε Ζεὺς κῦδος ὀπάζει, τ, 161. et 179, Διὸς μεγάλου ὀαριστής. et 276, ὀδύσαντο γὰρ αὐτῷ Ζεύς τε καὶ Ἠέλιος. et 363, ἦ σε περὶ Ζεὺς ἀνθρώπων ἤχθηρε, coll. 365. Διός τε σέθεν (Ἀθήνης) τε ἕκητι, υ, 42. et 75, ἐς Δία τερπικέραυνον, ὁ γάρ τ' εὖ οἶδεν ἅπαντα, μοῖράν τ' ἀμμορίην τε καταθνητῶν ἀνθρώπων. et 97, Διῒ τ' εὔχετο, χεῖρας ἀνασχὼν, Ζεῦ πάτερ, εἴ με ἐθέλοντες ἤγετε. et 112, Ζεῦ πάτερ, ὅστε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισιν ἀνάσσεις. et 120, χαῖρε κλεηδόνι, Ζηνός τε βροντῇ. et 273, οὐ γὰρ Ζεὺς εἴασε Κρονίων. et 339, οὐ μὰ Ζῆν', Ἀγέλαε, καὶ ἄλγεα πατρὸς ἐμεῖο. ἦ μάλα με Ζεὺς ἄφρονα θῆκε, φ, 102. et 413, Ζεὺς δὲ μεγάλ' ἔκτυπε, σήματα φαίνων. et 415, τέρας οἱ ἧκε Κρόνου παῖς Διὸς μεγάλου ποτὶ βωμὸν ἑρκείου, cui sacrificabat ut ἐφόρῳ τοῦ ἕρκους, i. e. τοῦ περὶ τὴν αὐλὴν τειχίου. et 379, ἑζέσθην Διὸς μεγάλου ποτὶ βωμόν. ἐμὲ Ζεὺς ἄλγεσι καὶ θεοὶ ἄλλοι πεδάασκον, ψ, 352. ὅτε δή μιν ἔγειρε Διὸς νόος αἰγιόχοιο, ω, 163. et 343, ὁπότε Διὸς ὧραι ἐπιβρίσειαν, i. e. ἡλίου. et 350, Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥα ἔτι ἐστὲ θεοὶ κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον, nam ex pœnis malorum agnoscitur deus. Ζεὺς Ἀθῷος, pro Ἀθώϊος, ὁ ἐν τῷ Ἄθῳ ὄρει τιμώμενος. ἑρκεῖος, sub dio in aula cultus: ἐφέστιος, ionice ἐπίστιος, et ἑστιοῦχος, in domo et in foco: πέλωρος, quam vocem confer in A. ξένιος et ξείνιος, φίλιος, amicitiæ præses, ὅρκιος, ἑταιρεῖος, ὁμόγνιος, πατρῷος, φράτριος, ἱκέσιος et ἱκετήσιος, etc. prout ea res est, cujus dicitur custos aut vindex. Quod sit aër quoque, indicat vox ἡ εὐδία, i. e. ἡ εὐαερία. Ejus supercilia dicuntur atra, quatenus nubes sunt atræ in aëre, et quatenus tonitrus dat signa voluntatis. Ab ejus genitivo fit nomen δῖος pro δίϊος, divinus, ut a Χίος fit Χίϊος, contr. Χῖος, ἀνὴρ ἐκ Χίου: et dicitur aliquis δῖος ob eminentiam super alios in aliqua re, ut Achilles ob ἀνδρίαν, Ulysses ob σύνεσιν, Paris ob κάλλος, Eumæus ob εὔνοιαν et fidem, mare ob μέγεθος, multi ob εὐγένειαν, etc. notat ergo eminentiam, ad similitudinem Jovis eminentis super omnia. A, 7. Διῒ φίλος, a Jove dilectus, i. e. felix, beatus: hinc est nomen proprium ὁ Δίφιλος, ου. Διὸς κοῦροι, et ὑφὲν, οἱ Διόσκουροι, sunt Castor et Pollux, οἱ τοῦ Διὸς καὶ Λήδης, fratres Helenæ, Γ, 236—244. sed divisim tamen, κοῦροι ἢ κοῦραι Διὸς, dicuntur et multi alii: composita voce illi duo κατ' ἐξοχήν. Vide in A. sub δέχομαι, Ζεὺς, κήρυξ, et ὀφρύς.

Ζέφυρος, ου. ὁ. ventus est humidus, proprie flans ab occasu hiberno solstitiali. Δ, 276. H, 63. apud eum epulantur alii venti, i. e. omnes sunt ejusdem naturæ, Ψ, 200, seqq. τ, 206. plura vide sub hac voce in A. Cæterum, omnes ab occasu flantes venti, vocantur apud Græcos Ζέφυροι, quorum sunt ad minimum octo. Vide in A. sub ἀργεστὴς, νότος, et πυροφόρος.

Ζῆθος, ου. ὁ. filius Jovis ex Antiopa, frater Amphionis, princeps Bœoticus, λ, 259—264. An idem sit ὁ Ζῆθος, τ, 523, memoratus, cujus filium Ἴτυλον per imprudentiam occidit ἡ Πανδαρέου κούρη, in lusciniam deinde mutata; quæri potest: et l. c. multi scribunt Ζήταο (pro Ζήτου, ab ὁ Ζήτης) ἄνακτος.

H

ἭΒΗ, ης. ἡ. mythice est filia Junonis, conjux Herculis in cœlo: et οἰνοχοεῖ θεοῖς. ministrat præterea Junoni, Martemque fratrem suum lavat, ut heroinæ illo ævo facere consueverunt. Δ, 2. E, 722, seqq. 905. λ, 602, seqq. Notat non senescentem, sed semper viridem et vegetam cœlestium conditionem: τὸ ἀκάματον καὶ ἀεὶ νεάζον τῶν στοιχείων. conf. Cic. de N. D. II, 15, 16, 46. ista Ἥβη vocatur et ἡ Δία, ας, teste Strabone, Lib. 8, Sicyone culta sub hoc nomine. Præterea ἥβη est adulta hominis ætas, quam vide in A. Hinc est ὁ ἔφηβος, qui propinquat ad adolescentiam plenam, qui pubescere incipit, cui pili protruduntur ubi antea nulli fuerant. Hinc et οἱ ἄνηβοι dicuntur, qui pilos nullos ibi habent. Respectu hujus ætatis florentissimæ, ἥβη habet epitheta, ἡδεῖα, χαρίεσσα. Etiam ipsa illa corporis regio, ubi pubes procrescit, dicitur ἥβη: hinc, narrante aliquo, φιλεῖν (osculari se) τράχηλον γυναικὸς καὶ τιτθοὺς καὶ ὀμφαλόν: jocans respondit alter, ὡς πονηρὸν τοῦτο ἤδη: καὶ γὰρ ὁ Ἡρακλῆς ἀπὸ τῆς Ὀμφάλης ἐπὶ τὴν Ἥβην μεταβέβηκε: innuens, quod post umbilicum etiam inferiora fortasse osculetur. Eadem regio corporis dicitur et τὸ ἐφήβαιον, quod Romani vocant pectinem.

Ἠερίβοια, ας. ἡ. laudatissima ob formosi-

tatem, περικαλλής. E, 389. nomen est ab ἡ βοῦς, et particula intensiva ἐρι, valde: ut notet πολύβοιον, multas boves habentem: η vero ab initio abundat. sic et Εὔβοια a præstantibus bubus habet nomen: et ἡ Ἀλφεσίβοια, etc.

Ἠετίων, ωνος. ὁ. Socer Hectoris, pater Andromaches, princeps Thebæ Phrygiæ, rex Cilicum: quem Achilles occidit, et prædas ab eo egit. habet nomen ab ὁ ἀετός. A, 366. Z, 395, seqq. Θ, 187. I, 188. Π, 153. X, 472, 480. Ψ, 827, seqq. Cæterum Cilices primum habitarunt ad montem Idam, deinde in Pamphyliam transierunt; denique in terram Ciliciam. Alius hujus nominis erat Ἴμβριος, fidus hospes, redimens hospitem suum, Φ, 43. Tertius, nobilis Trojanus, P, 575—590, cujus filius erat ὁ Ποδῆς.

Ἠϊονεύς, έος. ὁ. princeps Græcus, occisus ab Hectore, H, 11. Alius erat Thraciæ princeps, pater τοῦ Ῥήσου, K, 435.

Ἠϊών, όνος. ἡ. oppidum Argeorum obscurum, in Peloponneso. B, 561. putant quidam, eam esse νῆσον Καλαυρίαν. Strabo vocat τὰς Ἠϊόνας, κώμην quam vastarunt Athenienses et fecerunt ναύσταθμον.

Ἠλέκτρα, ας. ἡ. filia Agamemnonis, Orestis soror fidelissima: dicta sic ob pulcritudinem præstantem, διὰ τὸ κατ' ὄψιν ἠλεκτρώδης καὶ χρυσοειδής. nam verum ejus nomen erat ἡ Λαοδίκη. possit tamen id cognomen esse a diuturna virginitate, διὰ τὸ πολὺν χρόνον ἄλεκτρον μεῖναι, quum impediretur ab impia matre Clytæmnestra, quæ hanc suam piam filiam odio habebat. Hinc Eurip. Or. 71, παρθένος μακρὸν δὴ μῆκος Ἠλέκτρα χρόνου, coll. Iphig. Taur. 811, ibique Barnes. I, 145. Alia hujus nominis fuit soror Cadmi. Vide sub Λαοδίκη, item in A. sub ἄλεκτρος.

Ἦλις, ιδος. ἡ. regio nobilis, postea et urbs, vocata ἀπὸ Ἠλείου, υἱοῦ Ταντάλου. Civis ejus Ἠλιδαῖος et Ἠλεῖος et Ἠλεῖος. Tempore belli Trojani, vel et Homeri, videtur regio illa, ubi deinde urbs est condita, κωμηδὸν tantum habitata fuisse. Vocabatur κοίλη Ἦλις, quia regio montibus cincta: ad formam τῆς κοίλης Συρίας. Maxime autem nobilis ea regio et urbs ob certamina Olympica ibi celebrata: hinc et δῖα vocatur: nam novit ea certamina Homerus, quippe ab Hercule instituta. Nonnunquam scribitur cum spiritu aspero Ἧλις, quasi ab ἀλίζω, i. e. συναθροίζω. Ob rusticitatem aliquam male audiebant οἱ Ἠλεῖοι, studiosi autem ἀγώνων καὶ γυμνασίων. Ἤλιδα δῖαν, B, 615—617. Λ, 672, 685, 697. εὐρύχορον, δ, 635. ὅθι κρατέουσιν Ἐπειοί, ν, 275. ο, 297. Ἤλιδος ἱπποβότοιο, φ, 347, et propinquæ ei sunt insulæ Δουλίχιον, Ζάκυνθος, Σάμη, etc. ω, 430. Incolæ ergo non Ἠλεῖοι solum, sed et Ἐπειοὶ dicti, quos confer. Ἠλείοισι καὶ ἡμῖν νεῖκος ἐτύχθη, Λ, 670, seqq.

Ἠλύσιον πεδίον, δ, 563—569, est περὶ τὰ κατὰ δύσιν πέρατα γῆς, et recentiores id vocarunt τὰς τῶν μακάρων νήσους, quia in mari Atlantico extra Europam, et quia mira loci felicitas. Vocatum vero Ἠλύσιον ab ἀλύειν, i. e. λίαν χαίρειν, vel et, quia animæ λελυμέναι σωμάτων, ibi versantur, vel et, quia ἀλύτως, i. e. ἀφθάρτως, ἀθανάτως, ἔχουσιν οἱ ἐκεῖ. confer πέρας, in A.

Ἠλώνη, ης. ἡ. urbs Thessaliæ, condita ab Hercule post deletos Centauros, postea dicta ἡ Λειμώνη. B. 739.

Ἠμαθία, ας. ἡ. Macedonia. Antiqui narrant, quod ὁ Μακεδὼν fuerit filius Jovis, qui habuerit filios duos, τὸν Ἄμαθον καὶ τὸν Πίερα, a quibus duæ partes Macedoniæ, ἡ Ἠμαθία et ἡ Πιερία, nomina acceperint. Ξ, 226.

Ἠνιοπεύς, έος. ὁ. homo nobilis, filius Thebæi, auriga Hectoris. Θ, 120.

Ἤνοψ, οπος. ὁ. nobilis Trojanus, pater Satnii et Thestoris, Ξ, 443, seqq. Alius, nobilis Græcus, Ψ, 634.

Ἤπειρος et Ἄπειρος, ου. ἡ. apud Homerum est civitas, in terra continenti Peloponnesi sita, subjecta Ulyssis imperio: cujus civis ὁ Ἠπειρώτης. Post Homerum terra satis ampla infra Illyricum, ad mare Adriaticum, sic vocabatur. B, 635. φ, 109, ubi est, Ἠπείροιο μελαίνης, et ubi ἡ Κεφαλληνία fortasse sic vocatur. et ω, 377, ἀκτὴν Ἠπείροιο, ubi Laërtes dicit, se eam terram subegisse. Et his locis est manifesto de ora continentis, e regione Ithacæ. Sed qualis Ἤπειρος designetur sub crudeli regno Ἐχέτου, σ, 83, 114: et quæ terra designetur, η, 9, νῆες αὐτὴν ἤγαγον Ἀπείρηθεν, quæ forma est sicut Ἀθήνηθεν, Θήβηθεν, etc. a qua fortasse dicta est γρηῦς Ἀπειραίη, η, 8, non satis liquet. fortasse notat ibi ἤπειρος terram continentem in genere, in opposito insularum. Vide in A.

Ἤπυτος, et Ἠπύτης, ου. ὁ. est nomen præconis, ab ἠπύειν, i. e. φωνεῖν, factum. Ab eo est patronymicum Ἠπυτίδης. P, 324.

Ἥρα, ας. ἡ. Juno, Jovis soror et conjux. physice est aër inferior: politice est βασιλικὴ μεγάλη ἀξία, quatenus ea sæpe a mulieribus aut a causis minus virilibus regitur aut concitatur; hinc sæpe populi dicuntur a Junone concitati. habet epitheton λευκώλενος, quo notatur τὸ διαφανὲς τοῦ ἀέρος. Dicitur aliquando, solem citius misisse ad occasum, hoc est, densissima nebula aut obfuscatio aëris orta est antéquam sol occideret. Nominis etymologiam vide sub ἥρως in A. Communis tamen opinio id deducit ab ὁ ἀήρ. Ante nuptias cum Jove, peperisse dicitur τὸν Προμηθέα: et Vulcanum quidem post nuptias, ante legitimum tamen tempus. Ἀχιλλῆϊ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ λευκώλενος, A, 55, i. e. ex odore aëris sensit Achilles, utpote rem medicam edoctus a Chirone, pestilentiam esse in aëre: et aër diurnus ipse (λευκώλενος) erat luridus, hinc Apollo, i. e. Sol, erat νυκτὶ ἐοικώς, 47. et 195, Ἀθήνην πρόηκε, i. e. Achilles, ut ipse princeps, intel-

lexit, se contracturum sibi pessimam δύσκλειαν, si summum imperatorem suum manibus adgrederetur; reliquisque Græcis omnibus ἀναστάτωσιν. Nam Juno ibi est regalis dignitas: et ἡ Ἡραία ζωὴ est ἡ βασιλική. Cum Neptuno et Minerva consenserat de vinciendo Jove, Α, 400, quæ fictio exprimit insidias mulieris imperiosæ in aula principis. sic et Α, 519, 536, pingitur ut litigiosa cum marito; ex more nimirum multarum fœminarum principalium. βοῶπις πότνια, Α, 551. Ο, 49, 83. χρυσόθρονος, Α, 611. Ἀργείη, Δ, 8. Ε, 908. vapulat nonnunquam, Α, 588, i. e. uxor est coërcenda a marito principe. sic et Ο, 13—21, ubi, præter hanc fictionem, physica ratio simul est observata a poëta: nam δεσμὸς notat τὴν συνάφειαν τῶν στοιχείων ἄλυτον: et aëri subjacent duo quasi ἄκμονες, terra et aqua; ipse autem superne cohæret cum puro æthere. Ἥρη (ionice) alloquitur Minervam, Β, 156, seqq. ubi hæ duæ deæ designant τὴν βασιλικὴν φρόνησιν διανοουμένην, ἥτις ἐν πολλοῖς τῶν ἡγεμόνων ἐκινεῖτο: describitur ergo poëtice, consultatio et cogitatio principum. Ejus carissimæ urbes tres, Δ, 51, 52, h. e. ibi præcipue colebatur. Vulneratur ab Hercule in dextram mammam, quum pugnaret pro Neleo, Ε, 392—394. dolet, Græcos vinci, Ε, 711. Ἥρη, πρέσβα θεὰ, θυγάτηρ μεγάλοιο Κρόνοιο, Ε, 721. Θ, 383. Ξ, 194, 243. Currus ejus describitur, Ε, 722—732, coll. 776, nam prisci, sicut heroës sic et dii, crebro ipsi sibi ministrabant. Valde clamat, Ε, 784—786, utpote aër: nam πᾶσα φωνὴ πληγὴ τοῦ ἀέρος ἢ πεπληγμένος ἀήρ ἐστι. Porro ingenium mulieris potentis pingitur sub persona Junonis. Ε, 892. Θ, 198—209. 407, 408. sed coercetur a Jove, 399—405. 477, et pingitur animus regis constantis. Dat Juno robur, Ι, 254, quatenus est dignitas principalis; et tunc cum Minerva semper copulari debet. sic et, ἐπεγδούπησαν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη, τιμῶσαι βασιλῆα, Λ, 45, h. e. rex valde venerabilis apparebat ob prudentiam et imperium. τέκοι δέ με πότνια Ἥρη, utinam sic peperisset me, i. e. utinam sic sim semper imperans et venerabilis, Ν, 826. Decipit Jovem formositate sua, h. e. fœmina suis illecebris utitur, si non potest vi, Ξ, 153, seqq. et ibi non adest ei Minerva: nam cautissime fingit Homerus. Dat ei poëta neque κάτοπτρον neque κομμωτρίας (comæ exornatrices) neque θεραπαίνας, ut alibi dedit τῇ Κίρκῃ: ἀλλὰ αὐτουργοῦσαν πλάττει αὐτὴν, ἥτις καὶ τοὺς πλοκάμους αὐτὴ ἔπλεξεν. neque fingit nudam, sed ornat vestibus, ne lector in cogitationes minus honestas abducatur, legendo nudam. Nutrita est ab Oceano et Tethyi, 202, seqq. i. e. aër inferior semper repletur vaporibus ex mari et terra. dolose illicit Jovem ad coitum, et invitat eum in loca remotiora, ut eo melius avertat eum ab auxilio Trojanis ferendo, 329, seqq. quæ omnia poëtice intelligenda. Nimirum mira serenitas et tranquillitas aëris erat eo tempore, qua Græci optime utebantur, quum antea tempestates, faventes Trojanis, et faciem Græcorum verberantes, fuissent. Ζεὺς adfatur Junonem, κασιγνήτην ἄλοχόν τε, Π, 432, seqq. ubi pingitur animus novercæ. Cæterum mali exempli res fuit hoc connubium, etsi apud poëtam physice partim, partim historice ex more primorum hominum, recte explicetur. Narrant, Πτολέμαιον τὸν Αἰγύπτιον quæsisse a philosopho, an recte haberet Ἀρσινόην sororem suam uxorem: et hunc respondisse recitando hunc versum Homericum, (qui plenior est Σ, 356.) ut quidem comprobare factum regis exemplo divino videretur, ipse tamen nihil assereret. ergo prudenter et aulice. sed alius, idem interrogatus, cum respondisset, τὴν ἀδελφὴν Ἀρσινόην ὁ βασιλεὺς γεγαμηκὼς, εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλιὴν τὸ κέντρον ὠθεῖ: vasi plumbeo est insertus, et demersus in mari. Facit, ut sol citius occidat, Σ, 239, 240. Decipit Jovem circa nascendum Herculem, Τ, 106, seqq. et pinguntur mores novercales. Auxiliatur Graiis una cum Neptuno et Minerva et Mercurio, etc. Υ, 33, seqq. nam connubiorum præses est, et bellum gerebatur a Græcis ob violatum jus matrimonii: præterea dignitas Græcorum erat major quam Trojanorum. Ergo ea omnia poëtice intelligenda, et qualitates sunt personificatæ. Ibidem, 70, seqq. pugnat Juno cum Diana, coll. Φ, 479, seqq. quæ physice intelligenda, de aëre diurno salubriori, et nocturno humidiori. Consultat cum diis, quis exitus futurus sit certaminis inter Achillem et Æneam, Υ, 112, seqq. h. e. ipse poëta deliberat quomodo hoc certamen πιθανῶς et apte, et dignitati horum heroum convenienter expedire debeat. Juno jubet Vulcanum incendere fluvium, deinde remittere flammam, si sit clamatura, Φ, 340, 341, physice utrumque: nam lenior ventus καύσωνα illis locis solet afferre; vehementior vero, et quasi vociferans, refrigerat. Ibi, 479—488, alloquens Juno Dianam, irata duas elegantes ellipses facit: primum omittitur. προσέφη τὴν Ἀρτέμιδα, nam totus versus 480 abest ab optimis codicibus: deinde deest apodosis ad 487, 488, utpote quæ ipso facto, per plagas, additur, quasi dicat, εἰ θέλεις δαῆναι, ἰδοὺ πάρεστί σοι αὐτοῖς ἔργοις μαθεῖν: εἴπερ ἐθέλεις γνῶναι, ἰδοὺ πάσχε. πότνια Ἥρη σάωσε τὸν Ἀγαμέμνονα, δ, 513, i. e. ὁ ἀὴρ, εὔκρατον πνέων. Ἥρης χρυσοπεδίλου, λ, 603. Ἥρη φίλος ἦν Ἰάσων, μ, 72, ubi partim tempestas commoda ad navigandum indicatur, partim quod principalis dignitas multum juverit eum. Ἥρη αὐταῖς ἔδωκεν εἶδος καὶ πινυτὴν, υ, 70, ubi Juno, i. e. nativitas et educatio principalis, dedit puellis cum forma etiam prudentiam. Vide sub Ἰξίων, et in Α. sub βοῶπις, πλήσσω, τέλειος, ἀέκων, et δέχομαι prope medium.

Ἡρακλῆς, έος. ὁ. Hercules, filius Jovis ex Alcmena Thebarum regina. Homo valde fortis, robustus, grandis statura; sed impetuosus et vehemens. occidit præceptorem suum τὸν Λίνον: puerum, aquam ei in vase non satis

firmo præbentem, κονδυλίσας (pugno verberans) ἔῤῥιψεν εἰς ἀνίγερτον: et sic plures. Nomen habet ab ἦρα, i. e. χάριν, et τὸ κλέος. ἦρα est per apocopen, ab ἦρανα et ἐπιήρανα, idque ab ἐράω, amo. Postrema ejus amica, ἡ Δηϊάνειρα, nomen habuit cum omine: nam re vera exstitit δήϊος, i. e. δάϊος καὶ καυστηρὰ, τῷ ἀνέρι αὐτῆς. Genitivus, τοῦ Ἡρακλέος, fit ionice τοῦ Ἡρακλῆος, unde est patronymicum adjectivum Ἡρακλήειος: et ipse vocatur βίη Ἡρακληείη, i. e. validus Hercules ipse, *der mächtige, (the mighty.)* Præceptores Herculis enumerat Theocritus, Id. 24, 103, seqq. et totum id Idyllion est de Hercule puero. υἱέος υἱωνοί τε βίης Ἡρακληείης, B, 666. vulneravit sagitta Junonem in dextram mammam, E, 392, seqq. et dicitur ibi υἱὸς Ἀμφιτρύωνος, quia mater ipsius Alcmene uxor hujus regis Thebarum erat. Etiam τὸν Ἅδην, Plutonem, sagitta vulneravit, 395, seqq. Allegorice hæc explicare, ineptum est. subsunt historicæ veritates, nobis jam non explicabiles, ex more priscorum temporum his tenebris involutæ. Profectus fuit Trojam cum sex navibus, eamque subito impetu cepit diripuitque quantum libuit, E, 638, seqq. conf. Λαομέδων. Non quidem vastavit urbem, magno tamen apud Trojanos mansit in odio; quia non vi aperta et ante denuntiata, sed improvisa irruptione, urbem ceperat, *durch überrumpelung, (by surprize:)* contra Græci urbem deleverunt, et tamen a posteris Trojanorum culti sunt heroes ibi sepulti, Achilles, Patroclus, Antilochus, Ajax, aliique; quia justo bello, vix decimo vincentes anno, celebrem per orbem terrarum Trojam fecerant. Cæterum in illa expeditione Trojana duo magna bona fecit Trojanis. sitiens enim, et aquæ causa terram fodiens reperit et aperuit fontes Scamandri fluvii, qui nomen ab hoc σκάπτειν retinuit. Deinde, τὴν Ἡσιόνην, filiam Laomedontis, ab irato Neptuno destinatam κήτει τινὶ devorandam, liberavit; quæ historia tangitur Υ, 145, seqq. Labores Herculis ab Eurystheo impositi tanguntur Θ, 362, seqq. qui spatio annorum octo uniusque mensis sunt ab eo exantlati duodecim. In his fuit et ὁ Κέρβερος, qui re vera fuit canis præstans vel regis Thraciæ, vel regis Molossorum, nomine Ἅδης: nam hoc nomen et humanum fuit olim, sicut apud nos *teufel* aut *mannteufel*. Et sic omnes illi labores possent historice explicari, nisi placuisset antiquitati, res tales involvere imaginibus monstrosis. Pylum ἐλθὼν ἐκάκωσε βίη Ἡρακληείη, Λ, 689, seqq. ubi participium masculinum cum βίη, ut appareat, hanc circumlocutionem esse loco nominis proprii. Iratus autem erat Hercules Pyliis et regi eorum Neleo, quod hi auxilio fuerant τοῖς Ὀρχομενίοις cognatis suis, contra Thebanos, cives Herculis: et ὁ Περικλύμενος, filius Nelei, superbe adversus Herculem ipsum gesserat se. Hinc, capta Pylo, occidit undecim filios Nelei, una cum patre: duodecimo, Nestori, qui per pueritiam ἐν Γερήνοις educabatur, evocato ad se, dedit imperium Pyli. Hinc is Nestor, memor et beneficii et maleficii, neque mali quid loquitur de Hercule, nec multum boni. Uxor Nelei, ἡ Χλῶρις, ἀγχόνῃ periit ob mortem filiorum et mariti. In reditu a Troja tempestatibus adversis fuit jactatus, quæ aëris violentia tribuitur Junoni, Ξ, 250, seqq. O, 25, seqq. coll. 639. Mortuus est ut alii omnes, Σ, 117, nam quæ recentiores tragici finxerunt, ignorat Homerus. Quod in nascendo fraudatus fuerit fato suo per Junonem, narratur T, 98—125. ἡ γαλῆ est sacra ei, mustela, quia interventu ejus, mater soluta est partu, ut recentiores addunt. Fuit egregius sagittarius, Θ, 224. cum matre ejus Alcmene colloquitur Ulysses apud inferos, λ, 265, seqq. ubi ipse dicitur θρασυμέμνων θυμολέων, et 269, μένος αἰὲν ἀτειρής. conf. ἡ Μεγάρη. et 600—626, ipse colloquitur cum Ulysse: nimirum εἴδωλον μόνον, nam ipse erat in cœlis apud Heben suam, quod 601, 602, diserte dicitur. quod hospitem suum τὸν Ἴφιτον imprudens occiderit, narratur φ, 22—38, et hanc ob cædem datus est ἐκ θεομηνίας, τῇ Ὀμφάλῃ, Λυδῇ γυναικὶ, in servitium; et vix demum purgatus est ab hac cæde. Arcu ejus postea usus est Philoctetes. Ante nominatus fuerat Ἀλκεῖος, ab avo ejus paterno: post Pythius ei nomen dedit Ἡρακλῆς, his versibus: Ἡρακλέην δέ σε Φοῖβος ἐπώνυμον ἐξονομάζει, ἦρα γὰρ ἀνθρώποισι φέρων, κλέος ἄφθιτον ἕξεις. Ex quo apparet etymologia nominis, quia grata multa contulit humano generi viribus suis: spiritus asper vero est Atticus. Deminutivum ex Ἡρακλῆς est Ἥρυλλος, sicut ex Ἀριστοκλῆς fit Ἀρίστυλλος, ex Βαθυκλῆς Βάθυλλος. Filius ejus per patronymicum dicitur Ἡρακλείδης, ου. ὁ. B, 653, 658, 679. E, 628. imo et ipse Hercules sic sæpe appellatur a recentioribus. Alius Hercules fuit Διὸς καὶ Ἀστερίης, in Libya occisus a Typhone, qui vitam recepit, Ἰολάου αὐτῷ προσενεγκόντος ὄρτυγα, καὶ ὀσφρανθείς: nam vivus amarat hanc avem. Cic. de N. D. III, 16. Vide in A. sub λειτρὸν, νέος aliquanto sub medio, et δῦπνον.

Ἥφαιστος, ου. ὁ. Vulcanus, filius Junonis, i. e. aëris: nam ignis est ἀὴρ ἐξαφθείς. Ἥφαιστος γάρ ἐστιν ἢ ἡ ἁπλῶς θερμότης, ἢ ἡ κατ᾽ ὑπερβολὴν καὶ καυστική. Notat ergo vel calorem, vel colorem magnum, vel ignem, vel artes in igne versantes: estque ignis vel cœlestis vel terrestris. De eo est A, 571—600, et dicitur κλυτοτέχνης, propter opera bona, quæ mediante igne conficiuntur: conciliat Junonem Jovi, h. e. calor facit, ut ne aër humidus obfuscet ætherem; et dissipat nubes: neque Juno potest tidere, i. e. aër non potest esse pulcer, sine calore. Maxime tamen Vulcanus est τὸ πῦρ, ἡ καυστικὴ θερμότης: et is dicitur σκάζων, ἀμφιγυήεις, quia ignis sine materia substrata deficit, quia sustentatur aliqua materia. περικλυτὸς vero est, quia calore et igne omnes indigent. Dat Junoni bibere, i. e. calor facit, ut humores surgant ex terra et mari in aërem:

dat et aliis diis, nam antiqui putabant, sidera pasci exhalationibus terræ et aquarum: et hos humores poëta vocat nectar. ἐποίησε δώματα θεοῖς, Α, 606, seqq. ubi dii sunt astra: hæc in æthereo calore sunt constituta, et habent ibi sua certa loca: et hinc sumsere postea astrologi suam doctrinam de domibus planetarum. Fecit sceptrum Jovi, Β, 101, nimirum aureum, quod ope ignium conflatum et elaboratum est. Nam per μετωνυμίαν, ὁ Ἥφαιστος, ὁ ἐπιστατῶν τῷ πυρὶ, λέγεται ἀντὶ πυρὸς, coll. Β, 426. sic Mars occidit, Neptunus submergit, etc. dejectus est de cœlo in Lemnum, Α, 590, seqq. coll. Ο, 23. quæ fictio sumta est ex fabrorum multitudine in ea insula. Ἱρεὺς Ἡφαίστοιο, Ε, 10. et 23, ἀλλ' Ἥφαιστος ἔρυτο, σάωσε δὲ νυκτὶ καλύψας, quod poëtice dictum de nube pulverea, per æstum magnum et discursus hominum excitata. θώρηκα, τὸν Ἥφαιστος κάμε τεύχων, Θ, 195. σύες εὐόμενοι τανύοντο διὰ φλογὸς Ἡφαίστοιο, Ι, 464. sic, φλὸξ Ἡφαίστοιο, comburens mortuum, ω, 71, 75. Vulcanus fecit θάλαμον Junoni, Ξ, 167, seqq. sic et 338, Jovi. et θρόνον χρύσειον, quem Juno donatura est Somno, 238, 239. Dedit Jovi Ægidem, Ο, 309, et id physice, nam ægis est nubes tonitrua et fulgura continens. Ἡφαίστοιο ἄνακτος, Ο, 214, ubi numeratur inter deos, opitulantes Græcis. φλογὶ εἴκελος Ἡφαίστοιο, Ρ, 88. Fabricatur Achilli arma, Σ, 137, seqq. domus ejus describitur 369, seqq. quo loco et admiranda ejus pocula narrantur, quæ facit non tantum αὐτομάτως ambulantia, sed et συνετῶς. cohabitat ei Χάρις quædam, 382, nam opera artis ejus sunt grata. Hyperboles autem de operibus ejus poëta quasi de deo loquens finxit, qui majora humanis artificibus præstat. sic fecit aureas et tamen ἐμψύχους puellas, 417, de quibus vide ἀμφίπολος in Α. sic et canes aureos viventes, η, 91, seqq. i. e. sic artificiose elaboratos, quasi viverent. Plato ille magnus, antequam Socratem audisset, poësi se dabat, scribebatque primum heroica; quæ quum videret nimium inferiora Homero, convertebat se ad tragœdias scribendas, et de Thetide multa fingebat: sed, audito Socrate, totum se philosophiæ consecrabat, comburebatque plurima sua poëtica, rectans versum ex Σ, 392. Cæterum Vulcanus est memor beneficiorum acceptorum, Σ, 394, seqq. coll. Α, 591. et notatur ibi τὸ διακονικὸν τοῦ πυρός. Εὐρυνόμη, Σ, 398, 399, servat ignem, i. e. ἡ εὐρεῖα διανομὴ, καὶ κοινὴ ἀνθρώπων χρῆσις: simul et Θέτις, i. e. ἡ περὶ γῆν θέσις, positio lignorum aut carbonum in foco. Præterea simul respicitur ad Vulcanum supernum, i. e. ad fulgura et fulmina in aëre: hinc vides, quomodo dicatur Junonis filius et Jovis, quomodo dejiciatur de cœlo, et nutriatur ab exhalationibus humidis. Juno peperit eum claudum, Σ, 396, s. et 468, seqq. ubi habet et instrumenta viva, nec tantum αὐτοκίνητα, ἀλλὰ καὶ φρονοῦντα. In armis Achillis fecit multa δαίδαλα, sed nihil de ναυτιλίᾳ, quasi aversante eam poëta: et Homerus finxit istam ὁπλοποιΐαν, ad ostendendam suam ἐκφραστικὴν δύναμιν. Hesiodea ἀσπὶς ad imitationem hujus Homericæ facta, multo inferior est ingenio et arte, sic ut Homeri scutum sit ἡφαιστότευκτον, Hesiodi autem ἀνθρώπινον. Arma a Vulcano facta adfert Thetis, Τ, 10. et Achilles induit, 368. Fecit sellas deorum, Υ, 12. et 36, Ἥφαιστος κίε σθένεϊ βλεμεαίνων, χωλεύων, ὑπὸ δὲ κνῆμαι ῥώοντο ἀραιαί, quæ est egregia pictura ignis: per χωλεύειν et ἀραιαὶ notatur ἐλάττωμα φυσικὸν, sed id expletur per τὸ βλεμεαίνειν σθένεϊ καὶ τὸ ῥώεσθαι, i. e. ἐῤῥωμένως κινεῖσθαι. κυλλοποδίων, Φ, 331. et 355, πολύμητις. et 367, πολύφρων: διὰ τὰ κατὰ πῦρ μυρία τεχνικὰ μεθοδεύματα. ταμίας πυρὸς, Ψ, 33. κρητὴρ, ἔργον Ἡφαίστου, δ, 615, seqq. ο, 115, seqq. καθ' ὑπερβολὴν artis. sic Ἀθηνᾶς ἔργα dicuntur alia præstantia opera. ἀνὴρ ἴδρις, ὃν Ἥφαιστος δέδαεν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη τέχνην παντοίην, ζ, 233. ψ, 160. Deprehendit Martem cum Venere, θ, 267, seqq. ubi varia ejus epitheta. Nusquam ei Homerus dat socios operis, quales ei adjunxerunt recentiores: nam isti recentiores, augendo fabulas, fecere eas ineptas et frigidas; quum Homerus finxerit summa cum ratione. Vide in Α. sub ἀνάπτω, πόλις sub medio, et ῥίπτω.

Ἠώς, όος. ἡ. Aurora. mater Memnonis ex Τιθωνῷ, δ, 188. Vide in Α.

Θ

ΘΑ'ΛΕΙΑ, ας. ἡ. Νηρηὶς τις, Σ, 39. sic dicta διὰ τὸ τοῦ στοιχειακοῦ ὕδατος ζωογόνον, ἔν τε ἄλλοις καὶ ἐν φυτοῖς, de quibus τὸ θάλλειν proprie dicitur. Alia hujus nominis est Musa. Est et epitheton convivii. Mare habet quoque sua φυτὰ in se, ut testantur οἱ θύννοι βαλανηφαγοῦντες: etiam marina aqua quibusdam locis apta est plantis et vitibus, quibus hæc aqua adspergitur. Præterea hæc Nereis etiam hinc nomen habet, quia mare multa præbet conviviis, non pisces modo, et similia his; sed et per mercaturam in mari, ut lætiora inde fiant convivia. Hinc et alia dicitur ἡ Δωτώ.

Θάλπιος, ου. ὁ. dux Eleorum, Β, 620. cf. Ἐπειοί.

Θαλύσιος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, Δ, 458. Vide sub θαλύσια in Α.

Θάμυρις, ιδος. ὁ. Princeps Thraciæ, filius Φιλάμμονος. Forma quidem præstans, sed πρῶτος τὸν αἰσχρὸν ἔρωτα νοσήσας. Regnavit ἐν τῇ ἀκτῇ περὶ τὸν Ἄθων montem. Erat præterea poëta ἀλαζὼν, qui Musas ad certamen cantus provocabat, pactus, εἰ μὲν νικήσει, πλησιάσαι πάσαις (alii tamen dicunt, eum sibi unam tantummodo pactum esse conjugem) εἰ δὲ ἡττηθῇ, στερήσεσθαι οὗ ἂν ἐκεῖναι θέλωσιν. Victus igitur, privatus est a Musis oculis et cantu et mente sana: quæ vindicta triplex, nimis acerba sane fuit. Homerus tamen duplicem tantummodo pœnam novit, τὴν τῆς ὄψεως πήρωσιν, καὶ ἀοιδῆς ἀφαίρεσιν, Β, 595, seqq. conf. Eurip. Rhes. 915, seqq. Narrant, fuisse eum δίκορον, (*der zweyerley angäpfel gehabt*) (*had double pupils to his eyes*) τῶν ὀφθαλμῶν τὸν μὲν γλαυκὸν ἔχων, τὸν δὲ μέλανα.

Θαυμακία, ας. ἡ. Urbs Phthiotidis. Cives ejus dicti Θαυμακοί. Β, 716.

Θαύμας, αντος. ὁ. Pater Iridis, quæ hinc Θαυμαντίας dicitur. Id mythice, sed sapienter: nam τὸ θαυμάζειν ἀρχὴ ἐστι φιλοσοφίας et disquisitionis. conf. Plato in Theæt. et Hesiod. Theog. 237, 265, 780.

Θεανὼ, ὄος. ἡ. uxor Antenoris principis Trojani, soror Hecubæ, filia τοῦ Κισσέως, unde ipsa ἡ Κισσηῒς dicitur, sacerdos Minervæ, formosa, laudata noverca, δῖα. Ε, 69, seqq. Ζ, 298, seqq. Λ, 221, seqq.

Θέμις, ιδος. ἡ. Dea juris civilis. prima occurrit Junoni, Ο, 87, i. e. πρὸ τῶν ἄλλων θείων ἀρετῶν ἡ Θέμις προσήκει τοῖς ἄρχουσιν, καὶ μάλιστα οἷς ἡ ἡγεμία, i. e. βασιλικὴ, προσήκει ζωή. et dicitur καλλιπάρῃος, nam hæc ornat et exhilarat et florere facit civitates; ἄνθος γὰρ οἷον τοῦ προσώπου τὸ καλλιπάρῃον. Utitur Jupiter ea ad convocandos deos, quando ultima sententia contra injustos est ferenda, Υ, 4, seqq. et est eadem cum τῷ θεσμῷ καὶ τῇ δίκῃ. Hæc et καθίζει et λύει τὰς ἀγορὰς, β, 68, i. e. notat ἐκκλησίαν νομιμωτάτην: et ejus statua erat in foro. Genitivus in ιδος est communis, in ιστος et ιτος autem Doricus.

Θεοί, Homerici, modeste et reverenter adversantur sibi invicem. e. c. Neptunus speculatur abitum Jovis, Ν, 10, seqq. Minerva reducit Ulyssem absente Neptuno, α, 22. coll. ι, 282, seqq.

Θεοκλύμενος, ου. ὁ. Nobilis Græcus, et vates. Genealogia ejus est ad Μελάμποδος. ο, 223—285. 528—545. ρ, 71, seqq. ubi recipitur in domum Telemachi, 84. 151, seqq. Vaticinatur procis mortem, υ, 350, seqq. 363, seqq. et occasionem sumit ab ecclipsi solis hoc novilunio facta, qua obfuscabantur interdiu homines in domo clausa: et parietes quasi sanguine rutili apparebant, et cibi videbantur lurido colore infecti, et umbræ in parietibus versabantur. Habet nomen ut vates, ὡς τὰ ἐκ θεῶν κλύων, audiens quasi sermones deorum et vocem fatorum. conf. Eurip. Hel. 9.

Θεονόη, ης. ἡ. Protei, regis Ægypti, filia vates, ἡ τὰ θεῖα ἠπίστατο. Eurip. in Helena. apud poëtam eadem vocatur ἡ Εἰδοθέη, et ratio nominis est eadem siquidem νοεῖν et εἰδεῖν notat idem.

Θερσίλοχος, ου. ὁ. nobilis Lycius, ductor auxiliorum ad Trojam, Ρ, 216. occiditur ab Achille, Φ, 209, coll. 211, ubi apparet, fuisse eum Παίονα.

Θερσίτης, ου. ὁ. nobilis quidem Græcus, filius Agrii, fratris Œnei. conf. Ἄγριος: sed valde deformis corpore et ingenio. ἀκαιρολόγος ἀνὴρ, καὶ ἐπισβόλος, καὶ οὐκ ἐν δέοντι παῤῥησιαστικὸς, καὶ ἀρίστοις ἐξισοῦν ἑαυτὸν θέλων. Β, 212—277. et versu 244 nomen ejus ponitur loco detestationis. Volebat corrumpere, quod prudens Ulysses jam pæne effecerat, ut populi ad concionem reverterentur. Sic turpissimus quisque sæpe maxime noxius et privatim et publice. Oratio ejus est specimen orationis ἀκαίρου, nam antea in jurgio Achillis cum Agamemnone sic loqui potuisset, sed tunc odio in Achillem prohibebatur, nunc vero id erat intempestivum: porro est specimen orationis audacis, nam interrogando acriter incipit: etiam ἀπαιδεύτου (*ungezogen*) (*ill-bred, insolent*) nam est contra reverentiam summo regi debitam; hinc et Ulysses obliviscitur merito, quid deceat contra hominem nobilem, Β, 265, 266, coll. 198, 199, nam Thersites non erat δήμου ἀνήρ. præterea est hæc oratio specimen accusatoriæ, nam auget rem nimis: et contumeliosæ impudentisque. Sed Agamemnon ipse ei non respondet, regaliter contemnens malum hominem. Habet nomen vel a θέρω, f. θέρσω, i. e. θερμαίνω, ut notet θερμὸν καὶ προπετῆ, ἰταμὸν καὶ θρασύν: vel est a τὸ θάρσος, quod æolice dicitur τὸ θέρσος, ut θρασὺν notet: quamquam ipse Thersites non erat εὔτολμος, ἀλλὰ θρασύδειλος. Tradunt antiqui, fuisse Homero ἐπίτροπον hoc nomine et hac fere figura, justis ex causis μιμισημένον αὐτῷ: hunc infamiæ causa inseruisse poësi suæ. Vide sub Ἀγκαῖος et Ἔχετος.

Θέσπια et Θέσπεια, ας. ἡ. oppidum Bœotiæ, dictum alibi et αἱ Θεσπιαί, conditum olim ἀπὸ Θεσπίου, υἱοῦ Τεύθραντος, τοῦ Πανδίονος. Β, 498. ὁ Νάρκισσος, filius τοῦ Κηφισσοῦ ποταμοῦ καὶ νύμφης Λειριόπης, periit ob formositatem propriam a se conspectam, et fuit Θεσπιεύς. Ovid. Metam. 3, 341—510. Alia erat Θέσπια Θετταλική, ubi colebatur ὁ Ἔρως, sculptus a Praxitele: amica Praxitelis ἡ Γλυκέρα, quæ eum ab artifice dono acceperat, dedicaverat eum ibi. De Cupidine isto, Thespiis culto, mentio fit a Cicerone contra Verrem, Lib. IV. c. 2. Non procul inde abfuit ἡ Ἄσκρα.

Θεσπρωτία, ας. ἡ. regio et urbs, in extrema Thessalia: incolæ οἱ Θεσπρωτοί. ξ, 315, 316, 335. π, 65, 428. ρ, 526. τ, 271, 287

292. confines sunt τοῖς Ἀμπρακιώταις καὶ Λευκαδίοις.

Θεσσαλὸς, οῦ. ὁ. Filius Herculis, B, 679, et hujus Thessali duo filii ductores erant copiarum ad Trojam. Gens ipsa, οἱ Θεσσαλοὶ, a poëta nusquam nominatur. Erat autem Thessalia olim divisa in quatuor principatus, in Φθιῶτιν, Αἰῶτιν, Πελασγιῶτιν, Θετταλιῶτιν specialem: regio ipsa est πεδίον μέγα καὶ κοῖλον, πάντοθεν ὄρεσι καλυπτόμενον. Civis dicitur Θεσσαλιώτης. Cæterum Thessali ὡς πολυφάγοι et luxuriosi male audiebant: hinc δεῖπνα Θετταλῶν in proverbio erant, et Θετταλικὴ ἔνθεσις, i. e. μεγάλη τροφή: nam habitabant terram fertilem, et hinc erant εὐτράπεζοι. Præterea ferebantur ut νουνεχεῖς καὶ φρόνιμοι, unde in proverbio erat Θετταλὸν σόφισμα, *ein kluger streich, kluge erfindung, (a cunning trick or device.)*

Θέστιος, ου. ὁ. Κουρήτων ἀρχὸς, pater matris Meleagri, κρατῶν Πλευρῶνος, conf. I, 551.

Θέστωρ, ορος. ὁ. Pater Calchantis, qui hinc dicitur ὁ Θεστορίδης, ου. Apud Sophoclem hoc patronymicum est ὁ Θεστόρειος. A, 69. M, 394. Π, 401.

Θέτις, ιδος. ἡ. Dea maris, ut poëtice dicitur: uxor Pelei regis Myrmidonum et Phthiotidis, mater Achillis. Habet nomen a καταθέσει τῆς ζάλης, et est idem quod ἡ θέσις. Sic et in ἡ φάτις et φάσις hæ litteræ permutantur. Audit filium lamentantem et exsurgit ex mari, A, 357, seqq. Jovem a conspiratione aliorum liberaverat olim, 396, seqq. deflet filium suum, 413, seqq. supplicat Jovi pro filio, 495, seqq. habet epitheton ἀργυρόπεζα, θυγάτηρ ἁλίοιο γέροντος, A, 538, 556. et εὔκομος, Δ, 512. excipit Bacchum fugientem, Z, 136, quod est ænigma fortasse, de usu aquæ marinæ ad conservandum vinum. Jupiter ἐξήνυσε βουλὰς Θέτιδος, Θ, 370. duplex fatum exposuit filio suo, I, 410, seqq. est causa infortunii Græcorum, blanditiis suis avertendo Jovem a Græcis, N, 350. Θέτιδος ἐξαίσιον ἀρὴν, O, 598, coll. 76, 77. οὐδὲ Θέτις μήτηρ, Π, 34. et 222, dedit filio χηλὸν, plenam pulcris rebus. et 574, ἐς Πηλῆα ἱκέτευσε καὶ ἐς Θέτιν. Audit rursus filium de Patroclo lugentem, et exsurgit ex mari cum magno comitatu, Σ, 35, seqq. luget, et solatur filium, 73, seqq. abit ad Vulcanum, arma facienda curans, 369, seqq. Θέτι καλλιπλοκάμῳ, per apocopen pro Θέτιδι, Σ, 407. et 424, in vocativo, Θέτι τανύπεπλε. et 429, seqq. ubi deflet apud Vulcanum miserias suas, et queritur de conjugio suo impari: ex more nimirum mulierum, maxime nobiliorum viris. ἐκ Θέτιδος ἁλοσύδνης, Υ, 207. luget Patroclum, Ψ, 14. Juno educaverat Thetidem, eamque maritaverat, Ω, 59, seqq. confer τρέφω in A. ad hunc locum. Cæterum id historice et poëtice dictum: nam Juno est regia dignitas: in ea educata erat hæc fœmina princeps, cujus parentes imperium maris late tenuerant: etsi historia hic sileat. Ergo σεμνότητος χάριν sic loquitur poëta. Iris venit ad Θέτιν missu Jovis, Ω, 83, seqq. et hæc proficiscitur ad Jovem, 95, deinde ad filium suum, 121, de luctu finiendo, et reddendo corpore Hectoris, 128, seqq. coll. 562. Occiso filio suo, arma ejus defert in medium, et adhibitis Trojanis principibus judicium fit, cui dari ea debeant, λ, 544—546. et ad sepulturam filii accedit, ω, 47, seqq. 73, seqq. 85, 91. Vide sub ἀργυρόπεζα in A.

Θηβαῖος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, ὑπέρθυμος. Θ, 120.

Θήβη, ης. ἡ. et αἱ Θῆβαι, ῶν. nam utroque modo ponit poëta, sicut et ἡ Μυκήνη et αἱ Μυκῆναι, Κρήτη et Κρῆται, Μάλεια et Μάλειαι. Tres urbes hujus nominis celebres sunt apud poëtam. Una est Bœotiæ urbs primaria, condita a Cadmo, ex cujus historia etiam nomen invenit, a θέειν τὴν βοῦν, quam rem et Ovidius tangit, Metam. III, ab initio. Sæpe vastata est hæc urbs, et restituta: dicta ἑπτάπυλος. Tempore Trojani belli videtur fuisse in ruinis, ex bello illo civili, quod Thebanum dicitur, et narratur Δ, 372—398, conf. Οἰδίπους, et E, 800—808. Z, 223. Hinc Ὑποθῆβαι, B, 505, videntur esse locus vastatus, ubi Thebæ antea steterant, suburbia nimirum. Θήβης ἕδος εἵλομεν ἑπταπύλοιο, Δ, 406, in bello illo atroci Thebano. De eodem bello est et K, 286—290. Ξ, 113. Ἀλκμήνης ἐνὶ Θήβῃ, Ξ, 323. et, εὐστεφάνῳ ἐνὶ Θήβῃ, T, 99. Θήβας (εἰς) ἦλθε, Ψ, 679, ubi elliptice deest ea præpositio. Arx hujus urbis erat ἡ Καδμεία quæ et κατ' ἐξοχὴν ἡ Θήβη vocatur: unde αἱ Ὑποθῆβαι possunt intelligi urbs arci huic subjecta, ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ celsa. ὤλετο ἐν Θήβαις, ο, 247. Ante Amphionem fuerat ἀτείχιστος, et hinc populus Thebanus sparsim habitans incursabatur ὑπὸ Φλεγύων latrocinantium, λ, 262, seqq. sed ὁ Ἀμφίων ἅμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Ζήθῳ primus fuit conditor munitæ urbis. Post mortem horum fratrum, rex Φλεγύων Εὐρύμαχος Thebas munitione privavit: sed Cadmus urbem restituit. ἐν Θήβῃ πολυηράτῳ, λ, 274, i. e. τῇ πολλὰς ἀρὰς ἢ βλάβας θεόθεν ὑπομεινάσῃ, *die viel fluch und unsegen ausgestanden, (which had endured many calamities and misfortunes.)* Cæterum ex h. l. historia Thebana multum lucis habet. Altera Θήβη erat in Asia, sub regno Trojano, in agro fertili sita, dicta Ὑποπλάκιος, vel Ὑποπλακίη, vel Πλακία, a monte propinquo, qui dicebatur ὄρος τὸ Πλάκιον, a quo et tota regio vocabatur Ὑπόπλακος ὑλήεσσα χώρα. Capta est ab Achille, cum is, tempore Trojani belli, cum parte copiarum Phrygiam percursaret et vastaret, A, 366, seqq. ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος. In ea urbe ἡ Χρυσηΐς erat capta, quæ eo venerat vel ad sacrum Dianæ, vel perfugii causa. B, 691, διαπορθήσας τείχεα Θήβης. et Z, 416, ἐξέπερσε πόλιν Κιλίκων εὖ ναιετάωσαν Θήβην ὑψίπυλον. et 397, Θήβῃ Ὑποπλακίῃ. Historia hujus urbis est hæc: Thebe erat filia τοῦ Ἀδραμύστιος, ἀνδρὸς Πελασγοῦ, τοῦ τὴν Ἀδραμυστίαν ὁμώνυμον ἑαυτῷ κτίσαντος, ἣν

οἱ ὕστερον Ἀδραμύττιον μετεκάλεσαν εὐφωνότερον: hujus pulcræ filiæ nuptias a multis petitas fecit pater præmium vincenti in certamine ludicro: Hercules eo veniens vicit, accepit uxorem, et condidit urbem cognominem uxori: coll. 396. ἐγὼ Θήβαις, ἐν Ὑποπλάκῳ ὑληέσσῃ, X, 479, inquit Andromache se esse natam. Tertiæ Thebæ erant Ægyptiæ, urbs ingens, dicta ἑκατόμπυλος numero rotundo, frequentissima hominibus et potentissima et ditissima, I, 381—384. δ, 126, 127. si erant in urbe ea centum τάγματα equestrium virorum, et quodvis τάγμα constabat ex ducentis equitibus: quanta igitur reliqua multitudo? Hæ Thebæ fuerant antiqua sedes regia Ægypti, Homero optime nota utpote patria; dicta postea ob magnitudinem Διὸς πόλις, *eine stadt Gottes, (a city of God.)* Θηβαῖος Τειρεσίας, ex Thebis Bœoticis, κ, 492.

Θήρα, ας. ἡ. insula inter Cretam et Libyam, antea dicta ἡ Καλλίστη, sed postquam nobilis Laco, ὁ Θήρας, ου, coloniam eo deduxit, ex nomine ejus est appellata. Sacra Neptuno et Minervæ. Argonautæ in errore suo ad eam insulam venerunt, et Medea ibi est vaticinata: Vide sub θηρεύω in A.

Θησεύς, έως. ὁ. Heros et princeps Atheniensis, Αἰγείδης, i. e. Ægei filius, ἐπιείκελος ἀθανάτοις. enumeratur inter priscos laudatissimos, A, 265. cum Ariadne ex Creta abiit, λ, 321, seqq. 630. Vide sub ἱστίον in A.

Θίσβη, ης. ἡ. urbs Bœotiæ, non procul a mari, columbis abundans, hinc πολυτρήρων. habet nomen a τῇ Θίσβῃ, filia Ἀσωποῦ. B, 502. habuit civem, τὸν περίπυστον αὐλητὴν Ἰσμηνίαν, qui erat Θισβεύς.

Θοαὶ νῆσοι, ο, 298, sunt τῶν Ἐχινάδων aliquæ, sicut et τὸ Δουλίχιον. Et hæ insulæ propinquæ sunt Κορινθιακῷ κόλπῳ. dicuntur θοαὶ, a figura procul apparente, i. e. ὀξεῖαι: nam θοὸν est ὀξύ, et θοῶσαι est ἀποξῦναι, *spitzig machen, (to sharpen.)*

Θόας, αντος. ὁ. Princeps Ætoliæ, filius Ἀνδραίμονος καὶ Γόργης τῆς τοῦ Οἰνέως. propinquus ergo Diomedis, et unus ex novem ἀρίστοις post Achillem. B, 638—644, et cum quadraginta navibus venerat ad bellum. Δ, 275. Π, 168, Ἀνδραιμονίδης. N, 92, 216, seqq. O, 281, seqq. T, 239. Vir valde laudatus, et exemplum νέου συνετοῦ καὶ ἀνδρείου. cum Ulysse in insidiis positus ad Trojam, ξ, 499. Alter hujus nominis erat rex Lemni insulæ, filius Bacchi, θεοῦ: et dona accipiebat a mercatoribus portus ejus intrantibus, ut liceret negotiari, Ξ, 230. Ψ, 745. Tertius erat nobilis Trojanus, occisus a Menelao, Π, 311. Quartus fuit rex Chersonesi Tauricæ; de quo Eurip. Iphig. Taur. 30—33, ubi simul ratio nominis, ob celeritatem pedum.

Θόη, ης. ἡ. Νηρηΐς. Σ, 40. nam aqua habet motus celeres.

Θόων, ωνος. ὁ. nobilis Trojanus, Φαίνοπος υἱὸς, ἀδελφὸς Ξάνθου. E, 152. occiditur ab Ulysse, Λ, 422. Alius est M, 140. interfectus ab Antilocho, N, 545, seqq. Tertius erat rex partis Ægypti, circa Κάνωβον ad ostia Nili, ingens cultor artis medicæ, δ, 228, seqq. genitivus per syncopen est Θῶνος pro Θόωνος: nisi potius mavis dicere, nomen hujus principis fuisse ὁ Θῶνις, τοῦ Θώνιος et per syncopen Θῶνος: nam Herodotus, II, 113, seqq. memorat Θῶνιν præfectum regis Ægyptii in ora maritima; et juvabit legisse eum Herodoti locum. Ab eodem et urbs Ægyptiaca ἡ Θῶνις nomen habebat, et mensis Ægyptius, ὁ Θώθ. Quartus denique fuit nobilis Phæax, θ, 113.

Θόωσα, ης. ἡ. mater Polyphemi ex Neptuno, α, 71, 72. ipsa fingitur nympha maris, filia τοῦ Φόρκυνος. nomen est a θοὸν, i. e. ὀξὺ, vel et ταχύ: et videtur esse symbolum agentis omnia ex ira acri. Nam οἱ θυμικοὶ dicuntur ὀξεῖς, et παροξῦναι est, εἰς θυμὸν κινῆσαι.

Θοώτης, ου. ὁ. κήρυξ τοῦ Μενεσθέως. M, 342, 343. dictus a celeritate, quæ est κηρύκων virtus.

Θρᾴξ, ᾳκος. ὁ. et Θρῆιξ, et Θρᾷξ, et Θρᾷξ, ᾳκός. Thrax. gens satis ampla et celebris apud antiquos. Habet nomen a θορεῖν et ἀΐσσειν: erat enim natio valde pugnax et impetuosa. Hinc et verbum θρησκεύειν, teste Plutarcho, in Alex. c. 8. nomen habet: nam Ὀρφεὺς multas superstitiones docuerat Thracas: ut notet ἱερουργίας κατακόρους καὶ περιέργους. Θάμυριν τὸν Θρήϊκα, B, 595, nam Thraces olim musicæ et poëseos studiosi, ut præter hunc Thamyrin etiam ὁ Ὀρφεὺς et ὁ Μουσαῖος indicant. et 844, Θρήϊκας ἦγεν Ἀκάμας, auxiliantes Trojanis. sic E, 462. Ἀκάμαντι, ἡγήτορι Θρηκῶν. Divisi erant Thraces in tres principatus, Θρήϊκες, Κίκονες, Παίονες, B, 844, 846, 848: et Thracas proprie dictos finiebat Hellespontus. Magni bellatores: hinc hæc terra dicebatur οἰκητήριον Ἄρηος, et, περὶ Θρᾴκην ὁ Ἄρης καλός. Cæterum universa gens complectebatur viginti duo ἔθνη, quæ vide apud Strabonem et Dionysium. Ergo vere erat γῆ ἀπείρων. Θρηκῶν ἀγὸς ἀνδρῶν Πείρως, Δ, 519. et 533, Θρήϊκες ἀκρόκομοι, i. e. ἄκρους κομῶντες, vide A. Θρήϊκες νεήλυδες, K, 434, qui postremum advenerant, auxilium laturi: hinc in extremo loco stationem habebant, et hinc εὐεπιβούλευτοι. coll. 506. ἐφ' ἱπποπόλων Θρηκῶν αἶαν, N, 4, nam φίλιπποι ἔθνος οἱ Θρᾷκες: et h. l. sunt illi versus Istrum, et Μυσοὶ sunt ultra eos, his deinde conterminі sunt Scythæ: sic Jupiter, intuens istos, retro flectebat caput, ne videret Græcos. ἐφ' ἱπποπόλων Θρηκῶν ὄρεα, Ξ, 227, nam regio horum ἱππικῶν καὶ μαχίμων hominum erat altis montibus cincta. δέπας, ὅ οἱ Θρῆκες πόρον ἄνδρες, Ω, 234, amici Trojanis. hinc dicuntur Θρηΐκιοι Ψ, 808. et 230, Θρηΐκιος πόντος. Θρηϊκίη Σάμος, N, 12, seqq. est valde montana, et postea dicta Σαμοθρᾴκη. nam alia Samus est Ionica, alia Cephalleniaca. Terra Thracum dicitur Θρᾴκη et Θρήκη, ἡ. Θρήκηθεν πνείουσι Ζέφυρος καὶ Βορέης in mare Ægeum, I, 5. et 72, οἱ ἐκ τῆς Θρᾴκης

vinum petentes: ἐθαυμάζετο γὰρ olim hæc terra ut ἡδύοινος καὶ πολύοινος, hinc et Græci ad Trojam inde οἰνίζοντο. Lemnus et Thasus, insulæ, pertinebant ad Thraciam: et inde quoque multum boni vini petebatur. Sed ob eandem causam Thracia infamis erat ob rixas sanguinolentas et ob vinolentiam. Thraciæ rex Lycurgus, repressurus hos ἐκ μέθης θυμοὺς καὶ πολέμους, vastari jusserat multas vineas: donec remedium vulgatum est temperandi vinum aqua, i. e. donec Bacchus confugit in aquas: et tale vinum vocabatur οἶνος τεθαλαττωμένος, i. e. aqua commixtus. Ἐν Θρᾴκῃ ἐριβώλακι, μητέρι μήλων, Λ, 222, ob pinguem terram et multa pascua. ἐκ Θρῄκης, N, 301. Υ, 486. Θρῄκηνδε abiit Mars, Θ, 360, ubi habitare dicitur διὰ τὸ τοῦ ἔθνους φιλόμαχον. Fœmina dici solet Θρᾷττα et Θρῇσσα, et Θρήϊσσα. Thraciæ legislator ὁ Ζάμολξις est celeber: is se per annos quatuor occuluerat in subterraneo loco, deinde subito emergens fidem sibi apud Thracas pariebat, quasi divino homini.

Θράσιος, ου. ὁ. nobilis Παίων, occisus ab Achille, Φ, 210.

Θρασυμήδης, εος. ὁ. filius Nestoris laudatissimus. I, 81, ποιμὴν λαῶν. K, 255, μενεπτόλεμος. Ξ, 10, ἱππόδαμος. Π, 321, ἀντίθεος. P, 378. et 705, δῖος. γ, 414, seqq. 442, 448. Alius hujus nominis erat socius Sarpedonis, regis Lyciæ, Π, 463.

Θρινακία, ας. ὁ. pro Τρινακρία, euphonice. Insula celeberrima, Sicilia. nam τρία habet ἄκρα ἢ ἀκρωτήρια, Πέλωρον, Πάχυνον, Λιλύβαιον, quæ sunt neutra ad substantivum ἀκρωτήριον, vel et aliter substantive, Πελωρίδα, Πάχυνον, Λιλύβην. λ, 106, seqq. ubi Solis boves pascebantur. μ, 127—135. τ, 275. Vide sub Θρίναξ, in A.

Θρόνιον, ου. τό. oppidum Locrorum, ad amnem Boagrium. B, 533.

Θρύον, ου. τό. est urbs Elidis, quæ et Θρυόεσσα, ἡ, dicitur. Civis ejus est ὁ Θρυΐτης, ου, vel ὁ Θρυοέντιος et Θρυοέντιος. B, 592. Λ, 710. nomen habet ἐκ τῶν ἐκεῖ φυομένων θρύων: nam τὸ θρύον est φυτόν τι, alga. sita est ad Ἀλφειὸν ποταμόν: et quia ibi πεζῇ περατὸς ἦν ὁ ποταμὸς (pedibus transiri poterat) hinc hæc urbs dicebatur πόρος Ἀλφειοῦ. Civis dicitur et ὁ Θρυουσσαῖος et Θρυούσιος.

Θυέστης, ου. ὁ. Frater Atrei, et, post mortem hujus, tutor Agamemnonis. Propria ejus sedes fuit περὶ Κύθηρα, quam regionem et, mortuo Thyeste, filius ejus Ægisthus habebat. Et is est ille ager, cujus mentio fit δ, 517. Vixit autem Thyestes tempore belli Thebani. Mala, quæ Thyestes fratri suo Atreo fecisse dicitur a tragicis, omnino ignorat Homerus: potius novit hos fratres amicissimos inter se. hinc moriens Atreus instituit fratrem suum tutorem filio suo Agamemnoni: quo is officio integerrime est functus. B, 106, ubi succedit Atreo, ut tutor pupilli, non ut rex. Voluit Tydeo adesse in bello Thebano, sed τὸ δαιμόνιον prohibuit, Δ, 376. patronymicum est Θυεστιάδης, δ, 518.

Θύμβρα, ας. ἡ. Urbs Troadis, condita a Dardano, in memoriam amici sui, τοῦ Θύμβρου. fluvius ad eam urbem est ὁ Θύμβρις, qui et ὁ Τίβερις nonnunquam appellatur. Erat in ea urbe ἱερὸν Ἀπόλλωνος Θυμβραίου. K, 430. idem Apollo dictus et Ζυμβραῖος et Θύμβριος et Δύμβριος.

Θυμβραῖος, ου. ὁ. nobilis Trojanus. Λ, 320.

Θυμοίτης, ου. ὁ. nobilis senator Trojanus Γ, 146. nomen est ab ὁ θυμός, cum pleonasmo τοῦ Iota. sic eodem modo ὁ Δαμοίτης formatur ab ὁ δᾶμος, pro δῆμος, et Μενοίτιος a τὸ μένος. Vide sub Μενοίτιος.

I

Ἴαιρα, ας. ἡ. Νηρηΐς. ab ἰαίνειν, nam mare exhilarat multimode. Σ, 42.

Ἰάλμενος, ου. ὁ. Filius Martis, frater Ἀσκαλάφου, princeps Græcus. B, 512. I, 82.

Ἰαμενός, ου. ὁ. nobilis Trojanus. M, 139, 193.

Ἰάνασσα, ης. ἡ. Νηρηΐς. Σ, 47. ab ἰαίνειν dicta.

Ἰάνειρα, ας. ἡ. Νηρηΐς. Σ, 44, etiam ab ἰαίνειν, i. e. εὐφραίνειν καὶ γλυκαίνειν. nam mare potest dulce et jucundum esse multas ob causas.

Ἰάονες, ων. οἱ. habitarunt in Peloponneso ad mare, et sunt alii ac οἱ Ἴωνες. N, 685. opinantur multi, Athenienses h. l. sic dici, et colligere id sibi videntur ex 689. Imo a barbaris omnes Græci vocabantur Ἰάονες vel Ἰάωνες, quod apparet ex Æschylo, Pers. 178, 564. cæterum ὁ Ἰάων erat fluvius in Arcadia, Callim. Jo. 22.

Ἰαπετός, οῦ. ὁ. pater Promethei et Epimethei. nomen est ab ἵεσθαι, incitari, et πέτεσθαι, volare, præcipitari: et notat sine dubio conversionem universi, quæ sine intermissione ad occasum præcipitari videtur. Θ, 479.

Ἰάρδανος, ου. ὁ. fluvius in Creta, ad quem habitabant οἱ Κύδωνες, quos vide. γ, 292. Alius fluvius hujus nominis est in Peloponneso, H, 135.

Ἰασίων, *ωνος. ὁ.* nobilis *γεωργὸς* Cretensis, filius Jovis et Diei, apud quem, post diluvium, inventa sunt semina frugum. Hinc Ceres eum adamasse dicitur, et ex eo peperisse *τὸν Πλοῦτον ὡραῖον*, quem terra et horæ anni donant. Nomen est ab *ἵημι*, *διὰ τὴν τῶν σπορίμων ἔσιν*, i. e. *πέμψιν*, *κατὰ τῆς γῆς*. ε, 125, seqq. Ab aliis dicitur filius regis Minois, conf. Theocr. 3, 50, schol.

Ἴασος, *ου. ὁ.* nobilis Græcus, occisus ab Ænea, princeps Atheniensis, O, 332, 337. Alius fuerat rex Peloponnesi, *ὁ τῆς Ἰοῦς* filius: a quo *Ἄργος Ἴασον*, i. e. *ἡ Πελοπόννησος*, traxit nomen, σ, 245. et fortasse is ipse est, a quo est patronymicum *Ἰασίδης*, λ, 282. Tertius fuit rex Cypri, cujus filius fuit *ὁ Δμήτωρ*, ρ, 443. Vide sub *τὸ Ἄργος*.

Ἰαωλκὸς, *ου. ἡ.* Urbs Thessaliæ. scribitur et *Ἰωλκὸς*, et *Ἰαολκός*. olim frequens civibus, sed postea seditionibus perdita sicut et Pheræ; et facta *κώμη*. Nomen habet a conditore suo *Ἰαωλκῷ*, *υἱῷ Ἀμύρου*, a quo et *Ἀμυρικὸν πεδίον* prope Larissam nomen habuit. B, 712. λ, 255.

Ἴδα, *ας. ἡ.* et ionice *Ἴδη*, *ης.* mons Troadis satis amplus et altus, *ein gebirge, (a range of mountains.)* Habebat multa celebria cacumina, *koppen, (peaks,)* *τὸ Λεκτὸν*, *τὴν Φάλακραν*, *τὸ Γάργαρον*, *τὸ Σίγειον*, ad quod et urbs sita ejusdem nominis. Ipse mons habet nomen a circumspectu, ab *ἰδεῖν*: nam est *ὑψηλὸς*, *καὶ τὸ σχῆμα σκολοπενδρώδης*. Alia Ida erat in Creta: et deinde omnis mons, maxime arboribus consitus, dictus est Ida, sicut omnis fluvius *Ἀχελῷος*, et omnis aqua *ὠκεανός*. Imo *ἡ Ἴδα* notat sylvam in montana regione. Hinc Herodotus inquit, I, 110, *ἡ Μηδικὴ χώρη ὀρεινή ἐστι κάρτα*, *καὶ ὑψηλή τι καὶ ἴδῃσι κατηρεφὴς*, et sylvis contecta. sic et IV, 109, *χώρη δασίη ἴδῃσι* (*ἴδαις*, ionice) *παντοίῃσι*, regio opaca arboretis et nemoribus omnigenis: et paullo post: *ἐν δὲ τῇ ἴδῃ τῇ πλείστῃ ἐστὶ λίμνη μεγάλη* et V, 23, *ἵνα ἴδη ναυπηγήσιμός ἐστι ἄφθονος*, ubi materia ad naves ædificandas est larga. *Ἴδης ἐν κνήμοισιν*, B, 821. Λ, 105. *Ἴδην πολυπίδακα*, *μητέρα θηρῶν*, Θ, 47, nam pars ejus erat *τὸ Γάργαρον*. sic et Ξ, 283. O, 151. *ἐν κορυφαῖς Ἴδης πιδηέσσης ἥμενος*, Λ, 183, sic, *πολυπίδακος*, Ξ, 157, 307. Υ, 59. Ψ, 117, i. e. *πολυποτάμου*, nam multi fluvii ex eo monte oriuntur: et *πίδαξ* est *πηγή*. *πᾶσα ἰφαίνετο*, N, 13. habuit tempore Trojani belli multas *ἐλάτας*, Ξ, 287, 292. pascua ibi, Υ, 91. *πολυπτύχου ὑληέσσης*, Φ, 449. et 559, *Ἴδης κνημούς*. X, 171. *Ζεῦ*, *Ἴδηθεν μεδέων*, Γ, 276. H, 202. Ω, 208. *Ἴδηθεν κατιοῦσα*, Δ, 475. *ἐπὶ Ἴδη*, Θ, 397. et 438, *ἴδιωκεν ἵππους*. *Ἰδαῖα ὄρη*, M, 19, seqq. ubi fluvii inde orientes enumerantur: et pluralis designat multa cacumina. *ἀπὸ Ἰδαίων ὀρέων ἴκανε Ζεύς*, Θ, 170. *κατέβη*, O, 169, 237. Υ, 189. *Ἰδαίου Διὸς*, Π, 605. Ω, 291.

Ἰδαῖος, *ου. ὁ.* nomen proprium *κήρυκος* Trojani nobilis. Erat jam senior, hinc pugnantes duos heroas vocat *παῖδας φίλους*, H, 276, 278, 284, 372, 381, seqq. Sed quæ 390 narratur male precari regio juveni, ea non dixit ut audirent Græci, sed cogitavit modo, aut subobscure id quasi tussiit; sed Musa id audivit, et narrat per poëtam: nisi Idæus magis expressit mentem populi quam regum, quod apparet ex 392, 393, ubi præco clarius explicat, quod 362 mandatum ipsi erat, *διὰ τὸ μισοπόνηρον*. Adest regi Priamo, Γ, 248. eumque comitatur in castra Græca, Ω, 325, 470. Alius erat filius Daretis, divitis et nobilis Trojani hominis, E, 11, seqq. qui timide pugnat, ob divitias suas.

Ἴδας, *ου. ὁ.* pater Cleopatræ, uxoris Meleagri: vir laudatus et fortis. I, 554, ubi genitivus *Ἴδεω* est Ionicus, sicut ab *Ἑρμείας* fit *Ἑρμείεω*, et per sync. *Ἑρμείω*. Cæterum hic *Ἴδας* erat frater *Λυγκέως* (ab *ὁ Λυγκεύς*) et præstantissimus *τοξότης*. conf. *Μάρπησσα*.

Ἰδομενεὺς, *έως. ὁ.* rex Cretæ, laudatissimus et fortissimus. Genealogia ejus est hæc: Jovis ex Europa filius erat rex Minos; hujus ex Pasiphaë filius *ὁ Δευκαλίων*, rex Cretensis; hujus duo filii, *ὁ Μόλος* et *Ἰδομενεύς*: et *Μόλου* filius erat *Μηριόνης*. hæc genealogia ab ipso narratur N, 449—454. nam ejus *ἦθος ἦν ἀφιλῶς φιλοκάλον*. et a personato Ulysse, qui se fratrem Idomenei fingebat, τ, 178—184. per patronymicum dicitur *Δευκαλίδης*, per sync. pro *Δευκαλιωνίδης*, M, 117. N, 307. numeratur inter duces præstantissimos, A, 145, 146, et inter novem *ἀρίστους* post Achillem, H, 165, seqq. cum octoginta navibus suis ad Ilium venit, B, 645—650, et Meriones erat socius ejus. forma ejus majestatis plena, Γ, 230—233. pugnat fortiter, Δ, 252, 253, 254, seqq. E, 43, 45. Z, 436. N, 210—393. et 506—516, ubi apparet jam fuisse seniorem eo tempore. Signis dei territus cedit, ne videatur *θεομαχεῖν*, Θ, 78. Porro de eo, Θ, 263. Λ, 501. O, 301. Π, 345. P, 258, 605, 608. T, 311. Ψ, 113, 124, 450, 860, 888. Capta Troja incolumis rediit in Cretam, cum suis, γ, 191, 192. fingit de eo quædam Ulysses personatus, ν, 259. ξ, 237, 382.

Ἱερὸν, *οῦ. τό.* sacrificium. ritus ejus describuntur A, 447—474. B, 402—431. De sacro Persarum narrat Strabo, Lib. 15. pag. 503, Edit. Casaub. Si superis diis sacrificabatur, collum victimæ sursum erigebatur, ut cœlum adspiceret: et hoc est *αὐ ἐρύειν*, quam vocem confer in A. *ἱερεύειν* quidem sæpe est simpliciter, mactare ad cibum: sed non facile mactabatur pecus, nisi sacraretur deo. vide H, 314—322, et passim in Odyssea, sub voce *ἱερεύειν*. De sacrificio porro est K, 292, seqq. O, 372, seqq. de sacrificio in jurejurando, T, 250—268. Γ, 245, 270, seqq. et confer *θρίξ* in A. Pollutis manibus non licet sacra facere, Z, 266, seqq. et 302, seqq. ubi sacerdos offert dona. In fine sacri, omnium rerum saturi et abituri-entes, linguas hostiarum sacrificabant, γ, 332

—341, et id *κατὰ ἔθος 'Ιώνων καὶ 'Αττικῶν*, ut satisfacerent his linguis combustis, si minus recte locuti essent hoc die; vel quia hoc membrum præstantissimum putabant; vel ut vota sua nuncupata per has linguas commendarent deo. Deinde libabant ex patera, *κατὰ τὸ οὖς τοῦ ἐκπώματος*, (*über den henkel des bechers*) (*over the handle of the dish*) *τὴν θείαν οἰωνιζόμενοι ἀκοήν*. Cæterum in sacris adhibebant *οὐλοχύτας*, ut symbolum præstantissimi sicci cibi; et *οἶνον* ut præstantissimum humidum. Ergo utrumque cibi genus deo offerebant, in gratam memoriam accepti beneficii nutritionis ad vitam. Postea epulabantur de carne victimæ, cujus partem quoque obtulerant deo: nam post necessarium victum ex frumento et vino, accessit etiam lautior ex carnibus assis. En originem sacrificiorum sanam et sapientem, ex grati animi testificatione natam, in usum hominum, et ad pietatem erga deum accendendam. Hinc et erat, quod omnis mactatio dicebatur *ἱερεύειν*.

'Ιηλυσὸς, et 'Ιαλυσὸς, *οῦ. ἡ.* urbs nobilis Rhodi insulæ, ab heroë antiquo sic appellata. B, 656. conf. 'Ρόδος.

'Ιήσων, *ονος. ὁ.* est idem ille 'Ιάσων paullo ante productus: et ex hac scriptione Ionica apparet *α* penultimæ Doricum longum. Princeps Thessalus decantatissimus. Ejus *θεῖος* (patruus) erat ὁ Πελίας, quem confer. In itinere suo Colchico congressus erat cum Lemnia 'Υψιπύλῃ: nam mulieres Lemniæ paullo ante omnes viros suos occiderant: hinc advenientes Argo nautas cupide excipiebant. Ex hoc congressu natus est ὁ Εὔνηος, qui hinc dicitur 'Ιησονίδης, H, 468, 469, qui regnavit in Lemno. Sic et Φ, 40, 41, Ψ, 747. de itinere Jasonis ipso est *μ*, 70—72.

'Ιθαιμένης, (pro 'Ιθαμένης) *εος. ὁ.* nobilis Lycius. Π, 586. Vide sub *μεσαιπόλιος* in A.

'Ιθάκη, *ης. ἡ.* Ithaca, Ulyssis patria et principalis sedes. Habet nomen a prisco heroë 'Ιθάκῳ, filio Πτερελάου: et fratres *τοῦ 'Ιθάκου* erant ὁ Νήριτος καὶ Πολύκτωρ, *ρ*, 207, qui tres primi insederant hanc insulam, una cum colonis adductis. Insula habet in circuitu 88 stadia, h. e. tria fere milliaria Germanica, vel duodecim milliaria Italica: ergo non magna: sed adjacentes insulæ regno Ulyssis erant subjectæ. Urbs in ea ejusdem est nominis, ad mare sita. Civis dicitur 'Ιθακήσιος et "Ιθακος. *οἳ 'Ιθάκην εἶχον καὶ Νήριτον*, B, 632. *ἐν δήμῳ 'Ιθάκης κραναῆς*, T, 201, nam est valde aspera et saxosa. *ὅπως 'Ιθάκης ἐπιλήσεται*, *α*, 57, coll. 18. sed ejus oblivisci Ulysses adeo non potuit, ut vel fumum ex ea procul conspicere optaret, antequam moreretur, 58, 59. coll. *κ*, 29, 30, 48, 49. *'Ιθάκης ἐνὶ δήμῳ*, in publico urbis Ithacæ, *α*, 103. *ν*, 97. *ο*, 533. *π*, 419. *'Ιθάκης ἐς πίονα δῆμον*, nam populus ex pascuis probe alebatur, *ξ*, 329. *τ*, 399. *'Ιθάκη κραναὴ*, *α*, 247. *ο*, 509. *φ*, 346. *ἀμφίαλος*, *α*, 386, 395. *β*, 293, et olim etiam *πολύναυς*. *εὐδείελος*, *β* 167. *ξ*, 344. *τ*, 132. et *ἔργα* hujus insulæ erant res pecuariæ pleræque, et hortulanæ, cum paucis arvis consitis. *ὑπονήϊος*, *γ*, 81, nam urbs sita sub monte, qui vocabatur *τὸ Νήϊον*. Natura insulæ describitur *δ*, 605—608, coll. 601. et *ι*, 21—28, ubi simul situs ejus, ex veritate geographica, cum insulis adjacentibus. *τρηχεῖη*, *κ*, 463, 417. satis luculenter etiam describitur insula, *ν*, 238—248, et laudatur, per *αὔξησιν* tamen, et ex persona loquentis valde juvenili. *παιπαλόεσσα*, *λ*, 479. *ἐν πορθμῷ 'Ιθάκης καὶ Σάμου*, *ο*, 29. Ex Ithaca erant *μνηστῆρες* duodecim, *π*, 251. *εὐκτιμένη*, *χ*, 52. *ἐκ πόλιος κατέβαν*, *ω*, 204, ergo paullo altius sita. *'Ιθάκης ἐνὶ δήμῳ*, *ω*, 283, in populo, i. e. in terra, Ithacæ. *'Ιθάκηνδε*, *α*, 163. *λ*, 360. *ο*, 157, *π*, 322, ubi urbs dicitur. *'Ιθακήσιος*, B, 184, *β*, 24, 246, ubi contemtim id additum videtur, quasi non nimis magnus princeps. *ε*, 519. *χ*, 45. *ω*, 353. et 442, ubi *'Ιθακήσιοι* notat speciem, Κεφαλλῆνες genus. *'Ιθάκῃ ἔνι οἰκία ναίων*, inquit Ulysses de se, *ι*, 505. coll. 531, ubi id Cyclops contemtim repetit. Cæterum narrant prisci, Ithacam non habuisse lepores; imo si aliunde importarentur, mori eos cito, et mortuos reperiri ad littus, e regione unde sint importati.

'Ιθώμη, *ης. ἡ.* Urbs Thessaliæ, vocata et *τὸ Θούμαιον*. Civis ejus 'Ιθωμαῖος ἢ 'Ιθωμίτης. erat valde munita, unde et *κλωμακόεσσα* per epitheton dicta. B, 729.

'Ικάριος, *ου. ὁ.* Pater Penelopes, frater *τοῦ Τυνδάρου τοῦ Λάκωνος τοῦ πατρὸς τῆς 'Ελένης*. possedit partem aliquam Acarnaniæ, et ex uxore sua Πολυκάστῃ genuit Penelopen. Frater Icarii ὁ Τύνδαρος, vel attice Τυνδάρεως, *ω*, ὁ, expulsus quidem erat ex Laconia ab Hippocoonte, et apud *Θέστιον, τὸν τῶν Πλευρωνίων ἄρχοντα*, aliquamdiu commoratus est, cujus et filiam *τὴν Λήδαν* duxerat, ex qua genuit Helenam et *τοὺς Διοσκούρους*: post tamen rediit in Laconiam. Vides ergo propinquam cognationem Helenæ et Penelopes. *'Ικαρίου, μέγα δυναμένου*, *α*, 276, 329. et 277, ubi *οἱ δὲ*, non ad patrem solum, sed ad omnes cognatos pertinet. *β*, 52, 53. 133. *μεγαλήτορος*, *δ*, 797. *λ*, 445. *π*, 435. *τ*, 546. sed *'Ικάριος πόντος*, B, 145, est *μέρος τι τοῦ Αἰγαίου πελάγους, εὔρῳ καὶ νότῳ μάλιστα κυμαινόμενος, ἔνθα μεγάλα ἐγείρονται κύματα*: et habuit nomen vel ab 'Ικάρῳ, filio Dædali, vel ab insula parva prope Samum. Circa eandem regionem est et *τὸ Καρπάθιον πέλαγος*.

'Ικετάων, *ονος. ὁ.* frater regis Priami, Υ, 238. jam quidem senex, olim vero egregius dux, Γ, 147. filius ejus ὁ Μελάνιππος, O, 546, 576.

'Ικμάλιος, *ου. ὁ.* nomen proprium *τέκτονος ξύλων*, *τ*, 57. et habet nomen a lignis, *ἃ χρήσιμα γίνεται μετὰ τὸ ἐξικμασθῆναι*: *meister Trockenholz*, (*Mr. Drywood.*)

'Ιλιονεὺς, *έως. ὁ.* nobilis et dives Trojanus, filius Phorbantis. Ξ, 489, seqq.

Ἴλιος, ου. ἡ. Troja urbs, dicta a conditore suo Ἴλῳ, quem vide mox. Ἴλιον εἴσω, A, 71. N, 717. ubi simul notat regionem urbis. sed Ω, 145, est sola urbs. habet epitheta, ἱρὴ, Δ, 46, 164, 416. H, 20. N, 657. O, 169. Σ, 270. Φ, 515. et habet hoc epitheton non modo commune omnibus urbibus munitis, sed et quod ibi præcipue multi dies festi. sed hæc crebra sacrificia significabant multas antegressas calamitates. Hinc proverbium: ἀεὶ Ἰλίῳ κακά. εὐτείχεος Ἴλιος, B, 113. Ἰλίου ἐκπέρσαντες πτολίεθρον, Δ, 33. Φ, 433. ἐρατεινὴ, E, 210, nam pulcra urbs. ἠνεμόεσσα, Θ, 499. M, 115. N, 724. Σ, 174. Ψ, 64, 297, nam in colle sita, qui se ex aperto undique campo leniter attollebat. hinc et αἰπεινὴ, O, 558, 215. P, 328. N, 773, ubi simul respicitur αἰπὺς ὄλεθρος, quasi eventus cum situ sit concenturus. Ἰλίου εὖ ναιόμενον πτολίεθρον, frequens habitatoribus, N, 380. εὔπωλος, E, 551. ὀφρυόεσσα, X, 411. οἱ Ἰλίῳ ἐγγεγάασι, Π, 145, nati in Ilio. ἀφίξεται Ἴλιον ἱρὴν, Σ, 270. κτίσσε δὲ Δαρδανίην, ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρὴ ἐν πεδίῳ πεπόλιστο, Υ, 216, ergo ἡ Δαρδανίη propius ad montem sita erat, Ἴλιος vero in planitie quidem patente, in colle tamen super planitiem eminente. nam πεδίον opponitur monti Idæ h. l. ἄστυ Ἰλίου ἱρῆς, Φ, 128. et 374—376, prædicit fluvius per obliquum τὴν ἄλωσιν Ἰλίου, et facete pæne: quid enim multo inferius fluens, ardenti oppido in colle sito, per se prodesse possit? et 442, 447, ubi muri ejus a Neptuno et Apolline structi narrantur. Hector et Achilles cursu ter circumlustrasse hanc urbem dicuntur, X, 165. ergo eo tempore collis, in quo urbs sita, poterat circumiri: sed nova urbs postea alio loco ædificata adhærebat longæ seriei rupium, ut non haberet περίδρομον. ἱρὴ, invisa diis, Ω, 27. coll. 67, 143, 383, quibus omnibus locis est ἱρή. Semel in genere neutro dixit Ἴλιον αἰπὺ, O, 71, sed vide de eo loco sub Ζεύς. εὔπωλον, β, 18. ξ, 71, nam ibi pulcri equi. ἱρὴν, ρ, 293. εἴσω pro εἰς, τ, 193. conf. β, 172. ϑ, 495. κ, 15. ξ, 238. Ἰλιόθεν ἔπλει, Ξ, 251. ι, 39. κατὰ Ἰλιόφιν, pro Ἰλίου, Φ, 295. Ἰλιόθι πρὸ, i. e. ἔξω πρὸ τῆς Ἰλίου, ante urbem, Θ, 557. K, 12. N, 349. ϑ, 581. Cives dicuntur Ἰλιεῖς, quam tamen vocem poëta non adhibet, metro obstante; sed circumlocutione utitur, P, 145. Cæterum Ἰλιεῖς sunt totum: Τρῶες καὶ Δάρδανοι sunt duæ partes: sed tamen et Τρῶες notant sæpe totum. ἡ Ἰλιὰς continet τὰ συμβάντα κατὰ τὴν Ἴλιον, μὴ μόνον τὰ τῶν Ἰλίων, B, 39, 40. Alias hæc vox est adjectivum locale, e. c. Ἰλιὰς Τροίη. τὰ Ἴλια sunt festi dies, ab Ἰλιεῦσι, i. e. a Trojanis eos celebrantibus. Plura de hac urbe ejusque regione habet Strabo, Lib. 13, digna lectu. Agamemnon post victoriam κατηράσατο τὸν τόπον, κατά τι παλαιὸν ἔθος (sicut Josua Hierichuntem, Josuæ vi, 26.) καὶ ἀρὰς ἔθετο κατὰ τῶν τειχιούντων τὸν τόπον. confer et Herodotum de Κροίσῳ. Nova igitur urbs longe alio loco sita: in antiquo loco κώμη tantum mansit. ἡ κακοΐλιος, τ, 260, 597. Ψ, 19. Ἰλήϊον πεδίον, i. e. τὸ Ἴλιον, τὸ Τρωϊκὸν, περὶ ὃ τέθαπτο ὁ Ἶλος, Φ, 558, ubi alii male scribunt Ἰδήϊον, i. e. τὸ τῇ Ἴδῃ ὑποκείμενον. conf. Τροίη.

Ἶλος, ου. ὁ. conditor Ilii: ϑεῖος. Ejus monumentum cum statua erat extra urbem in medio campo; a quo omnis belli vis abstinuit. K, 414. A, 166, 371, seqq. Υ, 232, 236. Ω, 349. Alius Ἶλος erat filius Μερμέρου, nepos τοῦ Φέρητος, qui Φέρης erat filius Jasonis et Medeæ; et hic Ἶλος fuit φαρμάκων σκευαστὴς ἐν Ἐφύρῃ τῇ Θεσπαλικῇ τῇ πολυφαρμάκῳ, α, 259, 260, a quo Ulysses venenum petiit, nec accepit: nam cautus esse volebat Ilus in dandis venenis. Vide sub Βάτεια.

Ἴμβριος, ου. ὁ. gener Priami, filius Μέντορος. N, 171, seqq. 197. 176, quod opponitur τῷ, 172.

Ἴμβρος, ου. ἡ. Insula Αἰολικὴ, non longe a Lemno, a regione Tenedi: nam abest a Lemno σταδίους ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. Urbs in ea ejusdem erat nominis. N, 33. Ξ, 281. Φ, 43. Ω, 78. 753. Cæterum insula erat ἱερὰ Καβείρων καὶ Ἑρμοῦ, ὃν Ἴμβρασον οἱ Κᾶρες ἐκάλουν. Quum quondam quidam, in jus vocati, abessent, et excusarentur ἐν Ἴμβρῳ εἶναι: hinc postea τοὺς φυγοδικοῦντας (i. e. τοὺς τὰς δίκας ὑποφεύγοντας) παροιμιακῶς Ἰμβρίους ἐκάλουν.

Ἰξίων, ονος. ὁ. nobilis Thessalus, primus dicitur apud Græcos fuisse φονεύς. præterea erat φαντασιοκόπος τις, cupiens majora viribus. hinc fabula dicit, eum adamasse Junonem, i. e. concupivisse principatum: nam Ἥρα est regalis dignitas, et vitam regiam Græci vocant ζωὴν Ἡραίαν: sed pro Junone amplexatum esse νεφέλην, ex quo congressu natus sit ὁ Κένταυρος, pater Centaurorum nefariorum, i. e. excidisse spe sua, comparasse tamen equitatum, et loco legitimi principatus latrocinatum esse. Filius ejus fuit ὁ Πειρίθοος celeberrimus et laudatissimus, quem fabula dicit fuisse Jovis, quia cum uxore Ixionis Jupiter concubuerit; quod Jupiter ipse Junoni narrat Ξ, 317, 318, Ἰξιονίης ἀλόχοιο, pro Ἰξιονίης ab Ἰξίονος: nam nomine proprio eam non appellat. Pœnam Ixionis apud inferos rotæ adfixi, ignorat Homerus.

Ἰοβάτης, ου. ὁ. Rex Lyciæ majoris, socer Bellerophontis. Z, 168—193.

Ἰοκάστη, ης. ἡ. regina Bœotiæ, mater Œdipodis, quam poëta vocat Ἐπικάστην, quam confer. λ, 270. nomen notat τὴν κεκοσμημένην, i. e. κοσμουμένην, ἵστησι, i. e. βουλῇ. Vide sub Μηδεσικάστη.

Ἵππασος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, cujus filios occidit Ulysses, A, 426, seqq. hinc est ὁ Ἱππασίδης, ου, per patronymicum. N, 411. P, 348, seqq.

Ἱππημολγοί, οἱ. confer Ἄβιοι, et vocem in A. ex N, 5.

Ἱπποδάμας, αντος. ὁ. nobilis Trojanus, interfectus ab Achille in fuga. Υ, 401.

Ἱπποδάμεια, ας. ἡ. nomen proprium multarum fœminarum illustrium. Prima est uxor Pelopis, filia Œnomai, de qua vide sub πλήξιππος, in A. Altera fuit uxor Pirithoi, ob quam bellum Lapitharum cum Centauris ortum, cum interneci ne Centaurorum, B, 742. Tertia, uxor Amyntoris, mater Phœnicis, quæ ex zelotypia et malo suo consilio magnum damnum dedit filio suo, I, 448, seqq. Quarta, filia Anchisæ, soror Æneæ, laudatissima, N, 429, seqq. Quinta denique, nobilis ἀμφίπολος Penelopes, hoc nomine fuit, σ, 181. Vide sub Βρισηΐς.

Ἱππόδαμος, ου. ὁ. nobilis Trojanus. Λ, 335.

Ἱππόθοος, ου. ὁ. dux Trojanus, vir eximius, filius Λήθου Πελασγοῦ, nepos Τευτάμου, B, 840—843. pugnat, P, 217, 288, seqq. et occiditur, 318. Alius erat filius Priami, Ω, 251.

Ἱπποκόων, ωντος. ὁ. Princeps Thracicus. K, 518. v. Ἱππόνοος.

Ἱππόλοχος, ου. ὁ. Filius Bellerophontis, pater Glauci, Z, 119, 197. 205—211, ubi filium præceptis optimis instruxisse dicitur. M, 309. P, 140. Lycius ergo princeps laudatus. Alius fuit filius Antimachi Trojani, et ob malum patrem interficitur, Λ, 122, seqq.

Ἱππόμαχος, ου. ὁ. nobilis Trojanus. M, 189.

Ἱππόνοος, ου. ὁ. ductor Græcus. Λ, 303. ratio nominis est eadem cum Ἱπποκόων: nam νοεῖν et κοεῖν est idem; notatque, qui equos probe intelligit et dijudicat.

Ἱπποτάτης, ου. ὁ. est patronymicum, quo ὁ Αἴολος dicitur, quem confer. nam pater ejus fuit ὁ Ἱππότης, ου, rex insularum supra Siciliam. κ, 2, 36.

Ἱπποτίων, ωνος. ὁ. princeps Ascaniæ in Phrygia. N, 792, ubi ejus duo filii nominantur. Ξ, 514, ubi ipse, una cum altero filio, occisus memoratur: nisi forte iste h. l. appellatus Ἱπποτίων est alius, quod quidem videtur.

Ἰρή, ῆς. ἡ. est urbs et mons Messeniæ in Peloponneso: ποιήεσσα. habet nomen a conditore suo, τῷ Ἴρῳ. I, 150, 292. accuratiores scribunt eam per spiritum lenem.

Ἶρις, ιδος. ἡ. est numen mythicum, nuntians quædam: est et physicum illud μετέωρον. habet nomen ab εἴρω, dico, nuntio. mythice dicitur filia τοῦ Θαύμαντος, quem confer: quod tamen Homerus ignorat: nam hac inepta fictione uti nihil potest. ἄγγελος, ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις, B, 786, missa a Jove: sed ibi ipse Polites est nuntius: poëta vero facit Iridem nuntiantem, ut possit objurgare, et ut possit res Græcas ex vero nuntiare. Ἶρις ponitur et poëtice pro fama, nam Iridi proprie convenit illud, ingreditur humi et caput inter nubila condit: nam ea est figura Iridis in nubibus, stantis in horizonte. Sic Iris nuntiat Helenæ sub forma Laodices, i. e. Laodice nuntiat Helenæ vulgatam famam, Γ, 121, seqq. nam h. l. Ἶρις ἐστὶ ἡ περὶ μονομαχίας φήμη. Maxime adhibetur Iris, si divina sunt nuntianda: et quia physice est phænomenon illud in aëre inferiori, i. e. Junone, hinc in specie est Junonis, i. e. aëris inferioris nuntia, pluviam nuntians moderatam. Alibi dicitur δαίμων χρυσόπτερος, Θ, 398, Ζεὺς Ἶριν ὤτρυνε χρυσόπτερον: et χρυσὸς additur διὰ τὴν λαμπρότητα τῶν χρωμάτων τῆς ἀερίας ἴριδος, aurum enim dicitur omne præstans et formosum: πτερὸν δὲ, διὰ τὸ ταχὺ τοῦ γίνεσθαί τε καὶ ἀπογίνεσθαι, quia subito nascitur et subito evanescit; et omne celere fingitur alatum: denique est ἄγγελος Διὸς, i. e. ἀέρος, nuntians vel εὐδίαν, vel ὑετόν. Ἶρι, Θ, 399. et 409—412, ἀελλόπος pro ἀελλόπους, celerrima, volans pedibus. Cæterum est imago legati hoc loco, plura etiam nuntiantis quam dicta ei sunt a mittente, ex mente tamen mittentis, 413, seqq. ὠκέα πόδας, 425. Ἶρις ποδήνεμος educit Venerem vulneratam ex prœlio, E, 353, seqq. et 368, ποδήνεμος ὠκέα. sic, ὤτρυνεν Ἶριν χρυσόπτερον, Λ, 185, seqq. i. e. λαμπρὰν καὶ ὠκεῖαν, coll. 195, 199. Ἶριν, ἣ θεοῖσι μετάγγελος, O, 144, ubi Eustathius annotat, Ἶριν et Ἥρην pæne eodem modo pronuntiari: hinc poëtam ad Ἶριν semper aliquid addere et differentiam indicandam, ne auditor hæsitare possit. coll. 55, seqq. 158, 168. et 206, Ἶρι θεά. sed Σ, 166—202, fama subito allata per Iridem poëtice pingitur, quæ a Junone, i. e. per aërem, mittitur: nam sine aëre vox nulla potest exsistere. Nuntiat preces hominis deo, i. e. clara voce preces fiunt, Ψ, 198, seqq. sed Ω, 77, seqq. 95, 144, 171, 188, poëtice est nuntius clandestinus, missus ultro citroque, et nuntians, paratum esse Achillem accipere λύτρα. Et in talibus est ratio fingendi in etymo nominis, quod est εἴρω, dico, it. jungo: nam talis nuntius jungit quasi eos, qui sunt dissiti locis. ἴρισιν ἐοικότες, Λ, 27, 28, ubi de physico phænomeno: et dracones erant similes ei, partim τῷ κυρτώματι, nam curvabant se; partim τῷ χρώματι. ἡ μυθικὴ Ἶρις penultimam semper habet longam, sed physica ancipitem. Et hæc naturalis ἶρις πάθος ἐστὶ περὶ νέφος, ἐξ ἡλιακῶν ἀκτίνων τὴν αἰτίαν ἔχουσα, ὑγρῷ νέφει ἐμφαινομένη. Recentiores narrant amores Iridis et Zephyri, imo et filium inde natum τὸν Ἔρωτα. Vide in A. sub ἔρω, ad initium, et ὄσσομαι.

Ἶρος, ου. ὁ. mendicus Ithacensis, imo parasitus infimi ordinis. habuit nomen ab εἴρω, i. e. ἀπαγγέλλω, quasi ἀπαγγελεύς: nam utebantur hoc homine adolescentes ad exploranda et nuntianda secretiora; et ex hoc munere hoc cognomen ei inditum est, cum verum ejus nomen esse Ἀρναῖος, σ, 1—7. pugnat cum Ulysse personato, incitatus a procis, ridiculi causa, 35, seqq. et 72, ἦ τάχα Ἶρος ἄϊρος ἐπίσπαστον κακὸν ἕξει, i. e. ὁ κακόϊρος, infelix Irus: sic et ὕπνος ἄϋπνος: potest et significare, ὁ μηκέτι ἐσόμενος

Ἶρος, ἀλλὰ τεθνηξόμενος. 74, seqq. 238, seqq. 332, 392. pugna ea facta est vesperi, quum jam abiisset Eumæus. Postea in nomen appellativum omnium mendicorum aut egentium hoc proprium abiit, sicut Crœsus divitum. Vide in A. sub ἔρω, ad initium.

Ἴσανδρος, ου. ὁ. filius Bellerophontis, occisus ab hostibus. Z, 197, 203.

Ἴσμαρος, ου. ἡ. Urbs Ciconum in Thracia, ἐγγὺς Μαρωνείας, ad quam erat Μάρωνος ἡρῷον, καὶ λίμνη, ἧς τὸ ῥεῖθρον Ὀδύσσειον καλεῖται. vide Strabonem. Hanc urbem rediens a Troja Ulysses subito adventu cepit, et diripuit, nam Thraces erant auxiliantes Trojanis: sed minus fausto successu, ι, 39, 66. et vide: πέλασέν με Κικόνεσσιν Ἰσμάρῳ, prius nominans gentem, deinde et urbem ejus: quod idem valet ac, ἐπέλασέ με Κικόνων πόλει Ἰσμάρῳ. Cæterum sacra hæc urbs erat Apollini, ι, 196—211.

Ἶσος, ου. ὁ. nobilis Trojanus. Λ, 101, 108.

Ἱστίαια, ας. ἡ. Urbs Eubœæ, πολυστάφυλος, B, 536. nam in geographicis nihil mentitur poëta aut errat, sed vere omnia refert. scribitur hæc urbs et Ἑστίαια, sicut focus scribitur ἱστία et ἑστία: et scriptio per Iota, imo et cum spiritu leni, est Ἰωνικωτέρα. Civis ejus est ὁ Ἱστιαιεύς. In Thessalia alia erat Ἱστίαια, cujus civis Ἱστιαιώτης. Illa Eubœica postea dicta est ἡ Ὠρεός, et cives οἱ Ὠρεῖται. Nam fuerant antea duæ urbes, Ὠρεὸς καὶ Ἱστίαια, propinquæ: hæ conjunxere cives suos in unam urbem, ut deinde utrumque nomen de eadem esset in usu: et est eadem, quæ Eretria. sic Λακεδαίμων καὶ Σπάρτη. Ὠρεὸς sita erat in rupe: hinc nomen a τὸ ὄρος, producta vocali prima.

Ἴτυλος, qui et Ἥτυλος scribitur, ου. ὁ. (nam ι et η apud priscos idem fere sonabant) Filius Ζήθου ἄνακτος, occisus a matre, quæ ob eam causam mutata est in lusciniam. τ, 522, 523. Vide sub Ζῆθος.

Ἰτυμονεύς, έως. ὁ. homo nobilis, in Elide habitans, occisus a Nestore, Λ, 671, seqq.

Ἴτων, ωνος. ἡ. et Ἰτὼν, ῶνος. ἡ. et Ἰτώνη, ης. ἡ. et Σιτώνη, ης. ἡ. nam sic varie scribitur, et posterior scriptio indicat rationem nominis, in tribus prioribus formis per aphæresin facti, διὰ τὸ σιτοφόρον. Erat urbs nobilis Molossiæ, πολύμηλος. B, 696. Minerva ibi præcipue culta, et dicta Ἀθηνᾶ Ἰτωνία.

Ἰφεύς, έως. ὁ. nobilis Lycius, occisus a Patroclo. Π, 417. nomen est ab adverbio ἶφι, fortiter.

Ἰφθίμη, ης. ἡ. soror Penelopes, uxor Eumeli Pherensis. δ, 797, seqq.

Ἰφιάνασσα, ης. ἡ. una ex tribus filiabus Agamemnonis, valde pulcra. I, 145, 287. nomen est ab ἶφι ἀνάσσειν, potenter imperare.

Ἰφιδάμας, αντος. ὁ. Filius Antenoris, Trojani principis, missus in Thraciam ad avum maternum, cujus deinde filiam, matris suæ sororem, duxit uxorem, sicut et Diomedes fecerat: occisus, Λ, 221, seqq.

Ἴφικλος, ου. ὁ. et Ἰφικλῆς, ῆος. ὁ. Princeps ἐν Φυλάκῃ sedem habens, dives et fortis et ποδωκέστατος. nomen est vel pro ἰφίκωλος per syncopen, i. e. ἰσχυρόποδος: nam τὰ κῶλα ἐπὶ ποσὶ proprie dicuntur, et notat totum illud a coxendice usque ad plantas: vel est a τὸ κλέος et ἶφι, N, 698. B, 705. Ψ, 636. λ, 289—296. conf. Πρωτεσίλαος, Νηλεύς, Τυρώ.

Ἰφίνοος, ου. ὁ. Græcus nobilis, occisus a Glauco. H, 14.

Ἶφις, ιδος. ἡ. εὔζωνος, i. e. formosa habitudine ornata, Patrocli concubina, filia principis viri ex insula Scyro, I, 663, seqq.

Ἰφιτίων, ωνος. ὁ. vir illustris, Trojanus, late imperans, occisus ab Achille, Y, 382, seqq.

Ἴφιτος, ου. ὁ. Princeps Phocensis, μεγαθύμος, filius Ναυβόλου, B, 518, seqq. P, 306. Alius fuit nobilis Trojanus, pater τοῦ Ἀρχεπτολέμου, qui hinc dictus Ἰφιτίδης, Θ, 128. Tertius erat princeps Thessalus, filius Εὐρύτου, unde Εὐρυτίδης dictus, occisus ab Hercule: ante tamen dederat Ulyssi arcum egregium dono, φ, 14—38.

K

ΚΑ'ΒΗΣΟΣ, ου. ἡ. urbs ad Hellespontum Thraciæ. N, 363. Alii tamen volunt, esse eam Cappadociæ, et scribunt τὰ Κάβηνα: alii Lyciæ, et volunt τὸν Ὀθρυονέα esse Lycium, fratrem Sarpedonis.

Κάδμος, ου. ὁ. heros celeberrimus, ex Phœnicia in Græciam delatus cum suis, ibique instaurator Thebarum. Pater ejus erat Agenor, rex Phœniciæ, filius Neptuni καὶ τῆς Λιβύης τῆς τοῦ Ἐπάφου. Agenoris frater erat ὁ Βῆλος: et mater Cadmi erat ἡ Ἀντιόπη, filia Beli. Uxor Cadmi erat ἡ Ἁρμονία, filia Veneris: soror ipsius ἡ Εὐρώπη. Habet nomen a κάζω, orno, quasi κεκασμένος, κόσμιος: et ex usu Dorico Sigma mutatum in δ. Infelix fuit maxime in filiabus: nam ἡ Σεμέλη κατεφλέχθη κεραυνῷ: Ἀγαυὴ μανεῖσα discerpsit filium suum Pentheum: Λευκοθέα præcipitavit se in mare, et deinde facta dea maris, sub nomine ἡ Ἰνὼ Κάδμου θυγάτηρ, ε, 333, &. quæ est hæc Ἰνώ. Cives ejus dicti οἱ Καδμεῖοι, i. e. οἱ

Θηβαῖοι : nam a Κάδμος est ἡ Καδμηῒς γῆ, inde est Καδμήϊος, et hinc Καδμεῖος et Κάδμειος. Δ, 391. Κ, 288. λ, 275. et Καδμείωνες, Δ, 385. Ε, 804. Ψ, 680. alias regulariter ab Κάδμος est ὁ Καδμίων, ωνος, sed metrum poscit ει. ἡ Καδμεία νίκη in proverbium abiit ἐπὶ τῆς ἀκερδοῦς καὶ ἀνωφελοῦς νίκης : etiam ἐπὶ τῆς ἄκρας καὶ καθ' ὑπερβολήν. conf. Ἐπίγονοι. Denique κάδμος etiam est nomen appellativum, et epitheton Mercurii : a quo est ὁ Καδμίλος.

Καινεὺς, έως. ὁ. Cæneus, cujus mythologia et ex Ovid. Met. XII. est nota. nomen signat νικητὴν, a καίνομαι, vinco. Α, 264.

Καλήσιος, ου. ὁ. vir nobilis, valde hospitalis. a καλέω. Ζ, 18.

Καλήτωρ, ορος. ὁ. nobilis Græcus, pater Apharei, Ν, 541. Alius, nobilis Trojanus, filius Κλυτίου, Ο, 419, seqq.

Καλλιάνασσα, ης. ἡ. una Nereidum, a καλὸς et ἰαίνειν. Σ, 46, conf. Ἰάνασσα.

Καλλιάνειρα, ας. ἡ. quoque Νηρηΐς. Σ, 44, est etiam ab ἰαίνειν.

Καλλίαρος, ου. ἡ. urbs Locrensis, cujus cives οἱ Καλλιαρεῖς. habet nomen a prisco heroë, ὁ Καλλίαρος, qui erat frater Ὀϊλέως, avi Ajacis minoris, filius autem τοῦ Ὀδοιδόκου καὶ τῆς Λαονόμης. Β, 531. alii scribunt τὰ Καλλίαρα, δ.ὰ τὸ εὐήροτον τῆς ἐκεῖ γῆς, a καλὸς, et ἀρόω, aro.

Καλύδναι, νῶν. αἱ. sunt insulæ, et sine dubio αἱ Σποράδες, quarum una erat ἡ Καλύδνα. dictæ et αἱ Καλύμναι. Ibi mel egregium. Β, 677.

Καλυδὼν, ῶνος. ἡ. Urbs Ætoliæ celeberrima, in colle sita, patria Meleagri : dicta per syncopen ἐραννὴ pro ἐρατεινὴ, ob amœnitatem situs et regionis. Β, 640. Ι, 526, seqq. Ν, 217. Ξ, 116. Vide sub Αἰτωλοί.

Καλυδώνιος σῦς, vide in Α. sub σῦς ad initium.

Καλυψὼ, όος. ἡ. Nympha, filia Atlantis, insulam Ogygiam possidens, quam Melitam infra Siciliam esse autumant, qui rem vere factam Homerum narrare opinantur. Poëta eam insulam suo more ἐκτοπίζει (in alium locum transponit) et in Atlanticum mare transferre videtur. Hinc frustra est, quærere, cur dicatur hæc insula media maris? nam est in vasto Oceano ex fictione poëtæ. Quæ historice fuerit ἡ Καλυψὼ, vel, an omnino sit ficta, ignoramus : nam allegorias ineptas nihil moramur. Quis enim ferret, si diceremus, per hanc nympham intelligi corpus, quod sic includit animum quasi in carcere, sicut hæc inclusit in insula sua sapientem Ulyssem : et id corpus circumdatum esse πάθεσι, sicut insula fuerit in medio oceano : liberari tamen posse animum per rationem, sicut Ulysses per Mercurium. Hoc sane modo qui interpretantur Homerum, ablegandi sunt ad aniculas et senes rusticos. Geographus, deceptus fictione poëtica, et ipse hanc insulam quærit in Oceano Atlantico, dicitque fuisse partem magnæ insulæ postea submersæ ; idque apparere ex numero dierum navigationis Ulyssis ex ea insula. Sed poëta auget, τερατολογίας causa, sicut numerum annorum, quibus Ulysses apud hanc formosam nympham fuerit, octavo demum anno dimissus ; η, 244—261. sic et dierum navigationis et natationis ; quum secundissimo vento Ulyssem dies septendecim vectum esse dicit, antequam Scheriam procul conspiceret, η, 266—269. ε, 278, seqq. Naufragio facto, et amissis omnibus sociis, nudus inopsque Ulysses ejectus est ad Ogygiam, η, 250—257. Calypso eum humanissime excepit, imo et cubili dignata est, ε, 150—156. α, 14, 85. insula illa autem eo tempore non habebat homines navigandi peritos, δ, 557, seqq. vel saltem id fingere commodum erat poëtæ, ut ἐκτοπισμὸς melius lateret : alias Menelaus vel ipse eo esset profectus, vel navem misisset, ρ, 143, seqq. ε, 13, seqq. Habitatio et studium nymphæ, ad quam Mercurius missu Jovis venit, depingitur ε, 57, seqq. 77. ipsa timet, ne Jupiter hunc suum temporarium maritum interficiat, et simul Jovem injustitiæ accusat. qui servatum a se invideat sibi, ε, 116, seqq. parata ergo est ad dimittendum, 169, seqq. mite ejus ingenium apparet ex 180, seqq. 188, seqq. 196. 205, seqq. Vide porro, ζ, 172. θ, 452, ι, 29, seqq. μ, 389, 447, seqq. ψ, 333. Homerus voluit vario modo ingenium fœminarum nobilium pingere : hinc et hæc Καλυψὼ est orta. Dicitur αὐδήεσσα, humano more loquens, i. e. dea in terris inter mortales habitans, non in Olympo : et tales ignorant τὰ τῶν θεῶν, nisi quis οὐρανόθεν illis narret. Alii inepte satis pro αὐδήεσσα, legi jubent οὐδήεσσα, terrestris. sed per αὐδήεσσα poëta civiliter et facete innuit, se in mente habere heroinam humanam viraginem. In genere meminerimus, totum Ulyssem esse παίγνιον Ὁμήρου : tunc festivitates omnes ejus perspexerimus. Accusativus attice est τὴν Καλυψὼ, ionice vero τὴν Καλυψοῦν. Vide in Α. sub ἔτος.

Κάλχας, αντος. ὁ. Vates nobilis in exercitu Græcorum ad Trojam. Habet nomen ab ἡ κάλχη, i. e. πορφύρα : et ab eo postea est verbum factum, καλχαίνειν, i. e. μαντεύεσθαι. dicitur mortuus præ mœrore : nam inciderat in Mopsum, Tiresiæ nepotem, a quo superabatur vaticinandi arte. σὺ Κάλχαν, in voc. Α, 86. Κάλχας Θεστορίδης (pater ejus ὁ Θέστωρ, ορος.) οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος, Α, 69, seqq. qui sciebat præsentia, futura et præterita. Εἰ ἐτεὸν Κάλχας μαντεύεται ἠὲ καὶ οὐκὶ, Β, 300. et 322, seqq. vaticinium ejus refertur. Ei adsimilat se Neptunus, Ν, 45, i. e. Calchas magno clamore exprobravit Græcis fugam ad mare. De morte ejus sic veteres : σφαλεὶς μὲν τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ὀλύνθων τοῦ ἐρινεοῦ, οἳ τὸν ἀριθμὸν ἦσαν μύριοι, ἑνὸς περιττεύοντος : ἀστοχήσας δὲ καὶ τοῦ προβλή-

ματος τῆς ὑὸς, ἥτις τρεῖς εἶχε χοίρους, ὧν ἡ μία θῆλυς.

Κάμιρος, ου. ἡ. urbs insulæ Rhodi, cujus civis Καμιρεύς. nomen est ab antiquo heroë ὁ Κάμειρος. ἀργινόεσσα, i. e. λευκόγειος, B, 656.

Καπανεὺς, έως. ὁ. Princeps Argivorum, pater Stheneli, ἀγακλειτὸς, B, 564. filius ejus dicitur Καπανήϊος, et Καπανηϊάδης. Δ, 367, 403. E, 108. periit bello Thebano, fulmine ictus, Eurip. Phœn. 1179—1193, et insigne clypei ejus est ibidem, 1135—1140. Fertur esse inventor scalarum ad oppugnationes murorum.

Κάπυς, υος. ὁ. princeps Trojanus ex domo regia, Υ, 239.

Καρδαμύλη, ης. ἡ. Urbs Messeniæ vel Laconiæ in Peloponneso. I, 150, 292. etiam μάζα τις sic dicebatur.

Κᾶρες, ῶν. οἱ. natio Asiæ, bellicosa et fortis. fœmina dicitur ἡ Κάειρα, vel et Κάïρα. Conditor gentis fuerat ὁ Κὰρ, αρός. Utebantur quidem sermone Græco, sed pronuntiatio pingue quid sonabat. olim ἐχθροὶ τοῖς Ἴωσιν, hinc a poëtis Ionibus non laudati. Καρῶν βαρβαροφώνων, B, 867. Κᾶρες, K, 428. γυνὴ Κάειρα, Δ, 142, nam hæ fœminæ ἀγαθαὶ ἦσαν βάπτειν ἐλεφάντων ὄπτῷ φοινικῷ χρώματι. Sic apud Herodotum est ἐσθὴς Κάειρα. Potest in fœminino et dici Καρικὴ ἡ Καρίνη γυνὴ, ἡ ἐκ Καρίας, imo et ἡ Καΐρα. sed crux critica est in I, 378, τίω μιν ἐν Καρὸς αἴσῃ, ut Achilles loquitur de Agamemnone. De quo loco triplex falsa est explicatio. 1. Ἴσον αὐτὸν ἔχω Καρὶ ἀνδρὶ, i. e. ἐν μισθοφόρου τίθημι τάξει: nam Κᾶρες in probro erant apud antiquos, ut primum μισθοφορήσαντες, i. e. μισθὸν ὑπὲρ μάχης λαβόντες, καὶ χρημάτων ἀποδόμενοι ψυχὰς, καὶ τὴν εὐγενῆ ἐπικουρίαν καπηλεύοντες, καὶ χρήμασιν ἤδη ἀπαχθέντες οἷον αἰχμάλωτοι, καὶ πρὸ τοῦ πολέμου ἀνδραποδισθέντες τῇ μισθοφορᾷ. Sed ea explicatio, præter quod in regem minime quadrat, eo apparet falsa, quod Cares certe non tempore Trojani belli, imo nec ante Homeri tempora, ἐμισθοφόρουν. huc accedit, quod κα apud poëtam in masculino est longum. Alii ergo, 2, pro, ἐν Καρὸς, legi volunt ἴγκαρος, ab ὁ ἴγκαρ, i. e. ὁ φθεὶρ qui in capite puerorum habitare solet, *eine kopflaus, (a louse :)* ut sensus sit: ne minimi quidem, ne pro pediculo quidem, eum æstimo. Sed nec vox ista, nec comparatio, unquam in Græco orbe est audita, nec digna his personis, in ira tamen non obliviscentibus qui essent. Sophocles multo acutius dixit: τἄλλα ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς οὐκ ἂν πριαίμην. Hinc alii, 3, legunt quidem ἴγκαρος, sed illi τὸ ἴγκαρ intelligunt pro ἐγκεφάλῳ, cerebro, quia Atticis priscis cerebrum fuerit in cibis aversabile: ut sensus sit: ἀποτροπιάζομαι τὸν βασιλέα, ὡς ἄλλοι τὸ ἴγκαρ ἢ τὸν ἴγκαρα, i. e. τὸν ἐγκέφαλον. Huic sententiæ suffragari videtur Plutarchus in suis συμποσιακοῖς, imo multi veteres ne nominabant quidem cerebrum suo nomine, pro ἐγκεφάλῳ dicentes λευκὸς μυελός. sed id fiebat, quia caput iis erat res sacra; unde et per caput suum vel alterius jurabant, et in sternutando adorabant. Restat igitur, 4, et vere, ut intelligamus, καρὸς esse pro κηρὸς, ab ἡ κὴρ, fatum supremum, mors; συστολῇ τοῦ η in α breve; sicut et dii dicuntur, hac correptione vocalium, μάκαρες, i. e. μὴ κηρὶ, μὴ θανάτῳ, ὑποπίπτοντες. Sic convenit hic locus cum solita Achilli comparatione, I, 312, et civilitas morum nihil damni patitur, et sensus est maxime perspicuus. Cæterum, quia recentiores Homero Cares solebant animas habere venales ad pugnandum, hinc proverbium deinde ortum, ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον, quia hi mercede conducti, ab imperatore ad periculosissima objici solebant; et Persæ ejusmodi audaces μισθοφόρους vocabant Κάρδακας, ab ὁ Κάρδαξ.

Κάρησος, ου. ὁ. Fluvius Troadis, influens in Αἴσηπον, postea dictus ὁ Πίτυς. Ab eo dicta est regio illa ἡ Καρησηνὴ et Κεραεσηνή. M, 20. Strabo tamen paullo aliter tradit.

Κάρπαθος, ου. ἡ. et per metathesin, Κράπαθος. Insula, olim τετράπολις et clara, a qua τὸ Καρπάθιον πέλαγος, συνάπτον τῷ Ἰκαρίῳ, nomen habebat. B, 676. De ea erat proverbium: ὁ Καρπάθιος τὸν λαγωόν. Nam antea lepores nulli fuerant ibi: insulani importarunt sibi aliquos: ii post multiplicati, depascebant segetes. Ergo dicitur de eo, qui ipse sibi damnum quærit aut fovet.

Κάρυστος, ου. ἡ. Urbs Eubœæ, marmoribus clara. B, 539. Alia Κάρυστος erat Arcadica, ad quam ὁ Καρύστιος οἶνος.

Κάσος, ου. ἡ. Insula, non procul a Carpatho. B, 676.

Κασσάνδρη, et Κασάνδρη, ης. ἡ. Filia Priami, εἶδος ἀρίστη, ἰκέλη χρυσῇ Ἀφροδίτῃ, N, 365, seqq. Ω, 699, seqq. Capta Troja in præmium cessit regi supremo Agamemnoni: et una cum eo a Clytæmnestra crudeliter est interfecta, λ, 420. de ea cæde loquitur et Eurip. Troad. 44.

Καστιάνειρα, ας. ἡ. Thraciæ principis filia ex Αἰσύμη, καλὴ, δέμας εἰκυῖα θεαῖς, una pellicum Priami. Θ, 305.

Κάστωρ, ορος. ὁ. Filius Ledæ et Tyndarei, vel ut fabulæ volunt Jovis, frater Pollucis et Helenæ, εἷς τῶν Διοσκούρων, ἱππικὸς, ἡγεμὼν λαῶν, mortuus jam anno belli Trojani decimo, Γ, 237, 243, 244. Vivit tamen post mortem una cum Polluce, λ, 299—303. confer Πολυδεύκης. Alius Κάστωρ, Hylaci filius, homo Creticus nominatur ξ, 204, seqq.

Καύκωνες, ων. οἱ. sunt duplices. Quidam habitarunt in Peloponneso, et annumerabantur Arcadiæ, γ, 366. Gens vaga, sicut τὸ Πελασγικὸν φῦλον. Alii habitarunt in Paphlagonia, et horum urbs τὸ Τῖον, K, 429. Υ, 329. Stra-

bonis ævo nomen gentis omnino deletum fuerat. Vide sub Ἁλίζωνοι, et Λέλεγες.

Κάϋστρος, ου. ὁ. Fluvius Asiæ, non procul Epheso influens in mare. debebat dici Καΰστρος, sed distracta est vox, et nomen est ὡς διὰ κατακεκαυμένης ῥέων. B, 461. Cygni ibi canere dicuntur.

Κέας, ου. ὁ. Princeps Thracicus, pater Τροιζήνου, qui hinc Κεάδης dicitur. B, 847.

Κεβριόνης, ου. ὁ. nobilis socius Hectoris, vir fortis et fidus. Erat filius nothus Priami, ingens statura. Occisus tandem est pugnans, et de cadavere ejus ingens certamen. Θ, 318. Λ, 521. M, 91. N, 790. Π, 727. Fuit et unus gigantum τῶν θεομάχων hoc nomine: est et avis quædam, Aristoph. Aves, 554.

Κελάδων, οντος. ὁ. nomen proprium fluvii in Peloponneso, H, 133. alibi est epitheton Oceani. Strabo tamen (Lib. 8.) vel fluvium τὸν Ἀκίδοντα (ab ὁ Ἀκίδων) legi et intelligi vult; vel κελάδοντι habet pro mero epitheto, posito nominis proprii loco.

Κένταυροι, ων. οἱ. natio Thessaliæ, ficta quidem quod figuram et compositionem corporis attinet, re vera tamen equestris et fera et latrociniis dedita. Habitarunt circa montes, Pelium et Ossam. Primus Κένταυρος mythice dicitur fuisse filius Ixionis et Nepheles, dictus, ὅτι Ἰξίων ἐκέντησεν αὖραν, i. e. ἀερίαν νεφέλην, quum gigneret eum: et hic, congressus cum equabus in Thessalia et Magnesia, propagavit hoc genus monstrosum. Dicuntur φῆρες λαχνήεντες, B, 743, 744. conf. φὴρ, et πελάζω in A. Κενταύρων δικαιότατος, Λ, 831. Eorum bellum cum Lapithis, in quo tota Centaurorum gens deleta est, φ, 295—304. Fuit ergo familia aliqua nobilis, cum equitatu non ita magno latrocinans. Ad formam hujus nominis mythici fecit Diogenes τὸν ἱππόπορνον, h. e. adolescentem mollem et glabrum, equo vectum: nam hic habebat glabros et pulcellos adolescentes pro πόρνοις.

Κέρβερος, ου. ὁ. canis Orci, ab Hercule ad superiores perductus. λ, 622—625, quem tamen Homerus tantummodo κύνα ἀΐδου, sine nomine proprio nominat. Latet aliqua sub eo veritas historica: nam qui allegorias venantur, τὴν μέθην eum significare pronuntiant, a κέαρ βαρύνειν. Fortasse fictum nomen a τὸ κέαρ καὶ βορὰ compositum: ut notetur infelix status damnatorum, *herzfresser, (heart-eater.)* Vide in A. sub κύων, prope medium.

Κεφαλλῆνες, ων. οἱ. Erant sub Ulysse rege, dicti ab insula majore, ἡ Κεφαλληνία, ἣ ἀντίκειται ταῖς Ἐχινάσιν: nam omnes sub Ulysse insulæ dictæ hoc nomine. Imo sub nomine τῶν Κεφαλλήνων comprehensa fuit pars Acarnaniæ, etsi Homerus τὸ ὄνομα τῶν Ἀκαρνάνων (ὁ Ἀκαρνὰν, ᾶνος) ignoret: nam ἡ Κροκύλεια ἦν ἀκτὴ Ἠπείρου, quæ postea ἡ Λευκὰς dicta, in terra Acarnanum. B, 631, seqq. υ, 210. ω, 354, 377, 428. conferatur ἡ Τάφος.

Κήρινθος, ου. ἡ. Urbs Eubœæ, olim dicta Ἐλλοπία. Amnis juxta eam est ὁ Βουδόρας ἢ Βούδορος, ου. Poëta eam vocat ἔφαλον, ob salsas aquas in ea regione scatentes. B, 538.

Κήρυκες, ων. οἱ. erant ἄσυλοι εἰς τὸ παντελὲς, et sacrosancti. divinum enim genus esse putabantur, quia filius Mercurii ex filia Cecropis τῇ Πανδρόσῳ ὁ Κῆρυξ ἦν, a quo vel quasi descendere videbantur. Ovid. Met. 2, 738. confer Herodotum de Lacedæmoniis, qui Xerxis præcones occiderant. *herolde, (heralds.)* A, 234.

Κηφισσὸς, οῦ. ὁ. Fluvius Bœotiæ Cephisus, oriens ad Λιλαίαν. B, 522, s. habitantes circa eum dicebantur οἱ Ἐπικηφίσσιοι καὶ Παραποτάμιοι.

Κίκονες, ων. οἱ. (metri causa correpti, pro Κίκωνες in prosa) gens ampla Thraciæ; non procul ἀπὸ τῶν Μαρωνειτῶν, quorum urbs ἡ Μαρώνεια. confer Ἴσμαρος. Ὀρφεὺς fuit Κίκων natione: et duo ibi floruisse dicuntur Orphei, quorum prior undecim generationibus antiquior posteriore fuisse dicitur. Cæterum Cicones auxilia tulerant Trojanis, B, 846. P, 73. Hinc Ulysses eos in reditu suo pro hostibus habuit, ι, 39—66, 165. ψ, 310. De numero occisorum ex sociis Ulyssis non est intelligendum, quasi præcise sex homines ex singulis navibus ejus, quæ erant duodecim, perierint: sed summa occisorum fuit 72, quam summam si distribuas in naves duodecim, facit sex ex qualibet; et ad hanc proportionem postea fuerunt naves supplendæ, ut quælibet navis æqualem haberet numerum vectorum. ι, 60.

Κίλικες, ων. οἱ. habitarunt antiquitus circa Θήβην Ἀδραμυττινὴν non procul Troja, et in duas δυναστείας vel principatus fuerunt divisi, εἰς τὴν ὑπὸ Ἠετίωνι, καὶ τὴν ὑπὸ Μύνητι, qui Μύνης sedebat Lyrnessi. Post transierunt inde, et ademerunt Syris eam terram, quæ post ab iis vocabatur Cilicia magna. Cæterum urbs eorum est variæ scriptionis, τὸ Ἀδραμύτειον ἢ Ἀτραμύτειον ἢ Ἀδραμύττειον ἢ Ἀδραμύττιον. Antiquitus ergo erant pars imperii Trojani. Z, 397, 415. Vide sub Ἠετίων.

Κίλλα, ης. ἡ. Urbs Troica, περὶ τὴν Ἀδραμυττινὴν χώραν. Dicta ab auriga Pelopis, ὁ Κίλλας, ου, qui ibi sepultus est a Pelope, et honoratus est nova urbe ad sepulcrum condita. Habuit ea urbs ἱερὸν, non procul a mari. A, 38, 452.

Κιμμέριοι, ων. οἱ. vera gens, geographis nota, habitans supra Pontum Euxinum, ἔθνος Σκυθικὸν, qui aliquando Asiam incursionibus valde vexarant. In eorum terra, maxime hiberno tempore, rara est lux pure splendentis solis, sed multæ sunt nebulæ diem fœdantes. Poëtæ Ἴωνες, quibus et Homerus se adsociavit, ulciscebantur hos antiquos hostes sic, ut eos inferis vicinos fingerent. Ἐκτοπίζει γὰρ αὐτοὺς Homerus, et ponit εἰς ἑσπερίους τόπους

τοὺς πρὸς ἠῶ, in extremis terræ finibus trans oceanum exteriorem, describitque ὡς ἀθλίους τινὰς ἀνθρώπους, perpetuis tenebris damnatos, λ, 14—19.

Κινύρας, ου. ὁ. Rex Cypri insulæ. Λ, 20. Recentiores faciunt simul eum sacerdotem Veneris Cypriæ, filium Apollinis ex nympha Paphia. Ovid. Met. X, 299, seqq. Adduntque, eum valde divitem excepisse hospitio Græcos cum classe ad se venientes, et promisisse etiam, se missurum commeatus largos in castra: sed, quia id facere neglexerit, diris devotum esse absentem ab Agamemnone. Hæc omnia ignorat Homerus.

Κίρκη, ης. ἡ. Dicta Αἰαία, ab urbe Colchidis ἡ Αἶα. Frater ejus erat rex Colchidis ὁ Αἰήτης, ου, ab eadem urbe ita dictus. Dicebantur hi duo liberi solis; vel quia βασιλικοὶ, vel quia ἐκφανεῖς præ aliis ejus temporis, vel et διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς ἡλιῶδες τοῦ κάλλους. Apud Euripidem, Troad. 437, vocatur hæc Circe Λίγυστις, quod multi a λιγὺς deducunt, ut notetur cantatrix: alii scribunt Λιγυστὶς, ab Λίγυς, Ligur, unde et αἱ Λιγυστίδες νῆσοι ad Italiam, quæ habitabantur ὑπὸ τῶν Λιγύων, et alio nomine dicebantur αἱ Στοιχάδες, διὰ τὸ, στοίχῳ τετάχθαι, numero tres. Et fortasse fuit Ligustica nobilis fœmina. Insulam Circes poëta vocat Αἰαίην, κ, 135—139, ubi frater, pater, mater Circes nominantur. Veniens ad eam insulam Ulysses cum unica nave reliqua, mittit partem sociorum ad speculandum, κ, 203, seqq. qui invenerunt circa domum Circes cicuratos lupos, leones aliasque feras; ipsam vero texentem canentemque, 210, seqq. est enim τὸ γυναικεῖον ἐν τοῖς ἔργοις φιλῳδὸν, ὑποκλεπτομένου τοῦ πόνου τῇ ᾠδῇ. Hæc mutabat socios Ulyssis, uno excepto, 233, seqq. nam erat πολυφάρμακος, 276, 289, seqq. Mercurius contra hæc monstrat remedium, 277, seqq. Circes ἦθος fingitur ἀγεννὲς, non solum quia statim promta est ad εὐνὴν, sed et quia πάνυ δειλαίνεται, vociferatur, ejulat, ad genua provolvitur, conspecto gladio, 321—335. Poëta voluit pingere mulierem nobilem, voluptatibus, ex gustu et tactu deditam, quam illa turpes facere queat viros, si qui ei omnino obsequantur; quomodo autem homo prudens etiam has voluptates modice gustare, et tali fœminæ imperare sano modo queat. Immodica τρυφὴ facit porcos; modica roborat et venustat corpus, κ, 392—396. 460—465. Habet quatuor ἀμφιπόλους νύμφας, 348—351, seqq. et alia est ταμίη, 371, quanquam ibi quinque versus, 368—372, non agnoscant veteres critici pro genuinis, sed pro aliunde intersertis. Et hæ quatuor ἀμφίπολοι non incommode de quatuor anni temporibus, vel et de quatuor sic dictis elementis, interliguntur, ex quibus voluptas juvatur, ut poëta ipse innuere videtur, dum originem harum ministrarum enarrat l. c. Cave putes, Homerum dixisse, quod Circe ex hominibus fecerit leones et lupos: sed id dicit, eam pharmacis suis, leones natura, cicurasse: sues tantummodo ex hominibus facere potuit, unde alibi dicitur ἡ συῶν μορφώτρια Κίρκη. Nam quod Eurylochus loquens inducitur, 431—434, ea iratus et metuens loquitur, et exaggerat rem. Mittit Ulyssem εἰς Ἅιδου, ut ex Tiresia audiat, quæ, si ipsa narret, fingere præ amore, et cupiditate retinendi Ulyssem, videri possit, ι, 31, seqq. sed Homeri, hanc profectionem fingentis, intentio est, ut possit varia, præterita et futura, poësi suæ inserere, κ, 490, seqq. Redit Ulysses ad eam ab inferis, μ, 3, seqq. et ea dimittit eum præmonitum, 143. docuit Ulyssem nodum, θ, 448, nam est ingeniosa. Κίρκης κατέλεξε δόλον πολυμηχανίην τε Penelopæ Ulysses, ψ, 321. habet epitheta, εὐπλόκαμος, δεινὴ (astuta, valida, artificiosa, actuosa) θεὰ, αὐδήεσσα, λ, 8. ἀθανάτη, μ, 302. δῖα θεάων, 143. fideliter tamen monuit, μ, 39—143. Cæterum hæc unica est persona, quæ commode per allegoriam explicari possit, et quæ pingat ingenium mulierum voluptuosarum simulque perspicacium et simplicium maximam partem. Filium ejus ex Ulysse, τὸν Τηλέγονον, qui postea imprudens patrem occidisse fertur, ignorat Homerus. Vide in A. sub ποιμήνης.

Κισσῆς, οῦ. ὁ. est contractum nomen ab ὁ Κισσέας, ου. sicut ὁ Ἑρμέας, contr. Ἑρμῆς, Πηδέας, Πηδῆς, etc. Alibi dicitur et ὁ Κισσεὺς, έως. Princeps Thraciæ. Λ, 223.

Κλεῖτος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, Ο, 445—452. Alius hujus nominis erat filius Μαντίου, cujus genealogia est ad Μιλάμποδος: pulcerrimus, sed juvenis mortuus; nam hoc utrumque innuitur, si quis ab Aurora raptus dicitur, ο, 249—251.

Κλεόβουλος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, Π, 330.

Κλεοπάτρα, ας. ἡ. καλὴ, uxor Meleagri, celeberrima ob pulcritudinem, sicut et postea ἡ Αἰγυπτία. Etymon nominis est idem quod in Πάτροκλος. sic in Θηρικλῆς et Κλυταιθήρα. Ι, 552—561. Erat διώνυμος. A suis enim vocabatur Ἀλκυόνη, foris autem Κλεοπάτρα: et prius nomen ei impositum erat a matre, lugente sua mala (quæ vide sub Μάρπησσα) δίκην πολυπενθοῦς Ἀλκυόνης. sic Ulyssi impositum nomen Ὀδυσσεὺς ab avo, cui διὰ τὸ κλέπτειν πολλοὶ ὠδύσαντο, i. e. ὠργίσθησαν.

Κλεωναί, ῶν. αἱ. erat oppidum inter Argos et Corinthum, in colle probe munito. Non procul inde erat ἡ Νεμέα, cum campo sacro, in quo τὰ Νέμεα celebrabantur. Β, 570. Nomen dicunt esse a leone Nemeæo, quasi λεωναὶ, præfixo κ.

Κλόνιος, ου. ὁ. Dux Thebanus, occisus ab Agenore. Β, 495. Ο, 340. nomen est a κλονεῖν, quasi μάχιμος.

Κλυμένη, ης. ἡ. Tres hujus nominis memorantur a poëta. Nomen est pro κλυομένη, audita, celebris. Una erat ministra honesta

Helenæ, cognominata βοῶπις, partim propter τὸ εὔωπον, partim propter perspicaciam: nam suspicata erat Lacedæmone, Paridem insidiari dominæ, eamque monuerat. Γ, 144. Altera est una Nereidum, διὰ τοὺς θαλασσίους ἤχους, quasi κλυτὴ καὶ ἐξάκουστος, Σ, 47. Tertia est uxor Phylaci, mater τοῦ Ποδώκεος, de qua recentiores (vid. Ovid. Met. I, 756.) narrant concubuisse antea cum Sole, et peperisse τὸν Φαέθοντα, quem Homerus omnino ignoravit. λ, 325.

Κλύμενος, ου. ὁ. Socer Nestoris, vir illustris, pater Ἐργίνου. γ, 452. Quum Argonautæ venirent in Lemnum, Hypsipyle dabat certamen gymnicum in honorem patris Thoantis: in quo quum certaret Ἐργῖνος, canis ornatus, etsi nondum senex; risere Lemniades: sed is tamen vicit. sic et ὁ Ψαῦμις πολιὸς vicerat.

Κλυταιμνῆστρα, ας. ἡ. Soror Helenæ, filia Tyndarei, uxor Agamemnonis: natura non mala, sed assiduis blanditiis adulteri, absente marito, tandem victa, maxime quum is sapientem custodem removisset ab ea; deinde et irata, quod maritus alias formosas magis amaret. Ob alias præstantias dicitur δῖα. Α, 113, 114. γ, 264, 275. sed redeuntem gloriose a Troja maritum regemque suum; per insidias, una cum Cassandra regia virgine, crudeliter interfecit, λ, 409, 442, et in causa fuit, cur omnes heroës de fide uxorum dubitarent, inter quos et Ulysses maxime fuit. ω, 198, 201. confer Ἀγαμέμνων, Ὀρέστης. Homerus eam Agamemnoni virginem nupsisse novit: sed Euripides tragice finxit, primum ejus maritum fuisse Tantalum, quo interfecto per vim eam duxerit Agamemnon: vid. Iphig. in Aul. 1149, seqq. Vide in A. sub κουρίδιος, et μεσαιπόλιος.

Κλυτία, ας. ἡ. puella venusta, ab Amyntore domi educata, ut fieret ipsius pellex. Sed antequam Amyntor eam cognosceret, filius, matris precibus instigatus, congressus est cum ea: quo facto, odiosum fecit puellæ senem ejusque complexus. Ι, 447, seqq.

Κλύτιος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, senex jam, pater Καλήτορος, frater regis Priami. Γ, 147. Ο, 419, 427. Υ, 238. Alius erat nobilis Ithacensis, fidus Telemacho, pater Πειραίου, unde hic vocatur Κλυτίδης per sync. pro Κλυτιάδης, π, 327. ο, 539. Tertius erat Græcus nobilis, cujus filius Δόλοψ ductor ordinum, Λ, 302. Quanquam hic potius ὁ Κλυτεὺς dictus credi debet, unde est Κλυτείδης, et ob metrum Κλυτίδης.

Κλυτομήδης, εος. ὁ. filius Ἤνοπος, nobilis pugil Græcus. Ψ, 634.

Κλυτόνηος, ου. ὁ. nobilis Phæax, celeber ob naves. θ, 119, 122.

Κλωθὼ, όος. ἡ. primaria Parcarum, a qua omnes dicuntur αἱ Κλωθοὶ, et mutata declinatione αἱ Κλῶθες, et αἱ Κατακλῶθες βαρεῖαι, in qua phrasi λίνου μέν ἐστι τὸ κατακλώθεσθαι, ἀτράκτου δὲ κλώθοντος τὸ ὑπὸ βάρους κάτω φέρεσθαι. Ergo κατακλῶθες, *die abspinnerinnen, (the spinners.)* Est fere eadem quæ ἡ Αἶσα, nisi forte ἡ Αἶσα est, ὁ τοῦ παντὸς λόγος, ratio universum ordinans, a δαίω i. e. μερίζω, unde et Μοῖρα dicitur et εἱμαρμένη, a μείρειν, attribuere: αἱ Κατακλῶθες δὲ, αἱ μὴ εὐτυχεῖς μοῖραι, fata adversa, unde et βαρεῖαι, οὐ μὴν ὄλβιοι, dicuntur. πείσεται ἅσσα οἱ αἶσα Κατακλῶθές τε βαρεῖαι γεινομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ, η, 197, ubi alii legi malunt, κατακλώθησι (a κατακλώθημι, pro κατακλώθω, ut sit tertia singularis præsentis) βαρεῖα, sc. ἡ Αἶσα, *wider ihn anspinnet, (spins against him.)* sed minus bene. In genere Parcæ possunt dici βαρεῖαι, quatenus fusus earum in nendo vergit καὶ βρίθει versus terram. conf. λίνον in A. et de verbi forma, παμφαίνω. Cæterum dicta Κλωθὼ, *die spinnerin, (the spinner,)* διὰ τὸ ἐπικλώθειν ἑκάστῳ τὸ πεπρωμένον, et est personificatum consilium dei de fatis cujusque.

Κνημὶς, ίδος. ἡ. Mons Græciæ in Locride. Hinc Λοκροὶ Ἐπικνημίδιοι, ad istum montem habitantes.

Κνωσσὸς, οῦ. ἡ. Urbs in Creta, sedes regia, valde ampla, sita ad littus boreale insulæ. Β, 646. conf. Γόρτυν, Σ, 591. τ, 178. hinc adjectivum Κνώσιος, ία, ιον.

Κοίρανος, ου. ὁ. nobilis Lycius. Ε, 677. Alius erat socius Merionis, Ρ, 610, seqq.

Κολοὴ, ης. ἡ. Κολοηνὴ Ἄρτεμις, vide sub λίμνη in A.

Κολώνη, ης. ἡ. est cognomen cujusvis urbis in edito sitæ: nam κολώνη proprie notat λόφον, βουνόν: *eine hochliegende stadt, (a tower in an elevated situation.)* hinc est nomen proprium ἡ Κολώνεια, ας. Λ, 710, 711, sic vocatur ἡ Θρυόεσσα, urbs Pyliorum, vastata ab Ἠλείοις. et 756, est alia, Eleorum urbs. Vox ipsa dicitur esse τῶν Λιβύων: nam et illi, una cum Ægyptiis, antiquitus græcissabant.

Κοπρεὺς, έως ὁ. videtur fuisse nobilis rusticus, qui τὰς ἀγγελίας τῶν ἄθλων ἐκ τοῦ Εὐρυσθέος ἐκόμιζε τῷ Ἡρακλεῖ. Ο, 639, seqq.

Κορακοσπέτρα, ας. ἡ. locus in Ithaca insula, sic dictus, quia Κόραξ, ἐγχώριος ἀνὴρ, υἱὸς Ἀρεθούσης, γυναικὸς ἐκ τῶν ἐκεῖ, διώκων λαγωὸν, κατὰ κρημνοῦ ἠνέχθη καὶ τέθνηκεν, *weil ein dasiger landjunker auf der hasenjagd den fels herunter gestürzet ist und den hals gebrochen hat, namens Korax, (because a youth of that country named Korax, pursuing a hare, fell from a precipice and broke his neck.)* Mater vero ejus Ἀρέθουσα, διὰ λύπην ἐλθοῦσα ἐπί τινα κρήνην ἀπήγξατο. Hinc locus ille montanus dictus Κόρακος πέτρα, et fons prope eum Ἀρεθούση. ν, 408.

Κόρινθος, ου. ἡ. Urbs celeberrima Argivorum, intra Isthmum sita. Habet nomen ab ἥρωϊ ὁμωνύμῳ antiquo. Antea vocabatur ἡ Ἐφύρα, ἀπὸ Ἐφύρης τινὸς ἡρωΐνης. Nonnunquam etiam Ἡλιούπολις, διὰ τὸ ξηρὰ εἶναι. Nam

solum circa eam petrosum, minime fertile, et inæquale: hinc proverbium, Κόρινθος ὀφρύεται καὶ κοιλαίνεται. Εὐθήνησε δέ ποτε (dives erat) τῇ τῶν ἑταιρίδων εὐφορίᾳ: ὅθεν καὶ κορινθιάζεσθαι τὸ μαστροπεύειν (prostituere ad libidinem, imo et prostare) ἢ ἑταιρεῖν, ἀπὸ τῶν ἐν Κορίνθῳ ἑταιρῶν. Thucydides eam vocat ἐμπόριον Ἑλλάδος, et Strabo Lib. 8. addit, Ἀφροδίτης ἐκεῖσε ἱερὸν πλουσιώτατον, πλείους ἢ χιλίας εἶχεν ἱεροδούλους ἑταίρας: καὶ διὰ ταύτας πολυωχλεῖτο ἡ πόλις, καὶ ἐπλουτίζετο ἐξαναλισκομένων (sumtum multum facientibus) τῶν ναυτίλων. Celeberrimæ ἑταῖραι Corinthiæ fuere ἡ Λαΐς, Κυρήνη, Λέαινα, Σινώπη, Πυῤῥίνη, Σικυώνη: notus est, ob earum pretia, versus iambicus, οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς: et Demosthenes, postulatus a Laide εἰς μισθὸν παννυχίδος, decies mille drachmas (1600 thaleros Germanicos [£ 300. *Sterl.*] circiter) respondit, οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν, tanti pœnitere non emo. Ἡ δὲ περὶ αὐτὴν Ἀκροκόρινθος ἐκαλεῖτο καὶ Εὐωπὴ, nam inde erat longus et jucundissimus prospectus. Ad hanc arcem erat fons ἡ Πειρήνη, semper plenus aquæ limpidissimæ. ἀφνειόν τε Κόρινθον, Β, 570. ἔστι πόλις Ἐφύρη, Ζ, 152, ubi Sisyphus, princeps Corinthi antiquus, habitavit. Nam Αἰήτης, pater Medeæ, tenuerat regnum Corinthi, sed oraculi monitu abiit in Colchidem. Filia Medea, quæ cum Jasone redierat in Græciam, tenuit Corinthum ad breve tempus: sed amore Sisyphi capta, reliquit ei istum principatum. Κορινθόθι οἰκία ναίων, Ν, 664. Vinum ibi nascebatur deterrimum: hinc Alexis comicus: οἶνος ξενικὸς (vinum aliunde importatum) παρῆν, ὁ γὰρ Κορίνθιος βασανισμός ἐστιν. Dicta regio (genere communi) ὀφρυόεις, quia minime εὔγεως, sed saxosa. Bello Xerxis egregie pugnarunt Corinthii, et mulieres eorum vota fecerunt Veneri, ut animos daret viris pugnandi fortiter pro salute Græciæ. Victoria parta epigramma superscriptum est donariis in templo Veneris: Αἵδ' ὑπὲρ Ἑλλάνων τε καὶ ἀγχεμάχων πολιτάων ἔστασαν εὐχόμεναι Κύπριδι δαιμονίᾳ: οὐ γὰρ τοξοφόροισιν ἐβούλετο δῖ' Ἀφροδίτη Μήδοις Ἑλλάνων ἀκρόπολιν δόμεναι.

Κόροιβος, ου. ὁ. Ultimus omnium auxilio venit Priamo, motus fama pulcritudinis Cassandræ. Virgil. Æn. II, 341, seqq. eum vocat Chorœbus, sed sub hoc nomine Homerus eum non novit, sed vocat eum Ὀθρυονεὺς, quem vide. Abiit deinde nomen Κόροιβος in appellativum hominis hebetis et stolide fidentis.

Κορώνεια, ας. ἡ. Urbs Bœotiæ prope Heliconem: dicta ἀπὸ Κορώνου, antiquo heroë. Ibi solebat esse conventus Bœotorum, dictus τὰ παμβοιώτια. Cives οἱ Κορωνεῖς. Β, 503. Alia fuit Messeniaca in Peloponneso, cujus cives Κορωνεῖς. ὁ Κόρωνος fuit frater Ἀλιάρτου.

Κόρωνος, ου. ὁ. Filius Cænei, magnus princeps: sed alius quam quem ad ἡ Κορώνεια notavimus. Β, 746.

Κουρῆτες, ων. οἱ. In Græcia: habitabant τὴν Πλευρῶνα, πόλιν Αἰτωλικήν. Erant Εὐβοίων ἄποικοι. In singulari dicitur ὁ Κουρὴς, ῆτος. Dicti vel διὰ τὸ Κούριον ὄρος, ὑπερκείμενον Πλευρῶνος: ἢ παρὰ τὴν κουρὰν, nam anteriora capitis attondebant, ne hostes se possent coma apprehendere. postea dicti sunt Ἀκαρνᾶνες, ab eodem themate τοῦ κείρειν. De his Græcis Curetibus narratur Ι, 525, seqq. Alii Κούρητες erant in Creta, saltatione armata celebres, dicti et Κορύβαντες ἢ Κάβειροι καὶ Τελχῖνες: et saltatio ista dicebatur ἡ Πυῤῥίχη, a Πυῤῥίχῳ quodam, qui eam in formam artis redegerat. sed alibi apud poëtam κούρητες est appellativum, νέοι στρατιῶται, *junge edle soldaten, (young soldiers:)* e. c. Τ, 248, δῶρα φέρον κούρητες Ἀχαιῶν. Accentus igitur satis distinguit proprium nomen. conf. Αἰτωλοί; et κόρης in A.

Κόων, ωνος. ὁ. Filius Antenoris major natu, cæsus ab Agamemnone, quem graviter vulnerarat. Λ, 248, seqq.

Κρανάη, ης. ἡ. insula Attica, promontorio Sunio vicina, ubi Paris cum Helena primum nuptias fecit in fuga. Γ, 445. scribitur et ἡ Κραναή. conf. in A. et Eurip. Hel. 1689. Vocata est postea hæc ipsa insula ἡ Ἑλένη.

Κραταιΐς, ίδος. ἡ. mater Scyllæ. μ, 124, seqq. in genere est δαίμων τις ἰσχυρὸς, et personificata vis motrix corporum, λ, 596. Id magis est poëticum, quam si loco posteriore hanc vocem habeas pro adverbio, pro κραταιῶς, sicut est λικριφίς. Quidam scribunt, minus bene, divisim, κραταῖ' ἴς, i. e. ἰσχὺς τοῦ λίθου: nam hæc tantum est etymologia hujus personæ poëticæ. κραταῖ' pro κραταία. sic χεῖρ' pro χερεία.

Κρέων, (ob metrum Κρείων) οντος. ὁ. Rex Thebarum. Ι, 84. conf. Λυκομήδης, qui hinc dicitur Κρειοντιάδης, Τ, 240. λ, 268, ubi conf. Μεγάρη.

Κρηθεὺς, έως. ὁ. Filius Æoli, conjux τῆς Τυροῦς, ex qua habuit tres Κρηθείδας, habitantes in Thessalia, etsi diversis locis. conf. Σαλμωνεὺς, qui frater ejus fuit. λ, 236, seqq. 253—258.

Κρήθων, ωνος. ὁ. Princeps Græcus admodum adolescens, filius τοῦ Διοκλῆος, frater geminus Orsilochi: occiditur una cum fratre ab Ænea. Ε, 542, seqq. ubi tota ejus est genealogia.

Κρήτη, ης. ἡ. vel αἱ Κρῆται. sic ἡ Μάλεια et αἱ Μάλειαι. insula celeberrima et magna. Κρήτην ἑκατόμπολιν, Β, 649, et id epitheton est verum. Brevi post facta est ἐνενηκοντάπολις, τ, 174, nam Λεῦκος seditione mota contra regem Idomeneum, decem urbes funditus deleverat. Alii tamen contendunt, Homerum ex suo ævo vocare eam ἑκατόμπολιν, quum tempore belli Trojani nonaginta tantummodo habuerit urbes. Κρήτηθεν ἱκέσθαι, Γ, 233. Κρήτῃ ἐπίουρον Μίνωα, Ν, 450. Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ, Ν, 453. τ, 256, seqq. propter magnitudinem insulæ. τὰς μὲν Κρήτῃ ἐπέλασσε, γ, 291. Ἀριάδνην ἐκ Κρήτης ἦγεν, λ, 322. ἐκ μὲν Κρητάων γένος (εἶναί μοι)

εὔχομαι εὐρειάων, ξ, 199, seqq. sic, εὔχεται, π, 62. ubicunque enim Ulysses de se quasi de alio narrat, Cretensem se facit: et id vel ob situm insulæ longe ab Ithaca dissitum, ne cito quæri possit veritas; vel quia Cretenses in Ithaca erant favorabiles. Cæterum id Ulyssis mendacium crebro repetitum, ansam dedit dicterio, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. ἀναβάντες ἀπὸ Κρήτης εὐρείης, ξ, 252. et 300, μέσσον ὑπὲρ Κρήτης. et 301, Κρήτην ἐλείπομεν. Κρήτη ναιετάων, ὅθι Μίνωος γένος ἐστὶν, ρ, 523. Κρήτη τις γαῖα ἐστὶ καλὴ καὶ πίειρα, τ, 172, seqq. et floruit ibi olim justitia et fortitudo. et 186, Κρήτηνδε κατήγαγεν ἲς ἀνέμοιο, coll. 189, ubi apparet, oram septentrionalem hujus insulæ esse κακολίμενον. et 338, Κρήτης ὄρεα νιφόεντα. Κρῆτες, ῶν. οἱ, erant olim potentes maris: infames autem aliquando ob κακοέρωτα, maxime fœminarum; et ob malam fidem. Saltatio et τὸ κυβιστᾶν solemne illis: et celebria olim fuere τὰ Κρητικὰ ἐμμελῆ ὑπορχήματα. καὶ τὸ μὲν ὄργανον ἐκαλεῖτο Μολοσσὸν, ὁ δὲ τρόπος Κρήτας, dorice, sicut νικήτας est pro νικητής. Κρητῶν Ἰδομενεὺς ἡγεμόνευε, Β, 645. ἐνὶ Κρήτεσσι θεὸς ὣς ἕστηκε, ἀμφὶ δέ μιν Κρητῶν ἀγοὶ, Γ, 230. ἦλθε δὲ ἐπὶ Κρήτεσσι, Δ, 251, seqq. sc. Agamemnon in lustratione exercitus: et ibi Idomeneus cum apro comparatur. Κρητῶν βουληφόρε, Ν, 219, 255. et 221, Κρητῶν ἀγός. sic Ψ, 450, 482. ἐνὶ Κρήτεσσι θεὸς ὣς τίετο δήμῳ, ξ, 205. et 234, μετὰ Κρήτεσσι. et 382, ἐν Κρήτεσσι, i. e. ἐν Κρήτῃ. ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, τ, 176, οἱ ἀληθῶς Κρῆτες, αὐτόχθονες, ἰθαγενεῖς, γνήσιοι τῆς χώρας.

Κρίσσα, ης. ἡ. Κρίσα, ης. et Κίῤῥα, ας. Urbs Phocensium, ζαθέη, quia ibi Δημητρεῖον ἐπιφανὲς, imo et sacra Apollini. Ibi est κόλπος Κρισσαῖος vel Κιῤῥαῖος. Β, 520. Vide sub Πυθώ.

Κροῖσμος, ου. ὁ. nobilis Trojanus. Ο, 523.

Κροκύλεια, ας. ἡ. et τὸ Κροκύλειον. Insula prope Ithacam: alii autem perhibent, quartam partem insulæ Ithacæ ipsius. esse τὸ Κροκύλειον, sicut alia ejus pars erat τὸ Νήϊον. Β, 633. Civis ejus ὁ Κροκυλεύς.

Κρόνος, ου. ὁ. Saturnus, pater Jovis. Astronomice est planeta: poëtice est ὁ χρόνος παλαιὸς, imo ipsa æternitas a parte ante. Uxor ejus, ἡ Ῥέα, designat materiam illam, ex mente priscorum quorundam æternam, ex qua orta sunt corpora; τὴν ὕλην ἀρχέγονον. Adjectivum ab eo est Κρονικὸς, ἡ, ὸν, antiquus, a Saturni temporibus oriundus: Plato in Lyside. παῖς Κρόνου ἀγκυλομήτεω, (quod epitheton vide in Α.) Β, 205, 319. Θ, 415. Ι, 37. Ξ, 346. Ο, 91. Π, 431. Σ, 293. Φ, 216. φ, 415, i. e. Ζεύς. μὲ πρεσβυτάτην τέκετο Κρόνος ἀγκυλομήτης, inquit Juno, Δ, 59. hinc, Ἥρη πρέσβα θεὰ θυγάτηρ μεγάλοιο Κρόνοιο, Ε, 721. Θ, 383. Ξ, 243. νείατα πείρατα γαίης καὶ πόντοιο, ἵνα Ἰάπετος τε Κρόνος τε ἥμενοι, Θ, 479, seqq. ubi Κρόνος dicitur ταρταρωθεὶς a Jove, i. e. tempora præterita nunquam redeunt, futura latent fere in obscuro: præsens autem pæne est nihil. sic Ξ, 203, Κρόνον Ζεὺς νέρθε γαίης καὶ θαλάσσης καθεῖσε. et 274, οἱ ἔνερθε θεοὶ Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες, i. e. dii inferi, qui denotant tempora præterita, et mortuos. sic Ο, 225, οἵπερ νέρτεροι εἰσὶ θεοὶ Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες. et 187, τρεῖς ἐκ Κρόνου ἀδελφεοὶ, οὓς τέκε Ῥείη. δύω Κρόνου υἷε, Jupiter et Neptunus, Ν, 345. hinc Ζεὺς Κρονίδης, Β, 375. Δ, 5. et 25, αἰνότατε Κρονίδη, *allergrosmächtigster, (most mighty.)* sic Π, 440. Ξ, 330. α, 45. ν, 25. Α, 498. Ω, 98. Π, 845. Υ, 31. ω, 538. 543. hinc et ὁ Κρονίων Ζεὺς, Α, 397, 502, 539. Β, 350. Δ, 249. Ζ, 267. Λ, 78. Ν, 319, 783. Ξ, 247, ubi genitivus est Κρονίονος Ζηνὸς, qui alias ω retinet. Ο, 254. Π, 662. Ρ, 269, 441. Σ, 118. Τ, 340. Φ, 184, 193, 230. Ω, 290. et habet cum hoc patronymico epitheto κελαινεφὴς, ὑπερμενὴς, ἐρισθενὴς, ἄναξ: sicut cum illo altero αἰνότατος, εὐρύοψ. λ, 619. μ, 399, 405. ξ, 184, 406. ο, 476. π, 117, 291. ρ, 424. τ, 80. φ, 102. χ, 51. ω, 471. Κρονικαὶ γνῶμαι dicuntur a comico seniles stoliditates, *altvaterische gedanken, (old fashioned ideas,)* Aristoph. Plut. 581.

Κρῶμνα, ης. ἡ. urbs Paphlagoniæ, quæ deinde ἡ Ἄμαστρις, ιδος et εως. Β, 855.

Κτέατος, ου. ὁ. Princeps Eleorum. conf. Ἐπειοί. Ejus pater fuit ὁ Ἄκτωρ, simul tamen et Neptunus: fuit ergo ἀμφιπάτριος, sicut Hercules. Mater ejus ἡ Μολιόνη: ipse consors regni τῷ Αὐγείᾳ, et frater Εὐρύτου, Β, 621. Ν, 185.

Κτήσιος, ου. ὁ. princeps insulæ Syriæ, pater Eumæi. ο, 412, seqq

Κτήσιππος, ου. ὁ. unus procorum ex insula Same, natura irrisor, valde dives. υ, 287, seqq. occiditur, satis fortiter pugnans, χ, 279, 285, seqq.

Κτιμένη, ης. ἡ. Soror Ulyssis. cf. ὁ Μέγης, Ὀδυσσεὺς aliquanto sub medio, et Εὐρύλοχος. ο, 362, seqq.

Κύδωνες, ων. οἱ. Populus Cretensis. ἡ Κυδωνὶς erat urbs eorum, prope fluvium Ἰάρδανον. Fortasse ὁ Κύδων, antiquus heros, filius Apollinis, fuit conditor hujus gentis, celeber ob φιλοξενίαν, unde proverbium: ἀεί τις ἐν Κύδωνος, sc. οἰκίᾳ. An vero ab hac gente, an ab illo heroë, μῆλα Κυδώνια nomen habeant, ambiguum. γ, 292. τ, 176.

Κυθέρεια, ας. ἡ. nomen Veneris. habuit enim celebre fanum in insula τὰ Κύθηρα, et mulieres ibi valde amabiles. θ, 288. σ, 192.

Κύθηρα, ων. τά. insula ad Cretam, cum urbe ejusdem nominis: dicta olim et ἡ Πορφυροῦσα, ob præstantiam purpuræ ibi. Et hujus præstantiæ et venustatis causa, simul ob venustas mulieres, insula Veneri sacra erat, ut Venus inde diceretur ἡ Κυθέρεια et ἡ Κυθήρη, et correpte Κυθέρεια. Alias civis ejus insulæ ὁ Κυθήριος. Κυθηρίῳ Ἀμφιδάμαντι, Κ, 268. Κυθήροισι ζαθέοις, Ο, 432, quia celebre sacrum Veneris ibi. et 431, θεράποντα Κυθήριον. et 438, Κυθήροθεν. παρέπλαγξε δὲ Κυθήρων, ι, 81, ergo sita insula inter oram Laconiæ et Cretam.

Recentiores dixere, Venerem ad eam insulam emersisse ex mari. Vide sub κρανεὸς in A.

Κύκλωψ, ωπος. ὁ. In singulari Polyphemus κατ' ἐξοχὴν ita vocatur. In plurali sunt populus Siciliæ, in regione valde fertili, οἱ Λεοντῖνοι postea dicti. Ulyssis ævo habitabant sparsim, quisque in agro suo: hinc credibile fit, potuisse Polyphemum pati ea quæ passus est, utpote solus, extra societatem aliorum, et detestabilis sine dubio omnibus. Cave vero putes, poëtam Cyclopas omnes fingere μονοφθάλμους: nescit omnino hunc monstrosum μῦθον recentiorum, inepte et immoderate fingentium. Imo ipse Polyphemus, fuit quidem unoculus; sed casu fortasse amiserat alterum: poëta enim dat ei βλέφαρα καὶ ὀφρύας, nec certe siluisset hanc ἰδιότητα, si in media fronte oculum unum habuisset. Ποσειδάων Κύκλωπος κεχόλωται, α, 69, seqq. ubi simul genealogia Polyphemi. fortasse hic Cyclops ex mari multum lucri fecerat; et latet sine dubio aliqua historica veritas, quam poëta portentosis hyperbolis involvit. Nam Neptuni filius est, vel felix naviculator, vel ad mare habitans dives. ἄγριος Κύκλωψ, β, 19, qui loco ex α citato dicitur ἀντίθεος, ob magnitudinem et vires. ἀγχοῦ Κυκλώπων ἀνδρῶν ὑπερηνορεόντων, ζ, 5, seqq. ubi dicuntur hi Κύκλωπες injuria adfecisse τοὺς Φαίηκας, qui deinde cessere ex vicinia Cyclopum: et fortasse Corcyra est re vera ex Sicilia aucta colonis. sed versus δυσνόητος est, η, 206, ὥσπερ Κύκλωπές τε καὶ ἄγρια φῦλα Γιγάντων: qui varie exponitur. Quidam hunc sensum inesse dicunt: nos Phæaces sic diis sumus familiares et similes, quemadmodum Cyclopes et gigantes similes sibi invicem sunt malitia. Hic sensus idem est, ac si quis dicat, τόσον εἶναι Σωκράτην ἐγγύθι τῷ Πλάτωνι κατ' ἀρετήν, ὅσον Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀλλήλοις κατὰ κακίαν: Phæaces sunt ἐγγύθεν θεοῖς κατὰ δικαιοσύνην καὶ φιλανθρωπίαν, ὡς Κύκλωπες καὶ Γίγαντες ἀλλήλοις κατὰ ἀδικίαν καὶ ὕβριν. Hæc expositio plerisque veterum non arridet; etsi in ore Phæacis tolerari posse videatur, qui odio Cyclopum ductus, eos gigantibus antiquis θεομάχοις comparet. Sed habet tamen nescio quid Homero ejusque acumine indignum, et quæsitum. Præstat ergo, cum aliis dicere, his Cyclopibus, sicut olim gigantibus, deos crebro apparuisse, sicut et nunc appareant Phæacibus, coll. ρ, 485—487. Et id restabat Homero, homini Ægyptio illustri, ex antiquissima patriarcharum historia, et ex antediluviana: gigantes enim ante diluvium, Cyclopes post, fuerunt. ὥσπερ Κύκλωψ ἔρξε, κ, 435, ubi perplexe loquentis et irati Eurylochi mens ea est: continebit nos Circe apud se, et perdet, sicut Cyclops nos continuit vi, et aliquot ex nostris perdidit; et hujus mali causa nunc etiam erit Ulysses temere progrediens, sicut tunc fuit. Κύκλωπός τε βίης μεγαλήτορος ἀνδροφάγοιο, κ, 200. Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων ἀθεμίστων, ι, 106, seqq. ubi ἀθέμιστοι non prorsus in malo sensu, sed μὴ κοινωνικῶς ἔχοντες, μηδὲ πολιτικῶς θεμιστεύοντες in foro communi, rem publicam communem non habentes, non vinculo politico juncti inter se; sed quemque θεμιστεύων sibi et inter suos: non leges habebant communes, non principem, non civitatem; sed liberrime, quisque dominus suorum, vivebant, ut olim patriarchæ. Erant alioqui homines justi, utpote fidentes diis, et quibus dii ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα largiter præbebant: quæ est hyperbolica descriptio terræ fertilissimæ et fortunatæ, qualis est Ægyptus et Arabiæ pars, et insulæ beatorum, et Hispaniæ pars. Molesti quidem fuerant Phæacibus, vicinis quondam: sed id accidit ob dissimilitudinem politiæ; quum Phæaces sub rege viverent, Cyclopes non. Quod autem fuerint θεοσεβεῖς, apparet ex ι, 411, 412, ubi et suadent preces. Quæ Polyphemus impius contra eos mentitur, ι, 273—278, ea loquitur ex se, non ex more gentis; nec non, terrendi Ulyssis causa. Nam hic Cyclops est imago hominis, fidentis viribus, nec quidquam humani aut divini juris curantis. Etiam vini ferax terra eorum, ι, 357, s. et 399, seqq. Κύκλωπας μεγάλα ἤπυεν. et 428. Κύκλωψ πέλωρ. Etiam vates bonus in terra eorum, ι, 507, seqq. coll. 125, seqq. Mali a Cyclope dati meminit Ulysses semper in aliis casibus duris; maxime quia ultio est secuta, et liberatio, μ, 209. υ, 19. ψ, 312. Habitarunt ergo hi Cyclopes in Sicilia circa Ætnam: et successores eorum οἱ Λεοντῖνοι male audivere. Alii vero Cyclopes habitarunt κατὰ τὸ Ἄργος, Strabo, Lib. 8. qui dicti ἐγχειρογάστορες ἢ χειρογάστορες, οἷον χειροτέχναι καὶ τοῖς ἐκ χειρῶν ἔργοις τὴν γαστέρα πληροῦντες: et ab his olim ἐτειχίσθη τὸ Ἄργος. Confer recentiorum fabulas in Hesiod. Theog. 139, seqq. cum schol. Gr. et Eurip. Iphig. Aul. 152, 265, ibique interpretes. Fuere boni fabri ferrarii: imo et labyrinthi et talia opera dicta sunt Κυκλώπεια. Κυκλώπειος δωρεὰ est proverbium ex ι, 356, 369, s. Vide in A. sub πύματος.

Κυλλήνη, ης. ἡ. Mons Arcadiæ, in ea regione maximus: etiam urbs ad eum montem. Ibi natus dicitur Mercurius ex Μαίᾳ, filia Atlantis: unde vocatus Κυλλήνιος et per syncopen Κύλλιος. In illo monte solo dicunt τοὺς κοττύφους ἢ κοσσύφους (merulas) λευκοὺς γίγνεσθαι, καὶ φωνὰς ποικίλας προΐεσθαι, θηρεύεσθαι δὲ πρὸς τὴν σελήνην, τῆς δὲ ἡμέρας δυσθηράτους εἶναι σφόδρα. Β, 603. Ὦτον Κυλλήνιον, Ο, 518, ubi tamen vide Strabonem, Lib. 8, qui Epeorum urbem dictam Κυλλήνην docet. Ἑρμῆς Κυλλήνιος, ω, 1. Et Mercurius quidem dictus potest esse sic, quasi ὁ τοῦ ὕπνου δοτήρ, ὁ τὰς ἡνίας τῶν κύλων ἢ κυλάδων ἔχων, ὃ δηλοῖ τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμούς: unde attice κυλοιδιᾶν est τὸ, τὰ κύλα τῶν ὀφθαλμῶν οἰδεῖν. Nam τὸ κύλον est palpebra inferior, *das untere augenlied, (the lower eye-lid.)* sicut τὸ ἐπίκυλον, superior, *das obere, (the upper:)* et in plurali τὰ κύλα sunt utræque palpebræ; deinde et cavitates illæ sub palpebris. Vide sub Ἀρκάδες.

Κυμοδόκη, ης. ἡ. Est Νηρηΐς: nam mare capit fluctus. Σ, 39.

Κυμοθόη, ης. ἡ. Etiam: nam fluctus sunt celeres. Σ, 41.

Κυπαρισσήεις, ήεντος. ἡ. Urbs Nestoris circa Pylum. civis ejus ὁ Κυπαρισσηέντιος, ου. B, 593.

Κυπάρισσος, ου. ἡ. et ἡ Κυπαρισσόεις, contr. σοῦς, genit. σοῦντος. etiam ἡ Ἀπολλωνιὰς, άδος. imo olim et ἡ Ἔρανος, ου. Vicus vel oppidum Phocensium, cognominis τῷ φυτῷ, sita in Parnasso monte: nam multæ ibi cypressi. B, 519.

Κύπρος, ου. ἡ. Insula celeberrima, sacra Veneri quæ inde ἡ Κύπρις, ιδος, dicta, διὰ τὸ τῶν Κυπρίων ἐπαφρόδιτον. Urbs insulæ nobilis ἡ Πάφος, unde Venus ἡ Παφία. Κύπρονδε, Λ, 21, ubi sermo est de rege insulæ. Κύπρον Φοινίκην τε, δ, 83. Κύπρον ἵκανεν Ἀφροδίτη, ἐς Πάφον, θ, 362, seqq. ἐμὲ ἐς Κύπρον ἔδοσαν, ρ, 442—448. Κύπριν (Venerem) ἐπῴχετο (vadebat contra eam) E, 330. et 422, et 458, Κύπριδα.

Κύτωρος, ου. ἡ. Urbs Paphlagoniæ, a Cytoro, filio Phrixi, nominata. multa ibi et optima nascitur πύξος. Geographus eam urbem vocat et τὸ Κύτωρον. B, 853.

Κύφος, ου. ἡ. Urbs Perrhæbiæ in Græcia. dicta a Κύφῳ, υἱῷ Περῥαιβοῦ, τοῦ Παλληνίως. B, 748.

Κωκυτὸς, οῦ. ὁ. fluvius ἐν ᾅδου, dictus διὰ τὸν ἐπὶ τοῖς θανοῦσιν ἔνδακρυν θρῆνον. κ, 514.

Κῶπαι, ῶν. αἱ. Vicus Bœoticus. Civis ejus ὁ Κωπαΐτης. prope eum est ἡ λίμνη Κωπαΐς, ἐν ᾗ ἐγχέλεις ἀγαθαί. B, 502. De anguillis istis est locus festivus apud Aristoph. Acharn. 880, seqq.

Κῶς et Κόως. ἡ. Insula, quæ et Cea dicta fuit, et ἡ Κέως et Κῶος: unde gentile est ὁ Κεῖος et Κήϊος et Κεῖος. Alias civis ejus dicitur et ὁ Κῶος. Urbs in insula est ejusdem nominis, quam poëta circumscribit, πόλιν Εὐρυπύλου, υἱοῦ Ἡρακλέως καὶ Χαλκιόπης. Insula valde felix et fertilis, unde antiqui dicebant proverbio: ὃν οὐ θρέψει Κῶς, ἐκεῖνον οὐδὲ Αἴγυπτος. Homerus scribit Κόως, alii etiam Κόος, ἡ. Et quia Cares πρόβατον τὸ κόον vocant: hinc insula nomen habere videtur ὡς πολυθρέμμων καὶ πολυπρόβατος, δι' εὐβοσίαν. Hinc et incolæ hospitibus non erant faciles, ne, cognita ab his fertilitate insulæ, exteris excitaretur cupiditas occupandi eam. Ea fuit causa, cur Herculem, ejectum ira Junonis, i. e. aëris, ad eam, hostiliter exciperent: sed is superavit eos, insulamque sibi subjecit. Ξ, 255. O, 28, 29. B, 677. Quia οἱ Μέροπες eam aliquando tenuerant, hinc et Μεροπηΐς Κῶς dicta, et ἡ Μερόπη. Alii tamen hoc ejus nomen deducunt ab ὁ Μέροψ, οπος, qui princeps fuit insulæ, cujus filia fuit ἡ Κῶς. Civis ejus dicebatur et ὁ Κωακός: ab ἡ Κῶος vero gentile est οἱ Κῶες. Deinde dixere veteres πάντα σπήλαια καὶ κοιλώματα γῆς, κώους: ὅθεν ὀρεσκώους θῆρας poëta dixisse videri potest, feras in montanis specubus habitantes. Et Corinthi dicebatur ὄρυγμά τι κῶος ἢ κῶς, οὗ καθείργνυον τοὺς φῶρας καὶ δραπέτας. Vide sub Εὐρύπυλος: et in A. sub φάος prope medium.

Λ

ΛΑ'Α, contr. Λᾶ, ἡ. oppidum Laconicum, situm in rupe, unde nomen ab ὁ λᾶς, i. e. λίθος. Hoc oppidum expugnarunt οἱ Διόσκουροι, inde dicti Λαπέρσαι. B, 585.

Λαέρκης, εος. ὁ. Princeps Myrmidonum, sub Achille, pater τοῦ Ἀλκιμέδοντος. Π, 197. P, 467. Alius erat celeber aurifaber, γ, 425, 432, seqq. in Pylo. Nomen est ὁ λαοῖς, i. e. τῷ δήμῳ, ἐπαρκῶν: et hinc quoque οἱ χειροτέχναι vocantur δημιοεργοί.

Λαέρτης, ου. ὁ. Pater Ulyssis. posset esse nomen ab, τὸν ὑπ' αὐτὸν λαὸν αἰέρων, i. e. ὑψῶν, τῇ εὐηγεσίᾳ: sed antiqui tamen id potius deducunt ab ὁ λᾶας, ut sit ὁ λίθους ἀερτάζων, i. e. αἴρων καὶ κουφίζων: unde et adverbium ἀέρδην, i. e. βαστακτικῶς. ut ergo nomen notet, *einen last träger, (a bearer of burdens,)* et nostro loquendi more, *einen kreutz-träger, (a man of sorrows.)* Vita Λαέρτου ἥρωος post abitum filii describitur α, 188, seqq. Vixit, quanquam rex, ex luctu ob filii calamitates, ruri, tantum non δουλικῶς, et solus, et parcissime: cibum non sumsit, nisi defessus laborando: procos insolentes adspicere non poterat. Ex ejus victu apparet heroica vivendi simplicitas. Emerat Eurycleam, α, 429, seqq. Λαέρτῃ ἥρωϊ ταφήϊον Penelope texuit, β, 99. τ, 144. ω, 133. Λαέρτης ὁ γέρων, δ, 111. (sic et ξ, 173.) et 738, Λαέρτῃ τάδε καταλέξῃ, neque tamen nuntiatur ei. Luctus ejus gravissimus ob filium describitur λ, 186—195. sic et ο, 352—356, Λαέρτης μὲν ἔτι ζώει, etc. et π, 138—145, εἰ καὶ Λαέρτῃ ἄγγελος ἔλθω, etc. Emerat Eumæum, ο, 482. Fuerat unicus filius patris sui Arcesii, π, 118. Præparaverat sibi suo labore agrum pulcrum, et ex inculto fecerat cultum, arboribus conseverat, etc. ω, 204—269. et 335, seqq. Audita cæde procorum timet seditionem universalem: est ergo βαθυγνώμων et ipse, ω, 352,

seqq. Oritur quidem ex parte seditio: sed ipse cum filio et nepote in pugnam exit, suaque auctoritate pacem restituit: et fit pulcrior ex gaudio, ω, 364—545. Ab eo Ulysses vocatur ὁ Λαερτιάδης, ἄδαο et ἄδιω et ἄδου, δ, 555. θ, 18. ι, 505, 531. Γ, 200. Ι, 308. Τ, 185. Ψ, 723. ι, 19. μ, 378. τ, 336. χ, 185, 191. Ex ejus historia et vitæ ratione maxime apparet ἡ ἡρωϊκὴ ἀφέλεια ζωῆς.

Λαιστρυγόνες, ων. οἱ. natio immanis, sub principe quidem et πολιτικῶς vivens, nulla tamen jura humana colens, humanas carnes, publice quoque instituto epulo, comedens; ex venatione et re pecuaria vivens. Putatur pingi populus Siciliæ, Leontini postea dicti, hyperbolice tamen et poëtice; ferus ob nimiam felicitatem terræ: alii eos in Italia, in ora Campaniæ, quærunt; et horum opinio prævalet. Λάμος fuerat olim princeps eorum, quem confer. Λάμου αἰπὺ πτολίεθρον, Τηλέπυλον Λαιστρυγονίην, κ, 81—132, ubi, præter mores gentis, terra pascuis felix describitur. conf. ποιμὴν in A. Interdiu pascebantur τὰ λάσια, oves; noctu vero armenta. Nam in iis regionibus frequens est ὁ μύωψ καὶ ὁ οἶστρος interdiu. Ibi Ulysses undecim naves suas, cum omnibus vectoribus, perdidit; excepta unica duodecima. vide et ψ, 318. ὁ Ἀντιφάτης erat princeps gentis, Ulyssis tempore.

Λακεδαίμων, ονος. ἡ. Nomen urbis primariæ, et regionis satis amplæ. Olim fuit regio ἑκατόμπολις: sed Strabonis ævo vix triginta supererant oppidula. Regio vocatur et ἡ Λακωνική: etiam Ἀχαϊκὸν Ἄργος, quemadmodum tota Peloponnesus. Urbis primariæ, quamvis ἀτυχίστου, nomen proprium ἡ Σπάρτη. Homeri ævo Lycurgus nondum exstiterat; nec adeo clara erat Lacedæmon. Hoc nomen videtur esse a sortitione Heraclidarum: nam cum hi sorte dividerent Peloponnesum inter se, is cui hæc regio obvenit, appellavit eam Λαχεδαίμων, διότι ἀγαθῷ δαίμονι (τύχῃ) αὐτὴν ἔλαχεν. Lacedæmonii scutis inscriptum Λ præferebant εἰς παράσημον, sicut οἱ Μεσσήνιοι, πλησιόχωροι καὶ πολέμιοι αὐτοῖς ὄντες, τὸ Μ. Hinc Eupolis comicus: ἐξεπλάγην ἰδὼν στίλβοντα τὰ Λάμβδα. Civis est Λακεδαιμόνιος, et per syncopen Λάκων, ωνος, ὁ. in fœminino ἡ Λάκαινα. κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν, Β, 581. δ, 1. et dicitur κοίλη, διὰ τὸ μακροῖς ὄρεσι περιειλῆφθαι, quia montibus altis, Taÿgeto et Parthenio, cingitur; sicut ob eandem caussam ἡ κοίλη Συρία: κητώεσσα δὲ ὡς μεγάλη. οἱ Διόσκουροι ibi mortui, Γ, 244. et 239, 443, dicitur ἐρατεινή, partim ab Helena velut patria, partim quia ipsa regio valde εὐδαίμων, partim a Paride, quia Helenam τὴν ἀξιεραστον protulit. δῖα, γ, 326. δ, 702. ν, 440. Felicitas regionis pingitur δ, 602—604. εὐρύχορος, ν, 414. ο, 1. Terra Laconica junctim cum Messeniaca vocatur Λακεδαίμων, φ, 13, in sensu latissimo: coll. 15, ubi specialius Μεσσήνη appellatur: urbs ipsa autem erat αἱ Φηραί, ubi Iphitus habitarat. Narrant prisci τὰς παρὰ Λακώσιν ἀγομένας ἱεραστικὰς μαστιγώσεις. Ἄρχοντες apud eos dicebantur οἱ βείδιοι.

Λάμος, ου. ὁ. erat ἐπιφανὴς Λαιστρυγών. princeps ejus gentis, Neptuni filius. κ, 81. Hic Lamus, Ulyssis tempore, jamdudum erat mortuus: hinc crudelitas posterorum ad eum nihil pertinet. conf. Horat. 3, 17, 1, seqq.

Λαμπετίη, ης. ἡ. Filia Solis ex Neæra. μ, 132, seqq. 375. Vide sub φαέθω in A.

Λάμπος, ου. ὁ. et Λάμπετος, ὁ. Frater Priami regis, jam senex. filius ejus hinc ὁ Λαμπετίδης. Γ, 147. Ο, 526. Υ, 238. Nomen est a λάμπειν, sicut a φαίνειν fit ἡ Φαίδρα. Etiam alter equorum Auroræ appellatur hoc nomine ψ, 246.

Λαόγονος, ου. ὁ. Filius Onetoris, sacerdotis Jovis Idæi. Π, 604. Alius hujus nominis fuit filius Biantis, Υ, 459. ambo nobiles Trojani.

Λαοδάμας, μαντος. ὁ. Filius Antenoris, dux copiarum pedestrium Trojanorum. Ο, 516. Alius hujus nominis erat filius regis Alcinoi, humanissimus, η, 170, s. θ, 116—119. 141—143. 130—132. 207, seqq. 369, seqq. Vide sub Δαμάω in A.

Λαοδάμεια, ας. ἡ. Filia Bellerophontis, mater regis Sarpedonis ex Jove: morte præmatura extincta, quod gravissime luxit pater. Ζ, 197—205. Alia fuit uxor Protesilai, φίλανδρος λίαν, quæ, audita morte mariti, vim sibi intulit. Nomen est a δαμάειν λαὸν, principale nomen.

Λαοδίκη, ης. ἡ. pulcerrima filiarum Priami inter jam nuptas, sicut Κασάνδρα inter adhuc virgines. Ζ, 252. Alia erat Agamemnonis filia, dicta et ἡ Ἠλέκτρα, a formositate, Ι, 145, 287. Nomen est παρώνυμον τῆς κρίσεως τοῦ δικαζομένου λαοῦ. Vide sub Ἠλέκτρα.

Λαοδόκος, ου. ὁ. Filius Antenoris, dux Trojanus, qui videtur suasisse Pandaro, ut fœdus turbet. Δ, 82. Ρ, 699. Ipse bonus hastatus, sed non bonus sagittarius. Nec mirandum, si optimi patris filius pessima suasit: παῦροι γὰρ παῖδες ἐοίκασι πατράσιν.

Λαοθόη, ης. ἡ. Pellex Priami, valde pulcra et dilecta, mater Lycaonis, πολύπροικος. Φ, 85, seqq. Χ, 48, seqq. Dicta ab λαοὶ θέειν ἐπ' αὐτὴν, a concursu populi ad eam spectandam.

Λαομέδων, δοντος. ὁ. Rex Trojanus, ἀγαυός. habebat equos præstantissimos, datos a Jove, Ε, 269. Ψ, 348. Filia ejus Ἡσιόνη a monstro marino devoranda liberabatur per Herculem, qui occidit τὸ κῆτος: is pactus sibi, loco mercedis, erat equos Laomedontis; sed loco hujus præmii rex duriter adlocutus est eum. Hic igitur, cum sex navibus solis profectus, cepit Trojam ex improviso, et valde diripuit, Ε, 648—651. Perjurus ergo Lao-

medon, sua infidelitate afflixit populum suum. Et vide, ex parvis causis magna mala: prius bellum ob equos negatos, posterius ob mulierem negatam. Filius Laomedontis natu maximus pavit oves, Z, 23. Neptunus et Apollo struxerant ei muros, H, 452, h. e. pecuniam ad ædificationem sumserat mutuo ex templis horum: sed post oblitus est restituere eam. ἀμύμονα Λαομέδοντα, Υ, 236, ubi genealogia enumeratur. ἀγήνορι Λαομέδοντι servierunt dii, Φ, 443—457, sed is ἔκπαγλος fraudavit eos mercede. Hinc est ὁ Λαομεδοντιάδης, Γ, 250. O, 527.

Λαπίθαι, ῶν. οἱ. Gens Thessaliæ nobilis, dicta a λαοὺς πείθειν. Auctor gentis ὁ Λαπίθης, ου, qui et concipi potest dictus a syllaba intensiva λὰ, et ab a. 2. ἔπιθον, a πείθω. Et hæc etymologia probabilior est quam illa altera, quia λα in λαὸς est longa, in Λαπίθαι vero brevis. Is Λαπίθης dicitur filius Ἀπόλλωνος καὶ Στίλβης νύμφης, primus rex ejus gentis. Dicuntur fortissimi hominum, et deleverunt Centauros, A, 266, seqq. M, 128, 181. de bello eorum cum Centauris narratur et φ, 295—304. Extra metrum, et si laudas, λαπίθης (a λαοὺς πιθεῖν) potest etiam dici *ein marcktschreier, (a quack, mountebank,)* ὁ αὐχηματίας, ὁ πειστικὸς, qui imperitam plebem ad se convertit gloriando de se et de rebus suis.

Λάρισσα, ης. ἡ. Urbs Troadis, diversa ab illa Thessalica: dicta hinc, differentiæ causa, ἡ Φρικωνὶς Λάρισσα, et cives ejus οἱ Λαρισσαῖοι Φρικωναῖοι. sita erat in campo valde fertili, sed qui sæpius fluviis inundaretur. Condiderant eam οἱ Πελασγοὶ, quorum colonia ex Thessalia eo transierat. B, 841. P, 301. sed fuit et puella hujus nominis, de qua sic narratur: princeps Pelasgicus, ὁ Πίασος, amore filiæ suæ, nomine Larissæ, captus, vi eam vitiaverat. Hæc videns non multo post patrem in grande vas vini demisso capite despicientem, apprehensis pedibus ejus, patrem per aliud scelus præcipitavit in cupam illam, ut vino suffocaretur.

Λειόκριτος, Arisbantis filius, nobilis Græcus, occisus ab Ænea, P, 344. Alius hujus nominis, qui Λειώκριτος scribitur, erat procorum unus, β, 242—257, ubi loquitur quidem brevius duobus prioribus, sed vehementius: sicut et alter locutus erat ἐμβριθέστερον καὶ ἁδρότερον primo illo. Est hic tertius valde ἀλαζὼν, etiam Ulyssem, velut unum ex multis, Ἰθακήσιον vocans. occiditur, χ, 294—296. Nomen notat τὸν τοῦ λεὼ (λαοῦ) ἔκκριτον. Homeri ævo nondum in usu erat scribere ληὸς pro λαός: alias scribi, loco τοῦ ει, potuisset Ληόκριτος ad producendam primam syllabam: Λα autem, quod longum est in hoc nomine, non placuit poëtæ, euphoniam captanti.

Λειώδης, εος. ὁ. optimus animo inter procos, cui insolentiæ aliorum valde displicebant, φ, 144—166. Primus tentavit arcum, et ominose locutus est de eo: nam erat θυοσκόος, i. e. vates ex suffitibus et libationibus aliisque sacris μαντευόμενος. Deprecatur mortem, ridicula causa allegata quod ancillis abstinuerit: sed non abstinuerat ab ambienda violenter uxore; ergo frustra precatur, χ, 310—329. Cæterum διὰ ἤθους χρηστότητα inter malos optimus, et Penelopæ minus invisus.

Λεκτὸν, οῦ. ὁ. Pars montis Idæ, ἀκρωτήριον, sicut et τὸ Γάργαρον: etiam oppidum montanum ibi fuit. Ξ, 284, ubi Ἴδην est totum, Λεκτὸν pars. Vide sub Ἴδα.

Λέλεγες, εγων. οἱ. ἔθνος Τρωϊκὸν, ex Caria, ubi alii Leleges habitabant, huc profectum. Erat gens errabunda, sicut et οἱ Καύκωνες καὶ Πελασγοί: dicti a λέγω, i. e. συνάγω, ὡς ἐκ πολλῶν συλλεγέντες ἢ συνειλεγμένοι ἐθνῶν. Quia tamen Cares maximam partem erant, hinc ἡ Λελέγων πόλις ἐστὶν ἡ τῶν Καρῶν μητρόπολις. Eo tempore erant ἐπίκουροι Τρώων, quos ducebat Æneas. K, 429. Υ, 96. Φ, 86. Vide sub Ἀλίζωνοι, et in A. sub δούλη.

Λεοντεὺς, έως. ὁ. Princeps Thessaliæ, filius Κορώνου, nepos Καινέως, ἶσος Ἄρηϊ, B, 745. M, 130, 188. Ψ, 837, 841.

Λέσβος, ου. ἡ. Insula celebris, olim πεντάπολις, habens urbes Λέσβον, a qua tota insula nomen habet, Ἄντισσαν ἢ Ἴσσαν, Πόῤῥαν, Μήθυμναν, Μιτυλήνην a qua deinde insula nomen accepit. Etiam ab Ἴσσα urbe, insula aliquando Ἴσσα dicta. Cæterum infamis olim libidinibus: hinc λεσβιάσαι ἢ λεσβίσαι (a λεσβίζω) erat, αἰσχρῶς μολῦναι τὸ στόμα: et Lesbias mulieres ab ista turpitudine vocabant λαικαστρίας. Habuit tamen et præstantissimas forma et ingenio mulieres: notus etiam est ὁ Λέσβιος ᾠδὸς, ὁ Τέρπανδρος, cujus posteri idem epitheton tulere, deinde et quivis Lesbius musicus. Ab Achille erat occupata bello ἑπτὰ γυναῖκας Λεσβίδας ἀμύμονας (nobiles natu) ἔργα εἰδυίας, αἳ κάλλει ἐνίκων φῦλα γυναικῶν, I, 129, 270. γυνὴ, τὴν Λεσβόθεν ἦγε, I, 660, concubina Achillis. ὁ Μάκαρ insulæ, illis temporibus opulentæ, præfuerat, Ω, 544. ἐν Λέσβῳ, γ, 169. εὐκτιμένη, δ, 342. ρ, 133. sicut autem τὸ λεσβίζειν (Aristoph. Vesp. 1337) infame fuit apud antiquos; sic et τὸ κιλικίζειν καὶ αἰγυπτιάζειν erat πονηρεύεσθαι, καὶ κρητίζειν ψεύδεσθαι.

Λευκὰς, πέτρα, re vera est locus Epiri, postea dictus Actium, et incolæ οἱ Λευκάδιοι. sed poëta fingit locum esse prope Orcum, ad ultimas occidentis oras, ubi post occasum solis juga paulisper λευκαίνονται adhuc. ω, 11. Vide sub Νήρικος.

Λευκοθέα, ας. ἡ. Filia Cadmi, ante dicta ἡ Ἰνώ. nupta fuerat τῷ Ἀθάμαντι, cui pepererat filios duos, Μελικέρτην καὶ Λέαρχον ἢ Κλέαρχον. Ἀθάμας vero, ira Junonis in furorem actus, quia Bacchum aluerat, interficit Learchum: quum et alterum vellet occidere, mater Ino cum eo fugit in montem, et persequente marito, se cum eo præcipitavit in mare. Quia autem διὰ τοῦ λευκοῦ πεδίου τῆς Μεγαρίδος cu-

currerat eo: hinc a θέω, curro, et τὸ λευκὸν, novum ei nomen inventum. Filius una cum ipsa in numerum deorum maris recepti: et filius dictus a diis ὁ Παλαίμων, quia opitulatur τοῖς παλαίουσι, i. e. πονουμένοις, luctantibus, κατὰ θάλασσαν. Ipsa opem tulit Ulyssi, sic tamen, ut Neptuno non omnino adversaretur: fatale enim erat, ut Ulysses effugeret. Opem autem tulit, quia ipsa antea fuerat homo, et in mari periclitata erat, et quia Ulysses φιλογύνης, a fœminis amatus. ε, 333, seqq. Sensus Homericæ fictionis est: Ulysses natans, feliciter, simul et solerter, periculum evasit: nam circumligatio ventris multum juvat graviter contendentes.

Λεῦκος, ου. ὁ. Socius Ulyssis nobilis ad Trojam. Δ, 491.

Λήδα, ας. et Λήδη, ης. ἡ. Filia Θεστίου, Τυνδαρέου δὲ παράκοιτις τοῦ ἐκ Λακεδαίμονος. Ipsa fuit ἐξ Αἰτωλῶν, Πλευρωνία. conf. Ἰκάριος. Mater Castoris et Pollucis, quorum Pollux ex divino Jovis semine, Castor ex humano Tyndarei; cæterum gemini. Sed impudens πλάσμα recentiorum, quasi Jupiter in anserem vel cygnum mutatus, eam cognoverit, et ipsa pepererit duo ova anserina, ex quorum altero Pollux et Castor, ex altero Helena, prodierit; prorsus ignorat poëta politissimus. Nomen habet a τὸ λῆδος, quod vestem tenuem æstivam denotat, unde est τὸ ληΐδιον et λήδιον, quod idem denotat; et hæc omnia sunt a λεῖος. cf. λιτος et ἑανος in A. λ, 297—303. Iidem recentiores dixere, ex altero ovo prodiisse τοὺς Ἀκτορίωνας, qui et Μολιονίδαι dicti; de quibus mentio fit Ψ, 638—642.

Λῆθος, ου. ὁ. nobilis Pelasgus ex parte Trojanorum. Ρ, 288, seqq. Β, 843, ubi scribitur Λίθος.

Λήϊτος, ου. ὁ. Dux Thebanus. Β, 494. Ζ, 35. Ν, 91. Ρ, 601. nomen est a ληΐζω, i. e. λαφυραγωγέω, et notat τὸν ἐκ πολέμου κτώμενον, divitem factum ex præda.

Λῆμνος, ου. ὁ. Insula celeberrima, πολύοινος, καλῶς οἰκουμένη, valde portuosa, ἠγαθέη quia Vulcanus ibi præcipue cultus. Nam fuit in ea olim mons ignivomus; sunt et multi fontes calidi; et terra est valde tenuis: quæ omnia sunt signa ignis subterranei. Præterea in Lemno fuere olim multi fabri ferrarii, qui prima fabricarunt tela et arma: hinc et antiquissimi incolæ Σίντιες dicti, quos confer. Erat in hac insula urbs, ἡ Ἡφαιστιὰς, άδος, ἢ ἡ Ἡφαιστία, ας: alteram vero urbem, sedem regiam, poëta vocat Θόαντος πόλιν. Vulcanus in eam insulam dejectus, Α, 593, 594, quod ex modo dictis facile explicatur. Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ, i. e. ἀγαστῇ, expositus Philoctetes a serpente læsus, Β, 722, nam sacerdotes Vulcani clari erant sanando ἑλκοδήκτους. Græci ad Trojam inde vinum suum accipiebant, Η, 467—475. Proficiscentes ad Trojam ibi aliquamdiu hæserant, μεγαλαυχέοντες inter pocula, Θ, 230—234. Juno ibi Somnum reperit, Ξ, 230, 231, quod facete et ex historia fictum: nam primum φίλοινοι οἱ Λήμνιοι, ὡς ἀπόγονοι Θόαντος τοῦ Διονύσου: deinde et τὰ Λήμνια κακὰ, jactata proverbio, originem habuere ex somno virorum, qui dormientes occisi sunt. Ergo Somnus non perpetuo ibi habitare fingitur: hinc et poëta eum, re gesta, non remittit in Lemnum. Cæterum l. c. primum ponit totum, τὴν Λῆμνον, deinde partem, πόλιν Θόαντος. Λήμνου καὶ Ἴμβρου ἄστυ, Ξ, 281. ἐϋκτιμένην, Φ, 40. et 58. ἠγαθέην, et 79. coll. 46. ἀμιχθαλόεσσα, Ω, 753. coll. Ω, 745. ἐς Λῆμνον, εὐκτίμενον πτολίεθρον, θ, 283, 284, ubi quoque primum est totum, deinde pars ejus: et ad πτολίεθρον deest præpositio εἰς, repetenda ex præcedenti: quæ urbs erat ἡ Ἡφαιστία. coll. 294, 301. Vide sub ἀμιχθαλόεις in A.

Λητὼ, όος. ἡ. Latona, quæ physice est nox, ex qua surgit Apollo, i. e. Sol et dies: Diana vero est noctiluca. Ergo mater Apollinis et Dianæ. Λητοῦς καὶ Διὸς υἱὸς, Α, 9. et 36, Ἀπόλλωνι, τὸν ἠΰκομος τέκε Λητώ. Καὶ Ἄρτεμις, Ε, 447. Λητοῦς ἐρικυδέος, Ξ, 327, ubi Jupiter narrat, a se eam amatam: nam est νὺξ, inumbrans τὸν ἀέρα ἢ τὸν Δία, et cohærens quasi ei, dum a sole non collustratur aër. Moraliter tamen est et ἡ λήθη. Λητοῦς υἱὸς, Π, 849. θεῶν ἄριστος, ὃν ἠΰκομος τέκε Λητὼ, Τ, 413. auxiliatur Trojanis, Υ, 40, quia oblivione et nocte digna fecerant Troës. et 72, ubi pugnare vult cum Mercurio. nam ἡ λήθη adversatur τῷ λόγῳ, coll. Φ, 497—504, et colligit Dianæ sagittas, i. e. nox facit radios lunæ splendentes. Præterea ὁ νοῦς amat noctem, partim ad acrius cogitandum, partim ad prudenter celandum sententias suas. Νιόβη ἰσάσκετο (parem se faciebat) Λητοῖ καλλιπαρήῳ, Ω, 607. Gaudet intuens pulcram Dianam, ζ, 106. Διὸς υἱὸς ὃν τέκε Λητὼ, λ, 317. et 579, 580, ubi dicitur a Tityo fuisse tentata. Vide sub Ἀπόλλων ad initium, et in A. sub ὕπνος ad finem.

Λιβύη, ης. ἡ. regio Africæ valde calida, sed tamen olim felicissima, et hominibus referta urbibusque; sicut et meridionalis Hispania. Sed per Muhammeden, similesque ei perversarum religionum fabros, vastatus est orbis terrarum in pulcerrimis regionibus. In Libya ter anno pariunt oves; et agnis admodum cito cornua crescunt: quæ est hyperbolica descriptio fertilitatis. δ, 85. ξ, 295.

Λικύμνιος, ου. ὁ. frater Alcmenes, ὄζος Ἄρηος, Β, 663.

Λίλαια, ας. ἡ. Urbs Phocensium, ubi fontes amnis Cephissi. Β, 523.

Λιμνώρεια, ας. ἡ. Νηρηΐδων una: ab ἡ λίμνη et τὸ ὄρος, nam ad montes sunt lacus: nisi potius ab ὁ λιμὴν, nam portus sunt ad promontoria. Σ, 41.

Λίνδος, ου. ἡ. nobilis urbs Rhodi, sita in monte, ad littus meridionale. Ex ea fuit ὁ

Κλεόβουλος, unus ex septem sapientibus. Ibi templum clarum Λινδίας Ἀθηνᾶς. B, 656. nomen habet a conditore Λίνδῳ, filio Κερκάφου, filii Solis.

Λίνος, ου. ὁ. celeber musicus heroum temporibus, qui ab Apolline dicitur interfectus, quod primus in cithara chordarum usum instituerit: nam ante eum lineis fidibus usi erant: sepultus Thebis, et honoratus a poëtis. Sed hic Linus est alius ac ille, qui Herculem docuit, de quo Theocrit. Id. 24, 103. λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν φωνῇ λεπταλέῃ, Σ, 570. Ubi est quæstio, an λίνον sit nomen proprium, notans canticum peculiare quod ab illo antiquo musico nomen habuerit, vel et heroëm, cantu solemni celebrari solitum; et an καλὸν sit neutrum, pro καλῶς, aut an sit masculinum, τὸν καλὸν ἐκεῖνον ἥρωα Λίνον, aut an adjectivum verum, λίνον, καλὸν ἐκεῖνο εἶδος ᾠδῆς ἢ ὕμνου: an vero sit τὸ λίνον, linum in cithara, ut notentur lineæ fides, quæ καλῶς καὶ λεπταλέως sonuerint. Imo et χορδὴ potest dici λίνον, nam sæpe, mutata re prisca, priscum tamen mansit nomen, sicut λίθος ponitur pro ἄγκυρα, χαλκὸς pro σίδηρος. In hanc sententiam inclinant plurimi, ut intelligatur chorda leniter tacta et sollicitata inter canendum. Fuit et alius Ægyptius Λίνος, regis filius, intempestive mortuus, et hinc quotannis solemniter defletus. Inde videtur ὁ λίνος sæpe positus pro ὁ θρῆνος: et præfixa syllaba lugubri, αἴ, αἴλινος, cujus accusativum, αἴλινον, frequentem vides apud tragicos, et notat cantum lugubrem. e. c. Sophoc. Αἴας Μαστιγ. 627. Eurip. Orest. 1395. Ejusmodi cantus dicitur et ὁ Ἰάλεμος, Eurip. Or. 1391.

Λοκροί, ῶν. οἱ. Gens Græciæ, dicta a conditore suo τῷ Λόκρῳ. Eorum dux ad Trojam erat Ajax Oilei: et quia per se erant infirmiores, et leviter armati, hinc semper ad Salaminios se applicabant in acie, post quos stabant et jaculabantur fundis et sagittis. B, 527, seqq. N, 686, 701—722. Alii vero Locri ἐπιζεφύριοι habitabant in Italia, dicti et ἑσπέριοι. Hi aliquando, odio Dionysii tyranni, uxorem ejus et liberos omni contumelia affecerunt, post, intrusis sub ungues acubus cruciatos interfecerunt, ossa contuderunt in mortaris, carnes diviserunt, iisque diras imprecati sunt, qui de iis non gustarent. Conf. Ω, 212, 213. et vide quid ira valeat! Strabo Lib. 6. p. 179, edit. Casaub. Ab iisdem venit παροιμία εἰς Ἕλληνας: ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ, de quo idem Strabo, p. 180. Nam isti Locri Italici, bellum habentes cum Κροτωνιάταις, missis legatis petiverunt auxilium a Lacedæmoniis: hi vero se τοὺς Διοσκούρους dare dixerunt. Id scomma in rem seriam et in omen faustum vertentes Locrenses, invocatis Διοσκούροις ut secum in Italiam navigarent, reversi sunt domum, et prœlio facto, ipsi decies mille, exercitum hostilem centum et triginta millia armatorum habentem, vicerunt; eodemque die quo pugnatum est, fama victoriæ Spartam pervenit.

Λύκαστος, ου. ἡ. Urbs Cretica, a filio Minois Lycasto dicta. B, 647.

Λυκάων, ονὸς. ὁ. Princeps Lyciæ Trojanæ. B, 826. Δ, 88, 89. E, 95. Alius erat filius Priami, ex pellice Laothoë, Γ, 333. Υ, 81. Φ, 34, seqq. 84, seqq. X, 46. Ψ, 746. Ab alio antiquo heroë, nam fuit id nomen multis commune, sicut Germanorum *Wolf*, terra ἡ Λυκαονία dicta est. Apud recentiores appellatur Λυκαονία. πάθος τι μανιῶδες νυκτιπλάνον ἀσχολοῦν περὶ μνήματα, *wärwolf, (a wolf-man.)*

Λυκία, ας. ἡ. Regio nobilis, ampla, felix: divisa in Lyciam majorem, cujus rex tempore Trojani belli erat Sarpedon, et in minorem, quam regebat Lycaon cum filio suo Pandaro. Minor sita erat versus Trojam, et ejus urbs primaria ἡ Ζέλεια, quæ et dicebatur ἡ μικρὰ Τροία: major versus Cariam, et urbs ejus Πάταρα, fluviusque Xanthus. In utraque Apollo præcipue colebatur, qui et hinc Λύκιος καὶ Λυκηγενὴς dictus: et de templo ejus Pataræo est locus Virgil. Æn. IV, 143, 345. Σαρπηδὼν δ' ἦρχεν Λυκίων, τηλόθεν ἐκ Λυκίης Ξάνθου ἄπο, B, 876, ex majore Lycia. Λυκίηθεν, ex minore, E, 105. sic et 173, ἐν Λυκίῃ. Λυκίηνδε, in majorem, Z, 168, 171—173. M, 312—321. Λυκίης ἐνὶ πίονι δήμῳ, εὐρείης, Π, 437, 455, 673, 542, 514, 683. Λυκίην ἐριβώλακα, P, 172. Lycii ergo alii prope Trojam, qui et Τρῶες καὶ Ζελειῶται dicti: alii procul Troja. Et hi posteriores nomen habuere a Λύκῳ, Πανδίονος Atheniensis filio, qui pulsus domo eo venit, et receptus est in partem regni cum suis a Sarpedone Cretico prisco, qui ibi Miletum condiderat. Et quia hæc gens erat nobilissima, hinc sæpe omnes Trojanorum ἐπίκουροι uno nomine dicti οἱ Λύκιοι, e. c. Δ, 197. Z, 78. Λ, 285, 286. O, 424, 425, quibus locis Τρῶες καὶ Λύκιοι junguntur, et ubi Λύκιοι λέγονται πάντες οἱ τῶν Τρώων ἐπίκουροι, ὡς ἀπὸ μέρους ἀξιολόγου τοῦ τῶν Λυκίων: hi enim πολλοὶ καὶ ζαχρηεῖς ἐν πολέμῳ ἦσαν. αὐτῷ Λύκιοι τέμενος τέμον, Z, 194. Λυκίων ἀγὸς ἀνδρῶν, H, 13. πρὸς Θύμβρης ἔλαχον Λύκιοι, K, 430. μέγα ἔθνος Λυκίων, M, 330. et 408. ἀντιθέοις Λυκίοις. et 417, ἴφθιμοι. ἀρχὸς Lyciorum, Ξ, 426. ἀντίθεοι, Π, 421. et 490. ἀσπισταί. coll. 495, 532, 548, seqq. 564, 659. P, 140, 146, 184. οἱ Σόλυμοι non sunt οἱ Λύκιοι, prope tamen Lyciam majorem habitarunt veri Σόλυμοι: In Odyssea autem sunt ἐκτετοπισμένοι poëtice.

Λυκομήδης, εος. ὁ. Princeps Græcus, filius Creontis. I, 84. M, 366. P, 345, seqq. T, 240.

Λυκόοργος, ου. ὁ. Dryantis filius, rex partis, ubi Ἠδονοὶ habitabant, vir acer et severus. Contra Bacchum ferox, hinc excæcatus a diis, et cito mortuus: sed vera res de Baccho hæc est. Offensus damnis ebrietatis suorum, ex vino recens reperto et a suis plantato: vineas vastavit, hæ enim sunt nutrices, τιθῆναι i. e. τροφοὶ, Διονύσου i. e. οἴνου et αἱ βάκχαι: et ebriosos punivit, conventusque potandi caussa

disturbavit, vinumque noluit in suam terram importari, vel ibi coli. Post autem remisit multum ab hac severitate, invento remedio, temperandi vim vini admixta aqua: quod poëtice dicitur, Bacchum a Nereide fuisse exceptum. Z, 130—140. Nomen est ex *λύκου ἔργη*, quod deinde contrahitur in *Λυκοῦργος*: nam a *λύκου ἔργον* non potest esse, quia *ἔργον* non nisi de homine dicitur. Vide sub *Διόνυσος*. Alius hujus nominis princeps magnus memoratur H, 142—149. Quum tamen Herodotus, I, 65, nominet nobilem illum Lacedæmoniorum legislatorem *τὸν Λυκόεργον*, dictus is videri potest ex *λύκος* et *εἴργω*, separo, arceo, ut sit quasi exactor luporum i. e. injustorum hominum: vel si *τὸν λύκον* intelligas ex usu antiquissimo solem, lucem; possit nomen esse compositum ex *λύκος*, lux, et *ἔργω*, operor, facio, ut dicatur operator lucis et justitiæ. De eo, quum Delphos veniret, sic Pythia cecinit: *ἥκεις, ὦ Λυκόεργε, ἐμὸν ποτὶ πίονα νηὸν, Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσιν· δίζω, ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι, ἢ καὶ ἄνδρα· ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόεργε.*

Λυκοφόντης, *ου. ὁ.* nobilis Thebanus. Δ, 395. Alius erat nobilis Trojanus, Θ, 275, nomen notat *λυκοφόνον*, occisorem luporum.

Λυκόφρων, *ονος. ὁ.* Filius Mastoris, Cytherius, minister Ajacis, ab hoc tamen, loco parentis cultus, utpote hospes, ob Jovem *ξένιον*, O, 430—441. conf. *ἱκέτης* in A.

Λύκτος, *ου. ἡ.* Urbs Cretica, a situ sic dicta: nam Cretenses vocant *λύττον τὸ ἄνω καὶ ὑψηλὸν*, et *Λύκτος* est pro *Λύττος*. B, 647. P, 611. nomina autem propria mutare solent accentum.

Λύκων, *ωνος. ὁ.* nobilis Trojanus. Π, 335—341.

Λυρνησσὸς, *οῦ. ἡ.* Urbs Phrygiæ, quam expugnavit Achilles ex eaque abduxit Briseïdem. Est ergo una ex undecim illis urbibus, quas cepit Achilles: reliquæ fuere *ἡ Θήβη, Πήδασος. Ζέλεια, Ἀρίσβη, Περκώτη, Ἀδράστεια, Ἄβυδος, Πιτύα, Χρύσα*, et præterea una. B, 690. T, 60. Υ, 92, 191, seqq.

Λύσανδρος, *ου. ὁ.* nobilis Trojanus. Λ, 191. Vide sub *Ῥηξήνωρ*.

Λωτοφάγοι, *οἱ.* Geographus eos in Sicilia quærit, et vult esse *τοὺς Ἀκραγαντίνους* vel *τοὺς Καμαριναίους*: sed prisci Græci enarratores Homeri, eos in Libya ponunt; eaque sententia videtur probabilior, nam vento borea dejectus erat versus littora Libyca, ι, 80—102. ψ, 311. sic et Herodotus, IV, 177. Lotophagos inter populos Libycos enumerat, a quibus non procul abest ingens amnis *ὁ Τρίτων* influens in lacum *Τριτωνίδα*, 178, non procul a syrtibus.

M

ΜΑΓΝΗΤΕΣ, *ων. οἱ.* natio Thessala, B, 756. Alii vero hujus nominis fuere et *Ἀσιανοί*.

Μαίανδρος, *ου. ὁ.* Fluvius Cariæ. B, 869.

Μαιὰς, *άδος. ἡ.* Sic vocatur mater Mercurii, ξ, 435. nomen est a *μάω*, quæro, *διὰ τὸ τοῦ Ἑρμοῦ*, i. e. *λόγου, ζητητικὸν καὶ ἐρευνητικόν*.

Μαίμαλος, *ου. ὁ.* Pisandri pater, nobilis Myrmidon, Π, 194. nomen est a *μαιμᾷν λίαν*.

Μαῖρα, *ας. ἡ. Νηρηΐς.* Σ, 48, i. e. *λαμπρὰ*, a pulcritudine æquoris placidi. Alia erat *Προίτου καὶ Ἀντείας* filia, *καλὴ τὸ εἶδος. παρθενίαν ἑλομένη, συνῆν Ἀρτέμιδι· ἐπεὶ δὲ συνῆλθε Διῒ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἔτεκε τὸν Λοκρὸν τὸν τὰς Θήβας συνοικίσαντα τῷ Ζήθῳ καὶ Ἀμφίονι, τοξεύεται ὑπ' Ἀρτέμιδος*, i. e. non diu post editum partum prematura morte obiit, λ, 325.

Μαίων, *ονος. ὁ.* Princeps Thebanus, *ἐπιείκελος ἀθανάτοις*, qui solus a Tydeo non est interfectus, ob signum a Jove missum; sed id signum siletur a poëta quale fuerit. Δ, 394—398. conf. *Μήων*, et *Μῄονες*. Vide in A. sub *Ἕω*, mitto, ad initium.

Μάκαρ, *αρος. ὁ.* Princeps Lesbi. Ω, 544.

Μάλεια, *ας. ἡ.* et *αἱ Μάλειαι, ῶν.* Promontorium Peloponnesi australe, satis magnum, et periculosum navigantibus. Dicitur et *ὁ Μαλέας, ου. Μαλειάων ὄρος αἰπὺ*, γ, 287. δ, 514. *μὲ περιγνάμπτοντα Μάλειαν*, ι, 80. *παραπλάγξασα Μαλειῶν*, τ, 187.

Μαντίνεια, *ας. ἡ.* et ionice *ἡ Μαντινίη*, imo et *ἡ Μαντίνη*. Urbs Arcadica, dicta *ἀπὸ Μαντίνου, υἱοῦ Λυκάονος τοῦ Ἀρκάδος. ἐρατεινὴ*, nam est *πεδιὰς καὶ πολυάμπελος*. B, 607. clara deinde facta urbs victoria inutili *τοῦ Ἐπαμεινώνδου*. Olim fuerunt *οἱ Μαντινεῖς εὐνομώτατοι, καὶ νομοθέτης αὐτῶν ὁ Νικόδωρος*.

Μάντιος, *ου. ὁ.* Filius *Μελάμποδος*, quem confer. ο, 242. 249, seqq.

Μαραθὼν, *ῶνος. ὁ καὶ ἡ.* Campus, deinde et *δῆμος* et vicus *τῆς Λεοντίδος φυλῆς Ἀττικῆς*. η, 80. *Μαραθώνιος ταῦρος* celeber est in historia Thesei.

Μάρις, *ιος. ὁ.* nobilis Trojanus. Π, 319, 327, s.

Μάρπισσα, *ης. ἡ.* pulcra mater formosæ Cleopatræ antiquæ, uxoris Meleagri, ipsa filia *Εὐήνου*, quem confer. I, 552—561. Quum nupta esset *τῷ Ἴδῃ*, rapiebatur ob pulcritudinem ab Apolline: quæ fabula ex sola ejus

pulcritudine orta, utpote quæ splendebat et oculos stringebat velut Sol. Sed addit fabula, adeo φίλανδρον eam fuisse, ut, optione data, Idam præposuerit Apollini, et cum eo consenuerit, h. e. fidissima fuit conjugi, omnesque adulteros rejecit. Ad memoriam hujus sui in maritum amoris testificandam, filiam ex Ida genitam vocavit Ἀλκυόνην: doluerat enim casta uxor, se tantopere tentari ab amatoribus illegitimis. Nomen est a μάρπτω, i. e. αἱρέω, rapio ad me. Nam pulcritudo incitat raptores, et corripit intuentes.

Μάρων, ωνος. ὁ. heros et sacerdos. ι, 197, seqq. erat filius Εὐάνθεος, filii Διονύσου: et videtur fuisse eximius cultor vinearum. Ab eo urbs Μαρώνεια nomen habuisse videtur, et ipse ibi postea fuit cultus. Alius Μάρων fuerat unus ex ducibus Liberi patris, in Indiam expeditionem facientis; a quo Μάρεια κρήνη in Ægypto, et urbs ἡ Μάρεια, celebris est, unde ὁ Μαρεώτης οἶνος, Horat. I, 37, 14. Urbs Μαρώνεια famosa fuit ob ebriositatem: hinc sapiens aliquis dixit, si velatis oculis per urbem duceretur, se tamen semper sciturum, ubi esset. Ductus ergo, et interrogatus, semper respondit, κατὰ τὸ καπηλεῖον: nam omnis ea urbs videbatur ei καπηλεῖον. conf. Eurip. Cycl. 141, seqq.

Μάσης, ητος. ἡ. Urbs Argeorum: dicta et ἡ Μάσητος, ου, et civis ejus ὁ Μασήτιος. Β, 562.

Μάστωρ, ορος. ὁ. nobilis Κυθήριος, pater Λυκόφρονος. Ο, 430, 438. Alius erat nobilis Ithacensis, pater Ἁλιθέρσου, qui hinc ὁ Μαστορίδης. β, 158. ω, 451. a μάω, quod et μαίω, i. e. ζητέω.

Μαχάων, ονος. ὁ. Filius Æsculapii, magnus dux simul et medicus, frater Podalirii. Uterque quidem medicus, sed Machaon potior ad vulnera exteriora sananda, Podalirius ad interna mala curanda: priori manus erant diviniores, alteri notitia profundior corporis interni. conf. ἰατρὸς in A. Β, 732. Δ, 193—220. Ipse vulneratur sagitta, Λ, 505—520. 832—834. Ξ, 3, seqq. Erat princeps τῆς Τρίκκης, πόλεως Θετταλικῆς, præterea στρατιωτικώτερος, ut et ipsum nomen innuit.

Μεγαπένθης, εος. ὁ. Filius Menelai, quem, absente Helena, ex nobili ministra genuerat: dictus, quia tunc μέγα πένθος ἦν τῷ τοῦ Μενελάου οἴκῳ. δ, 10—12. ο, 100, 103, 122.

Μεγάρη, ης. ἡ. Filia Creontis, regis Thebarum, conjux Herculis, qui ex ea suscepit liberos tres. Quum Hercules abesset ad Cerberum attrahendum, Λύκος rex Thebarum male habuit hos Ἡρακλείδας: sed Hercules rediens, occidit Lycum cum uxore et liberis. Ob quam crudelitatem irata Juno, immisit Herculi furorem, ut suos quoque liberos, una cum conjuge Megara, occideret: ob quam rem τεκνοραίστης Hercules dicitur. λ, 268, 269.

Μέγας, ου. ὁ. nobilis Trojanus vel Lycius, cujus filius hinc dicitur Μεγάδης. Π, 695.

Μέγης, ητος. ὁ. Filius Phylei. Mater ejus ἡ Κτιμένη, soror Ulyssis. Princeps Dulichius, fortissimus. Β, 627—630. Ε, 69. Ν, 692. Ο, 302, 520, 525, seqq. Τ, 239. Fortasse post mortem Phylei, Ctimene nupserat Eurylocho.

Μεδεών, ῶνος. ἡ. Vicus Bœoticus. Β, 501.

Μέδων, οντος. ὁ. Oilei filius ex pellice, hinc νόθος Ὀϊλείδης dictus. Mater ejus ἡ Ῥήνη. Dux Methonensium, loco Philoctetæ ægri. Β, 727, 728. Ν, 693—697. occisus ab Æneа, Ο, 332—336. Alius erat dux Lycius, Hectoris auspicia sequens Ρ, 216. Tertius erat κῆρυξ Ithacensis, μάλα εὔνους τῷ τοῦ Ὀδυσσέως οἴκῳ, καὶ μάλα συνετός. Erat quidem procorum ὁμοτράπεζος, ἀνάγκῃ δὲ, et quia tempori serviendum putabat: imo magis speculator inter procos, quam convictor. δ, 677—715. π, 252. 412. ρ, 172—176. Erat ergo quasi ἀμφοτεροδέξιος, καὶ οἷόν τις κόθορνος, siquidem Ulyssis rebus studebat, et tamen et procis placebat. Servatus ex cæde procorum, χ, 257—380. ob quod beneficium gratus deinde fuit erga Ulyssem, deterrendo cives a pugna adversus regem suum, ω, 438—449.

Μελάμπους, οδος. ὁ. Filius Amythaonis, vir valde potens et dives. Ejus historia apparet ex ο, 225—255. collato λ, 286—296. Nam ad Melampodem pertinet τὸ, ὗς, ο, 226, et ὁ ἄλλος δῆμος est τὸ Ἄργος, 228, 239. Posteritas ejus hæc est: τοῦ Μελάμποδος υἱοὶ δύω ὁ Ἀντιφάτης καὶ ὁ Μάντιος: τοῦ Ἀντιφάτου ὁ Ὀϊκλῆς, τούτου ὁ Ἀμφιαρήων, τοῦτου ὁ Ἀλκμάων καὶ Ἀμφίλοχος: τοῦ Μαντίου δὲ ὁ Πολυφείδης καὶ ὁ Κλεῖτος, τοῦ Πολυφείδεος δὲ ὁ Θεοκλύμενος. Hi omnes fuere vates celebres, qualis et ipse Μελάμπους erat: cujus frater, ὁ Βίας, duxit τὴν καλλίστην Πηρώ, filiam Nelei, conciliante sibi eam Melampode magno suo incommodo. Est ergo hic exemplum amoris fraterni: de qua re vide Theocr. Id. 3, 43, seqq. ibique Schol.

Μελάνθιος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, cæsus, Ζ, 36. Alius qui et ὁ Μελανθεὺς dicitur erat servus Ulyssis, filius Δολίου, præfectus magno caprarum gregi, sub se habens alios servos pastores. Studebat quam maxime rebus procorum, et maxime fidebat Eurymacho, cujus rei causam vides sub ἡ Μελανθώ. In Epiro habebat sedem suam et opus: sed ob ἑορτὴν celebrandam venerat eo tempore in Ithacam, sicut et Philœtius. Est exemplum servi infidelis et superbi et contumeliosi: et ἀγλαΐα ejus vel ex eo apparebat, quod duos servos sequentes se adducebat secum. ρ, 212—260. et 369—373. υ, 173—184. et 355. φ, 175—183. et 265—268. In pugna adest procis contra dominum suum, et huic ingens creat periculum, χ, 135—200. sed captus dolo, peractaque cæde procorum, crudeli adficitur supplicio, χ, 474—477. Tertius fuit nobilis Ithacensis, cujus filius Ἀμφιμέδων inter procos fue-

rat, *υ*, 103, 104. Nomen est idem ac μέλανθος, a μέλας et τὸ ἄνθος, interserto Iota, sicut ab ὁ κάπρος est ὁ κάπριος, qui idem notat: et μελάνθος est epitheton Neptuni, cujus fluctus nigri, superne florem quasi albidum ostentant. *schwarzblüte, (black blossom.)*

Μελανθώ, όος. ἡ. pulcra et juvencula ancilla Ulyssis, soror Melanthii, ob formam amabilem dilecta ab Eurymacho, illustri proco; hinc superba et contumeliosa mirum in modum, ut formosæ et fortunatæ solent, maxime ex plebe. Educata fuerat a Penelope, et liberaliter habita, infida tamen dominæ suæ. σ, 320—341. τ, 60—95, ubi objecerat personato Ulyssi studium spectandi formosas puellas in domo regia: sed audit ab eo, quod ipsa fortasse libentius spectet formosos juvenes, quam se apparentem senem, malis vestibus indutum. Peracta cæde procorum, supplicio adficitur cum aliis undecim ejusmodi pulcris puellis, χ, 421—473. Et Melanthius pendentem sororem spectavit, antequam occideretur.

Μελάνιππος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, cæsus, Θ, 276. Alius erat Hicetaonis filius, ex regio genere Trojano, qui bubus pascendis præfuerat ex more juvenum principalium, cæsus pugnans, O, 546—591. Tertius etiam nobilis Trojanus, cæsus a Patroclo, Π, 695. Quartus, Græcus dux, T, 240.

Μέλας, ανος. ὁ. princeps Græcus. Ξ, 117.

Μελέαγρος, ου. ὁ. Princeps magnus Calydoniæ et Ætolorum, frater Tydei, mortuus ante tempora belli Trojani. Nomen est κυνηγετικὸν, notans studiosum venandi, ᾧ μέλει ἄγρας: et re vera fuit, præter reliquas virtutes, etiam eximius venator. Θάνε δὲ ξανθὸς Μελέαγρος, B, 642. Historiam ejus ex parte narrat Phœnix, I. 525—595, sed famosum illum titionem ignorat Homerus. Uxor ejus pulcra Κλεοπάτρη. Et Phœnix, narrando eam historiam, id vult: Meleager, valde iratus suis, tamen tandem motus est infortunio suorum, et ab iis interitum repulit; patere ergo et te moveri, O Achilles, infortunio tuorum. Vide in A. sub 'ΑΡΑ' preces, κεφαλὴ prope medium, et σῦς ad initium.

Μελίβοια, ας. ἡ. Urbs Thessaliæ, cujus civis Μελιβοεύς. B, 717. est dicta a cura boum.

Μελίτη, ης. ἡ. Νηρηΐς, nomen habens a τὸ μέλι, aqua enim est multis modis causa γλυκασμοῦ. Σ, 42.

Μέμνων, ονος. ὁ. Filius Auroræ ex Tithono, h. e. homo pulcerrimus sui ævi, ortus ex regio genere Trojano, princeps Æthiopum, occisus ab Achille fortiter pugnans; ipse vero occiderat τὸν Νεστορίδην Ἀντίλοχον. δ, 187, 188. λ, 521. Vide sub Θρασυμήδεα in A.

Μενέλαος, ου. ὁ. Rex Lacedæmonis, frater Agamemnonis. Regnum Spartæ hoc modo accepit: Οἴβαλος, υἱὸς Περιήρους (ab ὁ Περιήρης) regnabat Spartæ; is habuit quatuor liberos, τὸν Τυνδάρην vel Τυνδάρεον, τὸν Ἴκαρον, legitimos filios, et unum νόθον τὸν Ἱπποθόοντα, unamque filiam τὴν Ἀρνην. Ille νόθος σὺν τῷ Ἰκάρῳ conspirans expulit Τυνδάρεον, et regnavit loco ejus; pater multorum liberorum. Hercules autem eo tempore, Pylo capta, εἰς Ἀμύκλας venit, sacrificii causa. Ibi ὁ Οἰωνὸς, Λικυμνίου υἱὸς, comitis Herculis, profectus ad visendam Lacedæmonem, interficitur a liberis τοῦ Ἱπποθόοντος, quia canem venaticum occiderat. Hercules iratus, occidit Hippothoontem una cum ejus liberis, et regnum restituit liberis Tyndarei, Polluci et Castori; qui sponte cedunt regno in gratiam sororis suæ Helenæ, quam Menelaus in matrimonio habebat. Hic Menelaus erat apud Græcos ad Trojam ὁ δεύτερος βασιλεὺς, sicut apud Trojanos Hector: non tam fortis quam Agamemnon, satis strenuus tamen; cæterum ingenio mitiori et leni. In castris abstinuit a commercio cum fœminis, nec ullam in γέρας accepit, ut fidem suam Helenæ absenti probaret. αὐτόματος ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, B, 408, fraterne, non arcessitus. et 586—590, ubi copiæ ejus ad Trojam ductæ, et 581, seqq. urbes imperio ejus subjectæ, enumerantur. Sexaginta naves armatis expleverat. ἀρηΐφιλος Μενέλαος, Γ, 21, vadit in Paridem, coll. 37, 52. et 210, seqq. forma ejus et mores pinguntur in comparatione cum Ulysse. Nam hoc semper amicissimo est usus. et 339, ἀρήϊος, coll. 253. pugnat cum Paride, certamine singulari, Γ, 350, seqq. et nota ibi vim animi, bene sibi conscii: nam Menelaus vota facit Jovi hospitali ob victoriam; Paris nihil vovendum habet, utpote injustus. et 457, Μενελάου φαίνεται (apparet, in oculos incurrit, manifesta est) νίκη. Excipi quidem poterat, tunc demum ex fœdere esse victoriam alterius, si alter caderet: sed poëta solvit hunc nodum aliter: disturbat enim fœdus omnino per Pandarum, qui sagitta eminus vulnerat Menelaum, et sic denuo bellum renovat. Id narratur Δ, 100, seqq. Capit hostem vivum, eumque supplicem vult servare, Z, 37—53, sed prohibetur ab Agamemnone, 53, seqq. sic et P, 30—32, vult hosti parcere: adeo placabilis et mitis natura erat. Vult pugnare cum Hectore, sed prohibetur a suis, ut impar isti, et ne innocens cadat, H, 94, seqq. dormire nequit præ curis, K, 25, seqq. et 121—123, ubi modestia ejus erga fratrem majorem pingitur. Cum Ulysse legatus in Trojam missus fuerat ante bellum, Λ, 139—142, coll. 125, frustra. et Γ, 206, seqq. Audit in prœlio clamantem Ulyssem, Λ, 463, seqq. et opitulatur. Pugnat, N, 581, seqq. 601, seqq. O, 560, seqq. Π, 311. Maxime vero rhapsodia P inscribitur ab antiquis ἡ ἀριστεία Μενελάου. Certat, Ψ, 293, seqq. 355, 401, 407, 422, seqq. 515, seqq. irascitur regaliter, non tamen violenter, 566, seqq. In genere Menelaus, ut ἠδικημένος, amatur a Græcis tantum, quantum Paris, ἀδικήσας damno publi-

co, μισῦται ὑπὸ τῶν Τρώων. Telemachus, suasu Minervæ, proficiscitur ad eum, α, 285. δ, 1. Nestor narrat de Menelai reditu, γ, 141, seqq. coll. 136, et circa. 279, seqq. Nam dum occupatur sepeliendo gubernatorem suum, amittit opportunum cursum, et post incidit in adversas tempestates. Usque in octavum annum post Trojam captam erravit per Ægyptum et insulas, γ, 299, seqq. et quidem maximam partem sponte, ad colligendas opes, latrocinando nimirum, quod illis temporibus turpe non erat, et ex muneribus acceptis: et plurimas opes collegit, 312. Narrat ipse de suis erroribus, et divitiis acceptis, δ, 80, seqq. 351, seqq. luget fratrem, δ, 90—93, coll. γ, 256, seqq. Desiderat Ulyssem, δ, 105—112. et ea loquitur, antequam sciret, quis esset Telemachus: nam is erat priscus mos, prius reficere hospitem cibis. antequam quæreretur ex eo quis esset et cujus causa venisset. Ergo erat verum desiderium, non auribus datum. et vide causam amoris: quia Ulysses multa erat passus pro amico Menelao. Accipit dona Thebis Ægyptiis, δ, 126—132. Cognoscitur ab eo Telemachus, prius tamen ab Helena, δ, 137, seqq. Statuerat, Ulyssem traducere ad se in Laconiam, et in ejus convictu reliquam ætatem exigere, δ, 171, seqq. Flet, 185. laudatur, 190—192. κυδάλιμος, 217. laudat Ulyssem, 265—289. Fatale ei erat, transferri in insulas beatorum, quia sit Jovis affinis ob Helenam, δ, 561—569. Pugnavit, una cum Ulysse, Troja capta ad domum Deiphobi, θ, 518—520. Telemachus revertitur a Menelao, splendide dimissus, ο, 14, 52, 67—85. 133, κάρη ξανθὸς Μενέλαος. 145—170. ρ, 76—83. 116. ω, 116. Potuisset classe juvare Telemachum, ad compescendos procos: sed id poëtæ non visum est fingere. Vide sub σῶμα in A.

Μενεπτόλεμος, ου. ὁ. nobilis Græcus, ποδάρκης. N, 693, ubi quidem et ποδάρκης posset esse nomen proprium, et alterum illud appellativum: sed præstat tamen, ut posuimus. Fuit filius Ἰφίκλου, τοῦ Φυλακίδαο.

Μενεσθεύς, έως. ὁ. Princeps Atheniensis valde peritus rei bellicæ, et eximius ingenio. B, 552. Δ, 327. M, 331—374. N, 195, 690. O, 331. Vide sub μήστωρ, in A.

Μενέσθης, ου. ὁ. Græcus, valde fortis: occisus ab Hectore. E, 609.

Μενέσθιος, ου. ὁ, Princeps Bœotus, occisus a Paride, H, 8—10. 136—150. Ex quo loco inferri videtur, hunc Menesthium seniorem fuisse Nestore, contra ac Homerus affirmat. Nam pater Menesthii, Areithous, occisus est a Lycurgo, et spoliatus: hæc spolia Lycurgus valde senex dedit Ereuthalioni, et hunc deinde Nestor adolescens occidit. Sed solvitur dubium facile: Lycurgus jam senex occidit Areithoum, cum Menesthius esset infans; brevi post Lycurgus ea spolia dedit Ereuthalioni; quem quoque brevi post occidit Nestor jam vir, et bellandi peritus. Ergo Nestor tamen decem vel quindecim annis senior fuit Menesthio, etiam sene. Alius fuit filius Σπερχειοῦ ποταμοῦ ex sorore Achillis Πολυδώρῃ, Π, 173—178.

Μενοίτιος, ου. ὁ. Patrocli pater, nobilis Μυρμιδών. Nomen est a μένος, robur, per intersertum Iota ad ο. sic fit Θυμοίτης a θυμὸς, Δαμοίτης a δῆμος, etc. Senex ἥρως Μενοίτιος proficiscenti ad Trojam cum Achille filio bene præcipit, Λ, 764—789. Fuit Ἄκτορος filius, vivens adhuc decimo belli anno, Π, 14. et, cæso Patroclo, id maxime lugebat Achilles, quod seni Menœtio filium reducturus non esset, quod tamen promiserit, Σ, 325—331. sedes ejus erat urbs ἡ Ὀπόεις, Ψ, 85—88. Hinc Patroclus vocatur Μενοιτίου υἱὸς, Λ, 604, 607. Π, 278, 307, 827. Σ, 12. et Μενοιτιάδης, ου, Α, 307. Ι, 211. Π, 420. Ρ, 270. Σ, 93. Uxor ejus ἡ Σθενέλη.

Μέντης, ου, ὁ. Rex τῶν Κικόνων in Thracia. Ρ, 73. nomen est a μένω, sicut ab ὀφέλλω est ὁ Ὀφέλτης, ου. Alius in Odyssea memoratur, ἡγήτωρ Ταφίων, amicus Ulyssis, vir prudentissimus, α, 105, 180, seqq. 417, seqq. conf. ἡ Τάφος. Narrant antiqui, hunc Μέντην fuisse fidum amicum Homeri, hominem valde nobilem et cordatum, cum quo, ut ναυκλήρῳ, poëta per mare Mediterraneum ultro citroque peregrinatus sit, ut nosceret præsens terras et historias: hinc, præmii loco, inseruisse nomen ejus poësi suæ, sub persona digna. Eodem modo se fere habet cum Mentore.

Μέντωρ, ορος. ὁ. Nobilis Trojanus socer Siliæ nothæ Priami. N, 171—176. Alius est nobilis Ithacensis, quem fingit poëta ἐπίτροπον οἴκου relictum fuisse a proficiscente Ulysse. Narrant antiqui, Homerum in peregrinatione sua, cum in Ithacam venisset, hospitio benigne exceptum fuisse ab hoc Mentore: hinc nomen ejus consecrasse æternitati, et finxisse, quasi Ulyssis tempore vixerit. β, 225, seqq. 253, 268, 401. δ, 654, seqq. ρ, 68. χ, 205, seqq. 235. ω, 445—455. 502—547. Fieri tamen potuit, ut is Mentor, quem Homerus ex Iberia, i. e. Italia, rediens, in Ithaca invenit, et apud quem, ægrotans graviter, fideliter est tractatus, nepos antiquioris illius Mentoris fuerit: solebant enim veteres nomen alicujus majorum suorum, libenter repetere in posteris. Nam re vera aliquis fidus et nobilis potens, adfuit Ulyssi periclitanti cum procis; et deinde mediatorem egit, ne bellum civile nimium exardesceret: idque poëtice narravit Homerus.

Μένων, ωνος. ὁ. Trojanus nobilis M, 193.

Μέρμερος, ου. ὁ. Mysus nobilis, occisus ab Antilocho, Ξ, 513. Alius erat princeps Thessalus, pater Ἴλου, qui hinc ὁ Μερμερίδης, α, 259.

Μέροψ, οπος. ὁ. princeps regionis in Troade, dictæ postea ἡ Κυζικηνὴ, vates eximius. B, 831. seqq. Λ, 329, seqq.

Μεσαύλιος, ου. ὁ. Servus Eumæi. dictus a,

τὸ μέσαυλον, quæ est ἀγρεστικὴ καὶ ποιμενικὴ κατοικία. ξ, 449, seqq. 455.

Μέσθλης, ου. ὁ. Ductor Mæonum. B, 864. P, 216.

Μεσσηΐς, ΐδος. ἡ. Fons celeber in Thessalia, sicut et ἡ Ὑπέρεια. Ergo geographia etiam illis temporibus ad curam principum pertinebat: nam Hector hunc fontem appellat, Z, 457. et videtur maxime respicere Achillem, cujus principatus erat in Thessalia. Nisi forte fuit in Peloponneso ejusdem nominis, et respicit Agamemnonem.

Μεσσήνη, ης. ἡ. et per apocopen ἡ Μέσση. Trojanis temporibus fuit pars Laconiæ: postea fuit urbs separata, cum sua regione, et bella gravia gessit cum Spartanis, donec rursus est subacta. Eo tempore erat sub Menelao, et ἀκρόπολις ejus partis fuit ἡ Ἰθώμη. B, 582, a multis columbis πολυτρήρων dicta. confer geographum, Lib. 8. φ, 15, 18.

Μηδεσικάστη, ης. ἡ. Filia Priami ex pellice, uxor Ἰμβρίου. nomen notat κεκοσμημένην μήδεσι, ornatam consiliis, sicut ἡ Ἰοκάστη notat κοσμουμένην ἰότητι, i. e. βουλῇ. N, 173. Et nota, μήδεσι in composito. sic κηρεσιφόρητος.

Μηθώνη, et extra metrum Μεθώνη, ης. ἡ. Philoctetæ sedes, in Phthiotide. Nam Phthia habebat tres separatos principatus, quibus præerant Achilles (vel pater ejus Peleus) Protesilaus, Philoctetes: sicut in Germania principatus Anhaltinus sub quatuor separatis principibus est. Et tales quoque olim vocabantur reges, in sensu generali. B, 716. Alia Μεθώνη fuit in Thracia, quam cum oppugnaret Philippus Macedo, in oculum sagitta vulneratus a milite, cui nomen ὁ Ἀστήρ. Porro alia erat Peloponnesiaca. Dicta a τὸ μέθυ, nam πολύοινος. Civis ὁ Μεθωναιεύς.

Μηκιστεὺς, έως. ὁ. Filius Ταλαοῦ, qui et Ταλαΐων, ονος: unde filius ὁ Ταλαΐδης, ου, et ὁ Ταλαϊονίδης. Princeps Argeorum, et filius ejus ὁ Εὐρύαλος. B, 566. Ψ, 678, seqq. ubi de Μηκιστεῖ narratur, quod eximius fuerit pugil: hinc et filius ejus, ὁ Μηκιστιάδης, Z, 28, talis. Ipse erat frater Adrasti, cujus filia erat mater Diomedis. Alius, Græcus ductor, filius Ἐχίου, Θ, 333. N, 422, et hunc Μηκιστῆ (pro Μηκιστέα vel Μηκιστῆα, per contr.) occidit Polydamas, cum alio Ἐχίῳ, O, 339.

Μῄονες, (ionice pro Μαίονες) όνων. οἱ. sunt iidem qui οἱ Λυδοί, natio nobilis in fertilissima et amœnissima terra. Nomen habent ἀπὸ Μαίονος ἥρωος παλαιοῦ, post dicti Λυδοί, ἀπὸ Λυδοῦ υἱοῦ Ἄτυος, clari ob divitias et rem equestrem, imo et musicam. Amabant τὴν ἡδυπάθειαν: unde Anacreon τὸν ἡδυπαθῆ vocavit τὸν λυδοπαθῆ. ὁ Κανδαύλης, rex eorum, nomen fecit edulio suavi, quod ab eo dicebatur ὁ κάνδαυλος, de quo Alexis comicus dixit, se una comedere digitos suos si apponatur κάνδαυλος; et compositionem ejus docet Athenæus. sic et alia edulia ab hominibus appellata, e. g. οἱ κνέλαοι.

B, 864, 866. K, 431. Terra eorum ἡ Μαιονία vel Μῃονία plurimum commeatum præbebat Trojanis, pro quo pecunias exportabat: Dicta ἐρατεινὴ διὰ τὸ τῆς χώρας εὔδαιμον. Γ, 401. Σ, 291. Μῃονὶς γυνὴ, i. e. Λυδὴ, ἀγαθὴ βάπτειν ἐλεφάντων ὀστᾶ φοινικῷ χρώματι, Δ, 141, et in genere apud eos erant ἀγαθαὶ βαφαὶ, et ingenia artibus apta. Denique a recentioribus Homerus ab hac terra vocatur Mæonides.

Μηριόνης, ου. ὁ. dux Cretensis, regis Idomenei οὐραγὸς, vir fortissimus, B, 651. Δ, 254. E, 59, unus ex novem ἀρίστοις post Achillem, H, 165. Θ, 264. I, 83. K, 59. 261, seqq. ubi dat Ulyssi galeam, quæ fuse ibi describitur. et 270. N, 93, 159, seqq. 246—249, ubi dicitur υἱὸς Μόλου πόδας ταχὺς, φίλτατος ἑταίρων Idomeneo. et 328, ubi comparatur Marti, deinde et satellitibus Martis: nam Idomeneus senior typum gerebat Martis, Meriones junior, Φόβου satellitis Martis, τοῦ αἰτίου φεύγειν, fugantis hostes. et 479, 528, seqq. valde alacer. 567, 575, 650. Ξ, 514. O, 302. Π, 342. et 603, seqq. ubi apparet ἐλαφρὸς, καὶ διὰ γυμνασίαν πολεμικὴν Κρητικὴν εὐλύγιστος καὶ εὔστροφος, quæ erat laus magna illis temporibus. P, 258, 610, seqq. 669. T, 239. Præest lignatoribus, Ψ, 112, seqq. nam παντὶ ἔργῳ σπουδαίῳ, οἷα καὶ σώματι κεφαλὴν ἐπεῖναι δεῖ, ἐπιστατεῖν δεῖ τις: electus ad id a rege, et, ut Cretensis, sciens operum circa ligna in montibus. et 351, 356. 528—531, ubi vide, ἐν ἀγῶνι, non vero in bello, ubi sane non erat ἥκιστος ἄγειν ἅρμα. et 614. 860, seqq. ubi certat sagittando, precatus ante: ideo vincit non precantem. 888. 893.

Μήστωρ, ορος. ὁ. Filius Priami, Ω, 257. sed nomen appellativum retinet suum ω in obliquis.

Μῄων (ionice pro Μαίων) ονος. ὁ. nobilis Trojanus vel Lycius, E, 43.

Μίδεια, ας. ἡ. oppidum Bœotiæ, quod et ἡ Μίδεα scribitur. Hinc civis ejus ὁ Μιδειάτης, ου. et ἡ Μιδειάτις Ἀλκμήνη. B, 507. habuit nomen a τῇ Μηδείᾳ, filia Ἀλώου.

Μίλητος, ου. ἡ. Urbs nobilis in Caria, olim et late potens armis. Vicit incurrentes Scythas, et, hac victoria probe utens, Pontum Euxinum et Hellespontum novis aut restitutis urbibus per colonias suas exornavit. Post vero, dedens se luxui, desiit esse domina aliorum. Hinc proverbium: πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. B, 868. Alia erat urbs Cretica, antiquior illa Asiatica, sed minus clara, B, 647. syllaba prima nominis est longa: id apparet ex epigrammate in Timotheum citharœdum ex Asiatica Mileto: Πάτρα Μίλητος τίκτει Μούσαισι ποθεινὸν Τιμόθεον, κιθάρας δεξιὸν ἡνίοχον.

Μίμας, αντος. ὁ. est insula, montis ex mari surgentis speciem habens, non procul a Chio insula. γ, 172. et Chios est media inter Ψυρίαν καὶ Μίμαντα. Habet nomen a gigante ibi sepulto.

Μινύαι, ῶν. οἱ. Gens nobilis in Orchomeno, a Minya rege oriunda: et quidam horum inde profecti, εἰς Ἰωλκὸν Thessaliæ habitatum concesserunt: hinc et Argonautæ dicti Μινύαι. Vid. Herodot. IV, 145, seqq. Nomen est a μινυὸς, parvus: et adjectivum hinc est Μινύειος, ionice Μινυήϊος. ποταμὸς Μινυήϊος, i. e. ὁ Ἄνιγρος, Λ, 721, dictus ἀπὸ Μινυῶν τῶν μετὰ Χλώριδος τῆς μητρὸς Νέστορος αὐτόθι ἐλθόντων ἐκ τοῦ Μινυείου Ὀρχομενοῦ. Ὀρχομενὸν Μινύειον, Β, 511. ἐν Ὀρχομενῷ Μινυηΐῳ, λ, 283.

Μίνως, ωος. ὁ. Rex Cretæ, filius Jovis et Europæ, celeberrimus in historiis priscis, ὡς εὐγενὴς καὶ λόγιος καὶ ἀνακαθαίρων τοὺς πειρατάς. Severissimus contra malos, et mare expurgans piratis: alioqui justus et legislator. Attici genitivum faciunt τοῦ Μίνω et Μίνωο. Quantum aversatus sit injustos, docet etiam Scylla Nisi, quæ quum patrem suum huic regi prodidisset, ab eo est interfecta. Ζεὺς Μίνωα τέκε, Ν, 450, seqq. ubi posteri ejus enumerantur. sic et τ, 178, seqq. nisi quod ibi personatus Ulysses se interserit natis a Minoë. Φοίνικος κούρη τέκε μοι Μίνω, per apocopen pro Μίνωα, inquit Jupiter, Ξ, 322. Ἀριάδνην κούρην Μίνωος ὀλοόφρονος, λ, 321, ubi hoc epitheton habet respectu piratarum, et Atheniensium, quos severe puniit ob cædem filii sui: quanquam et ibi notio illa bona, sub ὀλοόφρων in A. notata, locum commode habet. nam ineptias S. Cyrilli non moramur. in malo sensu erat ὀλοόφρων τοῖς κακούργοις: in bono sensu erat totus prudens, quantus quantus. et 567, ἔνθα Μίνωα ἴδον Διὸς υἱὸν, ubi describitur ut judex apud inferos. Κρήτη, ὅθι Μίνωος γένος ἐστὶν, ρ, 523. Traditur quidem a quibusdam τυραννικὸς καὶ βίαιος, et vitio ei dant τὸν Μινώταυρον καὶ λαβύρινθον: sed severitas semper habet suos vituperatores. Maxime piratæ eum horrebant; et loca, quo confugiebant eo tempore, vocabant τὰ Κρησφύγετα, quia ibi Cretensem hunc effugerent. Filia ejus Phædra non minus est nobilis. Vide sub ἐννέωρος in A.

Μιῆσος, ου. ὁ. nobilis Παίων. Φ, 210, 211.

Μνηστῆρες, ων. οἱ. Proci Penelopes in domo Ulyssis. Ulysse enim non redeunte, conspirabant nobilissimi juvenes, ut cogerent pulcram reginam, unum ex ipsorum numero eligere maritum et regem, præterito Telemacho admodum adolescente. Hoc ut eo certius cogerent, numero centum et octo nobiles quotidie, a mane ad vesperam in domum Ulyssis et Penelopes convenientes, epulabantur, ut hoc sumtu quotidiano, diutius non tolerando, adigeretur tandem Penelope invita ad nubendum. Ex Dulichio, insula magna, erant quinquaginta duo præstantes forma et opibus juvenes, cum sex famulis communibus; ex Same insula viginti quatuor; ex Zacyntho viginti; ex ipsa Ithaca duodecim, cum duobus coquis: hi sunt 108 domini, cum famulis octo, qui pauci sufficiebant tanto numero curando, propter αὐτοδιάκονον heroicorum temporum, et βρωμάτων οὐ πολυειδῶν ὄντων. Aderant una præco Μέδων, et cantor Phemius: sed hi inviti et coacti, præterea fidi suis regibus. Ergo, exceptis his duobus, omnes alii 116 cæsi tandem sunt ab Ulysse ejusque fidis sociis, una cum ancillis 12 sceleratis, et Melanthio servo improbo. Tota Odyssea hanc inauditam procorum insolentiam in domo regia pingit. Lusu talorum fortunam augurabantur, cui ex iis cessura sit Penelope. Vide præcipue de iis, β, 50, seqq. 209, seqq. 235, seqq. 281, seqq. 299, s. 333, seqq. nam cupiebant Telemachum dolo cæsum, ut unus haberet regnum et Penelopen, reliqui bona patria Telemachi inter se dividerent. δ, 318, seqq. comparantur hinnulis cervæ, in cubili leonis depositis, δ, 335, seqq. ρ, 126, seqq. Principes omnium erant Antinous et Eurymachus, δ, 628, s. 681, seqq. quod moliti sint mortem Telemacho, est δ, 698, seqq. 842—847. ξ, 181, 182. υ, 241—246. Ultio prædicitur, λ, 118, s. ν, 193, 373, 376—381. 395, s. 427. Ob dignitatem natalium et formæ, poëta εὐλογητικὸς καὶ οὐκ εἰδὼς κακολογεῖν ἔξω καιροῦ, ἀντιθέους eos vocat, ξ, 18. Mens et actio eorum pingitur, ξ, 81—110. ο, 327—333, nam et famuli eorum erant pulcri et eleganter amicti. maxime mens et agendi ratio eorum est expressa π, 364—386. Et talia agitabant, reverso jam, sed personato etiam dum, Ulysse; qui tamen filio suo se aperuerat, et cum eo ordinem gerendæ rei contra procos composuerat, π, 168—320. Jure igitur rex regisque filius hos nefarios subditos suos supplicio ultimo adfecerunt. Telemachus eos enumerat patri etiam dum, personato, π, 121—129. Ἀμφίνομος, primarius ex Dulichio, maxime ex omnibus placebat, 394—398. Animus reliquorum, ρ, 65, 66, 79, 80. 167—182. σ, 142, 143. mos legitimorum procorum describitur σ, 274—279. donant Penelopen, 290—300. quomodo Penelope hos suos procos per triennium eluserit, antequam perpetuo versarentur in domo, τ, 138—156. ω, 124—147. Similes sunt anseribus saginandis, τ, 536—558. Ponitur iis arcus tendendus, τ, 576—581. φ, 67—187. Non sunt apud sacrificium publicum civitatis, sed in domo Ulyssis convivantur, aliis civibus in luco sacro versantibus: hinc facilius tollendi, υ, 276—281. rident, ignari fatorum, supremo suo die, et dira signa apparent, υ, 346—362. interficiuntur, χ, 15—329. 381—389. pulcri, ω, 106—108.

Μοίριχος, ου. ὁ. vide in A. sub μοῖρα, ad finem.

Μοιρώ, όος. ἡ. ποιήτρια Βυζαντία. Ejus meminit Eustath. ad Ω, 292, ejusque versus aliquot allegat.

Μολίονες, ων. οἱ. vide sequens, sub Ἄκτωρ, et Μούλιος.

Μόλιος, ου. ὁ. Est idem qui ὁ Ἄκτωρ, qui ergo, contra morem Græcorum, fuit binominis. Ejus duo filii vocantur οἱ Μολίονες, quod

est syncopatum ex Μολιονίονες, ab ὁ Μολιονίων pro Μολιονίδης, δου, ὁ. Alii quidem dicunt, hos filios sic vocari a matre, τῇ Μολιόνῃ, sed id displicet antiquis, qui negant patronymica in Homero a matribus esse ducta. Alii non pro patronymico, sed pro epitheto hanc vocem habent, ut notet τοὺς μαχίμους, ἀπὸ τῆς μολύνσεως ἐν μάχῃ, et hæc vox ἡ μόλυνσις, a μολύνω, inquino, habet deductum a se τὸν μῶλον, prœlium, producto ο in ω. Λ, 708, 749. Vide sub Ἄκτωρ.

Μολίων, ονος. ὁ. ἀντίθεος, minister et socius Trojani principis Θυμβραίου. Λ, 322. τὼ Μολίονε vide supra.

Μόλος, ου. ὁ. princeps Cretensis, pater τοῦ Μηριόνου: dictus a μολεῖν, vadere, ut notet τὸν ὁρμητικόν. Ν, 249. Κ, 269.

Μόρυς, υος. ὁ. nobilis Phrygius, filius Ἱπποτίωνος. Ν, 792. Ξ, 514, ubi una cum patre dicitur cæsus, nisi ibi is Ἱπποτίων est alius.

Μούλιος, ου. ὁ. γαμβρὸς Αὐγείου, ἀνὴρ Ἀγαμήδης, occisus a Nestore, bello inter Pylios et Ἐπειούς. Λ, 738. Alius erat nobilis Trojanus vel Lycius, occisus a Patroclo, Π, 696. Tertius, item Trojanus, occisus ab Achille, Υ, 472. Quartus erat κῆρυξ καὶ θεράπων Ἀμφινόμου, Dulichiensis nobilis proci, σ, 422, 423. conf. Ἥρως in Α. Nomen est a μολεῖν, vadere, interserto υ, unde est et ὁ Μόλος, et unde etiam οἱ Μολίονες dicti videri queant.

Μοῦσα, ης. ἡ. Dicta a μάω, i. e. ζητέω, οἷον ζητητική. Θεὰν eandem vocat poëta, διὰ τὸ ὀξὺ καὶ ταχὺ, a θέειν; simul et, quia est filia Διὸς, i. e. τοῦ νοός. Nam est ἐνέργεια νοὸς ἡ μοῦσα i. e. ἡ γνῶσις: et poëta significat, se ἐνθεάζειν τοῖς λόγοις, et ab Musis se esse doctum; eas loqui per os suum. Cæterum in mythologia Musæ non sunt virgines: nam ἡ Εὐτέρπη dicitur fuisse mater Rhesi a Diomede interfecti, et Ὀρφεὺς fuit filius Καλλιόπης aut secundum alios Κλειοῦς, Λῖνος Τερψιχόρης, Παλαίφατος Θαλείας, Θάμυρις Ἐρατοῦς, Μελπομένης καὶ Ἀχελώου αἱ Σειρῆνες, Τριπτόλεμος Πολυμνίας, etc. Hinc facete Juvenalis, IV, 35. Et quænam in orbe antiquo fœmina diu mansit virgo? Α, 1. et 604, Μοῦσαι ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ, respondentes citharæ. Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι, ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα, Β, 485. et 761, σύ μοι ἔννεπε Μοῦσα: quum Trojanos enumerat poëta, Musam non invocat; at in exercitu Græco multi erant præstantissimi heroës; ex quibus quis optimus fuerit, difficile homini erat dicere: nam apud Trojanos unus fere erat Hector, quem humana memoria facile poterat recordari. Simul autem poëta monet auditorem, non se esse qui judicet, sed Musam: ne quis gratiæ aut odio aliquid datum putet. Easdem invocat, de Agamemnonis rebus dicturus, Λ, 218. et de aliorum Græcorum heroum, Ξ, 508. et de Hectore, Π, 112, cum Græcorum naves comburere vellet. et de Ulysse, α, 1, 10. Ὀλυμπιάδες Μοῦσαι, Διὸς αἰγιόχοιο θυγατέρες, Β, 491, nam sunt filiæ Jovis et Mnemosynes. et 594, ubi dicuntur puniisse Thamyrin, temere provocantem eas ad certamen musicum. Musa ἀοιδὸν Δημόδοκον dilexit, deditque ei bonum et malum, θ, 63. et 73, Μοῦσα ἀνῆκεν ἀοιδὸν ἀειδέμεν κλέα ἀνδρῶν. et 481, οἴμας Μοῦσα ἐδίδαξεν. et 488, σέ Μοῦσα ἐδίδαξε Διὸς παῖς. Nam poëtæ debent esse σοφοὶ, et eruditi multis litteris interioribus. Μοῦσαι ἐννέα πᾶσαι, ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ, θρήνεον in funere Achillis, ω, 60—62, Μοῦσα λίγεια. Sunt ergo novem, et sunt quoque θρηνῳδοί. Hinc est τὸ μουσεῖον, locus Musis sacer, sicut ab ᾠδὴ est τὸ ᾠδεῖον. ὁ ἡ παράμουσος, abhorrens, dissonus, Eurip. Phœn. 792, Ἄρης, παράμουσος ἑορταῖς Βρομίου. οὐ μεμούσωμαι κακῶς, Aristoph. Lysistr. 1129, non male instructus sum a Musis, sum eruditus. a μουσόω.

Μυγδών, ονος. ὁ. Rex Phrygiæ majoris. cujus tempore Amazones in Phrygiam irruperant, et cui Priamus auxilium tulit. Γ, 186, ἀντίθεος.

Μύδων, ωνος. ὁ. Filius Ἀτυμνίου, nobilis socius τοῦ Πυλαιμένεος, misere interfectus ab Antilocho. Ε, 580, seqq. Alius, nobilis Pæon, interfectus ab Achille, Φ, 209, coll. 211.

Μυκάλη, ης. ἡ. Mons Ποιήνης, ἀντικρὺ Σάμου. Β, 869. Est et urbs Cariæ eo nomine: sed l. c. est sermo de monte illo.

Μυκαλησσός, ου. ἡ. attice Μυκαλεττός. Urbs Bœotiæ mediterranea, sic dicta a bove, quæ Cadmum Phœnicium duxit καὶ ἐμυκήσατο. Civis est Μυκαλήσσιος. Β, 498.

Μυκήνη, ης. ἡ. et Μυκῆναι, ῶν. αἱ. Urbs Peloponnesi celeberrima, condita a Perseo, cui successit filius ejus ὁ Σθένελος παλαιὸς, huic hujus filius Εὐρυσθεὺς, post cujus mortem regnum nactus est Ἀτρεύς. Erat regia Agamemnonis, et habuit nomen ab heroina antiqua τῇ Μυκήνῃ, quæ memoratur β, 120, et apud Eurip. Iphig. Aul. vocatur Μυκήνη Κυκλωπία. Civis ejus ὁ Μυκηναῖος ἢ Μυκηνεύς. εὐκτίμενον πτολίεθρον. Β, 569. εὐρυάγυια, Δ, 52, amata a Junone: et Homerus ibi vaticinatur quasi ei excidium. Nam post Trojana tempora male habita est ab Argivis, et denique excisa, ut Alexandri M. ævo ne vestigium quidem ejus superfuerit. εἰσῆλθε Μυκήνας, Δ, 376. βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης, Η, 180, i. e. Agamemnonem. ergo dives olim urbs. sic et Λ, 46. Ægisthus ibi, occiso Agamemnone, septem annos regnavit, octavo occisus est ab Oreste, γ, 305. φ, 108. Μυκηναῖον, Ο, 638. et 643, ἐν πρώτοισι Μυκηναίων. Μυκηνᾶν, genit. pl. Dor. Py. 4, 87. Vide sub μύζω in Α.

Μύνης, ητος. ὁ. Vir Briseidis, quem Achilles occidit, et nuptam ei captivam abduxit. Β, 692. conf. Σελήπιος. Μύνητος πόλις est ἡ Ἀδραμυττηνὴ Λυρνησσὸς, Τ, 296, ad quam pertinebat et ἡ Πήδασος.

Μύριννα, ης. ἡ. dicitur fuisse regina Ama-

zonum, sepulta in colle, qui vocabatur ἡ Βατίεια. B, 814. sed conf. geographum.

Μυρμιδόνες, ων. οἱ. habitarunt primum in insula Ægina. Ratio fabulosa nominis eorum exponitur etiam ab Ovid. Met. 7, 622, seqq. sed verior, ratio historica hæc est: Æacus, princeps insulæ, clarissimus erat ob justitiam, clementiam et prudentiam: hinc migrabant ad eum undique plurimi coloni, maxime quum pestilentia numerum incolarum ad paucos redegisset: hinc jocose dictum, adrepere ad eum homines, formicarum instar. Nam Græcis ἡ μυρμηκιὰ ἀγαθῶν in proverbio est. Alii hanc reddunt nominis rationem: Ægina in superficie erat lapidosa et aspera, infra vero suberat terra bona: ergo cultores effoderunt omnia, ut superiora fierent inferiora: *sie rajolten die insel, (they turned up the sub-soil of the island:)* quod extranei videntes, formicarum more eos perreptare terram, dixerunt. Fabulæ autem ita narrant: ὁ Μυρμιδὼν, filius Jovis, fuit pater Ἄκτορος, qui Ἄκτωρ duxit nympham τὴν Αἴγιναν, postquam hæc ex Jove pepererat τὸν Αἰακὸν, et ibi aliquamdiu regnavit. Hujus Actoris et Æginæ filius fuit ὁ Μενοίτιος, pater Patrocli: ex quo hujus cum Achille cognatio apparet. confer tamen Πάτροκλος. Deinde, quum Æaci filius Peleus, ob interfectum imprudenter fratrem Φῶκον, fugeret ex Ægina; multi Myrmidonum eum secuti sunt in Thessaliam, in eam partem quæ Phthia vocabatur, et ἡ Ἑλλὰς propria: et hoc novum nomen Myrmidonum, ob claritatem gentis, cito commune omnibus Phthiotis factum est. A, 180, 328. B, 684. H, 126. I, 185. Λ, 796. Π, 12, 15, 39, 65, 155, seqq. (ubi comparantur lupis sitientibus, ob sitim pugnæ: nam ut lupi, satiati cæde, sitiunt aquam; sic hi, mox satiandi cæde, sitiunt pugnam: nam satiandos intuetur poëta ut jam satiatos, ob certitudinem) 164, 194, 200, seqq. 266, 269, 272, 277, 506, 564. Eadem ergo erant eminentia Myrmidones apud Græcos, qua apud Trojanos Lycii. Σ, 10, 69, 129. Ω, 397, 536. λ, 188. Μυρμιδόνων ἄστυ, ἡ Φθία, δ, 9. et alia eorum urbs ἡ Ἑλλὰς, λ, 495. His locis omnibus Thessalici illi Myrmidones sub Peleo et Achille intelliguntur.

Μύρσινος, ου. ἡ. oppidum in extremis finibus Eleorum, munitum. B, 616. vocatum postea est τὸ Μυρτούντιον, et civis ejus Μυρτούσιος.

Μυσοὶ, ῶν. οἱ. duplices fuere: alii in Asia habitarunt, alii ad Istrum supra Thraciam. Ab Homero Asiatici innuuntur B, 858. K, 430. Ξ, 512. Europæi vero N, 5. incertum, qui Ω, 278, atque ibi prætermittit poëta historiam, significans se multa posse narrare, sed parcere jam.

Μῶλυ, υος. τό. Herbæ species, quam Mercurius monstrat Ulyssi ad cavendas incantationes Circes, κ, 287, 288. 302—306. signat τὴν παιδείαν, ὡς ἐκ μώλου, i. e. κακοπαθείας, περιγινομένην, *wenn man durch mancherley leiden gewitziget ist, und eine nuzbare gelehrsamkeit sich erworben hat, (when one has acquired wisdom and experience from numerous disasters.)* Radix ejus est nigra, i. e. dum discimus, occulta sunt multa, et exitus nondum patet, et multa sunt nobis molesta, etc. Flos ejus est lacteus, διὰ τὴν τοῦ τέλους φαιδρότητα καὶ λαμπρότητα, καὶ τὸ ἡδὺ καὶ τρόφιμον. Sanæ rationis usus et distincta cognitio docent nos utiliter, et ejusmodi disciplina est ἀγαθὸν θεόδοτον. Mercurius id monstrat ante pedes, i. e. qui ratione uti vult, ex omni occasione potest discere et doctior fieri. Circe est voluptas ex gustu et tactu: hac fruitur sapiens, sed sic, ne ipse obbrutescat. Alii hoc nomen derivant a μωλύειν, i. e. ἀφανίζειν, ἀμβλύνειν, τὰ φάρμακα, venena, i. e. κακά.

N

ΝΑΪΑ'Σ, άδος. ἡ. vide sub Νηΐς.

Νάστης, ου. ὁ. Dux Carum, quem alii scribunt Ναύστης. B, 867.

Ναυβολίδης, ου. ὁ. Nobilis Phæax, θ, 116, 117. Valde præstans, inferior tamen τῷ Λαοδάμαντι, h. e. res nautica est egregia, minor tamen re imperatoria. Nam nomen est a ναυτίλλεσθαι εὐτυχῶς, a ναῦς, et βάλλειν i. e. ἐπιτυγχάνειν, *treffen, (to be engaged in,) der es mit der schiffart trift, (one who follows a seafaring life:)* vel et, ὁ εἰς ναῦν βάλλειν ἤτοι ἐντιθέναι φόρτον ἔχων, *der viel einschiffen kann, (one who can ship a large cargo,)* dives. Alius Ναυβολίδης dicitur patronymice, a Ναυβόλος.

Ναύβολος, ου. ὁ. Princeps priscus, cujus filius ὁ Ἴφιτος. B, 518.

Ναῦς. Ad Trojam iere naves Græcorum MCLXXXVI. Qui ergo mille naves dicunt, numerum majorem et rotundum ponunt pro integro. Cæterum hæ naves fuere onerariæ tantum, ad transportandum exercitum; hinc et numerus vectorum major solito erat. Nam bellicæ naves priscorum, quam non magnæ fuerint, discis ex Plutarchi Themistocle, § 79. Nam ibi Xerxis bello Athenienses habe-

bant naves CLXXX, quævis, præter remiges et gubernatores, habebat octodecim pugnantes, ex quibus quatuor erant τοξόται, reliqui quatuordecim ὁπλῖται.

Ναυσίθοος, ου. ὁ. Filius Neptuni ex nympha Περιβοία. Princeps Phæacum, ducens suos ex vicinia Cyclopum in insulam Scheriam. η, 56—77. θ, 564—571. ζ, 7—11. Neptuni filius dicitur, re navali et maritima pollens.

Ναυσικάα, ας. ἡ. Alcinoi regis Phæacum filia virgo, laudatissima et corpore et ingenio. Ex simplicitate vitæ heroicæ ipsa præest vestibus lavandis, et una cum virginibus suis ψυχρολουτεῖ, effert ex domo et imponit currui vestes, ipsa etiam regit currum, etc. ἀθανάταις φυὴν καὶ εἶδος ὁμοίη, ζ, 15, seqq. Ejus duæ ἀμφίπολοι, Χαρίτων ἄπο κάλλος ἔχουσαι, dormiunt in lectis suis ad utrumque postem januæ cubiculi ejus, 18, s. jam nubilis, 27, s. coll. 66. effert vestes, 74, currum regit, 81, lavat una, 90, seqq. opere facto prandet sub dio cum suis ancillis nobilibus, 99, et deinde ludit cum illis pila 100, canens, 101. comparatur Dianæ inter nymphas, 102, seqq. 109, 115. Strepitu eo excitatur in sylva propinqua dormiens Ulysses: qui nudus, tectis fronde pudendis, adit eam supplex, 127, seqq. ipsa οὐδέν τι ἀγινοῖς πάσχει, διὰ σύνεσιν et nobilitatem animi, 139, seqq. laudatur a supplice, 149, seqq. rogatur paululum, et dat multum, 178, et generose respondet, 186, seqq. 214. Nam decet τοὺς αἰτουμένους, μὴ εἰς τοὺς λόγους τῶν αἰτούντων ἀλλ' εἰς τὴν χρείαν ἀφορᾷν. Sic Diogenes Cynicus, cum rex ei porrexisset ossa velut cani, respondet: κυνῶν μὲν τὸ βρῶμα, οὐ βασιλικὸν δὲ ὅμως τὸ δῶρον. Optat sibi, sermone familiari inter ἡλικιώτας ἀμφιπόλους, talem maritum, 244, nam ipsa nobili animo prædita sentit statim harmoniam cum alio nobili animo. Ἀντισιμένου τὸν Ὀδυσσέα pro laude, quam ipse ei tribuerat, ζ, 276—284, et suum votum ibi declarat sub persona aliena. Præsto est in convivio, et conspicitur libere, ex more vetusto, θ, 457—468. Recentiores inepte addunt, nupsisse eam postea Telemacho: nimirum omnes Homeri lusus pro re seria accipientes.

Ναυτεὺς, έως. ὁ. nobilis Phæax, θ, 112.

Νέαιρα, ας. ἡ. Nympha, ex qua Sol genuit duas filias. μ, 233, seqq. Vide in A. sub ἥλιος aliquanto a fine, et νέαιρα.

Νηλεὺς, έως. ὁ. Princeps Atticus (non vero ille pater Nestoris) qui et ὁ Νήλειος, ου, dicitur, cujus posteri οἱ Νηλεΐδαι. Ejus colonia ducta in Asiam celebris est in historiis.

Νεῖλος, ου. ὁ. Fluvius Ægypti, qui et ipse dicitur ὁ Αἴγυπτος. Ab eo sunt adjectiva Νείλιος et ὁ Νειλώτης, ου, e. c. οἱ Νειλῶται ἰχθύες. Vocabatur et Αἰγύπτιος Ζεὺς, ob inundationem loco pluviarum, et ob fœcunditatem et τὸ ζωογόνον. Apud Homerum vocatur ὁ Αἴγυπτος, quod vide. Habet sine dubio nomen ab ἡ ἰλὺς, et νέα: nam multum limi vehit secum, et in exundatione sua semper novum limum addit agris Ægyptiis, ad stercorandos quasi eos. Vide in A. sub διϊπετής.

Νεκρός. Funus heroicum, comitante exercitu, describitur Ψ, 126, seqq.

Νέκταρ, αρος. τό. Dicitur a quibusdam compositum ex νε particula negativa, et τὸ κτέαρ, possidenda res, a κτάω, quasi ἄκτητον, ὃ οὐδενὸς θνητοῦ γίνεται κτέαρ. A, 598. sed aliter vide in A. sub ἡ κήρ. Notat et confirmationem animi ex colloquio cum principibus sapientibus, T, 347, 353.

Νεοπτόλεμος, ου. ὁ. Filius Achillis. Ante vocatus ὁ Πύῤῥος, a fervore animi: post cognominatus, quia juvenis admodum ad bellandum venit. Achilles a matre Thetide, fatorum gnara, sepositus fuerat in insulam Scyrum, cum Græci pararent expeditionem ad Trojam; ibique cum Lycomedis principis filia genuerat hunc Πύῤῥον, qui deinde, cum Achilles tamen profectus esset ad Trojam, apud avum maternum educabatur: T, 326—333. Capta Troja (quo tempore ipse apud exercitum adfuit) Andromachen, Hectoris viduam, aliquamdiu habuit, ex eaque genuit filium Molossum, a quo Molossorum regio nomen accepit. Rediens a Troja transiit in eam partem Græciæ, quæ in specie Ἤπειρος dicta est. Nam quia Peleus etiam dum vivebat, monitus est ab Heleno vate, ut habitatum concederet eo, ubi domos visurus esset habentes fundamenta ferrea, parietes ligneos, tecta lanea. Ambulavit ergo cum suis, donec veniret in Epirum pastoribus plenam: ibique vidit hos pastores, infixis in terra hastis, et supra instratis χλαίναις, ut a sole se tutarentur, cibos capere. Conjecit ergo sensum oraculi, et ibi sedem sibi fixit. γ, 188, 189. Post reditum statim duxit Hermionem pulcram, Orestæ jam desponsatam absente patre: sed quia pater Menelaus eam, ignarus quæ domi acta essent, Pyrrho ad Trojam promiserat, hinc nuptiæ cum Pyrrho celebratæ, δ, 5—9, coll. 2—4. Quæ res tamen paullo post Pyrrho exitii fuit causa, ut ex Pindaro videatur. Ejus laudes læta audit Achillis umbra ex Ulysse: λ, 491—539. Eurip. Androm. 1085, seqq. vivo etiam dum Peleo: et 1135 memoratur ἡ Πυῤῥίχη ὄρχησις armata, ab hoc Pyrrho sic dicta.

Νέστωρ, ορος. ὁ. Rex laudatissimus, simul et satis potens. Nam nonaginta navibus profectus est ad Trojam, ut ergo copiarum multitudine secundus esset a rege magno Agamemnone. B, 591—602, ubi simul urbes regni ejus enumerantur. Fuit φέρτατος ἡμερίων, (præstantissimus mortalium) βαθύνους, ψυχὴν ἐν σώματι καλῷ θείαν ἔχων, ἀνὴρ ἀγαθός. Fuit et propinquus Agamemnonis, cujus sororem τὴν Ἀναξιβίαν duxerat. Regia sedes ejus fuit ἡ Πύλος, cujus nominis tres erant, ἡ τῆς Μεσσηνίας, τῆς Τριφυλίας, τῆς Ἀρκαδίας: Nestoris

Pylus erat ἡ τριφυλιακὸς Πύλος. A fluvio, hanc Pylum præterfluente, τῷ Γερήνῳ, ipse Nestor dicitur Γερήνιος. Virtutes ejus et ætas memorantur A, 247—252. et 253, incipit oratio ejus ad Agamemnonem et Achillem. Duo sunt oratores magni apud Homerum, Nestor et Ulysses; quibus ipse est major, nimirum faciens eos loquentes. Hinc priscorum quidam mythice dixerunt, Homerum esse Μέλητος ποταμοῦ υἱὸν, occasione sumta ex A, 249, per allusionem ad μέλι καὶ ῥέειν. Nam nemo inter scriptores melior Homero, testibus omnibus antiquis candide judicantibus. Cæterum ex hac descriptione Nestoris, quod fuerit eloquens et prudens, sumta est definitio rhetorices, quod sit φρόνησις περὶ λόγους. Ibidem dicitur, quod jam duas hominum generationes supervixerit, et nunc tertiæ præesset: nam una γενεὰ facit annos triginta. Primis enim triginta annis præterlapsis homo fit perfectus, et desinit quasi nasci: deinde post annos triginta alii solent præesse rebus, et alii circa nos versari ac ante tot annos. Ergo transierat jam annos sexaginta, nunc septuagenarius et supra. Cæterum valde φιλοβασιλεὺς, hinc et regi gratissimus. Hinc et ὁ ὄνειρος missus regi, fingitur similem se fecisse Nestori, B, 20, seqq. ibique dicitur Νηλήϊος υἱὸς, a patre suo Neleo. nec non Πυληγενὴς βασιλεὺς, 54, in Pylo natus et regnans. adloquitur Græcos, 336, seqq. valde peritus rei tacticæ, 555, 554. decem ejus similes sufficere sibi dicit Agamemnon ad bellum bene finiendum, 371, seqq. conf. γέρων, et δέκα in A. Quia senior reliquis omnibus, hinc primus in convivio, ex more Laconico prisco, 405. Consulit regi, 433, seqq. Manu raro pugnans, pugnat consilio, et adhortatione auctoritatis plena: et id spectavit rex voto suo paullo ante producto. Hinc ejus artem instruendæ aciei, et cohortationem imperatoriam narrat Homerus præ aliis, Δ, 293, seqq. ubi simul apparet, habuisse eum quinque ὑποστρατήγους bonos, præpositos copiis suis satis amplis. Sapienter fert senectutem, 318, seqq. Antilochus erat egregius μεγαθύμου Νέστορος υἱὸς, E, 565. sic, ἀγανοῦ, Σ, 16. ὑπερθύμοιο ἄνακτος, Ψ, 302. ibique, 304, seqq. pater instruit filium in certamine equestri, et 541, μεγαθύμου, ubi id additum non abundat, sed innuit patris animosi et diserti animosum disertumque filium. Hortatur pugnantes, Z, 66, seqq. narrat de se H, 123, seqq. K, 654—802. Consulit, H, 170—181. Pæne periisset in prœlio οὖρος Ἀχαιῶν, Θ, 80—151. et 192, ἀσπίδα Νεστορέην, quæ valde celebris erat et apud hostes: et ibi optant hostes, ut Nestorem possint interficere. Ergo magnum momentum in isto sene sapiente esse sentiunt hostes. Dat consilium plenius post Diomeden, I, 52—78. quod laudatur egregie, 93—125. Molliter cubat, ut grandævus, K, 75. sed Diomedes junior durius, 150—156. Et senex statim evigilat, audito levi strepitu, 80. et 139: sed juvenis tardius; exsilit tamen strenue, expergefactus, 158. En quam accurate, et ætatibus convenienter, poëta pinxerit. conf. I, 656—658. ὦ Νέστορ Νηληϊάδη, μέγα κῦδος Ἀχαιῶν, K, 87, 555. Acceptus erat regi, sicut Ulysses maxime plebi. Νέστορα μέγαν, Λ, 501. et 626, accipit sapientiæ causa præmium, pulcram Ἑκαμήδην, principis Tenedii filiam, bello captam. Colloquitur cum rege, Ξ, 39—65. Precatur, οὖρος Ἀχαιῶν, O, 370—378. alloquitur pugnantes, 659—667. P, 382, 383. Νέστορος υἷας κυδαλίμοιο, T, 238. Donatur ob sapientiam iterum, Ψ, 616—650, ibique narrat ipse partem historiæ suæ. εἴρεο Νέστορα δῖον, α, 284, et vide, per hoc unum epitheton magis honoratur Nestor a poëta, quam Menelaus, qui ξανθὸς tantummodo audit, 285. Celebrat sacrificium publicum, γ, 5—9, et quia novem primariæ urbes sub imperio ejus, hinc novem ἕδραι in sacro. Telemachus eo tempore ad eum venit, γ, 17, seqq. Minerva precatur ei κῦδος perpetuum: nam inerant ei summa omnia, πλοῦτος, χρόνου μῆκος, εὐπαιδία, μεγάλων πράξεων εὐτυχία, φρόνησις, ἀκμὴ λόγου, γ, 57. Adloquitur Nestor suos hospites, 68, seqq. Telemachus respondet, 79, seqq. Nestor narrat, 102—328. laudatur ob justitiam, prudentiam, longævum imperium, quo deo quodammodo est similis, utpote cujus imperium est maxime perdurans, γ, 244—246. reditus ejus a Troja, 165, seqq. ubi reliquit regem, quia videbat multa Græcorum peccata, et deos iratos: et sic celeritate multa effugit mala. Filii ejus reliqui, γ, 412—415. et uxor, 403, 451, seqq. et filia, 464, s. sacrificium ejus novum, 405, seqq. Est Nestor exemplum hominis valde felicis, δ, 207—211. Parentes ejus et fratres, λ, 280—296. Est orator, λ, 511. Pastor populi, ο, 151. ρ, 109. ἀνὴρ παλαιά τε πολλά τε εἰδὼς, ω, 51—57. De poculo ejus vide δέπας in A. Cæterum in votis habebat, πίνειν, καὶ παίζειν, καὶ τὰ δίκαια φρονεῖν. Adjectivum est Νεστόρεος, ία, εον, B, 54. et patronymicum Νεστορίδης, ου. ὁ. O, 589. Π, 317—327. γ, 36. ο, 6, coll. 4.

Νήϊον, ου. τό. Promontorium Ithacæ, pars montis magni τοῦ Νηρίτου, quem confer. Hinc ipsa insula vocabatur Ὑπονήϊος, quasi subjacens huic monti, parte montis posita pro toto. Portus huic promontorio adjacens, est τὸ Ῥεῖθρον. α, 186. Cæterum nomen est ab ἡ νηῦς, unde est νήϊος, ὁ ἡ. quia multæ ad naves faciendas aptæ arbores ibi. Vide sub Ἰθάκη, et in A. sub νήϊος.

Νηΐς, ίδος. ἡ. αἱ Νηΐδες δαιμόνιά εἰσι, προϊστάμενα γλυκέων ναμάτων, ὡς αἱ Νηρηΐδες τῆς θαλάσσης. Dicitur et Ναΐς, et Ναϊὰς, et Νηϊάς. Νηῒς Ἀβαρβαρέη, Z, 22. Νύμφη Νηῒς ἀμύμων, Ξ, 444, quibus locis hæ nymphæ narrantur pastoribus principibus cohabitasse et peperisse filios. Sic et Υ, 384. ἄντρον ἱρὸν νυμφάων. αἳ Νηϊάδες καλέονται, ν, 104, 348. In Iliade ergo sunt puellæ nobiles ruri habitantes; in Odyssea autem aquæ dulces, et causæ fertilitatis,

sub hoc nomine. Vide in A. sub ΝΕ'Ω, et νάω.

Νηλεὺς, ἱως. ὁ. Pater Nestoris, rex Pyli, filius Crethei et pulcræ Τυροῦς. Ortus ejus describitur λ, 234—258, nam pater ejus dicebatur fuisse Neptunus: sed Cretheus, princeps Ἰωλκοῦ in Thessalia, duxerat deinde τὴν Τυρῶ. Post mortem patris pulsus regno est a fratre suo Πελίᾳ, cum quo et bellum gesserat: errans excipitur a Messeniis, et donatur parte agri, ubi Pylum condidit, postquam formosam Χλῶριν ibi duxerat, λ, 280—286. Habuit filios duodecim, Λ, 691, 692. sine dubio ex pluribus uxoribus: nam poëta, λ, 285, tres tantum nominat, pulcræ Chloridis filios: et filia ejus erat ἡ Πηρὼ, λ, 286—296. Αὐξηθεὶς ὁ Νηλεὺς, ἀπῄτει τὸν τοῦ Δηϊονέως υἱὸν Ἴφικλον (conf. Τυρὼ) τὰ τῆς μητρὸς Τυροῦς, ὅσα φθάσας ἐκεῖνος ἐνοσφίσατο, ἐν οἷς ἦσαν καὶ καλόν τι χρῆμα βόες: τοῦ δὲ μὴ ἀποδιδόντος, ἀμυνόμενος ὁ Νηλεὺς ἐκεῖνον, ὑπίσχετο τὸν γάμον τῆς θυγατρὸς Πηροῦς, ἣν ἀπὸ τῆς Χλωρίδος ἔσχε, τῷ ἀνασωσομένῳ ἐκ τοῦ Ἰφίκλου τὰ τῆς Τυροῦς: Μελάμπους δὲ, πειραθεὶς ἀπελάσαι τὰς βοῦς, ἵνα τῷ ἀδελφῷ Βίαντι τὸν τῆς Πηροῦς καταπράξηται γάμον, ἠγρεύθη: καὶ περὶ παιδοποιΐας μαντευσάμενος τῷ Ἰφίκλῳ (ἦν γὰρ ἄπαις) καὶ ἐπιτυχὼν, ἀπελύθη, λαβὼν καὶ τὰς τῇ Τυροῖ ὀφειλομένας βόας: καὶ οὕτω περιεποιήσατο τὸν ἐκείνης γάμον τῷ ἀδελφῷ, ἐξ ὧν ὕστερον οἱ Βιαντίδαι. Iphiclus autem, Deionei filius, imperabat ἐν Φυλάκῃ, καὶ ὁ Δηϊονεὺς fuerat frater Salmonei. Hanc historiam tangit poëta λ, 286—296. Invitus tamen Neleus dedit pulcram filiam suam Bianti, et pugna coactus. Hinc postea Melampus fugit ex Pylo, ut tutus esset a rege. Præterea historia Nelei tangitur Λ, 681—759. Ψ, 303. γ, 4, 409. ο, 226—239. Patronymicum et possessivum est Νηλήϊος, B, 20. Λ, 596, Νηλήϊαι ἵπποι, quas ex grege Nelei per traducem habebat: nam senex Nestor non potuit easdem habere, quas Neleus habuerat. et 681, Νηλήϊον Πύλον, quam urbem Neleus condiderat. Ψ, 349, 514. δ, 639. et Νηληϊάδης, Θ, 100, i. e. Nestoris. K, 89. O, 378. Ψ, 303, 652. γ, 79.

Νημερτὴς, ἑος. ἡ. Nereidum una. Σ, 46, sic dicta, quia aqua est verum et antiquissimum principium omnium.

Νηρεὺς, ἑως. ὁ. Nereus, deus maris. γέρων ἅλιος, Σ, 141. Ejus uxor ἡ Δωρὶς, ἴδος. Vide sub νάω in A.

Νηρηΐδες, αἱ. Filiæ Nerei, deæ maris. Earum nomina sunt ex natura maris et aquarum, Σ, 38—49. 52—145. ἅλιαι θεαὶ, ἀθάναται, Ω, 84. ω, 47—64. Communiter dicuntur Νηρεΐδες: et nota, quas Nereus ex legitima conjuge Doride habuit, dicuntur in specie θυγατέρες Νηρέος: quas vero ex aliis fœminis, in genere Νηρεΐδες vel Νηρηΐδες.

Νήρικος, ου. ἡ. et τὸ Νήρικον. Est insula, postea dicta ἡ Λευκὰς, άδος, ἡ, a fratre Penelopes, filio Icarii, Λευκαδίῳ. Olim fuerat peninsula: sed Corinthii, perfodientes Isthmum, insulam fecere. ω, 376.

Νήριτος, ου. ὁ. frater τοῦ Ἰθάκου. ρ, 207. Ab eo τὸ Νήριτον, ὄρος μέγα in Ithaca, nomen habet, cujus pars in ora maris est τὸ Νήϊον. Νήριτον εἰνοσίφυλλον, B, 632. ἀριπρεπὲς, ι, 21, 22. καταειμένον ὕλῃ, ν, 351. Nomen est, quasi ἀνέριστος, unde, abjecto Sigma et priori Alpha, fit Νήριτος pro Νήριστος, de quo litigari non potest, ubi contentio non est. conf. Νήϊον.

Νησαίη, ης. ἡ. Una Nereidum. Σ, 40, sic dicta ab insulis in mari.

Νιόβη, ης. ἡ. Filia vel neptis Tantali, uxor Ἀμφίονος, regis Thebarum. Alii historiam ejus, quæ tangitur Ω, 602—617, Thebis Bœoticis, alii in Lycia, ubi Tantalus erat rex, accidisse ferunt. Liberi ejus casu subito extincti sunt; ipsa nimio luctu usum rationis amisit, καὶ μετέπεσεν εἰς ἀναισθησίαν καὶ ἠλιθιότητα: hinc fabula orta. Fortasse et οἱ περίοικοι cacumen aliquod petrosi montis Sipyli ex nomine Niobes appellarunt, quia procul figuram fœminæ ostendebat. Elegans epigramma iambicum Agathiæ in Niobis sepulcro, respiciens ad ἀπολίθωσιν ejus: ὁ τύμβος οὗτος ἔνδον οὐ ἔχει νέκυν, ὁ νεκρὸς οὗτος ἐκτὸς οὐκ ἔχει τάφον, ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ νεκρός ἐστι καὶ τάφος. vide et Ovid. Metam. VI, 146—312. Cæterum Priamus apte narrat fabulam de Niobe, quia et ipse multos filios amiserat per deæ filium Achillem. Vide sub λίθος in A.

Νιρεὺς, ἑως. ὁ. princeps insulæ Σύμης, pulcerrimus, sed ἄναλκις. B, 671, seqq.

Νῖσα, ης. ἡ. Urbs Bœotiæ celebris, ubi ἱερὸν Διονύσου ἐπιφανές. B, 508.

Νῖσος, ου. ὁ. nobilis Dulichius, pater Amphinomi proci. π, 395. σ, 126.

Νίσυρος, ου. ἡ. Insula ex numero Cycladum, ex qua οἶνος ἀγαθὸς Νισύριος exportabatur. B, 676.

Νοήμων, ονος. ὁ. nobilis Lycius, E, 678. Alius, nobilis Pylius, Ψ, 612. Tertius, nobilis Ithacensis, prudenter ad futura se parans, et officio boni viri erga filium regis sui fungens, β, 386, seqq. δ, 630.

Νομίων, ονος. ὁ. Princeps Cariæ, B, 871.

Νότος, ου. ὁ. Auster. ι, 295, 331. conf. Βορέας, et in A. νότος, ὤθω, et κυλίνδω.

Νύμφη, ης. ἡ. Proprie est, puella nubilis juvencula. Deinde est, recens nupta. Est et ὄνομα συγγενικὸν, nurus. Apud poëtas nymphæ sunt numina quædam fœminea læta et pulcra, qualia sunt αἱ Νηΐδες, Ἀμαδρυάδες, Ὀρεστιάδες, Ἀμαμηλίδες, Λειμωνιάδες, etc. Physice vero notant vim terræ, semina resolventem et procrescere facientem, νέον φαίνεσθαι αὐτὰ ποιοῦσα. Nam νύμφη est quasi νέμφη, a νέον φαίνειν, æolice mutato ε in υ, et extruso ι.

In genere autem poëtæ nymphas appellant omnes puellas nobiles, quarum vera nomina vel ignorant vel dissimulant; a gratia illa insigni, quæ puellis primum nubilibus inest. Physicæ vero illæ nymphæ dicuntur θυγατέρες Διὸς, i. e. ἀέρος καὶ αἰθέρος, διὰ τὴν ἄνωθεν ἐπομένην αὐταῖς ὑγρότητα καὶ θερμότητα. Et quemadmodum Proserpina κατ' ἐξοχὴν vocatur ἡ κόρη: sic hæ vires naturales terræ vocantur κατ' ἐξοχὴν νύμφαι, nomine petito ab humanis puellis, quæ, et post partum unum vel alterum, hoc tamen nomen tenent, διὰ τὸ νεάζειν, ὅτε τὸ τῆς ἡλικίας ἔαρ αὐταῖς ἐπανθεῖ. Νύμφαι Ὀρεστιάδες, κοῦραι Διὸς, Z, 420, quæ πτελέας ἐφύτευσαν circa tumulum Ἠετίωνος. sunt ergo φυσικαὶ καὶ φυτικαὶ δυνάμεις, διοικοῦσαι τὰ φυόμενα ἐκ γῆς καὶ εἰς αὔξην προκαλούμεναι, καὶ ἀδρίνουσαι δι' ὑγρότητος καὶ θερμότητος τὰ ἐν ὄρεσι καὶ ἄγρια. Nam omnes tales crescere facientes vires terræ, dicuntur νύμφαι, et capiunt nomen a loco vel a re, ut dicantur Λειμωνιάδες, Μηλεΐδες, Ὀρεστιάδες, etc. sed, νύμφη Νηῒς ἀμύμων τέκε τὸν, Z, 21. Ξ, 444. Υ, 384, ubi patet, de θνητῷ προσώπῳ sermonem esse, maxime quum ἀμύμων, hominibus nobilibus tribui solitum, additur. Νυμφάων, αἳ ἄλσεα καλὰ, καὶ πηγὰς καὶ πίσεα— Υ, 8, 9, ubi sunt αἱ περὶ γῆν φυσικαὶ δυνάμεις, ἃς ἡ τοῦ ὕδατος ὑγρότης ἀποτελεῖ. καλλισφύρου εἵνεκα νύμφης, I, 556, ubi pulcra et περιμάχητος recens nupta Marpissa sic dicitur. θεάων εὐνὰς νυμφάων αἵτε ἀμφὶ Ἀχελώϊον, Ω, 615, 616, ubi Ἀχελῷος non est præcise nomen proprium, sed appellativum omnis aquæ dulcis, unde omnes νηΐδες, i. e. omnes humores terræ fructificantes, dicuntur νύμφαι Ἀχελωΐδες. Hæ h. l. tripudiant circa fluvium, et εὐνάζονται κατὰ τὴν ἐν Σιπύλῳ διατριβήν. νύμφη πότνια Καλυψὼ, δῖα θεάων, α, 14, 71, 86. δ, 557. ε, 6, 14, 30, 153. κ, 543. ρ, 143. νύμφην αὐτὴν κατελείπομεν νέην, λ, 446, 447, ubi sermo de Penelope, recens et ante sesquiannum fere maritata quum Ulysses proficisceretur ad Trojam. νύμφαι κοῦραι Διὸς ἀγρονόμοι παίζουσι ἅμα Ἀρτέμιδι, ζ, 105, et 122—124, κουράων νυμφάων, αἳ ἔχουσι ὀρέων κάρηνα καὶ πηγὰς καὶ πείσεα, ubi mythice sunt semideæ, physice vero αἱ περὶ γῆν φυσικαὶ δυνάμεις αἱ τῶν φυτῶν αὐξητικαί. Et dicuntur ludere cum Diana, i. e. nox multum confert ad humectandam terram: nec non, filiæ Jovis, quia ipsæ sunt τὸ θρεπτικὸν ἐν φυτοῖς καὶ γόνιμον, quod ex aëre inditur terræ: et κοῦραι, puellæ vegetæ, διὰ τὸ ἀεὶ νεάζειν κατὰ φύσιν καὶ μὴ γηρᾷν. sic et ι, 154, nam Ζεὺς, i. e. ἀέρος τὸ εὔκρατον, præcipue autem tempestive pluvius Jupiter, sustentat has vires terræ. νύμφαι τέσσαρες ministrant Circæ, κ, 348—351, ubi ortus earum ex aquis describitur. νύμφαι τε ἠΐθεοί τε, *jungfern, mannbare junge schöne mägdchen, und junggesellen, (virgins, young beautiful marriageable maidens, and young men,)* λ, 38. θεαὶ, νύμφαι εὐπλόκαμοι, μ, 131. et 318, νυμφέων (νυμφῶν) καλοὶ χοροὶ, sc. τῶν νηϊάδων. ἄντρον ἱρὸν νυμφάων, αἳ Νηϊάδες καλέονται, ν, 104, ubi apte κρητῆρες adduntur, nam notant hæ nymphæ aquas fœcundas. et 107, νύμφαι φάρεα ὑφαίνουσι, h. e. fertilitas terræ vestit etiam nos: vel, poëta docet, texendum esse fœminis, quum et deæ texant. et 347. et 350, ἔρδεσκες νύμφαις ἑκατόμβας. et 355, seqq. νύμφαις ἠρήσατο. τὴν μὲν ἴαν νύμφαις, ξ, 435, ubi iis dat partem de assato sue, ἵνα γῆθεν ἀναδιδοῖεν τροφὰς τοῖς ζώοις, utpote quas fingit ἐπιστατούσας κρήναις καὶ ἄλσεσιν. βωμὸν νυμφάων, ρ, 210. et 239, εὔξατο νύμφαις: nam mos fuit, erigere aras nymphis, maxime ταῖς Νηΐσι. Ἀμφικτύων, rex Athenarum, erexerat aram Διονύσῳ, et prope aliam nymphis; monens, vinum aqua esse temperandum. Præterea mactabantur iis ἄρνες καὶ ἔριφοι, ὡς θαλεραῖς νεαρά. Quia νύμφη nubilem puellam notat, et in specie sponsam: hinc est ὁ νυμφίος, et ὁ παράνυμφος ἢ παρανυμφίος, assistens sponso, qui proprie est ὁ συναπάγων τῷ νυμφίῳ τὴν νύμφην, qui comitatur sponsum in deducenda domum sponsa, idque ἢ πεζῇ, ἢ ἐφ' ἅρματι, sicut Athenis mos erat, ubi idem vocabatur ὁ πάροχος, διὰ τὸ μόνος αὐτὸς συναναβαίνειν, καὶ ὀχουμένῳ τῷ νυμφίῳ (vecto in curru sponso) παροχεῖσθαι, una vehi. τὸ νυμφεῖον est locus ubi sunt οἱ νυμφίοι, ἢ καὶ νυμφίος καὶ νύμφη. ὁ νυμφαγωγὸς, ὁ τὴν νύμφην ἄγων ἐκ τῆς πατρικῆς οἰκίας τῷ νυμφίῳ. confer νύμφη in A. νυμφαῖοι μύρμηκες dicuntur οἱ πτερωτοὶ, *geflügelte ameisen, (winged ants:)* et σκώληκες ἐν κήποις νυμφαῖοι, *regenwürmer, (earth-worms.)* Vide in A. sub κρήνη, κόρη, et ἀμύμων, prope medium.

Νυσσήϊον, ου. τό. Mons Thraciæ, qui et ἡ Νύσσα dicitur. Z, 133. Alibi notat διατριβήν τινα Διονύσου.

Ξ

ΞΑ'ΝΘΟΣ, ου. ὁ. Fluvius Lyciæ majoris, etiam Troadis: dictus, quia pingues facit agros adjacentes, et per consequens ξανθὴν τὴν Δήμητραν, quia flavum triticum gignit. Maximam partem erat χείμαῤῥος: hinc et in specie dicitur υἱὸς Διὸς, i. e. ὁ ἐξ ἀέρος ὄμβροις πλήθων, καὶ ὡς ἀληθῶς διϊπετής. Hinc et æstatis aut siccitatis tempore ipse maximam partem erat siccus: quod poëtice dicitur incendi a Vulcano. De Lycio Xantho est B, 877, Ξάνθου ἀπὸ δινήεντος. et E, 479, ἐπὶ δινήεντι. et M, 213, Ξάνθοιο παρὰ ὄχθας: de Troico vero Z, 4, μεσσηγὺς Σιμόεντος

καὶ Ξάνθοιο ῥοάων. πόρον ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο, Ξάνθου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεὺς, Ξ, 434. Φ, 2. Ω, 693. ὁ δαιμόνιος τοῦ ὕδατος ἐκείνου ταμίας, οὗπερ οἷόν τι σῶμα ὁ ῥόος, adest Trojanis, utpote ἐγχώριος, Υ, 38—40. et 73, 74, μέγας ποταμὸς βαθυδίνης, ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες τε Σκάμανδρον: ubi μέγας dicitur, non ut fluvius, sed ut numen: nam cuilibet perenni fluvio præficitur a poëtis deus, quasi ταμίας τοῦ ῥεύματος. Et ibi pugnat cum Vulcano, i. e. cum æstu, qui eum extenuat: et is æstus eo tempore erat pro Græcis contra Trojanos, ad minuendas aquas. ἐς ποταμὸν εἰλεῦντο βαθύῤῥοον ἀργυροδίνην, Φ, 8. et 15, βαθυδινήεντος. et 145, μένος οἱ ἐν φρεσὶ θῆκε Ξάνθος. 212—223, ubi loquitur cum Achille: h. e. Achilles periclitabatur in fluvio, nimis incaute pervadere eum tentans, coll. 233—283. et 291—329. Deinde incenditur a Vulcano, i. e. θερινὴν θερμότητα πάσχει, et quidem per aliquot dies vel quibusdam locis: quod poëta κατὰ ποιητικὴν μεγαλοφωνίαν ἐκφράζει, et exaggerat, et in unum diem confert. 331, seqq. Et tota hæc Φ rhapsodia inscribitur ἡ παραποτάμιος μάχη. Deinde fuit et nomen nobilis Trojani, Ε, 152. Imo et equorum nomen est. Nam Achillis equus alter vocabatur Ξάνθος, Π, 149—154. Τ, 400—420, ubi iste equus Xanthus vaticinatur. Etiam unus equorum Hectoris hoc nomine fuit, Θ, 185. Et sunt dicti a rufo pilorum colore. Cæterum nomen proprium retrahit accentum.

O

'ΟΓΧΗΣΤΟ'Σ, οῦ. ἡ. Urbs Bœotica, Neptuno sacra, cujus ibi celeber lucus. Β, 506.

'Οδίος, ου. ὁ. Dux 'Αλιζώνων, quos confer. Β, 856. Ε, 39, is primus fugam capessebat turpiter, et primus est cæsus. Alius erat præco Græcus, Ι, 170.

'Οδυσσεὺς et 'Οδυσεὺς, έως. ὁ. celeberrimus rex Ithacæ et circumjacentium insularum et partis Epiri. Genealogia ejus paterna est hæc: Ζεὺς ἐκ τῆς Εὐρυοδίας genuit τὸν 'Αρκείσιον: iste ἐκ Χαλκομεδούσης, τὸν Λαέρτην: iste ἐξ 'Αντικλείας τὸν 'Οδυσσέα: materna vero hæc: Mercurius genuit ἐκ νύμφης Τηλαύγης τὸν Αὐτόλυκον, regem in parte Thessaliæ, qui ἐξ 'Αμφιθέης genuit matrem Ulyssis τὴν 'Αντίκλειαν. Alii tamen, verius fortasse, tradunt, avum Arcesii fuisse τὸν Κέφαλον, ἄνδρα τῆς Πρόκριδος. Ex Circe Ulysses habuisse dicitur filios duos, Ἄγριον καὶ Λατῖνον, ex Calypsone autem unum, τὸν Τηλέγονον vel Τηλέδαμον. Post reditum suum dicitur ex uxore sua Penelope suscepisse filium alterum, τὸν 'Αρκεσίλαον. Plures etiam ex pellicibus habuisse traditur liberos. Quæ Homerus de genealogia ejus novit, maximam partem exstant τ, 117—120. Λατῖνος videtur idem esse qui ὁ Αὔσων. Nomen 'Οδυσσεὺς ab avo materno ei est inditum, in memoriam odii, quo iste avus apud vicinos omnes flagrabat, τ, 403—412, coll. 275. Ipse erat φιλογύναιος, uxorem, et in genere fœminas, amans, et hinc etiam γυναικοφιλὴς, a fœminis amatus: a Circe et Calypsone ἐρωτικῶς, a Minerva et Leucothea κηδεμονικῶς, ab Helena et Nausicaa egregie dilectus, a qua postrema etiam summum accepit beneficium. Vir consultissimus, ingeniosissimus, eloquens, valde formosus, fortis, et qui se ad omnium mores poterat componere, quibuscumque una esset, eosque laudare, sicut de Alcibiade tradunt prisci, in iisque Athenæus. Nominis ratio cum duplici Sigma est a præsenti ὀδύσσω, i. e. ὀργίζομαι: cum simplici Sigma vero ab ejusdem verbi futuro, ὀδύσω: cave ergo audias, qui per spiritum asperum scribi malunt, quasi insit ὁδὸς et ὕειν, finguntque, matrem ejus prægnantem peperisse hunc filium in itinere, et sub magna pluvia. Inter præstantissimos duces semper in Iliade numeratur. Habuit γέρας, pulcram fœminam, quam tamen poëta non appellat, Α, 138. et 311, ἀρχὸς, πολύμητις 'Οδυσσεὺς, reduxit Chrysidem in patriam, coll. 430—447. Minerva frequenter cum eo versatur, i. e. est valde prudens et cogitans et consilii plenus, Β, 166—182, et ἀτάλαντος Διῒ μῆτιν dicitur. Διογενὴς Λαερτιάδης πολυμήχανος quam sæpissime appellatur, e. c. Β, 173, et vocatur διογενὴς et δῖος, non solum διὰ τὸ ἀρχικὸν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν σύνεσιν. specimen sapientiæ ejus est, cum Græci a Troja fugere vellent, Β, 153—401. εἶχεν οὖν φρόνησιν ἔμπρακτον, καὶ μετὰ τοῦ λόγου καὶ τὸ πρακτικόν. μυρία 'Οδυσσεὺς ἐσθλὰ ἔοργε, Β, 273, bonus ergo consiliator, bonus bellator. et 278, πτολιπόρθος, ubi poëta eum ab eventu, ob captam suo consilio Trojam, sic appellat. Ejus δημηγορία ποικίλη καὶ πολυειδὴς τοῖς ἤθεσιν, ἀπαλωτέρα δὲ et multitudini grata, Β, 284—332. Nestor autem erat vehementior, et elatior et regalior quasi, in alloquendo populum, 336—368, et Nestor corrigit nonnunquam dicta Ulyssis; et est major orator. Videmus ibi, ὡς τὸ αὐτὸ νόημα οὕτω μὲν ῥηθὲν οὐ πάνυ καλὸν ἔσται, οὕτω δὲ λεχθὲν ἔσται ἄριστον. Inter principes ἀριστῆας Παναχαιῶν est in convivio regio, et ibi postremus quidem appellatur, sed honoris causa: nam Nestor unum quasi cornu tenebat, Ulysses alterum, reliquis in medio positis; sicut ἐν ναυστάθμῳ (castris) ἐν μὲν ἄκρον Αἴας εἶχε, θάτερον δὲ 'Αχιλλεὺς, Β, 404—407. et 631—637, enumerantur, quos et quot duxe-

rit ad Trojam. Subditi ergo ejus οἱ Κεφαλλῆνες, in diversis insulis habitantes. Antea tenuerant eas insulas οἱ Τηλεβόαι, donec Κέφαλος, τῷ 'Αμφιτρύωνι ἐκ Θηβῶν συστρατευσάμενος διὰ τὴν 'Αλκμήνην κατὰ Τηλεβοῶν, has insulas ab Amphitryone subactas dono accepit. Ejus duodecim naves μιλτοπάρῃοι stabant in medio castrorum, et eo colore erant ἐπίσημοι, quia in eam regionem conveniebatur ex castris εἰς τὴν κοινὴν ἀγορήν. Ergo id epitheton 637 non frustra positum. Forma ejus describitur et animus, Γ, 191—202, eratque simul adjutor generalis Agamemnoni imperatori. Laudatur ab Agenore, et legatio ejus describitur, Γ, 203—224, cum ex Tenedo, initio belli, missus esset cum Menelao Trojam, ad repetendam Helenam et reliquam satisfactionem. Sed Trojani, prætexentes raptum Medeæ a Græcis factum, noluerant pacisci; de quo narrat Herodorus. conf. Λ, 140. In acie stat prope Athenienses, ob prudentiam regis Attici, Δ, 329, seqq. nam similis simili gaudet. Accusatur paullo durius a rege, et respondet paullo iracundius, utpote et πρεσβύτερος καὶ φρονιμώτερος Diomede, Δ, 339—364. Nam rex, acuendæ attentionis causa, sic locutus fuerat, et ut re vera ignaviores eo durius increpare posset: Ulyssi autem similes, norunt et ipsi, se magni æstimare. Pugnat, Δ, 494, seqq. Z, 30. Est unus ex novem ἀρίστοις post Achillem, H, 168. πολυμήχανος, Θ, 93, erat enim πύκτης, παλαιστής, δισκεύειν εἰδώς, τόξῳ ἀριστεύειν, καὶ ἀκοντίζειν ὅσον οὐκ ἄλλος τις ὀϊστῷ: καὶ γεωργὸς, κυβερνήτης, τέκτων, ναυπηγὸς, κυνηγὸς, μάντις, μάγειρος, ἰατρὸς, ῥήτωρ, ἀστρονόμος, βασιλεύς. Dicitur et sæpe πολύτλας δῖος, Θ, 67, ob multa adversa, quæ sapienter tulit. Et l. c. fugit in prœlio prudenter. Ejus naves stant in mediis castris, 222, nam prudentia est quasi cor exercitus. Legatur ad Achillem, ut ei amicissimus, I, 169. et oratio ejus est 223—306. et 669, ὦ πολύαινε 'Οδυσεῦ, μέγα κῦδος 'Αχαιῶν, quæ verba sæpius occurrunt. Mittitur cum Diomede speculator nocturnus, K, 137, 148. et loquitur ibi symbolice, dum clypeum sumit; conf. σάκος in A. sic, Ephesiis aliquando tumultuantibus ob pecuniarum inopiam, 'Ηράκλειτος εἰς ἐκκλησίαν παρελθὼν, καὶ ἐπιπάσας κύλικι ἄλφιτα, ἐξέπιε τὸν κυκεῶνα, σιωπῶσαν παραίνεσιν ἐκθεὶς, καὶ διδάξας, ὡς δεῖ ζηλοῦν τὴν αὐτάρκειαν. πλήμων, 231. δῖος, 243—247, ubi magnopere a Diomede laudatur ὡς φρονιμώτερος ἄλλων, μάλιστα φρόνησιν ἔμπρακτον ἔχων, καὶ ὡς θεοφιλὴς, a diis amatus. Ulyssi erat ibi Diomedes quasi χεὶρ δραστικωτάτη, Diomedi vero Ulysses λόγος ἔμπρακτος, *die practische vernunft, (practical reason.)* 'Επ' 'Οδυσσῆος μεγακήτεϊ νηῒ μελαίνῃ, in medio ναυστάθμῳ, Λ, 5, 6, 805—807, ubi humana et divina, ἐν ἀγορῇ καὶ βωμοῖς, peragebantur. resistit fugientibus suis, 312—327. Est in periculo solus, δουρικλυτὸς, Λ, 401—488, quo loco plura epitheta, ταλασίφρων, Διῒ φίλος, ἐσθλὸς καὶ μάλα ποθεινὸς 'Αχαιοῖς, δαΐφρων, πολύαινος, δόλων ἆτος ἠδὲ πόνου, quæ posteriora verba possent habere εἰρωνείαν, conf. αἶνος et πολύαινος in A. serio tamen dicta, et ut laus ab hoste, debent intelligi. Increpat regem, Ξ, 82—105, ubi loquitur Agamemnoni παρρησιαστικὰ καὶ γενναῖα καὶ στρατηγικά. Etiam vulneratus imperat, 380, coll. Λ, 660, 459, 437. Π, 26. Τ, 48, 49. suadet Achilli prudenter et militariter, Τ, 154—172, ut prius sinat milites refici cibo. Id Plato in legibus laudat, et Lacedæmonii πίνοντες ὡπλίζοντο. et 215—237, ubi porro idem suadet, et se ipse modice laudat. Luctatur cum Ajace, Ψ, 709, 723, 725, et luctæ exitus fuit dubius, ita ut utrique par pretio præmium daretur. Sed dubiam fecerat victoriam arte aliqua, κέρδεα εἰδὼς καὶ δόλου οὐ ληθόμενος, 726. Certat cum Ajace Oilei cursu, 754—792, et vincit ope precum. In Odyssea ipse est persona primaria: et ea poësis est ἠθικωτέρα τῆς 'Ιλιάδος, γλυκυτέρα καὶ ἀφελεστέρα, ἤδη δὴ καὶ ὀξυτέρα (ingeniosior) διὰ τὰ, ἐν φαντασίᾳ ἐπιπολαίου ἀφελείας, βάθη τῶν νοημάτων: nam hæc est ὀξύτης ῥητορικὴ, acumen rhetoricum, νοημάτων βαθύτης ἐν ἐπιπολαζούσῃ ἁπλότητι. Incipit Odyssea non procul a fine errorum Ulyssis: reliqua per narrationes varias interseruntur: Totius autem recapitulatio brevis, ordine naturæ, est ψ, 306—341. Non nominatur Ulysses ab initio, sed describitur a rebus, quæ ei κατ' ἐξοχήν τινα competunt, multum errasse, multa vidisse, Trojam suo consilio cepisse, α, 1—3. Discessit quidem a Troja cum suis duodecim navibus, quæ habebant vectores in summa sexcentos: sed amisit apud Læstrigonas undecim naves cum omnibus vectoribus; ipsius unica nave salva, cui inerant socii quadraginta quatuor. κ, 132, coll. 123, 208. 203, 204. Hos saltem servare domum cupiebat, α, 5, sed et hi perierunt sua intemperantia. 7. μ, 391—419. coll. 298—365. 127—141. solus Ulysses servatus est sua prudentia et moderatione. Neptunum habuit acerrimum inimicum, i. e. valde infelix in navigando, α, 20, 68. est valde φιλόπατρις, nam, si minus ipsam patriam; fumum saltem ex ea surgentem procul conspicere vult, ante quam moriatur, α, 57—59. et laudatur a Jove ἐπὶ συνέσει καὶ εὐσεβείᾳ, 61, 65—67. nam si in peregrino solo fuit εὐσεβὴς, quanto magis in suo? Indicatur ergo, quod hæ duæ virtutes, σύνεσις καὶ εὐσέβεια μᾶλλον τῶν ἄλλων κοσμεῖ τὸν ἄνθρωπον, *verstand und tugend, (understanding and virtue:)* præterea, quod τὸ θεῖόν ἐστι ἐπιστρόφοι τῶν σπουδαίων ἀνδρῶν. Cæterum τῆς 'Οδυσσεία finis est ἡ μνηστηροκτονία: ad quam funda menta jacit poëta jam, α, 90, et 295, 296. Ex Λ, 401, seqq. vidimus, Ulyssem adversu trecentos aliquamdiu bene pugnasse: ergo et adversus centum μνηστῆρας, non sobrios, et inermes maximam partem, ipse armatus, nec solus, nec sine numine, et regia auctoritate terrente, potuit feliciter pugnare vir fortis et prudens, et sagittis veneno tinctis utens. Potuisset poëta alio modo procos cohibitos fingere; sed elegit difficillimum, ut ars poëtica magis appareret.

Mores ejus regii laudantur β, 46, 47. 71, 72. 230—234. Argumentum totius Odysseæ est β, 163—176. Abiens ad bellum, præfecerat Mentorem domui ἐπίτροπον sub Laërte sene, 225—227. Proci contemtim loquuntur de absente Ulysse, 246—251, nam hi ubique inducuntur ut summum supplicium jure meriti. Laudatur Ulysses ut λόγιος καὶ πρακτικὸς, 271, 272. 279. γ, 84—100. 120—122. 163, 219—222. Et Menelaus maxime eum desiderat, δ, 104—114. Helena narrat de eo, 240—258, quod pro transfuga ierit Trojam ut specularetur eam, et cum Helena conferret consilia. conf. φρένες in A. Laudatur a Menelao prudentia ejus, 267—288, ubi simul de equo ligneo narratur: in quo Ulysses fuit σημάντωρ. Mors procis prædicitur, 333—340. ρ, 124—131. δῶμα θεῖον βασιλῆες, δ, 621. flet in insula Calypsonis, desiderio patriæ. δ, 555 : 560. et 689—695. ubi ejus animus erga subditos. et 722—726, laudatur a Penelope, coll. 814—816. Cæterum 836, 837, somnium non vult indicare, an vivat Ulysses: nam est somnium ignorantis id Penelopes; et poësi quoque est utile, ignorare id omnes. Ἐκκλησία θεῶν de eo, ε, 5—42, ubi quæstio πῶς ventilatur: prædicitur deinde, quam dives sit domum rediturus: nam hic alter heros post Menelaum ex erroribus suis dives rediit. Flet, ε, 81—84. 151—158. Colloquitur cum Calypsone, dimittere eum volente, 160—192. 203—227. ædificat sibi navigium, 243—257. 269—277. erat ergo rei navalis, et astronomiæ, et gubernatoriæ artis, peritissimus. Facit tamen naufragium, 282—332, ubi simul, 309, 310. tangitur historia, quod mortuum Achillem exportaverit ex hostibus, Ajace protegente. Venerat quidem ad Scheriam ex australi parte, indiget tamen vento Borea, quia vis tempestatis jam eum ultra eam insulam prætervexerat, 385, coll. 398, Ὀδυσσῆ pro Ὀδυσῆϊ. Promiserat ei Calypso immortalitatem, η, 254—258, sed id neglexit, amore patriæ et conjugis legitimæ. Mentitur aperte, ut sapiens in tempore et loco solet, η, 303—306, coll. ζ, 258—299, et obtendit suum timorem et pudorem: et αἰσχύνην pluribus non explicat, de timore suo plura addit. Litigavit ad Trojam cum Achille in convivio Agamemnonis, an fortitudine an dolo Troja capi debeat, θ, 73—82, prius affirmaverat Achilles, posterius Ulysses: et rex gaudebat hac ἔριδι egregia, quia oraculum prædixerat, tunc captum iri Trojam, si primores Græciæ inter se de capienda ea contenderent. Vide Athenæum ad hunc locum. Ulysses flet, audiens cani sua facta, θ, 83—95. Est pulcer, 134—137. respondet libere, lacessenti eum frustra, 165—185, et re dicta firmat, 186—233, ubi simul ipse se laudat inter ignorantes eum: et rex eam laudem confirmat, 235—253. Quod fuerit λοχαγὸς (dux et imperator insidiantium) τῶν ἐντὸς τοῦ ἵππου δουρείου, est θ, 492—532. λ, 522—531. Indicat se regi, quis sit, ι, 19. usque ad μ, 450, et in his quatuor libris omnes suos narrat errores. Cum duodecim egregiis sociis intrat antrum Polyphemi; et ipsi quidem animus præsagit mala, ι, 213—215, anima enim sæpe prævidet futura obscure, sed sæpius homines eo non moventur ut caveant sibi. Nomen ejus prædictum fuerat Cyclopi; hinc magno consilio id mutavit in Οὖτιν, ι, 512, coll. 366. Indigne ὑβρισθεὶς irascitur vehementer, sed tamen placabiliter, κ, 436—448, nam ipse nihil minus quam θρασὺς καὶ ἀτάσθαλος. Κτιμένην, sororem ejus habuit Eurylochus, κ, 441. Mane a Circe profectus, venit cum sole occidente εἰς ᾅδου, ubi unam noctem fuit, et altero die revectus est ad Circen, κ, 541. μ, 3. Tiresias ei prædicit genus mortis, λ, 133, ad quem locum narrant recentiores, filium ejus ex Calypsone, Τηλέγονον, profectum fuisse ad visendum patrem: et quum is prædas ageret in Epiro cujus pars Ulyssi parebat, habuisse eum ἀντίπαλον patrem suum, ut ignorantes inter se concurrerent: Telegoni hastam fuisse ἡφαιστότευκτον, et hanc facile transactam esse per loricam Ulyssis: et id voluisse vaticinium de θανάτῳ ἔξω ἁλὸς, quasi λοξῶς vaticinatus sit Tiresias, ex mari venturum aliquem occisorem: quum alias et sensus esse possit, eum non in mari moriturum esse. conf. ἔξαλος in A. Vide et Philostratum in Vita Apoll. Lib. 6. c. 32, ibique Olearium. Laudatur a regina Phæacum, λ, 334—340. contendit cum Ajace de armis Achillis, 542—563, et vincit oratione prudenti, judicibus Trojanis captivis, præside Minerva: nam duces Græcorum amoliti fuerant a se invidiam hujus judicii. Laudat ipse se, μ, 211, quod sane licet, si res ipsa apparet. Aures sociorum obstruit cera, i. e. præceptis bonis: et ipse a suis vinciri vult, i. e. pudore eorum a voluptate abstinet, μ, 177—180. Solus nihil gustavit de bubus illis fatalibus, igitur et solus servatus, 397, seqq. Cæterum est imago ejus, quem deus servare vult: e. c. malus et carina fractæ navis se offerunt ei, μ, 422—425. apud Charybdim est arbor demissis ramis, 432—437. Scylla eum non conspicit, 445, etc. Ante narrationem jam acceperat dona a Phæacibus, θ, 389—420. post narrationem alia nova accipit, ν, 10—22. noctu reducitur in patriam, cupiens, ν, 28—35. et dormiens exponitur, cum donis acceptis, 78—95. 117—125. Hæc reductio ei a poëta data, valde est arti poëticæ accommoda: nam si vigilans accessisset ad Ithacam, multa aliter fuissent fingenda, et multa ex jam sequentibus omittenda. Laudatur a Minerva, i. e. a poëta, ν, 296—303. Dissimulabat se vestibus et reliquo corporis habitu, quin et artificio quodam superficiem suam in capite et brachiis ita occuluerat, ut seni et calvo esset similis, ν, 397—403. 429—438. Poëta omisit, convenienter poësi, narrare, qua ratione sibi jam in Scheria præparaverit Ulysses pellem aliquam tenuem, quam super inducere sibi et demere potuerit. Ratio hujus dissimulationis erat,

quia solus redibat in regnum suum, nec sciebat quomodo sui erga se essent adfecti, præsertim amissis omnibus sociis: et sciebat, quid accidisset Agamemnoni redeunti: sine dubio autem mox fidissimorum aliquibus se aperuit, ab iisque auxilium ad reliqua efficienda sumsit: quod poëta, utpote non historicus, omisit. Divitiæ ejus pecuariæ enumerantur, ξ, 96—108. Copiæ tamen servorum ejus nihil sunt ad copias recentiorum illustrium Romanorum, quorum singuli sæpe μυρίους ἢ δισμυρίους habuere servos. Personatus Ulysses jurat de reditu Ulyssis certo, ξ, 151—164. sic et de hoc certo futuro reditu, ο, 172—180, ubi Helena vaticinatur. et ρ, 154—163, ubi Theoclymenus. et υ, 229—239, ubi ipse personatus, ut expiscetur fidem suorum. Narrat, ut de alio, quæ Ulysses fecerit ad Trojam, ξ, 469—511, ut doceret servos, quid erga se facere deberent: quod et ii intellexerunt, et fictam ex tempore et prudenter narrationem laudaverunt. De matre ejus et patre, ο, 346—359. et sorore Κτιμένη, 362—366, et narrat hæc Eumæus. Figura et forma ejus, deposita persona, π, 172—212. Canis senex eum, utut personatum, agnoscit, ρ, 291—327. Et flet Ulysses, conspiciens id, non canis causa, sed quod canis eum agnoscat, sui non; et quod canis ipsum amet, sui multi non; et quod ex insperato hæc omnia sua videat. Patienter fert injurias procorum in domo sua, ρ, 462—506. υ, 299—302, 376—385, et id magnanimi alii sæpe sunt imitati. Sic et leones sæpe sinunt parva animalia insultare sibi. Lacedæmonii Ephori, quum Clazomeniorum legati sedes eorum turpassent ἀσβόλῳ, eaque res manifesta esset facta, loco ultionis præconem jusserunt pronuntiare: ἐξέστω Κλαζομενίοις ἀσχημονεῖν. Sero autumno rediit domum, quod ex frigore matutino et vespertino apparet, ρ, 572. Cupit servare Antinomum, σ, 124—156. Dat consilium filio de procis, τ, 4—13, qui versus quidem exstant et π, 283—294, sed hoc loco optime repetuntur, et magis splendent: hinc et ἀστερίσκῳ hic notati a priscis. Narrat de se, et fictum nomen ὁ Αἴθων sibi imponit, τ, 165—203, hinc aliquis, qui totum Ulyssem ab Homero fictum censebat, festive dixit, eum esse αὐτάδελφον τοῦ Αἴθωνος. In venatione olim vulneratus fuerat ab apro in femore, τ, 390—475, quæ cicatrix deinde inserviebat, ut certissime agnosci posset, coll. ω, 330. Cæterum priscis σπουδαῖον ἦν ἔργον τὸ κυνηγέσιον: nam erat meditatio bellicorum periculorum. Exibant ergo juniores in varias venationes, ut et ῥωμαλεώτεροι καὶ ὑγιεινότεροι, ἅμα τε καὶ πολεμικοὶ, fierent. Sub persona ejus deformata, tamen regii multum elucebat ex statura et motu et voce, υ, 194. Valde adolescens missus fuerat a patre et senatu populi Ithacensis publice legatus in Messeniam, διὰ ὑπερβολὴν συνέσεως, φ, 13—21. laudatur ab inimico, 91—95. indicat se duobus servis, et adulatur iis tempore necessario, 193—242. Ejus oratio ad procos mactandos, χ, 35—43. et 226—230, circumscribitur epitheton πτολίπορθος, coll. 283. Reditus ejus lætus suis, ψ, 54—57, 60, 61. natura pulcer, refectus ex miseria pristinam recipit pulcritudinem, 156—163. de sponda vel pede lecti ejus est ψ, 184—204. fugit postera aurora, post cæsos procos, in villam, armatus cum armatis, prævidens bellum civile, 359—372. Agamemnon et Menelaus in Ithacam profecti, vix tandem ei persuaserant, ut una ad Trojam iret, ω, 115—119. Etiam patrem personatus adiit, et finxit varia de se: idque facit, ut senex gradatim præparetur ad magnum gaudium, ne repentina lætitia enecetur, ω, 215—348. Fingit se 'Αλυβάντιον, qui viderit Ulyssem, et hospitio exceperit, et large donaverit; eumque mox affore. Hinc ortum proverbium de donis mendacibus: τὰ τοῦ ἐξ 'Αλύβαντος ξένου δῶρα. 'Οδυσεῦς est genitivus Doricus et Æolicus per crasin, ω, 397, pro 'Οδυσέος: sicut εο facit ευ. Ejus supremum certamen, quod secuta est pax, 495, seqq. Solæ ejus naves habebant proras rubras, hinc μιλτοπάρῃοι dictæ: reliquæ omnes ad Trojam κυανόπρωροι. Spectat terram accedente Penelope, ψ, 91, simulata modestia, vel ut liberius eum mulier verecunda posset oculis obire, vel ne nimis cito eum ex obtutu agnosceret. Recentiores finxerunt, matrem ejus, Anticleam, antequam ad Laërten veniret sponsa, a Sisypho fuisse compressam: et Ulyssem re vera fuisse Sisyphi, etsi Laërtes ignorans suum crederet. Hinc crebro, et convicii causa, Ulysses vocatur Sisyphi filius apud tragicos, e. c. Sophoclem, Aj. 190, et Euripid. Iphig. Aul. 524, et 1362, et passim. Et vafrities Ulyssis hanc opinionem fortasse pepererat. Vide in A. sub τοῖος ad initium.

'Οθρυονεύς, έος. ὁ. nobilis Trojanus. Ν, 363—384. et 772.

Οἰδίπους, οδος, ὁ. et ὁ Οἰδιπόδης, ου. Infelix princeps Thebanus: usque ad vitæ finem tamen Thebis regnavit, ibique est mortuus. Nam fugam ejus, a tragicis fictam, et errores miseros, et exilium Athenis, et τύφλωσιν, portenta tragica, ignorat Homerus, Ψ, 679, 680, conf. δουπέω in A. Ejus duo filii, ὁ Πολυνείκης καὶ 'Ετεοκλῆς, gesserunt bellum civile, et occubuerunt ambo ἐν μονομαχίᾳ: et hoc est illud primum bellum Thebanum decantatissimum τῶν προγόνων, quod secutum est alterum τῶν ἐπιγόνων. Cæterum Œdipus post mortem Jocastæ, duxerat alteram uxorem 'Αστυμέδουσαν, quæ terribilis noverca διέβαλεν privignos suos apud patrem, ὡς πειρῶντας αὐτήν: et pater id credens, diris devovit filios suos. Matrem Œdipodis Jocastam, eandemque conjugem, vidit Ulysses apud inferos, λ, 270—279, ubi conf. 'Ερινύες. Pater ejus erat ὁ Λάϊος, de quo narrant tragici, prædictam ei ex filio suo mortem; hinc exponi jussisse puerum, imo, crudeliter trajecto fune per pedes, suspendi, ut exspiraret:

sed sublatum educatumque cum cura esse a peregrino. Porro narratur a tragicis ἡ Σφίγξ, γυνή τις εἰδεχθὴς ἐν Βοιωτίᾳ, λῃστρικὴ καὶ φονία: quam oberrans Œdipus juvenis, προσποιησάμενος (simulans) φιλίαν καὶ συμμαχίαν, occidit. Hinc valde honoratus a Thebanis, incidit in invidiam apud Laium, ignorantem quis esset iste juvenis: inde nascitur pugna, et Laius cadit, Œdipus vero ignorans, pulcram viduam ejus ignorantem ducit uxorem, et regnat Thebis. Detecta tandem re post longum matrimonium, ipse in perpetuo vixit mœrore illa vero se necavit suspendio. Nominis ratio vel petitur ex fabula, quod funis per pedes trajectus, fecerit ingens, οἴδημα ποδῶν: τρυπηθεὶς γὰρ τοὺς ἀστραγάλους ἐξετέθη: vel, omissa ista fabula, rectius nomen deducitur a grandibus pedibus. sic ἰσχοίδης aliquis dictus, ὁ μεγάλα ἰσχία ἔχων, et γαστροειδὴς καὶ ὠμοίδης apud Atticos est, qui crassum habet ventrem et latos humeros, et πεοίδης, (a τὸ πέος, membrum virile) cui crassius est id membrum, et χιλωνίδης, ὁ μεγάλα χείλη ἔχων, *aufgeworfene lippen, (blubber-lipped,)* nam ἡ χιλώνη attice est τὸ χεῖλος, unde Aristophanes: ὑπ' ὀργῆς τὴν χιλώνην ἰσθίων. Terminatio Οἰδιπόδης autem fit, sicut ab ὁ τρίπους ὁ τριπόδης, et ὁ ἱπποπόδης. ἡ Σφὶγξ κακὴ τὸ εἶδος ἦν, sicut et ἡ Μέδουσα, μία τῶν Γοργόνων, καὶ ἡ Ἑκάτη, καὶ ἡ Ἔμπουσα, unde terriculamenta intuentium eæ mulieres sunt fictæ.

'Οϊκλῆς, ῆος. ὁ. et 'Οἰκλείης, είους. Nepos Melampodis, quem vide. ο, 243, 244, ubi est utraque forma nominis.

'Οϊλεύς, έως. ὁ. Princeps Locrensium, cujus filius Ajax minor. scribitur et ὁ Ἰλεύς. Β, 527—535. καὶ ὁ Μέδων erat νόθος υἱὸς Ὀϊλῆος πτολιπόρθου, Β, 727, 728. et θείου, Ν, 694—702. Quæ epitheta designant egregium principem et fortem. Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας, Ξ, 442, qui hinc Ὀϊλιάδης (pro Ὀϊλείδης, sicut a Πηλεὺς fit patronymicum Πηλείδης et ionice Πηληϊάδης) dicitur, Ξ, 446, 520. Μ, 365. Ν, 66, 203, 712. Μ, 365. Π, 330. Ψ, 473, 488, 754, 759. Hic Ajax erat natura fervidior, nec adeo μεγαλοπρεπὴς quam Telamonius. Ο, 333, 336. Alius Ὀϊλεὺς erat nobilis Trojanus, occisus ab Agamemnone, Λ, 93.

Οἰνεύς, έως. ὁ. Princeps Calydonius, pater Meleagri, filius τοῦ Πορθέως: et mortuis his omnia ad Thoantem, principem Ætoliæ, pervenerunt. Β, 638—644. Ι, 531—592. Ξ, 115. Ex uxore Althæa habuit Meleagrum et Dejaniram filiam, postremam Herculis uxorem: Ex altera vero uxore suscepit τὸν Τυδέα, patrem Diomedis, Ζ, 216—223. Ξ, 115—118. Hinc Τυδεὺς dicitur Οἰνείδης, Ε, 813. Κ, 497. Agrius, pater Thersitæ, erat frater Œnei. Nomen est ab ὁ οἶνος, a cujus colore in facie, alius dictus est ὁ Οἰνοπίων. Ludens aliquis in cauponem adulterantem vina, dixit, μὴ ποίει τὸν Οἰνέα Πηλέα, i. e. ne fæces immisce vino bono.

Οἰνόμαος, ου. ὁ. Ante Trojana tempora hoc nomine fuit princeps Pisanus in Peloponneso, qui filiam Ἱπποδάμειαν non dare volebat, nisi ei, qui curru vicisset se. Nimirum procus cum pulcra filia conscendebat currum, et paullo ante provehebatur: pater, conscenso altero, sequebatur, et si consequeretur procum, transfodiebat eum hasta. Hoc modo jam perierant tredecim: Pelops, decimus quartus. dolo vicit Œnomaum: corrupit enim auro multo τὸν ἡνίοχον Οἰνομάου, Μυρτίλον, ἵνα περὶ τὰς χοινικίδας τοῦ ἅρματος πανουργήσῃ τι. Id tangit Eurip. Iphig. Taur. 823—826. Alius fuit nobilis Αἰτώλιος, Ε, 706. Tertius fuit Trojanus nobilis, Μ, 140. Ν, 506. nomen notat ζητητικὸν οἴνου, studiosum vini, a μάω, quæro, cupio.

Οἴνοψ, οπος. ὁ. nobilis Græcus, Ε, 707. Alius nobilis Ithacensis, cujus filius ὁ Λειώδης, procus, φ, 144.

Οἴτυλος, ου. ἡ. Oppidum Laconicum, dictum ab antiquo heroë τῷ Οἰτύλῳ. Β, 585. alii ibi legi jubent: οἳ Τύλον. sed id non probant critici prisci, qui talem urbem Laconicam non agnoscunt.

Οἰχαλία, ας. ἡ. Urbs Thessaliæ, in qua regnavit aliquando ὁ τοξικώτατος Εὔρυτος. Capta est ab Hercule, et filia Euryti ἡ Ἰόλη captiva amata est a Hercule. Β, 596, 730. θ, 224. Civis ejus ὁ Οἰχαλιεὺς ἢ Οἰχαλιώτης ἢ Οἰχάλιος. Exstitisse dicitur ab Homero scripta ἡ Οἰχαλίας ἅλωσις, de quo opere loquitur geographus.

Ὀλιζών, ῶνος. ἡ. Oppidum Thessaliæ, cujus civis ὁ Ὀλιζώνιος. Β, 717. acuitur in fine, ad differentiam adjectivi ὀλίζων, ονος, i. e. ὀλίγος. Vide sub Ἀλίζωνοι.

Ὀλοοσσών, όνος. ἡ. Urbs Thessaliæ ad Olympum, postea dicta ἡ Ἐλασσών, Β, 739. λευκή, διὰ τὸ λευκάργιλος εἶναι.

Ὄλυμπος et Οὔλυμπος, ου. ὁ. Mons altissimus Thessaliæ et Macedoniæ, supra nubes cacuminibus elatus, hinc ἀνθρωποπαθῶς assignatus diis ad habitationem, ζ, 41—47, sed infra nubes est ἀγάννιφος. Sunt et alii montes in quibusdam cacuminibus suis nunquam subjecti nubibus, hinc et nec ventis nec pluviis. Macedones summum Olympi cacumen vocabant τὸ ἐπουράνιον: nam οὐρανὸς non solum est regio stellarum ibi affixarum, ut putarunt veteres; sed et omne intervallum inter nubes et sidera. Quatenus notat sedem deorum, potest nomen ejus concipi ab ὁλολαμπὴς per syncopen, et æolice mutato ο in υ, sicut fit in ὄνυμα pro ὄνομα, præterea spiritus quoque lenis est Æolicus, nam ψιλωτικοὶ οἱ Αἰολεῖς. Opponitur tunc Olympus lucidus τῷ Ταρτάρῳ ἠερόεντι et obscuro. Α, 44, 221, 420, 499, πολυδειράς, ob multa cacumina. 530, 532, αἰγλήεις. Ὄλυμπον, omisso εἰς, Γ, 407. ἐς Ὄλυμπον, ἵνα θεῶν ἕδος ἐστίν, Ε, 360. et 367, αἰπύν. et 398, πρὸς δῶμα Διὸς καὶ μακρόν. et 750, μέγας

οὐρανὸς Οὔλυμπός τε, ubi utrumque est idem. et 754, ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος. et 868. 877, ὅσοι θεοὶ ἐν 'Ολύμπῳ, in opposito ad inferos. et 890, θεῶν οἳ "Ολυμπον ἔχουσιν. Θ, 3, 25, περὶ ῥίον. et 199, ἐλέλιξε μακρόν. 394, 410, 411, πύλαις πολυπτύχου Οὐλύμποιο, nam mons habet multas φαραγγώδεις πτύξεις, convalles. Quemadmodum ergo est πολυδειρὰς, κατὰ τὰς ὀρεινὰς ἐξοχὰς, sic est et πολύπτυχος, διὰ τὰς μεταξὺ τῶν πολλῶν δειράδων πολλὰς πτύχας. et 443, πελεμίζετο μέγας ὑπὸ ποσὶν Διός. et 456. κατὰ πτύχας 'Ολύμπου, Λ, 77. ἀπ' αἰγλήεντος, Ν, 243. 523, ἄκρῳ. ἐξ 'Ολύμπου ἀπὸ ῥίου, Ξ, 154, 225, 309. Ο, 79, 84, 133, 193, 375. Π, 93, 364. Σ, 142, 146, 148, 186, 429, 615. Τ, 114, 128, nam οὐρανὸς et "Ολυμπος sunt ἰσοδύναμα. Υ, 5, 22. Φ, 389, 438, 505, 518. Χ, 187. Ω, 144, 427, 468, 694. καρήνων Οὐλύμποιο, α, 102. πρὸς μακρὸν, κ, 307. ἐν 'Ολύμπῳ φυλόπιδα στήσειν, contra deos, λ, 312. θεοῖς "Ολυμπον ἔχουσι, μ, 337. ξ, 394. ο, 43. τ, 43. υ, 55, 73. et 103, ἐβρόντησεν ἀπ' αἰγλήεντος, coll. 113. ω, 350, 487. sed λ, 314, "Οσσαν ἐπιθέμεν 'Ολύμπῳ, est ipse ille mons. Cæterum Ossa, Olympus, Pelius sunt montes vicini. Ζεὺς 'Ολύμπιος, cœlestis Jupiter, Α, 353. et 580, 'Ολύμπιος ἀστεροπητής. et 589, ἀργαλέος 'Ολύμπιος, ubi absolute positum pro nomine divino proprio. Sic et Β, 309. Δ, 160. Ν, 58. Σ, 79. Χ, 130. Ω, 140, 175, quibus omnibus locis absolute positum. et 194, 'Ολύμπιος ἄγγελος Διόθεν. Ζηνὸς 'Ολυμπίου, α, 27. δ, 74. 'Ολύμπιε Ζεῦ, Α, 508. et absolute, ὀμοσόν μοι, 'Ολύμπιε, Τ, 108. α, 60. 'Ολύμπιοι ἄλλοι, Α, 399. ἤλυθον, Υ, 47, 125. ἴδωκαν, δ, 722. 'Ολύμπια δώματα ἔχοντες, Ο, 115. υ, 79. ψ, 167. Α, 18. 'Ολυμπιάδες Μοῦσαι, Β, 491. τὰ 'Ολύμπια, ludos Jovi Olympio sacros, videri possit Homerus ignorasse, cum eorum expressam mentionem faciat nullam. Sed tamen cum noverit Herculem, qui primus hæc certamina instituit; nec hæc ignorare potuit. Facit eorum tectam mentionem Λ, 697—699. Historia fuit hæc: Quum Hercules Augiæ stabulum purgasset, non accepit pactam mercedem, δεκάτην τῶν βοῶν, et Augias causam prætexebat, non sponte fecisse id Herculem, sed jussum ab Eurystheo. In hac lite arbiter assumitur ὁ Φυλεὺς, Αὐγείου filius, qui secundum Herculem pronuntiat. Αὐγείας ob id iratus ejicit filium domo: sed Hercules cum exercitu incursat Elidem, et dat Φυλέϊ regnum paternum, filias viduas occisorum Eleorum dat suis militibus, quos in bona vacua immittit. Et deinde instituit ἀγῶνα 'Ολυμπιακόν. Fuit ὁ "Ολυμπος etiam nomen proprium αὐλητοῦ τινὸς, οὗ νόμος ὀδυρτικὸς (*klage-melodie*) (*a plaintive tune*) περιήδετο. Vide Aristoph. in Equit. et Eurip. in Iphig. Aul. 577. et Ovid. ex Ponto, III, 3.

'Ολυσσεὺς, έως. ὁ. vide sub 'Αγαμέμνων, ad finem.

"Ομηρος, ου. ὁ. reticuit de se: id tamen ex lectione ejus apparet, fuisse eum nobili genere natum, accuratissime educatum, et omni eruditione expolitum; imo et opulentum, et vagatum itineribus curiosis per orbem terrarum. Qui ergo nescio quem erronem musicum miserum eum fuisse dicunt, ipsum nunquam legerunt sic ut intellexerint. Qui tradunt fuisse eum Ægyptium, ex domo regia antiqua; omnium rectissime tradidisse videntur; vide in A. sub πέλεια. Ne audiantur ergo, qui dicunt Homerum tangere matrem suam, Μ, 433—435, quam ut ἀληθῆ laudet, ut ἀεικῶς ζῶσαν miseratione prosequatur, et quæ in tali egestate educaverit talem filium: nihil enim cogitari potest absurdius. De cæcitate ejus jam pronuntiavit Velleius, 1, 5. Nec putandus est se pinxisse sub personis Phemii et Demodoci, quos confer. Nam inservit poësi suæ æternæ nomina hominum bene meritorum aut secus, suo ævo viventium. Quam rem vel artem vel historiam priscam hic vir ignoravit? Id præterea est advertendum, eum non libenter κακολογεῖν: et multa mala de familiis aut hominibus illustribus reticet quæ scivit. Candor ergo ejus et magnitudo animi eminet. Summus est artifex in ciendis affectibus; et qualem postulat Horatius II, Epist. 1, 213. Tale exemplum est supplicatio Priami, Ω, 486—506. Quantum eum summi viri judicaverint, notum est: καὶ πρῶτος ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος εἰς θέατρον προήγαγε ῥαψῳδοὺς (particulas quasdam ex Homeri poësi canentes) τοὺς καὶ 'Ομηριστὰς καλουμένους, οἳ ἐμελῴδουν τὰ τοῦ 'Ομήρου. Est κωμῳδίας πατὴρ, καθὰ καὶ τῶν ἄλλων ῥητορικῶν εἰδῶν. In Odyssea multa insunt comica: sed et in heroica illa et severa Iliade nonnulla, e. c. Ν, 373—383, quæ auditorem faciunt renidere leviter, etsi ipse heros, in certamine hæc dicens, non riserit. Sic et locus de Thersite, Β, 265—270. Qui eum impietatis εἰς τὸ θεῖον accusant, ii artem poëticam non introspiciunt, nec advertunt, personificasse eum res vel naturales, vel abstractas, etc. Cæterum vita ejus, quæ sub Herodoti nomine circumfertur, figmentum est hominis impudenter fingentis. Ipse veris admiscet ficta, aut exaggerat rem: sed ubique tamen magno cum judicio, et mira arte. Plagii crimen subiit ex invidia quorundam: narrant enim, quod ἡ Φαντασία, γυνὴ Μεμφῖτις, σοφίας ὑποφῆτις, Νικάρχου θυγάτηρ, conscripserit bellum Iliacum et Ulyssis errores versibus Græcis, et deposuerit hoc opus εἰς τὸ κατὰ Μέμφιν τοῦ 'Ηφαίστου ἄδυτον: inde Homerum, in iis terris gratiosum, accepisse a sacerdote quodam ἀντίγραφον, et ex hoc consarcinasse opus suum. Floruit ipse fere mille annis ante Christum natum. Qui hunc poëtam non legit, nihil ex vetusto orbe legit, nec quidquam priscarum rerum satis intelligit. Vide sub Νέστωρ, et Πρίαμος; item in A. sub ἀοιδὴ, ἀργυρόπεζα, γυνὴ aliquanto sub initio, ἔῤῥω, κέντρον, νῶτος, Στρέφω, et τέχνη.

'Ονήτωρ, ορος. ὁ. Sacerdos Jovis, Π, 604, 605. Alius erat nobilis Laco, pater guberna-

toris Μενελάου, τοῦ Φρόντιδος, γ, 282, unde filius dictus 'Ονητορίδης. ab ὀνῶ, juvare.

'Οπίτης, ου. ὁ. Ductor ordinum Græcus. Λ, 301.

'Οπόεις, όεντος. ἡ. contracte 'Οποῦς, οῦντος. urbs celebris Λοκρῶν ἐπικνημιδίων, Patrocli patria. Civis ejus dicitur vel ὁ 'Οποείσιος, sicut a Σμόεις fit Σμοεύσιος: vel et ὁ 'Οπούντιος, ου. Habet nomen ab antiquo heroë, filio Λοκροῦ ἥρωος. Β, 531. Σ, 326. Ψ, 85. Erat eo tempore ὑπὸ Μενοιτίῳ.

'Ορέσβιος, ου. ὁ. nobilis Græcus. Ε, 707, seqq. est, quasi in montibus vivens, ὑλαῖος.

'Ορέστης, ου. ὁ. Filius Agamemnonis unicus cum tribus sororibus. Quum mater Clytæmnestra cum mœcho suo Ægistho interficeret Agamemnonem gloriose a Troja redeuntem, Orestes erat valde adolescentulus, et cædi quoque destinabatur. Latuit ergo per septem annos apud suum θεῖον, Στρέφιον, principem Phocidis: ab quo deinde, disciplinæ causa, Athenas mittebatur. Sed ab Athenis, octavo post occisum patrem anno, rediit in paternum suum regnum, et ultus est mortem indignam patris, suumque exilium. Ι, 142, seqq. α, 30, 40, 298—300. ubi hic δῖος καὶ τηλικλυτὸς 'Αγαμεμνονίδης laudatur a Minerva ob suum factum, et proponitur Telemacho imitandum contra procos. Nestor laudat eum, γ, 195—200. et 203—209. et 303—310, ubi factum accurate narratur, coll. δ, 545—547. λ, 456—463, et ibi umbra patris ignorabat, hunc suum filium, jam peracta ultione, diu regnare in patria. Alius est nobilis Græcus, occisus ab Hectore, Ε, 705. Tertius denique est nobilis Trojanus, Μ, 139, 193. Nomen est a τὸ ὄρος.

'Ορθαῖος, ου. ὁ. nobilis Trojanus. Ν, 791.

"Ορθη, ης. ἡ. Urbs Thessaliæ, in regione quæ dicitur ἡ Πιῤῥαιβία, et dicta est quoque hæc urbs ἡ Κορσία. Β, 739.

"Ορκος, ου. ὁ. Præter ea, in A. notata, quæ confer, insignis est formula jurandi, Β, 259—264, non vivam ipse, non vivat filius, nisi hoc est.

"Ορμενος, ου. ὁ. Nobilis Trojanus, Θ, 274. Alius Trojanus est Μ, 187. Tertius fuit pater Amyntoris, avus Phœnicis, Græcus princeps, Ι, 448. Κ, 266. Quartus denique fuit pater Κτησίου, ο, 413. Fuit et urbs Thessaliæ, ἡ "Ορμενος. Nomen est ab ὄρω, excito, διεγείρω, pro ὀρόμενος pro syncopen. Deinde et ὁ τῆς κράμβης ἀσφάραγος Atticis vocatur ὄρμενος, διὰ τὸ ἐξορούειν καὶ βλαστάνειν: unde est ἐξορμενίζω, celeriter cresco.

'Ορμένιον, ου. τό. Urbs Thessaliæ, dicta ἀπὸ 'Ορμένου, πατρὸς 'Αμύντορος, πάππου Φοίνικος: circa Demetriadem sita, et ὁ Θετταλὸς 'Ιάσων (non ille princeps Argonautarum) ex ea fuit: dicta et ἡ "Ορμενος. Β, 734.

'Ορνειαὶ et 'Ορνεαί, ῶν. αἱ. κώμη 'Αργείας. Dicta ἀπὸ 'Ορνίας νύμφης, ἢ ἀπὸ ποταμοῦ 'Ορνίας, ad quem sita. Cultus ibi præcipue ὁ Πρίαπος, qui hinc ὁ 'Ορνεάτης dictus. Β, 571.

'Ορσίλοχος, ου. ὁ. nobilis Græcus, filius alter τοῦ Διοκλῆος, occisus ab Ænea, Ε, 541—560, ubi est egregia laudatio funebris, heroi in prœlio interfecto dicta. Avus ejus quoque dictus fuit 'Ορσίλοχος, filius Alphei fluvii, qui attice dicitur 'Ορτίλοχος, γ, 488, 489, coll. ο, 186, 187. nam mos fuit antiquis, ex avo appellare nepotem, in memoriam generis, et ut avus quasi reviviscerет, neposque ad virtutem avitam excitaretur. Alius est nobilis Trojanus, Θ, 274. Tertius est fictus ab Ulysse Cretensis princeps, ν, 259—271.

'Ορτίλοχος, ου. ὁ. vide supra. sed alius videtur dici φ, 16, Messenæ habitans.

'Ορτυγία, ας. ἡ. eadem quæ ἡ Δῆλος, μία τῶν Κυκλάδων, ε, 403. Alia est parva insula, objecta Syracusis, post cum urbe conjuncta. Vide sub ἔδι in A.

'Ορχομενὸς, οῦ. ἡ. dicta Μινύειος (generi communi Attico) quia ὁ Μινύας αὐτὸν παραῤῥεῖ καὶ περιῤῥεῖ: vel et, quod gens nobilis Minyarum, a rege Minya nomen habens, ibi potissimum floruit. Urbs celebris et valde dives et munita, unde ex circumjacentibus oppidis agrisque in eam confugiebatur tempore infesto. Est in Bœotiæ parte, et Eteocles ibi templum Gratiarum statuerat. Β, 511. Ι, 381. λ, 283, 458. Alia fuit urbs Arcadica, dicta πολύμηλος, i. e. πολυθρέμμων, πολύζωος, *wo viel vieh ist, (abounding in cattle,)* Β, 605.

"Οσσα, ης. ἡ. Mons Thessaliæ, λ, 314.

'Οτρεὺς, έως. ὁ. Priscus rex Phrygiæ majoris, una cum Mygdone; cujus tempore Amazones Phrygiam incursarunt, et Priamus Phrygibus auxilium tulit, Γ, 186.

'Οτρυντεὺς, έως. ὁ. nobilis Trojanus, pater 'Ιφιτίωνος, quem confer. Υ, 383—389.

Οὐκαλέγων, οντος. ὁ. princeps Trojanus, jam senex, a sapientia laudatus. nomen est ab ἀλέγω, curo, et οὐκ, quasi ὁ μηδενὸς ἀλέγων. Γ, 148. sic apud Herodotum a participio nomen habet ὁ Εὐέλθων, et alibi ὁ Κρέων, ὁ 'Ανακρέων, ὁ Μαίων, ὁ Παίων, etc.

'Οφελέστης, ου. ὁ. nobilis Trojanus, occisus a Teucro, Θ, 274. Alius nobilis Pæon, ab Achille, Φ, 210, 211.

'Οφέλτιος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, occisus ab Euryalo, Ζ, 20. Alius nobilis Græcus, occisus ab Hectore, Λ, 302.

'Οχήσιος, ου. ὁ. nobilis Ætolus, Ε, 843.

Π

ΠΑΙΗΏΝ, ονος. ὁ. Medicus deorum. Sanat τὸν Ἅδην, E, 401, s. et Martem, E, 899, seqq. Ipse est immortalis. Venerem vero vulneratam sanat sola ἐπαφὴ matris ejus Diones. Nomen est a παίω, i. e. θεραπεύω. Sed ὁ Παιὼν, ῶνος, quatenus est nomen Apollinis, est syncopatum ex Παιήων, qui et Παιάων et Παιὰν dicitur. Etiam hymnus, παιὰν dictus, dicitur παιήων, qui est ἐπινίκιος, καὶ ὁ ἐπὶ καταπαύσει κακῶν ἢ ὄντων ἢ ἐλπιζομένων ᾀδόμενος. Talem pæana primus Apollo cecinisse dicitur, devicto ἐν Πυθοῖ dracone. Exemplum ejusmodi cantici est X, 391—394, ubi duo posteriores versus sunt μέλος ἐπινίκιον devicto Hectore: et sine dubio hi duo versus non sunt totus pæan, sed, præcedentibus semper aliis atque aliis versibus, repetitio interserta, et ἐπῳδός τις. Et ita canere dicebatur παιωνίζειν pro παιηονίζειν, et παιανίζειν, i. e. ᾄδειν Παιάνι Φοίβῳ ὕμνον παιᾶνα, οὗ ἐπῳδὸς τὸ, ἰὴ παιάν: ὅπερ ἦν Παιανικόν τι ἐπίῤῥημα. De medico deorum est et locus, δ, 232, Παιήονος γενέθλη.

Παίων, ονος. ὁ. nobilis Trojanus, a quo filius nominatur Παιονίδης. Λ, 338, 339. sed οἱ Παίονες sunt populus Thraciæ, circa fluvium Στρυμόνα, colonia ex Troade, ad ὄρος Πάγγαιον. Regio eorum est ἡ Παιονία, per quam fluit ὁ Ἄξιος. Eorum ὅμοροι ἦσαν οἱ Σελλοὶ καὶ Δόλοπες. Tenuerant aliquando et Macedoniæ magnam partem. ὁ Πυραίχμης erat dux eorum ad Trojam, et dicuntur ἀγκυλότοξοι, B, 848. K, 428. ἱπποκορυσταὶ, Π, 287, 288, 291. δολιχεγχέες, longis hastis pugnantes, Φ, 155, quum alii eorum etiam sagittarii essent boni. et 154, ἐκ Παιονίης ἐριβώλου. et 205, 211. ἐριβώλακος, P, 350. Bis hi Pæones copias miserunt ad Trojam, primum duce Πυραίχμῃ, deinde duce Ἀστεροπαίῳ. Et fortasse duplicis fuere generis in Pœonia ista satis ampla. Auxiliabantur Trojanis. conf. Ἀμυδών.

Παισὸς, οῦ. ἡ. et Ἀπαισὸς, οῦ. ἡ. πόλις μεταξὺ Παρίου καὶ Λαμψάκου. Dicta a παίω, i. e. ἀντικρούω, offendo, percutio: nam navis ἡ Ἀργὼ ὑπὸ πνευμάτων ἀντιπνόων ἐκεῖ ἀνεπαίσθη, i. e. ἀντεκρούσθη. E, 612. Vide sub παίζω in A.

Παλαμήδης, εος. ὁ. Filius Nauplii et τῆς Κλυμένης τῆς τοῦ Ἀτρέω, frater Oacis (ὁ Οἴαξ). Ergo mater Palamedis erat soror Agamemnonis. Quum penuria commeatuum esset in castris ad Trojam, εἰς παραμύθιον τοῦ κακοῦ κατασχόντος τὴν στρατιὰν, ἐπενοήσατο κυβείαν καὶ πεττείαν, *das tric-trac, vielleicht auch das dame-spiel; aber nicht das schach, (tric-trac, perhaps draughts, but not chess,)* nam hic posterior ludus est ex Persis. Invenit etiam rationes dimetiendi temporis accuratiores, et mensurandi, et literas aliquot. Eurip. Orest. 432, schol. conf. Ναύπλιος. Cur Homerus nullam ejus mentionem fecerit, vide inter alios apud Philostratum in Vita Apollonii, Lib. 3. cap. 22, ibique Olearium.

Παλλάδιον, ου. τό. Imago Palladis in Troja. ἦν διοπετὲς, h. e. ἐξ ἀέρος ἄνωθεν οὐρανόθεν πεσόν. Λέγεται ἀνδρὸς δορὰν ἠμφιέσθαι, (indutum cute viri) στέμμα ἔχειν καὶ ἠλακάτην, ἐν δὲ τῇ κεφαλῇ πῖλον, καὶ δόρυ ἐν τῇ δεξιᾷ. Z, 92.

Παλλὰς, άδος. ἡ. Epitheton peculiare Minervæ, διὰ τὸ τῆς φρονήσεως ὀξυκίνητον: a πάλλω, i. e. κινέω. Alibi ponitur hoc epitheton etiam διὰ τὸ νεάζον καὶ εὐειδές: hinc de quavis νεάνιδι παλλὰς dici potest, sicut ὁ πάλλας, αντος, et ὁ πάλλαξ, ακος, de quovis νέῳ. Hinc et juvencula concubina est ἡ παλλακὴ, ἡ παλλακὶς, ίδος. Si sacerdotes legendæ erant, τὰς εὐειδεστάτους καὶ εὐγενεῖς παρθένους consecrabant, vocabantque eas παλλάδας. Τὰ δὲ εἴδωλα τῆς Παλλάδος, παλλάδια λέγονται. Cæterum a πάλλω est et ἡ κραιπάλη, a τὸ κάρα πάλλειν, quia caput turbat et vacillare quasi facit. Παλλάδα Ἀθηναίην, A, 200. Παλλὰς Ἀθήνη, Δ, 78. O, 614. T, 33. Ψ, 771. α, 125, 327. β, 405. δ, 828. ν, 232, 300, ubi ipsa sic se vocat, ut intelligatur delectari hoc epitheto. Dicitur κούρη Διὸς καὶ Μήτιδος, i. e. νοὸς καὶ βουλῆς: nam ipsa est prudentia practica, μῆτις vero est prudentia deliberans, et Ζεὺς ὁ νοῦς. Prægnans Μῆτις devorata est a Jove tota, sed justo tempore ex capite τελεία exiit concepta Minerva. οἱ παῖδες λέγονται τὰ παλλάκια, et puellæ formosæ et lascivæ αἱ παλλάδες: et Athenis erat locus τὸ Παλλάδιον, ubi judices conveniebant.

Πάλμυς, υος. ὁ. nobilis Trojanus, N, 792.

Πάμμων, ονος. ὁ. filius Priami, Ω, 250. vox composita πολυπάμμων, i. e. πολυθρέμμων, dives pecorum, occurrit apud poëtam.

Παναχαιοὶ, ῶν. οἱ. Universa Græcorum gens. sic postea dicti οἱ Πανέλληνες, et τὸ Πανελλήνιον, et τὸ Πανιώνιον, et τὰ Παναθήναια quæ erat ἑορτὴ universi populi Attici: et τὰ Παμβοιώτια. Ἀριστῆες Παναχαιῶν, B, 404. H, 73, 159, 327. K, 1. T, 193. Ψ, 236. ἄλλους Παναχαιοὺς, I, 301. Παναχαιοὶ, α, 239, πᾶν τὸ πλῆθος τῶν Ἀχαιῶν, nobiles et ignobiles. Et l. c. significatur communis totius Græciæ benevolentia erga eum. sic et ξ, 369. ω, 32.

Πανδάρεος, ου. ὁ. et ὁ Πανδάρης, ου. Pater ejus fuit Μέροψ ὁ Μιλήσιος. Ipse habuit tres filias, ἡ Μερόπη, Κλεοθήρα, Ἀηδών. Harum πρεσβυτάτη, ἡ Ἀηδὼν, nupsit Zetho, fratri Am-

phionis, et parit filium Ἴτυλον. Sed invidens Amphioni τὴν πολυτεκνίαν ex Niobe Tantali filia, cum filius suus soleret dormire apud unum ex filiis Amphionis, jubet filium suum ea nocte cubare ad spondam interiorem, ut possit Amphionis filium jugulare: sed is, id consilium ignorans, cubuit loco solito, et a matre errante est necatus. Tristis mater optat sibi mortem et mutatur: et nunc quoque frequenter vocat filium suum Ἴτυλον. τ, 518—523. Recentiores eam fabulam aliter narraverunt. Cæterum reliquæ duæ Pandarei filiæ, puellæ amiserunt patrem: nam fugerat Athenas, et inde in Siciliam, ubi una cum uxore Ἁρμοθόῃ cito absumtus est ira deorum, i. e. variis miseriis. Causa fugæ, quia in Creta ex luco Jovis furto abstulerat κύνα χρυσοῦν, Ἡφαίστου ἔργον ἔμψυχον, et Tantalo tradiderat servandum: Jupiter miserat Mercurium ad canem repetendum, sed Tantalus jurarat se non habere: Mercurius tamen invenerat canem et abduxerat. Tantalo ergo injiciebatur a Jove τὸ Σίπυλον ὄρος, et Pandareus in fugam agitur. Etsi igitur illæ duæ puellæ essent περικαλλεῖς καὶ ἐπαφρόδιται καὶ συνεταὶ καὶ ἐργατικαί, tamen ex parentis infortunio et ipsæ factæ δυστυχεῖς, fiebant inde δειναὶ προσενεχθῆναι καὶ οὐ προσηνεῖς, fugientes consortium. υ, 66—78. Recentiores, loco Pandarei, nominant Pandionem, loco Ἀηδόνος habent Πρόκνην, maritum ejus vocant Τηρέα, et filium Ἴτυν. Hoc apparet, historiam, fabulis obvolutam, accidisse in agro Atheniensi, vel circa.

Πάνδαρος, ου. ὁ. Princeps Lyciæ, cujus habitatores quoque Τρῶες dicti, egregius sagittarius, ut Apollo ei arcum dedisse dicatur, Β, 824—827, conf. τόξον in Α. Filius Lycaonis, ἀντίθεος, ἀμύμων κρατερός τε, qui sunt tituli nobilitatis et principatus, Δ, 88—147, ubi vulnerat Menelaum sagitta, et hoc facto fœdera turbat: nam uterque exercitus credebat, factum id esse jussu Trojani regis. Vulnerat et Diomedem sagitta, Ε, 95—105, ubi ornatur epithetis, 168—296, et occiditur a Diomede. Nam ad augendum hoc Diomedis ἀρίστευμα, laudatus tantopere fuerat Pandarus. Sed sunt tamen epitheta solummodo sumta a genere et dignitate, non ab animo et moribus: nam erat ἐπίορκος καὶ ἀνελεύθερος. Absurde pepercerat sumtui, et equis curruique, quos velut περὶ ἀνάθεσιν ἀχρέαντους ἐφύλαττε: dissimilis præterea seni patri bono, cui non obedierat; et dissimilis arte, pater enim αἰχμητὴς, filius τοξότης quæ minor erat gloria bellica. Culpam infortunii sui rejicit in arcum innoxium; neque manus deo tendit, ut suaserat Æneas, Ε, 209, seqq. ergo persona barbara et ἄφρων, laudata ergo, sicut victima inaurari solet. Periit vulnere in os adacto, quo peccaverat plurimum, 290, seqq. Cæterum genus ejus ita traditur: ὁ Τρώσας, Πιῤῥαιβῶν τύραννος, ita crudelis fuerat, ut filius ejus ὁ Καρνάβας, occidens patrem, a civibus suis acceperit τὸ τυραννοκτονίας γέρας. Fugit tamen filius in Troadem, et expiatus a rege Troë, acceptoque agro, Ζέλειαν condidit. Hujus Καρνάβου filius fuit ὁ Λυκάων, hujus ὁ Πάνδαρος. Alius autem erat Pandarus, cultus in Lycia, de quo geographus.

Πανδίων, ονος. ὁ. Nobilis Græcus, ὁμώνυμος τῷ πάλαι Ἀττικῷ ἥρωϊ. Fert Teucro τόξα, quia Teucer extra ordinem arcu utebatur, alias aliter armari solitus. Μ, 372.

Πάνδοκος, ου. ὁ. nobilis Trojanus. Λ, 490.

Πάνθοος, contracte Πάνθους, genit. Πανθόου, contr. Πάνθου. princeps Trojanus, senex, μαντικός. Ejus tres filii in Iliade celebres, Πολυδάμας, Ὑπερήνωρ, Εὔφορβος. Patronymicum hinc est ὁ Πανθοΐδης ἢ Πανθοΐδης. Πάνθοον, Γ, 146. Πάνθου υἷες, Ρ, 23. et 9, υἱός. Ο, 522. Πάνθῳ, Ρ, 40. ἐς Πανθοΐδην, Ν, 756. Πανθοΐδης, Ξ, 450. Π, 535, 808. Σ, 250. μεγαθύμου Πανθοΐδαο (æolice pro δου) i. e. ἐμοῦ, Ξ, 454, ἀγαυοῦ, Ο, 446. Ρ, 70, 81. Vide sub Πολυδάμας.

Πανοπεύς, έως. ὁ. Filius τοῦ Φώκου, conditor urbis, quæ et ipsa hoc nomine appellatatur, postea vero Φανοτεύς. Ibi ὁ Τιτυὸς, violator Latonæ, cujus hepar οἱ μυθικοὶ γῦπες excedunt, regnaverat. sita erat urbs ὁ Πανοπεὺς in amœna regione, unde dicta καλλίχορος, correpto ionice penultimo ω, ex ἡ χώρα. Β, 520. Ρ, 307. λ, 580. In eadem regione erat et ἡ Πυθώ. υἱὸς Πανοπῆος Ἐπειὸς, Ψ, 665, ubi dubium, an conditor urbis, an vero nobilis homo ejusdem nominis, ὁ Πανοπεὺς pater Epei sit. Id certe constat, etiam civem ejus urbis dici Πανοπεία. Cæterum eadem urbs dicitur ἡ Πανόπη.

Πανόπη, ης. ἡ. præter nomen modo nominatæ urbis, est et nomen νηρηΐδος, Σ, 45, quia aqua est pellucida.

Παραβολή, ῆς. ἡ. Egregium poëseos, sicut omnis orationis, ornamentum, in loco et apte adhibitum. Habet nomen quia τοῖς λεγομένοις παραβάλλει, ἢ συγκρίνει καὶ παρατίθησι, πρᾶγμά τι γνώριμον, εἰωθὸς ἀεὶ γίγνεσθαι: κακία γὰρ παραβολῆς τὸ ἄγνωστον καὶ ἀσύνηθες. ὁ ποιητὴς δι' αὐτῆς πολλὰ ἐξανύει καλά. Δι' αὐτῆς γὰρ πολλαχοῦ καὶ ζώων ἰδιότητας, καὶ φυσικὴν ἱστορίαν ποικίλην, ἐκτίθεται: καὶ ὅλως οὐ μόνον φιλόσοφόν τι πρᾶγμα ἡ παραβολὴ, ἀλλὰ καὶ πραγμάτων ὁσημέραι γιγνομένων διδασκαλία, καὶ ἐναργείας ποιητικὴ, καὶ πολυπειρίας περιποιητική. Ἐπεισάγει παραβολὰς ὁ ποιητὴς, ἐπί τε διαναπαύσει τοῦ ἀκροατοῦ, καὶ ἐπὶ σαφηνείᾳ τῶν λεγομένων, καὶ ποικιλίας τε πραγμάτων ἕνεκεν, καὶ εἰς πολυμαθείας μέθοδόν τε καὶ ἔνδειξιν. Μυρία γὰρ εὐμεθόδως διὰ τῶν παραβολῶν τῇ ποιήσει παρεμπλέκει, ἐξ ὧν ἥτε γραφὴ πλατύνεται, καὶ ἡ ποιητικὴ ἐμπειρία καὶ σοφία διαφαίνεται. Exponit igitur Homerus in parabolis suis res physicas, et œconomicas, et alia in usu humano obvia, et judicia divina, et eventus cum actionibus connexos, etc. et summum ingenium ejus, infinita eruditione expolitum, ostenditur. Raro autem tota parabola ad rem

præsentem pertinet; sed major plerumque pars, solius parabolæ ornandæ et expingendæ causa, posita est. Ergo videndum accurate, quid similitudinis conveniat huic rei, vel quid sit tertium comparationis. Infinitæ autem sunt apud poëtam parabolæ: potiores igitur et pleniores tantum excerpemus; reliquas, uno vel altero verbo expressas, lectioni ipsi relinquentes. Species Thetidis ex aqua sursum emergentis, dum adhuc sub aqua est, comparatur nebulæ, A, 359: nam in aqua marina obscure conspiciuntur ea, quæ tecta sunt aut moventur sub ea. Concio conveniens comparatur apibus, B, 86—93, ob multitudinem et celeritatem moventium se. Concio commota mari moto, B, 144—146. et segeti motæ vento, 147—149: et quidem posterior comparatio respicit τὴν ὁμοθυμαδὸν ὁρμὴν ἑκάστου τῶν Ἑλλήνων, prior vero τὸν τάραχον, ut notet κίνησιν μετὰ πολλοῦ θορύβου. et 208—210, concio coiens fremitui maris vento impacti ad littus, ubi duriores litteræ etiam quæsitæ apte, in βρέμεται, σμαραγεῖ. et 289, 290, de pueris et viduis, ad redire volentes domum: et hæc comparatio valde apta: nam pueri νεαροὶ laborem non ferunt, et statim desiderant domum, paullum modo ab ea absentes: et mulieres χῆραι, domi non habentes κηδεμόνα τοῦ οἴκου, festinant reverti. Sed sequitur mox apologia pro Græcis. vide interim, quam diligenter omnes voces sint attendendæ, ut poëtæ artem et vim introspicias. et 394—397, concio finita et acclamans mari agitato. Considera, quam varie eandem rem eidem comparat. Ter similitudinem sumsit a mari: primum de motu populi, deinde de reditu ejus ad priorem locum, tertio de clamore ejus: omnia ista mari comparat, sed diverso modo. et 455—458, pingit fulgorem armorum et galearum per fulgorem ignis in monte ardentis. et 459—466, studium festinantium et sese ordinantium, per cygnos et grues. et 467, 468, multitudinem exprimit per folia et flores. et 469—473, eandem multitudinem ejusque animositatem, per muscas impetuosas. et 474—477, divisionem et dispositionem ejus, per gregem caprarum permistarum ante. et 780—785, aciem instructam et vadentem, maxime quod attinet fulgorem armorum, igni depascenti aliquam regionem; et terræ gemitum sub pedibus vadentium, fulminibus confert: nam sermo ibi non est de militibus Achillis otiosis, sed de exercitu Trojanos invasuro. Clamor gruum volantium refertur ad clamorem in exercitu progrediente, Γ, 3—7, ubi saltem duces, imperantes ordinibus suis, varie clamant. et 10—13, de nebula, ut pulvis a proficiscente exercitu excitatus signetur. et 23—28, leo esuriens, incidens in prædam, confertur cum heroë conspiciente hostem. et 33—37, viator conspiciens draconem et retrocedens, cum milite timido. Et potest id poni de quovis horrescente periculum subito apparens. Hinc et adjuncta apte posita, e. c. videt, non in campo, ubi longe potest prospicere, sed in valle montana. et 60—63, securis penetrans ligna, cum acri bellatore: et expendantur ibi verba singula. et 151—153, cicadæ, cum senibus concionantibus, conf. τέττιξ in A. et 196—198, aries gregem anteiens, cum Ulysse ejusque sociis: nam ambo jam erant placidi. et 222, nives, cum oratione copiosa. et 449, leo obambulans ad prædam, cum heroë intento in absentem hostem. Stella cadens, ad Minervam de cœlo delabentem, Δ, 75—79, quæ stella potius pro fulgure accipitur. et 130, s. mater arcens muscas ab infante dormiente: ubi maxime τὸ παράμονον τῆς φυλακῆς indicatur: simul tamen et sagitta muscæ leviter pungenti comparari videtur; et Menelaus, quippe inscius periculi et tutelæ, puero dormienti secure. et 141—147, ebur rubro colore infectum a muliere, ad femur Menelai vulneratum a Pandaro: et hæc παραβολὴ ἐξευτελίζει τὴν τοῦ Πανδάρου βολήν: ὡς γὰρ ἐλέφας τέχνῃ βάπτεται ὑπὸ γυναικῶν, οὕτως οἱ τοῦ Μενελάου μηροὶ ἐκ τῆς τοῦ Πανδάρου βολῆς. et 243—246, de hinnulis fugacibus aut attonitis, ad ignavos milites. et 253, de apro, ad virum fortem. et 275—282, de nube atra, ad exercitum venientem. 422—428, de mari moto ventis, ad πυκνότητα τῶν κατὰ φάλαγγας κινουμένων, καὶ τὸν ἐκεῖθεν πολὺν ἦχον. et 433—436, de grege ovium et caprarum, ad θόρυβον dissonum exercitus magni et mixti. et 452—456, de torrente, ad prœlium cruentum. et 462, de turri cadente, ad cadentem fortem virum. et 472, s. de lupis, ad conflictum bellatorum. et 482—488, de αἰγείρῳ cæsa, ad cæsum magnum et pulcrum virum. De Sirio, ad Diomedem, splendide armatum, E, 5—7, et id valde apte. conf. ἀστὴρ in A. et 87—94, de torrente rapido, ad Diomedem pugnantem et valde θερμόν. et 136—143 de leone petito sagittis, ad Menelaum leviter vulneratum; et apte: nam Pandarum comparat pastori, utpote ποιμένα λαῶν, et Trojanos ovibus invalidis. et 161—164, de leone adversus juvencam: ubi apte indicat partem historiæ naturalis de leone: nam is primum frangit cervicem bestiæ cornutæ, deinde super incumbens vescitur. et 476, de canibus coram leone, ad milites timidos. et 487, de reti piscatorio, ad hostes. et 499—504, de palea ventis acta, ad pulverem in prœlio. et 522—527, de nubibus stantibus, ad stabiles pugnatores. et 554—560, de leonibus duobus, occisis tandem manu pastorum, ad bellatores duos post fortia facta cadentes: et 506, inest parabola de abietibus cæsis, ad magnitudinem eorum bellatorum, et σωματικὴν εὐφυΐαν: prior enim comparatio leonum, est index ἀνδρικῆς διαθέσεως τῆς κατὰ ψυχήν. et 597—600, de viatore ob amnem rapidum conspectum retrocedente, ad bellatorem conspecto fortiori: et notatur ἀμηχανία, impossibilitas resistendi. et 782, 783, de leonibus vel apris, ad fortes bellatores. et 864—867, de nube fulgurante nigra, ad Martem

abeuntem in cœlum, h. e. εἰς νέφος ἔδοξεν ἐσχηματίσθαι ὁ μυθικὸς Ἄρης φεύγων ἐκ τοῦ πολέμου. De Venere dixerat, 354, μελαίνετο χρόα, fiebat quasi obscura nubes, i. e. abibat ex conspectu: sic Ἄρης νῦν ἀφανὴς γίνεται, νεφωθεὶς εἶν καὶ ζοφωθείς. Veritas est: densissima nubes pulveris ex hoc conflictu, et ex fuga Trojanorum, adscendebat in cœlum. et 902—904, de confectione caseorum, τυροποιίᾳ, ad celeritatem curati vulneris. De foliis arborum semper virentium, ad hominos morientes et nascentes, Z, 146—149. et 506—512, de equo, ad alacrem cursum festinantis et læti. Et ad hunc locum apte pertinet parabola; quæ iisdem verbis repetitur O, 263—270, ubi tamen versus 265—268, ὀβελίζονται a criticis priscis, ut ad eum locum non pertinentes. De nautis lætis ob ventum secundum, ad milites adventu ducum lætos, H, 4—7. et 61—66, de horrore maris leniter undantis, ad exercitum jam sedentem: sed de stante denso exercitu affert parabolam ex alto petitam; hoc loco autem ex inferiori loco sumtam, exercitu subsidente. De papaveris capite, ad morientem ex vulnere non nimis strenuum, Θ, 306—308. et 338—342, de cane, prehendente posteriora feræ, ad bellatorem terga hostium cædentem. et 551—557, de astris circa lunam splendentibus, ad ignes multos nocturnos in castris. De ventis duobus turbantibus æquor, ad sollicitudines multitudinis, I, 4—8. et 323—327, de ave, quæ, esuriens ipsa, ore tamen affert pullis suis cibum labore quæsitum; ad laborantem ut alii expleantur bonis. sic doctores scholastici, sic militum plerique. De fulguribus et imbribus, ad frequentes gemitus regis solliciti, K, 5—10. et 183—188, de canibus, gregis custodibus, ad vigiles nocturnos. et 360—364, de canibus sectantibus feram, ad milites persequentes hostem. et 485—488, de leone inter oves, ad Diomedem inter hostes. De stella fulgida, nunc conspicua non tecta nubibus, ad ducem bellicum nunc apparentem in primis, nunc in postremis versantem, Λ, 62—66, et simul inest parabola de fulgure, ad arma coruscantia. et 67—71, de messoribus in agro metentibus adversum sibi, ad pugnantes exercitus oppositos sibi: nam dividentes se messores olim, ab alio extremo alii incipiebant, ut in medio agro convenirent: et de illa fere in medio messione est sermo. et 72, de lupis, ad prœliantes. et 172—178, de bubus quas leo invasit, ad hostes sub heroë cadentes: et leo quidem unam tantum necat: ergo parabola maxime spectat terrorem hostibus incussum, et vim herois. et 269—272, de dolore parientis, ad dolorem vulneris arescentis. et 292—294, de venatore, ad ducem. et 297, 298, de procella, ad bellatorem. et 305—309, de ventis in mari, ad bellatorem: et notatur ibi celeritas et vis cædentis. et 324—326, de apris contra canes venaticos, ad Græcos se convertentes contra Trojanos. et 383, de capris, timentibus leonem, ad milites timentes hostem. et 414—420, de apro contra canes, ad Ulyssem contra hostes. et 474—486, de thoibus, sed conspecto superveniente leone diffugientibus; ad Ulyssem solum inter multos hostes, territos adveniente Ajace. et 492—497, de torrente violento, ad Ajacem strenue pugnantem. et 547—556, de leone in fugam heroicam verso, ad heroëm recipientem se a pugnando. et 557—564, de asino et pueris, ad heroëm tarde repulsum a plurimis: recedit Αἴας ὀκνῶν, ὡς ὄνος νωθὴς et tardipes, despiciens Trojanos ut pueros, ipse adsuetus ictibus telorum perpetiendis, ut asinus plagis, qui nihil curat verbera a pueris ingesta. De procella, ad pugnam, M, 40. et 41—50, de venatione apri aut leonis, ad heroëm crebro se convertentem: et h. l. maxime vides, raro totam parabolam applicari debere ad rem præsentem: nam in hac parabola, sola conversio leonis huc illuc, ubi possit perrumpere per venantes, refertur ad Hectorem: reliqua inseruntur plenioris picturæ causa. et 132—136, de quercu valida contra vim ventorum, ad resistentes bellatores. et 146—153, de apris resistentibus venatori, ad bellatores. et 156—161, de nivibus densis, ad multitudinem jaculorum. sic et 278—289. et 293, 299—308, de leone animoso, ad bellatorem. et 421—424, de mensoribus finium agri, ad significandum exiguum spatium τοῦ μεταιχμίου inter duas acies. et 433—436, de fœmina paupere exigente duo æqualia pondera, ad pugnam æquo Marte factam: et parabola in primis laudatur, nam nihil est accuratius ea, ad æqualitatem indicandam: et ideo non inducit dominam, nam illa facile dat plus, nec ancillam, nam ea sumit facile minus, sed pauperem mercenariam, veram et justam tamen: ea non sumit plus, nam est vera; non minus, nam est pauper. et 451—453, de vellere arietis quod pastor facile portat, ad heroëm portantem saxum: et quia arietis lana solet esse immundior et durior et longior, hinc magis apta comparatio cum saxo sublato. De flamma et procella, ad exercitum vadentem, N, 39, 40. et 62—65, de accipitre, ad celeriter abeuntem. et 136—146, de saxo ex rupe abrupto et per altum devoluto, ad bellatorem acrem: ibi vocabula electa, durissimum litterarum sonum exhibentia: præterea barbarum impetum assimilat rei ἀψύχῳ: et Hector a Jove incitatur, ut saxum a pluvia avulsum est. Vide quam apte ad omnia tamen respiciatur. et 178—181, de fraxino cadente, ad cadentem heroëm: et hanc parabolam ὡς συναχθόμενος ponit poëta; præsertim quum rara inventu sit fraxinus ἐν πεδίῳ φυομένη. et 198—203, de leonibus capellam asportantibus, ad duos heroës hostem spoliantes. et 242—245, de fulgore micante fulminis, ad fulgorem varie micantem armorum herois se moventis, inclusa simul celeritate herois, et vi pugnaci. et 298—305, de Marte cum sociis suis, ad heroës cum suis. et 358—360, ubi res ipsa et ejus

comparatio inter se commiscentur, et est παραβολὴ ἀλληγορική: notatur conflictus duorum exercituum, ita inter se cohærentium, ut difficulter possint separari, et ut quasi commisceantur. et 389—393, de arboribus cadentibus, ad bellatores cadentes. et 471—477, de apro resistente, ad heroëm pugnantem: et quanquam hujus parabolæ sententia sæpius occurrit, tamen semper aliter est proposita; sicut hospes Alexandri ex unico apro multa et varia fercula apposuisse dicitur. et 492—495, de ariete duce gregis, ad ducem militarem militesque sequentes. et 571—573, de bove invito ducto, ad morientem vulneratum. et 588—592, ubi πάνυ ἀστείως fabis agitatis comparat sagittam frustra emissam: sed epithetis electis ornavit rem tenuem. et 654, 655, de vermi extenso in terra, ad cadentem imbelliorem: nam hic cadens videtur fuisse σφηκώδης καὶ ἀλιπὴς καὶ τετανὸς, *schmal, mager, lang, (small, lean, and long,)* ut σκώληκι potuerit comparari: est ergo παραβολὴ ταπεινὴ ad virum non robustum; humilior etiam quam illa de papaveris capite: addit tamen de sanguine, quo caret σκώληξ. et 703—708, de bubus duobus sub uno jugo et robustis, ad duos heroës una mente prœliantes. et 754, 655, de monte, ad magnum et procerum ducem militum: et in participio, κεκληγὼς, quod proprie de ave ponitur, inest notio agilitatis, et imperantis clamore: nam solus mons positus potuisset immobilitatis ideam excitare. et 795—801, de procella, ad pugnantes: et sunt ibi λέξεις duræ sono, notantes τὴν πολλὴν καὶ σφοδρὰν καὶ συνεχῆ καὶ μέτα ἤχου τῶν πολεμίων ἐπέλευσιν: aptissime ergo. De mari commoto, ad dubitantem, Ξ, 16—22, nam fluctus ante adventum venti est tranquillus, eo adveniente fluctuat. et 394—401, de mari et igne et vento, de clamore pugnantium: et sunt ibi tres παραβολαὶ ὑπερβολικαὶ de tribus validissimis adversus res humanas, et in statu maxime terribiliter sonante: et comparat negative. et 414—420, de quercu cadente, ad virum fortem procidentem. De errone celeriter recordante loca dissita quæ obiit, ad celeritatem itineris confecti, O, 80—83. et 170—173, de nivibus et grandine, ad celeritatem descendentis. Et his duobus locis, primo Junonis celeritas comparatur cogitationi, qua nihil est celerius, et hæc est ἡ σεμνοτάτη παραβολή; altero Iridis grandini celeriter decidenti, et hæc est φοβερά. Accedit tertia comparatio, 237, 238, de accipitre ejusque celeritate, ad celeritatem descendentis Apollinis; et hæc παραβολή ἐστι λεῖα καὶ γλυκεῖα. (Parabolam de equo, vide supra in parabolis ex Z allatis) et 271—280, de venatoribus agitantibus cervum aut capream, quando intervenit leo; ad Hectorem apparentem Græcis ferocibus. et 323—327, de duobus leonibus gregem noctu adorientibus, et de grege territo, ad terrorem Græcis injectum. et 362—366, de puero ludente arena, ad murum Græcorum facile perrumpendum: et sumta est comparatio a loco ipso ubi erat murus, a littore. et 381—384, de fluctu maris in navem descendente, ad murum conscensum, excellentissime: nam ἀεὶ παρευδοκιμῶν, i. e. ἑαυτὸν νικῶν, ὁ ποιητὴς ἐν ταῖς ὁμοιώσεσιν: et comparat pugnam vento, Trojanos fluctibus, murum navi. et 410—414, de amussi naupegica, ad pugnam æqualem: et sic sæpe sumitur parabola a loco ipso: nam res agebatur ad naves. et 586—591, de leone malefico generoso, ad recipientem se heroëm. et 592, de leonibus cupidis, ad pugnantes. et 605, 606, de igne, ad bellatorem. et 618—622, de saxo marino, ad stabiles milites. et 624—629, de undis contra navem, ad periclitantes bellatores. et 630—638, de leone boves incursante et terrente, ad Hectorem et Achæos: et τὸ οἷον, 638, est præcipue id, cui comparatur actio leonis. et 679—688, de agitatore equorum κελήτων, ad Ajacem obambulantem alacriter. et 690—694, de aquila aves involante, ad Hectoris impetum. De fonte, ad lacrimas herois, Π, 3, 4. et 7—11, de puella infante, ad heroëm flentem. et 156—165, de lupis, ad cupidos pugnandi. et 212—215, de pariete firmo, ad ἄγαν πύκνωσιν στρατιωτῶν. Et ex hac parabola discis, quid alibi dicatur πυργηδὸν φράττεσθαι: nam in muro lapis lapidem sustinet, et arcte cohæret alteri: sic in acie clypeus ad clypeum, vir ad virum. et 259—267, de vespis irritatis, ad pugnatores. et 297—302, de fulgure lucente, ad exiguam ἀνάπνευσιν ἐν κινδύνῳ: fulgur enim collustrat tenebras ad tempus parvum, sic Patrocli factum recreat paululum Græcos: et ideo victoria quædam dicitur φῶς τι. et 352—357, de agnis et hædis fugientibus lupos, ad timorem magnum. et 384—393, de tempestate autumnali, ad fugientes: et ibi ad στενάχοντο parabola artificiose picta: ut torrentes tunc gemunt et strepunt, sic equi fugientes. et 428—430, de vulturibus, ad pugnantes: ubi respicitur ad τὸ ἰσοδύναμον utrorumque, hinc aves ejusdem speciei ponit, et simul ad κλαγγήν. et 406—410, de piscatore piscem hamo attrahente ad se, ad heroëm hasta percutientem et attrahentem ex curru adversarium. et 482—486, de arbore cadente, ad cadentem in pugna. et 487—491, de tauro percusso, ad vulneratum letaliter. et 582—584, de accipitre terrente aves ad heroëm terrentem hostes: et Lycii sunt ibi οἱ κολοιοὶ, quos hac comparatione deprimit poëta, etsi dense conglobatos. et 633—637, de lignatore, ad sonum pugnæ. et 641—644, de muscis in casa pastoritia, de hostibus circa occisum. et 752—754, de leone irruente quidem fortiter sed letaliter vulnerato, ad Patroclum. et 756—761, de leonibus duobus pugnantibus de cervo mortuo, ad Patroclum et Hectorem depugnantes de cæso tertio. et 765—771, de ventis quatientibus arbores, ad pugnantes cum clamore. et 823—828, de leone et apro pugnantibus ob aquam, ad Hectorem et Patroclum. Et libentissime

utitur parabolis poëta in re magna, ut magnificentiorem eam faciat. De vacca primipara, defendente vitulum suum, ad heroëm pro amico cæso pugnantem, P, 4—7. et 53—60, de olea pulcra, vento eversa, ad pulcrum heroëm cæsum. et 61—69, de leone vorante bovem et ἀπερσμάχῳ, ad heroëm pro amico pugnantem quem timent hostes. et 109—113, de leone recipiente se. et 133—137, de leone defendente catulos suos. et 263—266, de torrente strepente, ad clamorem pugnantium. et 281—285, de apro defendente se a venatoribus. et 389—395, de corio bubulo quod extenditur, ad contentionem æqualem, coll. 401, et laudatur hæc parabola a priscis in primis. et 434—437, de statua sepulcrali, ad stantem tristem, et id apte, nam tristis est ob mortuum. et 460, de vulture: ad velociter pugnantem. et 520—523, de bove percusso, ad cadentem hostem: et respicitur ibi solum τὸ, προθορών. et 542, de leone qui bovem laniavit, ad bellatorem. et 547—552, de musca audaci, ad heroëm. et 657—666, de leone recedente, ad heroëm invitum abeuntem: et indoles leonis ibi maxime est picta, respiciturque ad τὸ ἀκούσιον. et 674—681, de aquila ejusque visu acuto, ad heroëm circumspectantem. et 725—734, de canibus aprum incessentibus, ad hostes incessentes: et uni apro comparat duos Ajaces, ob ἰσοψυχίαν. et 737—741, de igne, ad prœlium: et respicit maxime τὸν τῆς μάχης ἦχον. et 742—746, de mulis truncum ex monte portantibus, ad indicandum pondus mortui. et 747—752, de mole inhibente aquas, ad heroas arcentes hostem: honestissima parabola. et 755—759. de sturnis et graculis, ad fugientes cum clamore. De surculo recens ex terra nato in altum, ad adolescentem, Σ, 56, 57. et 109, de melle, ad dulcedinem vindictæ. et 110, de fumo, ad iram obfuscantem cogitationes. et 161—167, de leone esuriente, ad herois stabilitatem. et 207—214, de fumo interdiu et igne noctu, dandi signi causa, ad notabilem speciem armorum herois. et 219—223, de tuba, ad vocem herois. et 318—322, de leone cui catuli surrepti, ad gemitus herois. et 599—601, de figuli rota, ad discurrentes leviter. et 615, de accipitre, ad celeritatem accedentis. De nivibus, ad multitudinem armorum candentium prolatorum, Τ, 357—361. et 375—381, de pharo καὶ πυρσῷ σωστικῷ, ad fulgorem clypei. et 398, de sole, ad splendorem armati herois: et apte: nam si arma lucent partim ut ignis, partim ut luna, partim ut stella, ergo totus heros splendet ut sol, his conjunctis splendoribus, coll. 381, 374, 366. De leone omnem illam regionem infestante, ad heroëm invadentem hostes, Υ, 164—175. et ibi natura leonis egregie depicta. et 252—255, de mulieribus, invicem conviciantibus; eximie: nam mulier est ἀνδρὸς λοιδορητικώτερον καὶ μεμψιμοιρότερον καὶ φιλοπληκτικώτερον, quod et Aristophanes bene pinxit in Eccles. et est parabola ad jurgantes. et 490—494, de igne vastante, ad pugnantem: ubi imitatur poëta vocibus τὸν βρόμον τοῦ πυρὸς, καὶ ὅλη παραβολὴ τῷ ὅλῳ παραβέβληται, quod rarius. et 495—499, de bubus triturantibus, ad equos cadavera calcantes. De locustis igne territis et insilientibus in aquam, ad fugientes trepide, Φ, 12—16, ubi quoque ὅλη ὅλῳ προσαρμόζει. et 22—26, de delphino et piscibus, ad fugientes heroëm. et 252—254, de aquila, ad fugientem heroëm. et 257—264, de aquilege fluvium derivante, ad aquas insequentes heroëm fugientem. et 282, 283, de puero συφορβῷ, cui se assimilat magnus Achilles periculi tempore. En, ut deprimant pericula sordida etiam fortissimos. et 346—348, de vento siccante hortum, ad siccatum campum. et 362—365. de lebete fervente, ad aquas calidas. et 522—525, de urbe ardente, ad hostes pressos. De equo ἀεθλοφόρῳ, ad currentem heroëm, Χ, 22—24, et 26—32, de Sirio, ad splendorem armati herois. et 93—96, de dracone, ad heroëm animosum, coll. 134, 135. et 139—144, de accipitre et columba, ad celeritatem currentium, maxime insequentis, et 162—166, de equis certantibus, de currentibus heroibus, conf. ἵππος in A. ad h. l. et 189—193, de cane et cervo, ad attentionem persequentis hostem. et 199—201, de somnio, quando somniamus de cursu nostro, nec quidquam proficere possumus; ad alterum non adsequentem, alterum non effugientem. et 262—266, ubi sunt παραβολαὶ παροιμιώδεις de odio perpetuo. et 308—311, de aquila impetum faciente, ad heroëm. et 317, 318, de hespero, ad fulgorem hastæ vibratæ. De patre lugente filium, ad notandum amorem, Ψ, 222—224. et 598, 599, de rore recreante herbas, ad verba animum recreantia. et 692—694, de pisce exsiliente super aquam ad exsilientem improviso percussum pugilem. et 712—715, de tignis tectum fastigiatum constituentibus, *von dach sparren, (from rafters,)* ad luctatores firmos: et pertinet ad præcedens λαβέτην, ideo nec habet apodosin. et 760—764, de radio textorio, ad propinquitatem insequentis. de leone fero, ad iratum, Ω, 41—45. et 480—484, de viro dignitatis pleno, et subito ad alienos accedente; ad admirationem mutuam duorum heroum se visentium: et refertur πρὸς μόνον τὸ πολὺ τοῦ θάμβους. In Odyssea minus frequentes sunt parabolæ. De cervo, catulos suos in specu leonis deponente, ad procos in domo Ulyssis, δ, 333—340. ρ, 124—131. de pastore in medio gregis cubante, ad Proteum, δ, 413. et 791—793, de leone viris cincto, ad Penelopen. De vento ferente spinas, ε, 328—330. et 394—398, de liberis lætis ob restitutam patris valetudinem bonam, ad gaudium ingens. et 488—499, de scintilla ignis occultata sub cinere, ad hominem latentem in cubili suo: et apta hæc est comparatio: nam Ulyssi tantopere fatigato, paullulum modo vitæ supererat, excitandum tamen deinde et augendum: posuit tamen non σπινθῆρα, sed δαλὸν, magnifi-

centiæ causa. De Diana inter nymphas, ad virginem regiam inter suas, ζ, 102—109, utpote de pulcerrima inter valde pulcras. et 130—138, de leone esuriente, ad heroëm nudum quo terrentur puellæ: nam illotus et malis confectus, apparebat illis horribilis; lotus, et cibo potuque refectus et indutus, amabilis: vide κόρη in A. similitudo tamen digna est Ulysse. et 151, 152, de Diana formosa et dignitatis plena, ad virginem regiam. et 162—168, de palma Deliaca, ad eandem, coll. 157, 160. et 232—236, de argento inaurato, ad formosum heroëm. De foliis populi celsæ, ad operantes puellas, η, 106, διὰ τὸ εὐκίνητον καὶ συντεχὲς τῆς αὐτῶν ἐργασίας, *wegen des muntern bewegens der vielen hände, (on account of the brisk movements of the numerous hands.)* de mulis et bubus arantibus, ad celeriorem cursum, θ, 124, 125, ut notetur τὸ ταχύπουν viri. et 521—531, de uxore flente maritum cæsum pro patria, ad flentem heroëm: et similitudo id vult, ἐλεεινὰ ἔκλαιεν Ὀδυσσεύς. De foliis et floribus cernis, ad multitudinem. ι, 51. et 292, s. de leone vorante, ad Cyclopem: et id πιθανῶς: nam nisi Cyclops ossa simul comminuisset vorando (sicut et felis murem una cum ossibus vorat) spatium ante speluncam fortasse plenum fuisset ossium, et deterritus Ulysses introire. Cæterum antiqui raro soliti cultros adhibere ad capiendum cibum. Sic Celtæ membra integra de verubus diripiebant, manibusque tenebant, et dentibus dilacerabant carnes; et si quæ minus sequerentur, habebant μαχαίρια μικρὰ, τοῖς κολεοῖς ἐν ἰδίαις θήκαις παρακείμενα, quibus circumcidebant eas. talis culter ad vaginam gladii adjunctus dicitur ἡ παραξιφὶς, ἢ τὸ ἐγχειρίδιον. et 314, ubi non res ad rem, sed faciendi facilitas cum alia ejusmodi facilitate, comparatur. et 322—324, de malo nautico, ad clavam Cyclopis. Aliam brevem parabolam habes 289. et 384—388, de terebra. et 391—394, de fabro, candens ferrum immergente in aquam, ad stridorem. De canibus domesticis circa herum, ad cicuratas feras, κ, 216—219. et 410—420, de vitulis excipientibus matres, ad lætitiam magnam. De suibus mactatis, ad cædem iniquam, λ, 412—419, coll. 410, de tauro cæso: et hic respicit ad unum ducem, illic vero ad socios multos, cæsos. De lebete fervente, ad Charybdim, μ, 237, s. et id apte, ad rem illustrandam. et 251—257, de piscatore hamis piscante, ad Scyllam. De aratore impigro, qui totum diem opus fecit, et circa vesperam cupide domum spectat, ad Ulyssem festinantem in patriam, ν, 31—35, et hæc nobilis parabola etiam de sene morituro potest adhiberi. et 81—85, de equis currentibus firmiter, ad certum cursum navis. et 86, 87, de accipitre volante, ad cursum navis. De patre excipiente unicum bonæ indolis filium peregre redeuntum, ad fidelem amicum, excipientem alterum, π, 17—21. et 216—219, de avibus flentibus, ad flentes amicos. De patre excipiente filium reducem, ad bene excipientem, ρ, 111, 112. et 518—521, de poëta suaviter canente, ad narrantem suaviter: et id apte: nam narrans multa tamen finxerat bene. De rege bono, cujus gloria late it, ad gloriam boni principis, τ, 108—114. et 204—209, de nive soluta, ad lacrimas. et 518—529, de luscinia canente, ad hominem varia cogitantem, adjuncta luctus idea. De cane pro catulis anxio, ad sollicitum, υ, 13—16. et parabola orta ex ὑλακτεῖν, ad sanandum audax verbum de corde positum. et 25—30, de assando, ad inquietum in cubili. De chorda citharæ, ad nervum arcus, φ, 406—409, et id tendere fiebat, ut nervum ab altero cornu arcus detensum, ne contentus semper arcus flaccesceret, rursus adnecteret ei cornui, curvando arcum. conf. φόρμιγξ in A. De bubus ab œstro agitatis, ad territos, χ, 299—301. et 302—309, de vulturibus contra aves, et conf. νέφος in A. ad h. l. et 384—389, de piscibus captis reti et expositis in littore, ad cæsos jacentes multos: et hoc solo loco poëta mentionem facit capturæ piscium per rete; per hamos sæpius. et 402—406, de leone saturato cædibus, ad Ulyssem post μνηστηροκτονίαν. et 468—472, de turdis per laqueos captis, ad suspensas ancillas. De argento inaurato, ad formosum virum, ψ, 159—163, qui nimirum candidus et roseus est simul. (Vide supra ex ζ.) et 233—240, de enatante naufrago, ad lætantem: et apte id ad Ulyssem, multa passum mari. De vespertilionum stridere, ad stridentes leniter umbras recens cæsorum, ω, 6—9.

Παρθένιος, ὁ. ποταμὸς Paphlagoniæ, Β, 854, fluens per regiones valde amœnas, et valde placide: unde hoc delicatum nomen nactus est. Sed τὸ Παρθένιον est mons Peloponnesi.

Πάρις, ιος, et ιδος. ὁ. Idem qui ὁ Ἀλέξανδρος, filius Priami regis. De judicio ejus inter deas, est Ω, 28—30, et ἄτη est aberratio mentis, *die vergebung im denken, (aberration of mind.)* Hoc judicium allegorice solet explicari, ut sit ἡ ἡδονῆς πρὸς ἀρετὴν σύγκρισις: in quo quum una Venus, i. e. ἡδονὴ, præferretur omnibus regiis virtutibus, sapientiæ practicæ et honestati principali; omnia sunt perturbata. Ἡδονὴ enim in se est bona, sed tantummodo si est ἀμεταμέλητος: sin minus, et si ex ea oritur πολὺς μετάμελος, deterrimum est malum, et maxime principi viro pudendum. Et hic fuit Epicuri sensus, ἡδονὴν ἀμεταμέλητον summum esse homini bonum. Πάριος κλῆρος, Γ, 325. Solus iste inter heroas Homericos fuit μυραλοιφόμενος: nam τὸ κάλλος, cujus fit mentio Γ, 392, κάλλεϊ στίλβων, erat μύρον, δι' οὗ εὐπρόσωπος ἡ θέα γίγνεται, καὶ στίλβειν ἐστὶ λάμπεσθαι τὴν ὄψιν. *ein köstlich waschwasser, das die haut recht klar machete, und durch sein eindringen in die schweislöcher das gesichte völliger und lebhafter darstellete, (a valuable cosmetic, which made the skin very clear, and by penetrating the pores, caused the face*

to appear more beautiful and lively.) Apud fœminas tale κάλλος in usu perpetuo fuit: deinde receptum et ad viros, et sine dubio τὸ, νίψον τὸ πρόσωπόν σου, Matth. vi, 17, ejusmodi liquidum unguentum designat, quum sola lavatio faciei per aquam, ad mores quotidianos et ad munditiem, communem omnibus honestioribus, pertineat. Rapuit Helenam ex Lacedæmone, quæ causa fuit belli; et amat eam vehementius decimo anno post, quum timuisset eam amittere ex fœdere, et quum victus esset, Γ, 442—446. Proficiscens Lacedæmone Trojam, non recta via profectus est, ne persequerentur eum naves ex Peloponneso missæ: sed circumnavigavit littora Ægypti, Phœniciæ, Ciliciæ, etc. et ex hoc itinere duxit secum ex Sidone textrices Trojam, Ζ, 289—292, *legete eine tapeten-manufactur an, (established a carpet manufactory.)* Domus ejus pulcra, frugalis tamen, describitur Ζ, 313—317, conf. δῶμα in A. Non intelligit ironiam Hectoris: nam cur irasceretur innocentibus? aut cur νεμεσσῶν τοῖς κατὰ αὐτοῦ δικαιότατα νεμεσῶσιν? prudentior vero Helena intelligit, Ζ, 326—358. Blanditur fratri, et honesto modo blanditias veritate mixtas recipit, 503—529. Vult credi, se esse justum maritum Helenæ, eamque se debere defendere: id poëta innuit Η, 355—362. Vult ergo, ut Antenor aliud consilium proferat τῇ τοῦ Ἀλεξάνδρου κακίᾳ σύμφωνον. Cæterum est imago principis, propter se omnes alios natos esse putantis: hinc, ἐμοὶ φίλα, 357. Sicut Priamus est imago senis, nimis leni ingenio nati. Ἑτέρων Πάρις ἦρχε, Μ, 93. Πάρις, Ν, 490, 660. Ο, 341. Χ, 359. Ω, 249. Δύσπαρι, O infelix, Γ, 39. Ν, 769. Ab Euripide dictus Αἰνόπαρις, ob damnum quod intulit patriæ, et ob flagitium suum: nam adhibetur ejusmodi appellatio, quando aliquis nobis est infaustus, aut non idoneus nominari inter res faustas a nobis: est tamen mollis increpatio et civilis; *du böser Paris, (O naughty Paris.)* conf. Ἀλέξανδρος, et in A. εἶδος, ἐκλείσφατον, et ὄδος ante medium.

Παρνησὸς et Παρνησσὸς, οῦ. ὁ. et communiter Παρνασὸς, apud Bœotos, et vulgo, Τερνεσός. Parnassus mons, ad quem Autolycus, avus maternus Ulyssis, regnabat. τ, 394, 431. φ, 220. ω, 331. Cum simplici Sigma constanter scribitur a poëta: ab aliis cum duplici.

Παῤῥασία, ας. ἡ. Urbs Arcadiæ. Β, 608. ἀπὸ Παῤῥασοῦ, ἑνὸς τῶν Λυκάονος παίδων: et fuerat olim regia Lycaonis. Ovid. Met. I, 198, seqq.

Πασιθέη, ης. ἡ. Gratiarum una, et quidem junior. Hanc promittit Juno conjugem Somno, Ξ, 269, 276, ubi nomen alludit ad naturam somni, διὰ τὸ πάντη θέειν (ad omnes accurrere) τὸν ὕπνον. Possit nomen et esse, spectabilis omnibus, vel, ad quam omnes concurrunt. sic ἡ Πασιφίλα erat nomen ἑταίρας ἐνδόξου. Vide in A. sub ὕπνος, ad medium.

Πατρὶς, ίδος. ἡ. patria, vilis sæpe, profert magnos. Sic parva Ithaca Ulyssem, Pella Alexandrum M. Scythia barbara Anacharsin et Themistium, etc. Hinc est id περ, Γ, 201.

Πάτροκλος, ου. ὁ. et Πατροκλέης, έος. et Πατροκλῆς, ῆος. Filius Μενοιτίου, συγγενὴς τοῦ Ἀχιλλέως et socius carissimus. Λ, 345, coll. 357. Ι, 190, 195. 201, 205. habet suam concubinam, 662—664. Mittitur ab Achille ad Nestorem, Λ, 610, 615, coll. 607, 601. Et hoc erat initium mali quod Patroclo accidit. Nam Nestor persuadebat ei, ut pugnaret: pugnans interficitur. Simul tamen id malum erat origo multorum bonorum pro Græcis. Oratio Nestoris est Λ, 654—802, in qua præcipue inest, Patroclum non Achillis sed Agamemnonis causa esse a patre missum ad Trojam, 764, 765, a patre eum esse edoctum qualis esse deberet, 784—788. Erat senior Achille, sed non multum: inferior autem genere et robore, 785. Peritus artis medicæ, 822—847. De morte ejus prædicitur Ο, 65, 66, circa quem locum simul est breve argumentum totius Iliadis, 62—68, et loquitur ibi Jupiter. Curat Eurypylum vulneratum, 390—394. res adversas Græcorum valde dolet, 395—405. Exit ad pugnandum, indutus arma Achillis, a qua re, ῥαψῳδία integra Π inscribitur a priscis ἡ Πατρόκλεια. Flet ubertim, Π, 2—4, et alloquitur Achillem, 20—45, ubi in recensione vulneratorum ducum reticet Machaonem, ne Nestoris mentionem simul facere cogatur, et ne inde Achilles suspicari possit, a Nestore hanc machinam esse structam, ut vere erat; 24—29, et ordo omnis ibi est admirabilis. Vocativos nominis ejus vides 7, 11. Accipit mandata ab Achille, quibus si paruisset, vivus cum magna gloria rediisset; sed oblitus amici, gloriam sibi aliam captabat: 83—96. En mores amicorum nobilium. Sed si paruisset, longe alius ordo eventuum secutus esset, quem poëta eligere noluit. Poësis enim est aliqua creatio mundi alicujus. Describitur breviter ut fortissimus, 195. 219, 268, 278. 284, 291, 307, 372, 377, 394, 420, 427. Suprema ejus verba, prudentia, magnanima, vaticinantia, 843—855. conf. θνήσκω in A. Ρ, 2, 10, 92, 378. δυσήκοος πρὸς τὸν Ἀχιλλέα, 401—407. equi ejus flent eum, 426—441, (coll. Ψ, 276—284.) et Jupiter luget, 442—456. laudatur, 477. Ejus character, 670, 671. coll. 689, 690. nam de mortuis nil nisi bene. κεῖται Πάτροκλος, Σ, 20, coll. 10. sic breviter luctuosum nuntium perfert: nam in luctu non vacat audire longa. Achilles postea mutatus, 97—126. Thetis narrat de Patroclo, 451—457. Fletur a Briseïde, Τ, 282—302. et ab Achille, 314—339, et in specie ibi celeritas ejus, in paranda heroico more cœna suis manibus, prædicatur. Vide porro Φ, 96, 101, 107. Anima ejus apparet Achilli, Ψ, 65—107. honoratur equis, ut vir equester, 6—11. combusti ossa leguntur, 252—254. laudatur,

γ, 110. Πατρόκλου ἢ Πατρόκλοιο, Θ, 476. Ρ, 187, 240, 241, 255. Σ, 93. Φ, 28, 134. Χ, 323, et apte ibi fit mentio ejus: nam Hector gestabat arma aliena, et circa collum non satis arcte adhærebat thorax; hinc ibi via ad accipiendum vulnus. Ψ, 239. Ω, 6. Πατρόκλῳ, Π, 257, 543, et Glaucus intellexit, non Achillem esse, qui id fecit: et hinc animosi fiunt Trojani. Ρ, 286. Τ, 4. Ψ, 747. Πάτροκλον, Σ, 151, 152. Τ, 302, ubi vide πρόφασις in A. Ψ, 134. Πάτροκλε, Π, 787, et utitur poëta apostrophe subita, ut συναχθόμενος hoc bono viro, coll. 812, 823, 830. Σ, 333. Τ, 287, ubi hic vocativus est dactylus. Ψ, 179. Ω, 592. Πατροκλῆος, Π, 554, τοῦ συνετοῦ. Ψ, 105, 221. λ, 467. ω, 16, coll. 77, 79. Πατροκλῆα, Π, 125, 126, 130, 818, 815, s. Χ, 331. Πατρόκλεις, in vocativo, Α, 337. Λ, 822. Π, 584, 693, 707, 744, 733, 812, 843, 786. Vide sub Κλεοπάτρα, et in A. sub κοάς.

Παφλαγόνες, ων. οἱ. gens Asiæ minoris, ἀσπισταὶ, μεγαλήτορες, Ε, 577. Β, 851, 853. Ν, 656, 662. ὁ Παφλαγὼν, όνος, ἔνδοξος ἀρχηγὸς, auctor nominis eorum est. Appellative sic possunt dici homines loquaces et clamosi, impudentes rhetores, οἱ λόγοις παφλάζουσιν. Et sic id nomen posuit comœdia.

Πάφος, ου. ἡ. urbs Cypri, θ, 363, 362, ubi sic est exponendum, ἵκανεν εἰς τὴν τῆς Κύπρου Πάφον. Sacra erat Veneri, διὰ τὸ ἀπαφίσκειν, i. e. ἀπατᾷν: nam sic ficta est res ex sono nominis: sicut et Κύπρος sacra est Veneri, quia sono vocis convenit cum κύειν πόρεσθαι, ἢ πορσύνεσθαι, prægnantiam et partum præbere.

Πείραιος, ου. ὁ. Dux Græcus, pater Πτολεμαίου, qui hinc dicitur Πειραΐδης. Δ, 228. Alius erat nobilis Ithacensis, fidus Telemacho, ο, 538—545. ρ, 55, 56. 71—83. υ, 372. sed ὁ Πειραιεὺς, έως, erat portus Athenarum.

Πείρεως, ω. ὁ. princeps Thracicus, Υ, 484.

Πειρίθοος, ου. ὁ. et ὁ Πειρίθους, ου. princeps Thessalus, filius Ixionis, ex gente Lapitharum, qui debellavit Centauros: hi enim, in nuptiis Pirithoi cum Ἱπποδαμείᾳ filia Adrasti, turbas concierant, injuriosi in mulieres, quod narratur φ, 295—304. Ipse heros laudatus Α, 263. Β, 741, ubi dicitur filius Jovis, ex congressu Jovis cum uxore Ixionis, coll. Ξ, 317, 318, ubi id narrat Jupiter. Filius ejus erat ὁ Πολυποίτης, Μ, 129, 182. τέκνον Διὸς, λ, 630. Etymologice scribi debebat Περίθοος, a περὶ, et θέειν, qui superat cursu.

Πείροος, ου. et Πείρως, ω. ὁ. Thracum dux. Β, 844. Δ, 520, 525, seqq.

Πείσανδρος, ου. ὁ. Tertius dignitate inter Myrmidonas post Achillem et Patroclum, Π, 193—195. Alius erat nobilis Trojanus, filius Antimachi, Trojani crudelis et avari principis, Λ, 122—144. Item alius erat nobilis Trojanus, Ν, 601—641. Quartus fuit nobilis Ithacensis, procus, σ, 298, 299. χ, 243, 244. 268.

Πεισήνωρ, ορος. ὁ. nobilis Trojanus, Ο, 445. Alius fuit avus Eurycleæ, nutricis Ulyssis, α, 429. β, 347. υ, 148. Tertius erat præco Ithacensis, β, 38, habens nomen a re ipsa: nam præconis est, πείθειν ἄνδρας ut audiant et obsequantur.

Πεισίστρατος, ου. ὁ. Filius Nestoris, laudatus. γ, 36, 400, 415, 454, 483. δ, 155. ο, 4, 6, 44—48. 131, 166, 202. Celeber ille Atheniensis tyrannus, Pisistratus, ex antiqua Neleidarum gente descendit, ex qua et Nestor fuerat, Herodot. V. 65. Vide sub Πειρίθοος.

Πελάγων, οντος. ὁ. μέγας, unus ex ὑποστρατήγοις Nestoris, Δ, 295. Alius, nobilis Lycius, bonus miles et bonus medicus, Ε, 695.

Πελασγοί, ῶν. οἱ. Gens antiquissima Græciæ, πολυπλάνητος per Græciam et vicinas terras. Colonia eorum magna etiam in Asia fuit, sub imperio Trojano: hinc inter auxilia Trojana numerantur, Β, 480, seqq. Κ, 429, δῖοι. etiam in Creta, τ, 177. nam crebras colonias emiserant, ipsi quoque sæpe sedibus suis expulsi: hinc late sparsum nomen eorum. Ρ, 288. Πελασγοῦ, ubi est gentile, non proprium hominis. In Thessalia fuerat prima sedes eorum, hinc τὸ Ἄργος Πελασγικὸν, Β, 681. Ζεῦ Πελασγικὲ, Π, 233, nam Dodonæ in luco, in antiqua Pelasgorum terra, colebatur Jupiter: simul et apte, si intelligas id epitheton præter sensum geographicum: nam Jupiter est principium fructificans terram, hinc nobis est πέλας, prope. Alii male legunt ibi Πελαργικέ. Vide sub Λέλεγες.

Πελίας et Πηλίας, ου. ὁ. Filius τῆς Τυροῦς ex Neptuno, frater Nelei, pater Alcestidis et Acasti, rex partis Thessaliæ. Β, 715. ortus ejus et regnum describitur λ, 234—256. occisus denique dolo Medeæ. Nam Jasonis patrem, Æsonem expulerat regno. Genealogia ejus hæc. Αἴολος, ὁ τοῦ Ἕλληνος habuit tres filios, quorum primus Κρηθεὺς, alter Ἀθάμας, tertius Σαλμωνεύς. τοῦ Κρηθέως υἱὸς ἦν ὁ Αἴσων, τούτου ὁ Ἰάσων: τοῦ Σαλμονέως θυγάτηρ ἦν ἡ Τυρὼ, καὶ ταύτης υἱὸς ὁ Πελίας.

Πελλήνη, ης. ἡ. Urbs Achaiæ munita, cujus civis ὁ Πελληνεὺς ἢ Πελλήνιος. Β, 574. celebrabantur ibi ἀγῶνες, τὰ Ἕρμαια ἢ καὶ Θεοξένια dicti.

Πέλοψ, οπος. ὁ. Avus Agamemnonis, filius Tantali. Β, 104, seqq. conf. πλήξιππος in A. et Eurip. Iphig. Taur. 2. et Plutarch. in Theseo. dictus a πέλας ὄπτομαι, ὁ τὰ ἐγγὺς ὁρῶν, ἢ ὁ τὰ πορρωτάτω ὡς τὰ ἐγγὺς ὁρῶν. Plat. in Cratylo.

Πενέλεως, ω. ὁ. Ductor Græcus. Ν, 92.

Πέργαμος, ου. ἡ. ἡ τῆς Ἰλίου ἀκρόπολις, ubi et templum celebre Apollinis: et erat similis Capitolino monti Romæ. Δ, 508. Ε, 446—460. Ζ, 512. Η, 21. Ω, 700. Recentiores dixere τὸ Πέργαμον ἢ τὰ Πέργαμα: imo et per tropum omnes ἀκροπόλεις vocarunt Περγάμους ἢ Πέργαμα. Vide sub ἄκρος in A.

Περίβοια, ας. ἡ. heroina nobilis et formo-

sa, mater τοῦ Πηλεγόνος, principis Pæonum. Φ, 142, 143. Alia est η, 57, 58. nomen declarat formam late celebratam fama. Vide sub Εὐρυμέδων.

Περιήρης, εος. ὁ. nobilis Græcus, pater Βώρου, qui Borus fuit gener Pelei, habens pulcram Πολυδώρην. Π, 177.

Περικλύμενος, ου. ὁ. Filius Nelei, frater Nestoris. Videtur fuisse vir πολυειδὴς τὰ εἰς μεθόδους πολεμικὰς, καὶ εἰς λοιπὰς ἐπιτεχνήσεις. nam narrant de eo recentiores, quod donum habuerit a Neptuno, ut mutare posset se in quodvis: quod idem donum habuit ἡ τοῦ Ἐρυσίχθονος θυγάτηρ, καὶ ὁ Πρωτεὺς, καὶ ἡ Θέτις, etc. Cum Hercules Pylum oppugnaret, in prœlio quodam mutavit Periclymenus se in apem, et tamen sic quoque confixus est sagitta Herculis. λ, 285. Vide sub ἀγέρωχος in A.

Περιμήδης, εος. ὁ. Græcus nobilis, pater Schedii, Ο, 515. Alius erat socius Ulyssis λ, 23. μ, 195. nomen est a prudentia singulari.

Πέριμος, ου. ὁ. Filius Μέγου, Π, 695, unde ὁ Μεγάδης dictus, nobilis Trojanus. nomen est a περὶ, supra, sicut ab ἀμφὶ fit Ἄμφιος, ab ὑπὸ Ὕπιος, etc.

Περίφας, αντος. ὁ. Ætolorum princeps laudatus, occisus a Marte. Ε, 842—847. Alius erat κήρυξ Trojanus, Ρ, 323, Ἠπύτου υἱὸς, apte ab ἠπύειν, i. e. φωνεῖν. ipsum etiam nomen est quasi περιττῶς φωνῶν, quod et imperatoris est.

Περιφήτης, ου. ὁ. nobilis Trojanus, a Teucro occisus, Ξ, 515. Alius erat ductor Græcus, Ο, 638—652, mali patris bonus filius.

Περκώπη, ης. ἡ. Urbs maritima Troadis, Λ, 229.

Περκώτη, ης. ἡ. Urbs Troadis, quam postea Xerxes donavit Themistocli; et civis ejus ὁ Περκώσιος. Β, 835. Ο, 548. Β, 831. Ζ, 30. Λ, 329.

Περῥαιβοὶ, ῶν. οἱ. Natio Thessala, a conditore suo Περῥαιβῷ nomen nacta, Β, 749. Hi Perrhæbi habebant montana, Λαπίθαι autem campestria circa Olympum et Tempe, ad Peneum amnem usque ad ostia ejus: et οἱ Ἀθαμᾶνες annumerantur his a geographo.

Περσεὺς, έως. ὁ. Filius Jovis ex Danaë, laudatus valde et prælatus Herculi fortibus justisque factis. Ξ, 319, 320. Ejus filius fuit ὁ Σθένελος, qui hinc dicitur Περσηϊάδης pro Περσείδης. Nomen est a πέρθειν, διὰ τὸ πολιπορθεῖν. Alius erat Nestoris filius, γ, 414, 445. Vide in A. sub πούς, aliquanto ante medium.

Περσεφόνη, ης. et Περσεφόνεια, ας. ἡ. Proserpina, quæ et ἡ Περσέφασσα ἢ Περσέφαττα dicitur, et apud Atticos κατ' ἐξοχὴν ἡ Κόρη, dorice Κόρα. Filia Cereris et Jovis, uxor Plutonis. Sed physice notat, conventum aut numerum universum mortuorum, imo potius τὴν φθορὰν τῶν κατοιχομένων, corruptionem, *die verwesung, (corruption,)* Jobi xvii, 14. Vocatur et ἡ Φερσεφόνη, a φέρω, f. æol. φέρσω, et φένω, unde ὁ φόνος: composito ex duobus idem notantibus nomine: nam φέρειν sæpe est φθείρειν. Hinc et vocatur ἡ Φθερσέφασσα ἢ Φερσέφασσα ἢ Περσέφασσα, ex eodem, et φάζειν, i. e. φονεύειν. Cæterum Περσεφόνεια est forma Ionica, Περσεφόνη communis; sicut ἡ Πηνελόπεια καὶ Πηνελόπη. Βερενίκεια καὶ Βερενίκη. ἐπαινὴ Περσεφόνεια, ubi poëtice inducitur ut καταχθόνιος δαίμων, Ι, 457, 565, et id nomen simul innuit, morientes cadere vel naturaliter (φθείρεσθαι) vel vi externa (φόνος) et ἐπαινὴ additur, non solum quod δεινὴ, sed et quod αἰανὴ, διὰ τὸ ἐν σκότῳ εἶναι, κ, 491, 494, 509, 534. λ, 47, 212, ἀγαυὴ, suspicienda cum aliquo horrore: nam terret memoria corruptionis: 216, 225, 385, ἁγνὴ, ὡς ἁγνισμοῦ δεομένων τῶν θνησκόντων, secundum illud: πυρὶ καθήγνισται δέμας. 634. et mittit Γοργείην κεφαλὴν, πρὸς ἐκφόβησιν.

Πέρση, ης. ἡ. Filia Oceani, ex qua Sol genuit liberos, κ, 139. Respicitur ἡλίου ἀκινήτος περαίωσις, ἢ αὐτοῦ ἐκ περάτης κίνησις: et filia Oceani respicit solem poëticum, qui occidit in oceanum et oritur ex eo, vel et, διὰ τὸ τὸν ἥλιον ὠκὺ ἀνύειν τὸν δρόμον ὃν περᾷ φυσικῶς.

Πετεὼν, ῶνος ἡ. κώμη Θηβαΐδος, a conditore nomen habens, Β, 500.

Πετεὼς, ώ. ὁ. Rex Athenarum; et filius ejus erat Mnestheus, ductor Atheniensium ad Trojam. Habet nomen a πέτεσθαι, διὰ τὸ ὠκύπουν. In genitivo casu habet et paragogicum ο, Πετεῶο, quod tamen alii sic enarrant, Πετεὸς, gen. Πετεοῦ, ionice Πετεοῖο, et οι mutato in ω. Β, 552. Δ, 327. Μ, 331, 355. Ν, 690.

Πέτρα ὠλενία, vide Ὠλενίη. Β, 617.

Πήδαιον, ου. τό. locus ignobilis in Troade. Ν, 172.

Πήδαιος, ου. ὁ. Filius Antenoris, principis Trojani. Ε, 69—75.

Πήδασος, ου. ἡ. Urbs in imperio Trojano, quam Leleges caput habebant. Expugnata ab Achille; et cives inde transierunt in Cariam, et habitarunt circa Halicarnassum. Πήδασον αἰπεινὴν, Ζ, 35, ὀχυρωτάτη, ἡ πάλαι Μοννία dicta. Hanc Achilles oppugnans, et desperans expugnationem, quum abitum inde pararet; virgo intra mœnia, capta pulcritudine Achillis, malum projecit de muro, cui inscripti erant hi iambi: μὴ σπεῦδ' Ἀχιλλεῦ, πρὶν Μοννίην ἕλῃς, ὕδωρ γὰρ οὐκ ἔνεστι, διψῶσι κακῶς. Ille igitur manens, εἷλε τὴν πόλιν σπανίζουσαν ὕδατος, facta deditione. Dictam urbem volunt a Πηγάσῳ, equo alato, mutato γ in δ, ut solet: cives enim pollicitos esse Bellerophonti, daturos se ei esse tantum agri, quantum ἵππος ἐν νυχθημέρῳ περιτροχάσει: hinc et χάραγμα ἵππου τοὺς ἐκεῖ habuisse. Sed quis non videt commentum Græculi alicujus, quum poëta

equum illum prorsus ignoret, nec fabula lepida de virgine sit verosimilis. Jam igitur mirandum non est, Pharisæos Mosi, monachos apostolis, tam multa commenta superaddidisse, cum ne Homero quidem defuerint quamplurimi superadditionum magistri. Vide et Υ, 92. Φ, 87. sed alia Pedasus erat in Peloponneso, ἀμπελόεσσα, Ι, 152, 294, alias ἡ Μεθώνη, ἢ καὶ Κορώνη, dicta.

Πήδασος, ου. ὁ. Filius geminus Bucolionis ex Naiade formosa, Ζ, 21—28. Etiam equus Achillis, tertius et mortalis, i. e. castratus, qui nihil posset procreare, hoc nomine appellabatur, Π, 152, seqq. 467, seqq. nam equi heroum habebant sua nomina propria.

Πηλεγὼν, όνος. ὁ. Filius Axii fluvii et Peribœæ formosæ, pater Asteropæi, ductoris τῶν Παιόνων. Φ, 141—159.

Πηλεὺς, έως. ὁ. Filius Æaci, pater Achillis, rex Myrmidonum in Thessalia, maritus Thetidis. Occiderat per imprudentiam fratrem suum Φῶκον: et quum fugeret eam ob causam ex Ægina, secuti sunt eum multi Myrmidonum in Thessaliam, ubi regnabat eo tempore Ἄκτωρ, avus Patrocli: hujus filiam τὴν Πολυμήλην duxit uxorem, ex eaque genuit τὴν Πολυδώρην. Et quia Actor expulerat filium suum Μενοίτιον ob factas ab eo sibi insidias: Peleus successit Actori in regno. Propter Achillem iratus erat Græcis: et tamen de eo Nestor dicit, quod doliturus sit de turpitudine Græcorum: quanta ergo turpitudo, de qua et inimici doleant! et quæsierat ex Nestore, Η, 125—131. hortatus fuerat filium proficiscentem, ut cohiberet animum nimis elatum, disceretque modestiam et humanitatem, Ι, 252—259, qui locus est egregius. vide et 394—400, ubi Achilles de eo loquitur. et 474—480, ubi Phœnix fugiens ad eum venisse narratur. Nestor cum Ulysse legatus ab Agamemnone ierat ad eum, rogantes auxilia, Λ, 765—783. Αἰακίδης Πηλεὺς, ἥρως μάλα ἐπιεικὴς, Π, 15, 33, 34. et filia ejus Πολυδώρη peperit fluvio Σπερχειῷ τὸν Μενέσθιον, 175. Dii, et in specie Neptunus, dederant ei dono equos immortales, Π, 380, 866. Ρ, 441—447. Ψ, 277, 278. Venit ad eum supplex Ἐπειγεὺς, Π, 570—576. accepit et arma a diis, quo die duxit Thetidem, Σ, 84—86. et omnes dii adfuere in iis nuptiis, Ω, 59—63, i. e. data est ei uxor potentior ipso a nobilibus ejus regionis: sed historia specialior jam ignoratur. Thetis questa est sæpius, quod coacta fuerit nubere Peleo, Σ, 432—435, et spretus quoque est non diu post natum Achillem a fastuosa ista muliere; quæ dicitur dea maris, i. e. valde elata et tumultuosa: et Achilles filius Thetidis, i. e. valde superbus et inhumanus. Peleus valde senex, Σ, 331, s. Τ, 334—337. olim tamen fortissimus, 387—391. et a diis valde amatus, Ω, 486—492. Genus ejus describitur Φ, 188, 189. senectus, Χ, 421. ἱππότα, Ψ, 89. et 144, ubi vovit fluvio Sperchio comam reducis filii sui. Prima ejus uxor fuerat ergo ἡ Πολυμήλη, post cujus obitum duxit Thetidem jam senectuti propior. Fuit senior Priamo, nam sub Hercule contra Trojam profectus erat ut τέλειος αἰχμητὴς, quo tempore Priamus fuit valde puer: cæterum inferior Priamo in τεκνογονίᾳ, Ω, 534—546. Achilles eum valde amavit, et libenter nominavit, λ, 491—504. Ἑλλὰς καὶ Φθία, duæ urbes celeberrimæ et vicinæ, cum territorio circa eas satis amplo, parebant ei. De gladio Pelei narratur Aristoph. Nub. 1059, a scholiaste. Πηλέος υἱὸς, Π, 203. Σ, 18. Φ, 139. Χ, 8, 250. ω, 36. et scriptio genitivi per Ὀμικρὸν est Ionica, per Ὠμέγα Attica. Πηλῆος ἔκγονον, Υ, 206, 207. δόμον Πηλήϊον (pro Πήλειον) εἴσω, Σ, 60, 441. Hinc et patronymicum Πηλείδης, Πηλεΐδης, Πηληΐδης, Πηληϊάδης, filius Pelei, Α, 245. Ψ, 651. ejus genitivus est Πηλείδαο, Ο, 74, 614. Ρ, 191, 199. Φ, 208. et Πηληϊάδαο, Π, 686. λ, 556, et hoc α penultimum semper producitur: et Πηλείδεω, Ο, 64. Ρ, 195. Υ, 85. Θ, 75. et Πηληϊάδεω, Α, 1, 322. Ι, 166. Π, 269. Ω, 406, 431, 448. λ, 466. et hoc ι penultimum semper in scansione coalescit cum ω Πηλείδῃ, Ρ, 105, 701. Τ, 83. Χ, 58. Πηλείδην, Π, 271. Πηλείδη, in vocativo, Α, 146. Φ, 153. Et altera patronymici forma ὁ Πηλείων, τοῦ Πηλείωνος, Π, 195. Ρ, 208, 214. Πηλείωνι, Α, 188. Χ, 40. ι, 310. Πηλείωνα, Α, 197. Β, 674. Ι, 181. Κ, 323. Π, 281. Σ, 261, 267, ubi bis positum, κατά τι θαῦμα. Υ, 27. Φ, 599. Χ, 278. Ψ, 793. Ω, 338. λ, 469, 500. ω, 18. Vide in A. sub τεῦχος prope initium.

Πηλίας, est idem qui Πελίας, quem vide.

Πηλιὰς, άδος. ἡ. vide sequens.

Πήλιον, ου. τό. mons, oppositus τῇ Ὄσσῃ in Thessalia: et ambo montes sunt ab Olympo versus occidentem siti, inter quos fluvius ὁ Πηνειὸς ἐκρέει. Est et urbs Thessaliæ, τὸ Πήλιον, cujus civis ὁ Πηλιεὺς ἢ Πηλιώτης. τοὺς ἐκ Πηλίου ὦσε, Β, 744. et 757, εἰνοσίφυλλον. Πηλίου ἐκ κορυφῆς, Π, 144. Τ, 391. ἐπὶ Ὄσσῃ Πήλιον, λ, 315. hinc adjectivum ἡ Πηλιὰς, άδος, ex monte Pelio. Πηλιάδα μελίην, hastam fraxineam ex monte Pelio, Π, 143. Τ, 390. Φ, 162. Χ, 133. Πηλιὰς, Υ, 277.

Πηνειὸς, οῦ. ὁ. Fluvius Thessaliæ nobilis: et præter hunc sunt alii quatuor nobiles in illa regione, in quibus ὁ Ἀπιδανὸς καὶ Ἐνιπεὺς, qui tandem jungunt aquas suas cum Peneo, et per easdem convalles inter Ossam et Pelion montes effluunt in mare, sic tamen ut Peneus nomen suum retineat usque ad ostia. Β, 757. Vide in A. sub ὅρκος ad initium.

Πηνέλεος, ου. ὁ. et Πηνέλεως, ω. ὁ. dux Thebanus. nomen est a πένεσθαι ἢ ἐνεργεῖν περὶ λαὸν, hinc et communiter scribitur Πηνέλαος, quæ scriptio multo est accuratior quam Πηνέλεος, a qua tamen genitivus Ionicus Πηνελέοιο, Ξ, 489, occurrit. Πηνέλεως vero est Attica forma, sicut a Μενέλαος fit Μενέλεως. Β, 494. Ξ,

487, ubi Πηνέλεω scribi potest, attice a Πηνέλεως, vel Πηνελέῳ a Πηνέλεος. Π, 335. Ρ, 597—600.

Πηνελόπη, ης. et Πηνελόπεια, ας. ἡ. Uxor Ulyssis laudatissima in Homero, et valde σώφρων. Sed Lycophron, et quidam alii recentiores, narrant hanc pulcram reginam κασσωρίδα, eamque concubuisse cum procis omnibus; imo et Mercurium ex ea genuisse τὸν Πᾶνα (ὁ Πὰν) filium: quæ tamen omnibus antiquioribus contradicunt. Habet nomen vel a πένεσθαι περὶ λοπὸν, λοπὸς vero est ὕφασμα λεπτὸν κατὰ περομένου λοπὸν, nam proprie λοπὸς est tenuis aliquis cortex, *eine dünne schale wie um die zwiebel ist, (a thin rind or peel, like that of onions:)* unde et textura illa tenuis, differentiæ causa, scribi solet λόπος, et τὸ λῶπος, unde est τὸ λωπίον, quæ omnia a λέπω descendunt: vel nomen est a τὸ πηνίον ἑλεῖν, πηνίον vero est ὁ μίτος, *der einschlags-faden am gewebe, (the woof;)* et sic nomen est ἱστουργῷ γυναικὶ πρέπον. Cæterum est et avis quædam ἡ πηνέλοψ, οπος. Ipsa erat filia Icarii. Post primum partum, maritus ejus ad Trojam est profectus: ergo juvencula tamen erat adhuc, cum rediret vir anno vicesimo post, circa annum ætatis trigesimum sextum. α, 223, 275, 276, 328—364, ubi adit conventum procorum, sed modeste, neque sola: inhibet etiam ibi cantorem Phemium canere de reditu Græcorum, cur? quia timebat, ne vates divinus et de morte Ulyssis aliquid caneret, et ipsa tunc magis urgeretur a protervis istis. Ipsi etiam proci arrigebant aures, an aliquid de morte Ulyssis essent audituri. Credebatur quidem talis cantor moveri a spiritu veridico, ut vera subito per inspirationem caneret, quæ ipse antea ignorasset: sed Penelope parata erat id jam non credere, quia voto ipsius adversabatur; contra proci erant credituri, utpote quod volebant: hinc tacere cantorem de ista re jubebat Penelope. Telemachus autem de patre audire avebat: ergo spe cognoscendi certum, cantorem pergere jubebat. Describitur ut ingeniosissima, amoliens a se spes procorum, sic tamen ut non subito præcideret omnino, ut tempus duceret, semper sperans aliquid boni interim eventurum, β, 88—110, 116—122. et consumto omni consilio, re vera venit eventus bonus, Ulysses ipse. ἐχέφρων Πηνελόπεια, δ, 111. περίφρων, δ, 787. et 675—767, ubi rescis-cit consilia procorum de occidendo Telemacho, et luget, et precatur. et 770, πολυμνήστη βασίλεια. Est non tam formosa quam Calypso, ut ipse Ulysses, adulatorie fortasse, dicit, ε, 215—224, coll. 209—213. Laudatur ab Agamemnone, λ, 443—449. et a matre Ulyssis, 180—182, coll. 176, 177. statuit tamen Ulysses non aperire se uxori ante, quam fidem ejus satis perspexerit, Agamemnonis scilicet fato monitus, et nullam fœminam bonam serio credens, ν 331—338. et 378—381, ubi dicitur, quomodo hæc ἀντιθέῃ ἀλόχῳ tractarit procos, coll. 406. Exspectat virum, ξ, 126—130, 172, 373—376. Urgetur, ut nubat tandem alicui, ο, 15—17, et fratres ejus nominantur a recentioribus Homeri suppletoribus inficetis, Σῆμος καὶ Αὐλητής. desidet domi, ο, 514—516. De procis ejus multis, π, 122—131, et his raro quidem, nonnunquam tamen, solita fuit se ostendere, ut reverentiam sui aliquam iis subinde renovaret, π, 409—451. Excipit reversum filium, ρ, 36—60, ubi simul pulcritudo corporis animique ejus pingitur egregie; et 152—164, audit cum lætitia vaticinium de Ulysse venturo. coll. 390, s. 492—494. 562. ostendit iterum se procis, consilio singulari, σ, 157—302. ubi formositas ejus pingitur, et dona accipit: nec vult ungi elegantius, ungitur tamen; et refecta brevi somno, eo splendidior apparet. coll. τ, 53, 54, ubi intrat conclave, ubi versatur Ulysses personatus cum procis, et ipsa cum eo, ignara quis esset, colloquitur, 97—360, 508—604, ubi et somnium suum narrat. Luget, et vota facit noctu, υ, 57—92. Ponit procis arcum, ut fortissimo eorum nubat, φ, 2—187, et laudatur ibi, 107—110, ut pulcerrima sui ævi, nam Helena jam erat subvetula. Difficilis est in agnoscendo marito, metu ne decipiatur, ψ, 96—259, coll. 300—305. laudatur iterum ab umbra Agamemnonis, ω, 191—197. coll. 293. Confer in A. ἱμπλήγδην, et πηνίος.

Πήρεια, ας. ἡ. χωρίον Θετταλικὸν, ἑλῶδες, καὶ ἀγαθὸν τρέφειν ἵππους. Β, 766. alii scribi jubent ibi Πιερία, ἡ.

Πηρώ, όος. ἡ. formosissima filia Nelei, soror Nestoris, data tandem Bianti. λ, 286—296, coll. ο, 229—238. Vide sub Μελάμπους.

Πιδύτης, ου. ὁ. nobilis Trojanus, Περκώσιος, Ζ, 30.

Πιερία, ας. ἡ. Nonnunquam notat partem montis Olympi, nonnunquam regionem Thessaliæ, sæpe et urbem. Nomen ei dedit vel antiquus heros, ὁ Πίερ, ερος, cujus pater fuit ὁ Ἐλιωθὴρ, ῆρος: vel nympha antiqua ὁμώνυμος. Ξ, 226. ε, 50. Quando sermo est de Musis Πιερίηθεν venientibus, innuitur mons ille, Musis sacer, et simul τὸ ἱμερόεν τοῦ λόγου τοῦ κατὰ τὰς Μούσας.

Πιτθεύς, έως. ὁ. nobilis Peloponnesius, Γ, 144. Alius erat filius Pelopis, εὐσεβέστατος, Eurip. Med. 683, rex terræ Τροιζηνίας, et ἁγνὸς, Hippol. 11, cujus filia ἡ Αἴθρη nupsit Ægeo filio Pandionis, regi Athenarum, ex qua natus est Theseus.

Πίτυα, ας. ἡ. etiam ἡ Πιτύη, et ἡ Πιτύεια. urbs agri Trojani, quæ regio postea dicta est Κυζικηνή. Β, 829. nomen est ab arboribus. Vide sub πίτυς in A.

Πλάταια, ας. ἡ. Urbs, quæ post dicta αἱ Πλαταιαί, numero et accentu mutato: in Bœotia. Civis ejus ὁ Πλαταιεύς, cujus accus. sing.

est τὸν Πλαταιᾶ, plur. οἱ Πλαταιεῖς, acc. plur. τοὺς Πλαταιᾶς. Habet nomen ab ἡ πλάτη, i. e. κώπη, nam erat studiosa navigandi civitas. B, 504. Post fugatum ibi Mardonium, institutum est solemne, τὰ ἐλευθέρια, in memoriam occisorum ibi pro libertate, et publice sepultorum.

Πλάτων, ωνος. ὁ. vide sub Ἥφαιστος, et in A. sub πατὴρ, prope finem, et φιλέω, ante medium.

Πλειάδες ἢ Πληϊάδες, ων. αἱ. Eædem quæ αἱ Πελειάδες, quas confer. Est astrum ex septem stellis constans. Singularis est ἡ Πλειάς: et hinc est aliqua πλειὰς τραγικῶν καὶ σοφῶν, a numero septenario. Cæterum quum sint septem, tamen ἀμαυρός ἐστιν ὁ ἕβδομος ἀστήρ. Quidam vocant hoc astrum βότρυν, a figura sua. Mythologia dicit eas filias Atlantis: et ex his concubuisse narrat cum Jove τὴν Ταϋγέτην, Μαῖαν, Ἠλέκτραν, quarum prior peperit Jovi τὸν Λακεδαίμονα, altera Mercurium, tertia Dardanum: quarta Ἀλκυόνη ex Neptuno peperit nescio quem: quinta Στερόπη ex Marte Œnomaum: sexta Μερόπη ex Sisypho Glaucum: septima a nemine cognita præ pudore latet. Vides ergo pariendi cupiditatem antiquarum puellarum. Tradunt præterea quidam, virgines eas fuisse socias Dianæ, post compressas mutatas fuisse in πελειάδας, columbas, et denique inter sidera relatas; et nomen earum syncopatum in Πλειάδας. sitæ sunt hæ stellæ ad οὐρὰν Ταύρου, Ὑάδες vero ad cornua ejus. Σ, 486. ε, 273. Vide in A. sub πέλεια, et πελειάς.

Πλευρών, ῶνος. ἡ. Urbs Ætolorum nobilis: cujus civis ὁ Πλευρώνιος ἢ Πλευρωνεύς. B, 639. N, 217. Ξ, 116. Ψ, 635. Vide sub Αἰτωλοί.

Πλούτων, ωνος. ὁ. Deus thesaurorum sub terra latentium in metallis: qui idem dicitur ὁ Πλουτεὺς, apud Mosch. Id. 3, 22 et 119, et est simul præses mortuorum sub terra latentium, ii enim re vera sunt divites, h. e. nullius rei egentes. Pluto est ergo quasi subterraneitas: nam ejusmodi dii sunt entia abstracta poëtica et orbis antiqui in genere.

Ποδαλείριος, ου. ὁ. Filius Æsculapii, magnus ductor bellicus simul et medicus. B, 732. Λ, 832, s. conf. Μαχάων. et in A. λειρίοεις.

Ποδάργη, ης. ἡ. est δαιμόνιόν τι ἱπποφυὲς, quod et βόσκεται καὶ γεννᾷ ἵππους, et erat mater equorum Achillis ex Zephyro. Π, 150, s. T, 400. conf. ἵππος in A. nomen est quasi ἀργὴ πόδας, velox pedibus, *arg im laufen, (swift of foot.)* Vides iterum ens abstractum.

Πόδαργος, ου. ὁ. nomen equi strenui. Ψ, 295.

Ποδάρκης, εος. ὁ. frater Protesilai, vir fortis. B, 704.

Ποδέας, ου. ὁ. et ὁ Ποδῆς, ου. laudatus adsectator Hectoris et convictor, cujus pater ejusdem erat nominis, cujus socer Hectoris fuerat: et inde orta erat quædam familiaritas. P, 575—590. Nominis forma est ut in ὁ Κισσέας καὶ ὁ Κισσῆς, Ἑρμέας καὶ Ἑρμῆς, etc.

Πόλεμος, ου. ὁ. bellum. Ejus numina sunt, Apollo, i. e. fatum providentiæ, Mars, i. e. fortitudo, Minerva, i. e. consilium, Eris, i. e. odium. E, 510, 517, s.

Πολίτης, ου. ὁ. Filius Priami. B, 791—794. N, 533—535. O, 339. Ω, 250. Alius erat socius Ulyssis, κ, 224, s.

Πολυαίμων, ονος. ὁ. nobilis Trojanus, a quo est Πολυαιμονίδης, Θ, 276.

Πόλυβος, ου. ὁ. Filius Antenoris, principis Trojani, Λ, 59. Alter erat princeps Ægyptius, δ, 126. Tertius, artifex apud Phæacas, θ, 372. Quartus nobilis Ithacensis, pater Eurymachi proci, ο, 518. π, 345. Quintus, procorum unus, χ, 243, 284. Nomen est a πολὺς et βοῦς.

Πολυδάμας, αντος. ὁ. Princeps Trojanus, et simul magnus augur. Pater ejus ὁ Πάνθοος, Delphicus genere, oraculi interpretandi causa cum legatis Priami profectus Trojam, manserat ibi, duxeratque τὴν τοῦ Κλυτίου, fratris Priami, filiam Προμάχην, ex qua genuerat hunc Polydamantem, qui ob metrum scribitur Πουλυδάμας. ἀμύμων, Λ, 57. consilium dat Hectori, M, 60—80. et 210—250, ubi modeste alloquitur Hectorem, et sæpe suum 'videtur' adhibet: sed durius responsum fert ab Hectore. Vocativus ibi est Πουλυδάμα: alia in ας, αντος, in vocat. habent αν, sed excipiuntur in μας masculina: sic et ὦ Ἀκάμα, ab ὁ Ἀκάμας, αντος. Iterum consilium dat Hectori, N, 725—748, quem laudat ut θεοφιλῆ (diis carum) et ἀνδρεῖον. et 756, ἐς πανθοΐδην ἀγαπήνορα. Pugnat inter præstantissimos, Ξ, 425. et 449—463, ubi et plura epitheta honestantia. et O, 339, 446, 518. Π, 535. P, 600. rursus dat consilium utile, Σ, 249—313, ubi vide capita consilii ἀπὸ τοῦ καλοῦ, τοῦ δυνατοῦ, τοῦ ἀναγκαίου, τοῦ συμφέροντος: sed τὸ καλὸν omittit, quod ad δόξαν μόνην spectat; reliqua tria urget. Hector in supremis suis maxime veretur hunc egregium et manu et consilio virum, X, 100—107, dolens, quod ei non paruerit. Nomen est ὁ πολλοὺς δαμάζων ἢ νικῶν: vel et, ὁ πολλοῖς πράγμασιν ἐντριβὴς, ὁ πολλὰ δαμασθεὶς, *der viel überstanden hat, (one who has gone through a great deal;)* cui opponitur ὁ Ἀδάμας.

Πολυδεύκης, εος. ὁ. Pollux, frater Castoris, alter τῶν Διοσκούρων, ἄριστος πύκτης, dux magnus, mortuus Lacedæmone. Γ, 237, 243, 244. λ, 299—303, ubi horum fratrum vita et mors alternans refertur. Nimirum hi Διόσκουροι ἢ Διόσκοροι, alter ex divino Jovis semine, alter, Castor, ex mortali semine Tyndarei, prognati erant. Sed fraterno singulari amore Pollux suam immortalitatem sic cum fratre divisit, ut ambo unum diem essent mortui, alterum viverent ambo una. Recentiores eum

vivendi modum perverterunt, dicentes, Pollucem hodie vivere, cras Castorem, sed istud alternatim vivere, ut Castor vivat Polluce mortuo, et vice versa, alienum est a mente Homeri, et ab apta fabula; quæ orta est sine dubio ex sidere geminorum, qui oriuntur et occidunt simul. Sic et Homerus ignorat impudens illud commentum recentiorum, Διοσκούρους prognatos esse ex ovo. conf. Διόσκουροι. Quia ὠὸν etiam superiorem partem domus notat, ubi Helena, soror horum Διοσκούρων, delicate fuit educata; hinc per ænigma dictum, eam esse ἐξ ὠοῦ natam.

Πολυδώρη, ης. ἡ. καλὴ filia Pelei, soror Achillis. Ex fluvio Spercheo peperit filium, quem homines putaruut esse ex marito ejus. Π, 175—178. Vide sub Βῶρος, et Πειρήρης.

Πολύδωρος, ου. ὁ. Filius Priami ex Λαοθόη pellice, natu minimus omnium Priami filiorum. Cadit sub Achille, Υ, 407—420. Φ, 85—96. Χ, 46. Erat ergo alter Asahel. Nomen est ἐκ δώρων φύσεως. sic ἡ Πανδώρα Hesiodea, cui natura tribuit omnia dona. Alius memoratur Ψ, 637. Recentiores, e. c. Euripides, et Virgilius, etiam alium Polydorum, Priami et Hecubæ filium, narrant, Ovid. Metam. XIII, 429—575, quem Homerus ignorat. Tragici Græci ejusmodi personas finxerunt.

Πολυθέρσης, ου. ὁ. nobilis Ithacensis, pater proci Ctesippi. χ, 287.

Πολύϊδος et Πολύειδος, ου. ὁ. Princeps Trojanus, Eurydamantis filius, Ε, 148. Alius erat celeber μάντις, vir primarius Corinthius, pater Euchenoris, Ν, 663—666, et erat filius Κοιράνου. Nomen notat multiscium.

Πολυκάστη, ης. ἡ. Adolescens filia regis Nestoris: lavat Telemachum jussu patris, γ, 464—467. Nomen notat τὴν πάνυ κοσμίαν ἢ πολυκόσμητον, valde exornatam natura, a κάζω, orno.

Πολύκτωρ, ορος. ὁ. Frater Ἰθάκου, a quo in insula Ithaca locus τὸ Πολυκτόριον, ρ, 207. Alius erat nobilis Ithacensis, pater Pisandri, proci, σ, 298. χ, 243. Tertium fingit personatus Mercurius suum patrem, Ω, 397—399. a κτάω, possideo, acquiro, ut notetur dives et potens.

Πολυμήλη, ης. ἡ. formosa saltatrix in festo die Dianæ, filia Phylantis, quam adamavit Mercurius, Π, 180—190. Nomen inde est, quia pulcræ et nobiles puellæ multis donis, inter quæ primaria erant μῆλα, oves et capræ, conciliabantur a procis. Hinc et apte de Mercurio, qui est νόμιος καὶ ἐπιστάτης θρεμμάτων. Vide sub Ἐχεκλῆς, et Πηλεύς, item in A. sub ΜΗ'ΛΟΝ prope finem.

Πολύμηλος, ου. ὁ. nobilis Lycius, filius Ἀργέου. Π, 417.

Πολυνείκης, εος. ὁ. filius Œdipodis, princeps Thebanus, expulsus a fratre Eteocle, unde bellum Thebanum prius. Δ, 377. Habuit τὴν Ἀργείαν, Adrasti filiam. Adjectivum, a quo hoc proprium est ortum, scribitur πολυνεικής, έος, ὁ ἡ, multum contentionis et jurgii habens, apud Æschyl. sept. c. Theb. 836, πολυνεικεῖς ὤλοντο.

Πολύνηος, ου. ὁ. nobilis Phæax, a multis navibus dictus. θ, 114.

Πολύξεινος, ου. ὁ. princeps Eleorum, Β, 623.

Πολυπήμων, ονος. ὁ. nomen principis, quem personatus Ulysses fingit avum suum; alludens ad multa sua πήματα quæ passus est ipse, ω, 304.

Πολυποίτης, ου. ὁ. Filius Pirithoi. Nomen ei datum a re gesta: nam pater ejus πολλοῖς Κενταύροις πολλὴν ποινὴν ἐτίθετο: per sync. pro πολυποινίτης. Socius ei in principatu fuit Λεοντεύς, cujus avus fuerat Καινεὺς fortissimus: et hi ambo in reditu a Troja condiderunt Ἄσπενδον τῆς Παμφυλίας. Ζ, 29. Μ, 129—153. 182—187. Ψ, 836—849.

Πολυφείδης, εος. ὁ. Vates celeberrimus. ο, 249—256. conf. Μελάμπους.

Πολύφημος, ου. ὁ. heros ex gente Lapitharum, tempore Pirithoi, Α, 264. Alius est Cyclops ille immanis, Neptuni ex Θοώσῃ nympha filius, α, 68—73. depingitur ι, 182—542. In tota illa fictione ars poëtæ eminet. Solus pavit, sine conjuge et liberis, quum reliqui Cyclopes essent patres familias: hinc dicitur ἀθεμίστια (nulla politica et socialia jura) εἰδώς. Non habet canes: nihil commercii ei est cum aliis Cyclopibus: ferus et sine rationis usu, ut qui nec scivit se vindicare post excæcationem; hinc dicitur Neptuni, i. e. maris, filius, ob cæcam feritatem. Potuisset enim mane convocare cæteros Cyclopas, etc. Neptunus dicitur odisse Ulyssem ob excæcatum filium, i. e. post abitum Ulyssis a Polyphemb, expertus Ulysses est maxima in mari infortunia. ut ergo sola temporis ratio habeatur in hac fictione. Recentiores eum finxere ἐραστὴν Γαλατείας τῆς νηρηΐδος, quia lacte solum victitavit. De dono ejus hospitali, 369, 370, factum proverbium. Et 446—457, adloquitur arietem, ut Achilles equos suos. conf. Κύκλωψ, et in A. πολύφημος.

Πολυφοίτης, ου. ὁ. nobilis Trojanus, Ν, 791.

Ποντεύς, έως. ὁ. nobilis Phæax, θ, 113.

Ποντόνοος, ου. ὁ. κήρυξ Alcinoi regis, η, 178—182. θ, 65. ν, 49—53.

Πορθεύς, έως ὁ. Princeps Πλευρῶνος καὶ Καλυδῶνος, avus Tydei. Nam hic Portheus tres habuit filios, Ἄγριος, Μέλας, Οἰνεύς. hic Œneus habuit duos, Μελέαγρος, Τυδεύς: et hic Tydeus fuit pater Diomedis. Ξ, 113—126.

Ποσειδῶν, ῶνος, et Ποσειδάων, άωνος. ὁ. Nep-

tunus. Dorice ὁ Ποσειδὰν, ᾶνος, ab ἡ πόσις, potio, et δᾶ, i. e. γῆ, ut notetur potio terræ. Physice notat aquam in genere, in specie mare, et specialissime aquam maris tumultuosam: ergo ex contextu videndum, quid ex his poëta innuat. Quia mare credebatur causa esse motuum terræ, hinc dicitur σεισίχθων καὶ ἐνοσίγαιος: quia autem mare cingit terram, eamque quasi continet; hinc dicitur γαιήοχος καὶ ἀσφάλιος. Ejus ἴδιον φόρημα ἡ τρίαινά ἐστι. Fera quævis dicuntur a Neptuno immissa vel orta: hinc et πρὸς κύματα λαλεῖν est, loqui ad ferum et ratione non utentem, nec persuadendum. Conspiravit aliquando contra Jovem, A, 400, ubi vel subest historia nobis ignota; vel poëta in genere voluit pingere conditionem supremi principis, cui subordinati principes sæpe invident, quem vero et fœminæ variis artibus magnopere juvare possunt. στέρνον Ποσειδάωνι ἴκελος, B, 479, ut notet τὸ εὐρύστερνον καὶ εὐσθενὲς, καὶ τὸ γεραρόν. Invidet Græcis, alias dilectis sibi, h. e. a mari flant venti jam minus utiles, vel tempestates exsistunt ab ea parte, H, 445—464, ubi simul fit mentio murorum Trojanorum, a Neptuno et Apolline structorum: et Jupiter eum admonet, quod ipse εὐρυσθενὴς (i. e. mare exundans) facile possit opus in littore ab hominibus positum destruere. Ποσειδάωνα μέγαν θεὸν, Θ, 200, nam mare est magnum et validum. et 208—212, κρείων ἐνοσίχθων: et pingitur ibi ut εὐλαβὴς, ὃς καὶ κωλύει τὴν Ἥραν θρασύνεσθαι κατὰ Διός: nam poëta ubique utilia ad vitam vel privatam vel socialem monita interserit. Nam docet hoc loco, μὴ χρῆναι ἁπλῶς κατὰ ἀρχόντων θρασύνεσθαι, in specie vero, μὴ κατεπαίρεσθαι γυναῖκα ἀνδρός: denique ostendit exemplo, σωφρονίζεσθαι τοὺς ἀφελεστέρους ὑπὸ τῶν κρειττόνων. Loco allegoriarum ineptarum, sententiæ politicæ, et morales, et physicæ, apud hunc poëtam sunt quærendæ. et 440, solvit equos Jovi κλυτὸς Ἐνοσίγαιος, i. e. aër pertingit usque ad superficiem maris, ibique desinit quasi: vel et nubes fulgura portans vadit super mare, ibique desinit. ταῦρον Ποσειδάωνι, in sacrificium, Λ, 727. Delevit postea murum Græcorum, M, 17—34, i. e. exundatio cum terræ motu. Ἔχων χείρεσι τρίαιναν, 27, qua regit aquas. Sedet in monte Sami et spectat pugnam, N, 10—16. et miseratur Græcos. procedit ex eo monte, 17—19, et eunte eo tremit terra, h. e. a mari oriebatur tempestas utilis jam Græcis. Habet equos, 23—38, quos recentiores nominant ὁ Ἐριώλης καὶ Γλαῦκος, alii vero ὁ Ἐγκέλαδος καὶ Σθένων, et quidem hic, διὰ τὸ σθεναρὸν τοῦ Ἐνοσιγαίου, Ἐγκέλαδος δὲ, διὰ τὸν κελάδοντα πόντον: καὶ Γλαῦκος, διὰ τὴν γλαυκὴν θάλασσαν, Ἐριώλης δὲ διὰ τοὺς ὑγρὸν ἀέντας ἀνέμους, ὧν καὶ ἡ σφοδρὰ καὶ καταιγιδώδης ἐριώλη, quæ vox notat turbinem, *wirbelwind, (a whirlwind,)* ab ἐρι et ἄω spiro. ii equi sunt χαλκόποδες, i. e. στερεόποδες καὶ ἠχόποδες simul. Poëtice dicitur adsimilatus Calchanti, quem confer, et adloquitur Græcos, 45—82—125. Dolet de nepote occiso, et rursus incitat Græcos, 206—239, quæ omnia poëtice exprimunt cogitationes et mutuas adhortationes Græcorum ducum, non fugiendum esse ad mare, coll. 351—353. Est ex eadem gente qua Jupiter, sed ipse tamen junior Jove, ergo non audet palam obsistere fratri majori, 354—357. Ergo in talibus μύθοις παιδευτικὸς poëta, docens, juniores debere revereri seniores, maxime fratres. 434, 554, 563, κυανοχαίτης. Adjuvat porro Græcos, Ξ, 135—156, i. e. cum fugissent versus mare, mox resumto animo inde conversi, urgent Trojanos renovata fortitudine. Nam extremum periculum circa naves efferabat illis animum, et duces seniores a mari redeuntes confirmant exercitum. Ibi et de immenso ejus clamore, 147, i. e. a parte maris imperant omnes duces serio suis. Restituit aciem Græcorum, 355—379, i. e. periculum navium eos excitat acriter; et στρατηγικῶς ibi præcipit principibus: nam Neptunus sunt h. l. principes paullo ante vulnerati, et jam redeuntes a littore ad pugnam. 385, 390. Ποσειδῶν ἄναξ, O, 8, 158, et epitheta ejus, 173, 174, 201, 205, 206. Venit ad concilium Jovis, Υ, 13—25, et sedet medius, nam aqua continetur undique terra. Adest Græcis, 34, nam mare illis præbebat commeatum, et plerique erant νησιῶται et periti navigationum, et feliciter per mare vecti ad Trojam. Fit terræ motus eo die, 57—66. consistit contra Apollinem, 67, 68. 115. Dat specimen συνέσεως ἀνδρικῆς: nam Junoni contra Apollinem consilium danti obsistit, μισῶν ἐμφύλιον πόλεμον, 131—155, ubi politicos habet respectus poëta. Favet Æneæ, partim ob virtutem ejus, partim metu majoris mali, 291—348, et ibi nebula ex aquis exhalata subvenit Æneæ: sed venti ex æquore spirantes dissipant deinde eam. Immolatur ei taurus: et, si is inter mactandum clamat, est id signum litationis, Υ, 403—406, sed id maxime de Ἑλικωνίῳ dicitur, quem vide sub Ἑλίκη. Solatur Achillem, solus eum prehendens manu, etsi per synecdochen pluralis, λαβόντες, sit positus, Φ, 284—299. Est ergo Neptunus poëtice quoque ἡ ὑγρότης εὔψυχος, *die frische munterkeit der kräfte, die nicht vertrocknet ist, (unimpaired vivacity and vigour of the powers of body and mind;)* sicut Ἀθήνη est ἡ φρόνησις. Ædificavit muros Trojæ, mercede, sed non accepta, 435—469. Homerus causam non addidit, cur ἐθήτευσε Laomedonti: recentiores vero addunt, ejectum eum ad tempus fuisse ex cœlo, quia Jovem voluerit vincire: alii, sponte eum servisse, ut experiretur injurias Laomedontis: sed veritas hæc est: Laomedon ex opulentis templis Neptuni et Apollinis sumsit pecunias mutuas ad exstruendos muros, nec unquam restituit. Neque tamen, injuria affectus Neptunus, dure loquitur de rege injurio, sed ἀγήνορα eum vocat, et tantummodo ἔκπαγλον, 452. Vide ergo τὸ τοῦ σεμνοῦ προσώπου τὸ ἐπιεικές. Est præses rei equestris, unde ἵππιος ἢ ἵππειος dictus, Ψ, 276—278. 307,

584, 585. Est inexorabilis, Ω, 26. In Odyssea Neptunus poëtice notat δυστυχίαν τοῦ ἥρωος κατὰ θάλασσαν. Nam in terra Ulysses fuit felicior: mare ei fuit iratum quasi. Nestor contra dicitur cognatus fuisse Neptuno, ob felicitatem in navigando. α, 20, 21. sacrificantur ei tauri, διὰ τὸ γόνιμον τοῦ ὕδατος, et quia fluctus marini boant, et curvantur, more cornuum: agni vero, quia aqua juvenescere facit terras, α, 25. coll. λ, 129, 130. Ποσειδάων, α, 68, 73, 74, 77, est æolice. Sed Ποσειδεὼν est nomen mensis. Immolantur ei tauri nigri, quia aquæ hic color esse videtur, si est pura et alta, γ, 6. etiam quia τὸ κῦμα πορφύρεον, καὶ πόντος μέλας, ἠεροειδὴς, ἰοειδὴς, quæ tria idem notant, et ipse Neptunus κυανοχαίτης, a colore turbidi maris, dicitur. In Geræsto Eubœæ celebre habuit templum, γ, 177—179. Voluit servare Ajacem minorem, licet Minerva ei esset irata: sed ob Ajacis insolentia verba et ipse eum perdidit, δ, 499—511. precandum potius est in tali periculo, ubi humanæ vires omnes deficiunt. Diu fuit apud Æthiopas, nam rediit demum ι, 282, coll. α, 22. vide porro, γ, 43. 54—61. 333. δ, 386. ι, 375—381. 423. et 291—294, colligit nubes, nam ipse est aqua, ex qua nubes oriuntur. iccirco tamen non dicitur νεφεληγερέτης, quæ vox Jovi est propria. ἐν Αἰγαῖς est templum ejus, 380. Est pater Ναυσιθόου, h. e. iste heros potens fuit navigando, η, 56—62. coll. 35. Est mare, η, 270—274. θ, 565. ι, 283. λ, 398. ψ, 234. ω, 109. Homines nautici, diu in mari versati, fiunt mulierum amatores, θ, 322, 344. Est pater Polyphemi, ι, 412, 518—525. 528—536. Est inimicus Ulyssi, λ, 100—103. conf. Πολύφημος. coit cum muliere, 240—252. 305. Queritur de Ulysse a Phæacibus reducto in patriam, ν, 125—164. τὸ Ποσειδεῖον, et distracte Ποσειδήϊον. est locus Neptuno sacer, B, 506. ζ, 266. sic τὸ Ἡράκλειον, Ἴσειον, εἰδωλεῖον. Potest et scribi Ποσιδήιον καὶ Ποσείδιον καὶ Ποσειδώνιον. τὸ ἅλιον erat solis templum Rhodi, quod et τὸ ἡλιεῖον. Apud Athenienses colebatur Ποσειδῶν ὁ Ἀσφάλιος, ut tutam præstaret navigationem, Aristoph. Acharn. 632. Vide in A. sub ὅρος prope initium.

Πράκτιος, ου. ὁ. Fluvius inter Lampsacum et Abydum: et regio circa, τὸ Πράκτιον. B, 835.

Πριαμίδαι, ων. οἱ. vide sub Ἀλέξανδρος.

Πρίαμος, ου. ὁ. Rex Trojæ ultimus. Regnum ejus satis amplum, divisum erat in novem δυναστείας seu principatus. Habuit ergo, ut εἰρυκρείων, multos sub se principes, quales nos vasallos dicimus: Ω, 543—546, ubi fines imperii ejus describuntur. Nomen ipsius ante fuerat ὁ Ποδάρκης, εος: sed quum Hercules Trojam cepisset, quo tempore Peleus una militavit; captus est hic regius puer, et a sorore sua Ἡσιόνη redemtus Trojæque relictus est, quum ipsa Telamonem victorem suum sequeretur conjux. Ab hac redemtione postea dictus est Πρίαμος. Multas habuit uxores, paucas tamen γάμου νόμῳ, reliquas ut pellices, antiquo more, Φ, 88. sic et priscus ille Αἰγεὺς καὶ Θησεύς. Πριάμοιο πόλις est regia ejus sedes, A, 19. Δ, 18. M, 11, 15, et passim. Πριάμου μέγα ἄστυ, B, 332, 803. H, 296. Π, 448. X, 173, 251. Φ, 309. κατὰ Πριάμῳ φέρουσαι νῆες, B, 304. et 414, καταβαλεῖν πρηνὲς Πριάμοιο μέλαθρον, coll. 416, ubi de rege, non de Paride, loquitur imprecans: quia rex potuisset intercedere, ne pro mala causa pugnaretur: hinc diræ in eum, et in Hectorem, defensorem causæ pessimæ. Πριάμοιο βίην, i. e. Priamum, Γ, 105. et 146, οἱ δ' ἀμφὶ Πρίαμον, i. e. ipse Priamus, per Græcismum. conf. ἀμφὶ in A. et 161—244, ubi colloquitur cum Helena de heroibus Græcis, quos laudat. λαὸς ἐϋμμελίω Πριάμοιο, Δ, 43—49, ubi dicitur carus Jovi, sicut Junoni est odio, 31—35. coll. Z, 449. υἱεῖς Πριάμοιο, διοτρεφέος βασιλῆος, E, 464, 463. Nam habuit quinquaginta filios, inter quos fuere novendecim legitimi, reliqui ex pellicibus, Ω, 493—501. Z, 244—250, et duodecim filias maritas, præter adhuc virgines. Reliqui ex his filii decimo belli anno nominantur Ω, 249—252. Omnes alios absumserat ferrum. Et Hector gloriatus fuerat de hoc numero, exemplo Fabiæ gentis apud Romanos, E, 473, 474. Ἑκάβη erat uxor primaria Priami, Z, 451. Δαρδανίδης Πρίαμος θεόφιν μήστωρ Ἀτάλαντος, H, 366, ubi ex sequentibus apparet ipse nimium φιλόπαις, et obsecundans Paridi, nec probans salutarem Antenoris sententiam. et 427, ὁ μέγας, prohibet plorare in collectione mortuorum, cui ipse adest. υἷε δύω, Λ, 102. M, 95. O, 239. Υ, 81. Φ, 34. κούρην Πριάμοιο νόθην, N, 173. et 365, ἥτις θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην. et 460, ἐπιμήνιε δίῳ Αἰνείας. Κεβριόνην νόθον υἱὸν ἀγακλῆος, Π, 738. τιμῆς τῆς Πριάμου, Υ, 181—183, ubi laudatur ab hoste, et apparet ei et regno insidians Æneas, ut clandestinus proditor regiæ domus. Genealogia hujus domus est 215—241. et 300—308, ubi Homerus Æneæ, deleta prole regia, vaticinatur regnum, quod deinde in Italia ita evenit. Spectat Achillem ex turri, Φ, 526—538. X, 25—78, ubi simul bene suadet Hectori suo, frustra. coll. 90, 91. 234, 352, 453, 479. Est invisus diis ob delictum Paridis, Ω, 27, 28. et 117, μεγαλήτορι, 145. In summo luctu obnubit caput, Ω, 160—171, et sic apte poëta, non facile inveniens, quomodo digne scriberet vultum et verba senis patris, lugentis filium talem, tam fœde amissum. Sic ille pictor Sicyonius, Τιμάνθης, pingens mactationem Iphigeniæ, patrem velato vultu pinxit. Præterea terram spargit in caput suum, πρὸς τύπον ἐπιταφίου κόνεως, et sepulcrum sibi optat. Recentiores detondent eum quoque: unde factum est verbum πριαμωθῆναι, τοῦτ' ἔστι, ξυρηθῆναι. et 217, γέρων θεοειδής. Ipse cum præcone jungit sibi equos, 281, nam venerat nuntius clandestinus ab Achille, paratum esse hunc, accepto digno pretio, redimendum dare corpus Hectoris: id

poëtice ad Irin et Mercurium refertur. Est εὐσεβής, Ω, 301—314. Noctu exit ad castra Græca: et Achilles, audito quod ipse venire vellet, obviam ei misit unum ex ducibus suis majoribus, qui clam et tuto perduceret regem in castra, 322—447, huic enim parebant vigiles portarum. Id quoque poëtice et apte ad Mercurium refertur. Accedit ὁ μέγας ad Achillem, adloquitur suppliciter, 477—506, quod vix sustinere potest Achilles præ miseratione et aliis vehementioribus motis affectibus. coll. 629—634. Fuerat lenis in Helenam, 770. Ex Odyssea vide γ, 107, 130. ε, 106, 107. λ, 420. ξ, 241. Πριαμίδης Ἕκτωρ, Β, 817. Ἄντιφος, Δ, 489. Δόρυκλος, νόθος, Λ, 489, ubi comma est ponendum post Πριαμίδην, ut per epanalepsin intelligatur υἱὸς πρὸς σαφήνειαν, quod non γνήσιος fuerit: alias in patronymico jam inest notio υἱοῦ. Ἕκτορι, Μ, 437, 438, ubi poëta per hoc patronymicum vult subindicare, Jovem id tribuisse Hectori non ob personalem aliquam præstantiam, siquidem non dei alicujus aut deæ filio, sed simpliciter Πριαμίδῃ: sed alterius rei causa, ut ex ira Achillis damnum acciperent Graii. Nota in genere, poëtam nostrum nusquam esse κενολόγον: semper subesse rationem sufficientem, cur sic nec aliter scribat. Πριαμίδεω pro—δου, Υ, 77. 87, et 407, Πολύδωρον.

Προθοήνωρ, ορος. ὁ. Dux Thebanus: quasi προθέων (præcurrens) ἐν ἠνορέῃ, i. e. ἀνδρίᾳ, τοὺς ἄλλους: vel et ὁ προθέων τῶν ἀνδρῶν ἐν καιρῷ ἔργου, præcurrens viros in opere faciendo. Β, 495. Ξ, 450, 471. Vide sub προθέω in A.

Πρόθοος, ου. ὁ. Dux Magnesiorum. Β, 756—759. nomen habet ab eximia celeritate: hinc et θοὸς additum, 758. Vide sub προθέω in A.

Προθόων, ωνος. ὁ. nobilis Trojanus. Ξ, 515.

Προῖτος, ου. ὁ. Rex Argeorum. Habet nomen a προϊέναι, quasi προϊτητικὸς, ὁρματίας. Ejus historia est Ζ, 157—178. Ejus nepos erat ὁ Ἶφις, ιος ἢ ιδος. Alius nepos ejus fuit ὁ Ταλαός. Vide sub Ἄβας.

Πρόκρις, ιος ἢ ιδος. ἡ. Filia Erechthei regis Athenarum, uxor Cephali, qui Κέφαλος ἦν υἱὸς Δηϊονέος, ἀδελφὸς δὲ Ἰφίκλου. De ea et marito narrat Ovid. Met. VII, 493, 672—865. Re vera Cephalus, συσκιάσας ἑαυτὸν ἑτεροίῳ σχήματι, pellexit eam ad congressum; quo facto ipse se aperuit. Pro aura Ovidiana Græcus habet, ὦ νεφέλη παραγενοῦ. Cæterum Procris laudatur ἐπὶ ἀνδρίᾳ: et proverbium, Πρόκριδος ἄκων, λέγεται ἐπὶ τῶν εὐστόχως ἀκοντιζόντων καὶ μὴ ἀποτυγχανόντων. Nomen est a προκεκρίσθαι. λ, 320.

Πρόμαχος, ου. ὁ. Ductor Græcus. Ξ, 476, 482, 503.

Πρόνοος, ου. ὁ. nobilis Trojanus. Π, 399.

Προτιάων, ονος. ὁ. Trojanus, pater Ἀστυνόου. Ο, 455.

Πρυμνεὺς, έως. ὁ. nobilis Phæax. θ, 112.

Πρύτανις, ιος. ὁ. nobilis Lycius. Ε, 678.

Πρωρεὺς, έως. ὁ. nobilis Phæax. θ, 113.

Πρωτεσίλαος, ου. ὁ. fortissimus princeps Phylacensis, cujus genealogia hæc; Φύλακος, εἷς τῶν Αἰολιδῶν, κτίσας πόλιν Φυλάκην, genuit et successorem habuit τὸν Ἴφικλον: hic Φύλακον δεύτερον: hic duos habuit filios, quorum prior, ὁ Ποίας, αντος, genuit ἐκ τῆς Μεθώνης τὸν Φιλοκτήτην, alter vero, ὁ Ἴφικλος δεύτερος ἐγέννησεν ἐκ τῆς Ἀστυόχης τὸν Πρωτεσίλαον καὶ τὸν Ποδάρκη. Iste Protesilaus ad Trojam occisus est omnium primus. Nam oraculum prædixerat, primum egressum ex navibus in terram, casurum primum. Id promte is in se vertit, tergiversantibus aliis; et pro bono publico se velut devovit: maluit enim occumbere, quam tot heroas videre subtimidos. Β, 695—710. Uxor ejus juvencula, recens ducta, erat ἡ Λαοδάμεια, filia Ἀκάστου. Mentio mortui ejus fit Ν, 681. Ο, 705, 706. Π, 206. Cum quadraginta navibus ierat ad Trojam: potens ergo. Philostratus in Heroicis multus est de Protesilao.

Πρωτεὺς, έως. ὁ. Numen mythicum marinum, in formas varias φαντασιωδῶς, non autem vere, se commutans, sicut ἡ πολύμορφος Ἔμπουσα apud Aristophanem. Historice fuit princeps Μεμφίτης in Ægypto, multa sciens: cui postea τέμενος ἐν Μέμφῃ fuit sacratum. Ab aliis dicitur fuisse rex Ægypti, cujus regia sedes in insula Pharo; conferatur ὁ Λυκόφρων in historicis, et Eurip. Hel. 4, seqq. et Lucianus de Saltat. δ, 349—570. Vide in A. sub ΑΕΙΤΩ, prope initium.

Πρωτὼ, όος. ἡ. Νηρηΐς: διὰ τὸ πρωτεῦον καὶ ἀρχικὸν τοῦ ὕδατος. Σ, 43.

Πτελεὸς, οῦ. ἡ. et τὸ Πτελεόν. Urbs Nestoris, dicta ἀπὸ τῶν ἐκεῖ πτελεῶν, nam ἡ πτελέα notat ulmum. Civis ejus ὁ Πτελεάτης ἢ Πτελεούσιος ἢ Πτελεεύς. Β, 594. Alia fuit Thessalica, cognomine Λεχεποίη. Β, 697.

Πτερέλαος, οῦ. ὁ. tres ejus filii, ὁ Ἴθακος, Νήριτος, Πολύκτωρ, conditores olim Ithacæ fuerant. ρ, 207. Ergo ipse heros antiquus.

Πτολεμαῖος, ου. ὁ. nobilis Græcus. Δ, 228. Apud reges Ægypti recentiores fuit id nomen commune. Vide sub Ἥρη.

Πυγμαῖοι, ων. οἱ. Habent nomen a brevitate sua: nam ὁ πυγὼν ἢ τὸ πυγούσιον διάστημα, ἐστὶ τὸ ἀπὸ ἀγκῶνος ἕως τοῦ μικροῦ δακτύλου ἢ καὶ τῶν δακτύλων συνεσταλμένων, a cubito usque ad pugnum mensura. Pugnare dicuntur cum gruibus, imponentes capitibus suis cornua hircina, et κρόταλα pulsantes, ut sic arceant grues a se. Fuere γεωργικοὶ, habitantes circa paludes Nili supra Ægyptum; et re vera parvi erant, sicut et equi eorum: sed poëtæ, ridendi causa, rem auxerunt. Vide geographum. In locis borealibus vere sunt talia ἀνθρωπάρια βραχύσωμα καὶ ὀλιγοχρόνια, Γ, 6. Vide in A. sub πτύσσω, et πυγούσιος.

Πυθώ, όος. et ἡ Πυθὼν, ῶνος. Est eadem urbs, quæ postea dicta ἡ Δελφὶς, ῖδος, et incolæ οἱ Δελφοί. Dicta et ἡ Παρνασσία νάπη, ab adjacente monte Parnasso. primum nomen esse dicitur a serpente confixo ibi sagittis Apollinis, et ibi computrescente, a πύθω, putrescere facio, σήπω. Sed fortasse verius a πυνθάνεσθαι, quia ibi oraculum celebre, et ἡ Πυθιὰς προφῆτις. Apollo ibi cultus, dicitur ὁ Πύθιος. τὰ Πύθια fuere ibi sacri ἀγῶνες. Regio est saxosa. B, 519. I, 405. Θ, 80. λ, 580. Tityus regnaverat ibi, et est pars τῆς Φωκίδος. Eadem urbs vocata etiam aliquando est ἡ Κρίσσα ἢ Κρίσα: unde Apollo Crisæus.

Πυλαιμένης, εος. ὁ. Princeps Paphlagonum valde prudens et fortis, occiditur a Menelao, B, 851. E, 576—579. Filius ejus ὁ Ἀρπαλίων profectus erat cum patre ad Trojam, et occisus etiam est a Menelao, N, 643—661. Ibi pater, jam ante occisus, dicitur tamen flens adstitisse ad corpus filii cæsi, 658. Nimirum anima patris insepulti etiam dum, et nondum collecta ad inferos, adstabat cæso filio: ideo et additur 65, ultionem cæsi filii non fieri; nam umbra nihil potest ulcisci. Est ergo et iste locus testimonium de sententia priscorum, animas defunctorum esse superstites in statu idearum distinctarum et personalitatis. Cæterum nomen est pro πυλομένης: nam sæpe τὸ ο mutatur in αι. sic μεσαιπόλιον, πιδαιβώσσειν (quod dicitur quando αἱ μέλισσαι ἀποτιθέασι βόσιν ἢ τροφὴν ἑαυταῖς, σιμβλοποιοῦσι) ἀκραιφνὴς pro ἀκροφανὴς, etc. si id nomen est appellativum et epitheton, habet accentum in ultima: nam propria retrahunt accentum, excepto ὁ Εὐμενὴς, qui accentum adjectivi retinet. Vide sub μεσαιπόλιος in A.

Πύλαιος, ου. ὁ. Dux Pelasgorum Troicorum. B, 842.

Πυλάρτης, ου. ὁ. nobilis Trojanus. Λ, 491. Π, 696. Alibi est epitheton ᾄδου.

Πυλήνη, ης. ἡ. Urbs Ætolica, B, 639.

Πύλος, ου. ἡ. Nomen urbis et regionis, cui Nestor imperabat. Habet epitheta ἠγαθέη καὶ Ἠμαθόεις, quod posterius epitheton, attice in genere communi positum, a fluvio præterlabente est desumtum, qui vocabatur ὁ Ἄμαθος. Nam arenosa neutiquam fuit. Distabat a mari σταδίους triginta. A, 252. B, 77, 591. I, 153, 295. Dicta et Νηλήϊος pro Νήλειος, a rege suo, patre Nestoris, qui erat ὁ Νηλεὺς, Λ, 681—760. Male vexata erat ab Hercule: conf. Ἡρακλῆς: deinde et incursata ab Eleis et defensa a Nestore. α, 93, ubi est πρωθύστερον, nam prius proficiscendum erat Pylum. et 284. β, 214, 308, 317, 325. γ, 4, 5, 182, 486. δ, 599, 639, 656, 702. λ, 256, 284, 458, Nestor enim fuerat amicissimus Agamemnoni. Πύλονδε καταστῆσαι, ν, 274, i. e. εἰς Πύλον ἀπαγαγεῖν: quod recentiores ἀποκαταστῆσαι dicunt. ο, 193, 226, ubi laudatur regio ut πολυθρέμμων. 236, 540. π, 323. φ, 108, ἱερὴ, ob religiones ibi multas. ω, 429. Cives ejus οἱ Πύλιοι, A, 248. E, 545. H, 134. Λ, 670, seqq. 686. P, 704. Ψ, 633, ubi videntur ἐξοχικῶς nominati, præstantes aliis in certamine ludicro. γ, 59, 31. ε, 216. Πυλοιγενὴς dicitur Nestor, B, 54, quod alii scribunt Πυλοιγενής.

Πύλων, ωνος. ὁ. nobilis Trojanus. M, 187.

Πυραίχμης, ου. ὁ. Princeps Pæonum, B, 848. Π, 287—292. Vide sub Αἰτωλοί.

Πύρασος, ου. ὁ. nobilis Trojanus. Λ, 491. Sed ἡ Πύρασος erat urbs Thessaliæ, dicta διὰ τὸ τὴν χώραν εἶναι πυροφόρον καὶ σιτοποιόν: Hinc et dicta τέμενος Δήμητρος πολύκαρπον, nec non ἀνθεμόεις. B, 695.

Πύρης, ου. ὁ. nobilis Lycius. Π, 416.

Πυριφλεγέθων, οντος. ὁ. Fluvius ἐν ᾅδου, dictus παρὰ τὸ πῦρ, ᾧ οἱ θνήσκοντες ἐφλέγοντο: occasione nominis sumta ab ardente rogo. κ, 512.

Πυῤῥίχη, ης. ἡ. Erat ἡ ἐνόπλιος ὄρχησις, Κρητικὴ μάλιστα, σιμνή. Π, 617. Vide sub Κουρῆτες, et in A. sub ὀρχηστής.

P

ῬΑΔΑ'ΜΑΝΘΥΣ, υος. ὁ. Filius Jovis, frater Minois, ex Europa. Ξ, 321, 322, ἀντίθεος. δ, 564, ξανθὸς, ubi habitare dicitur in insulis beatorum, sitis extra orbem nostrum, in Oceano Atlantico. Ergo ignorat Homerus, eum esse judicem apud inferos, ut finxere recentiores. sic et η, 323, ubi Phæaces eum vexisse dicuntur in Eubœam, ut viseret Tityum. Ergo innuit poëta, insulam Phæacum quoque esse extra orbem nostrum, prope insulas illas: unde et est illa grandis εὐδαιμονία ejus insulæ. Nam solet poëta quasdam regiones ἐκτοπίζειν, miraculi causa, et ne videatur de propinquis locis narrare.

Ῥέα, ας. ἡ. Mater Jovis et Junonis, conjux Saturni. Est ἡ ἀρχιγόνος ὕλη, a ῥέειν, quia aquosa fuit ea materia prima. Nisi potius est pro ἔρα terra, transpositis litteris Ξ, 203. O, 187, ubi est Ῥεῖη, et ubi alii legunt, οὓς τέκετο Ῥέα, ut versus desinat in tres breves, loco trochæi. Vide in A. sub ῥέω, et ΚΥ'ΒΩ.

Ῥεῖθρον, ου. τό. Portus in Ithaca: et habet nomen, quia fluvius a monte vicino influit in eum. α, 186.

Ῥήνη, ης. ἡ. Puella nobilis, concubina Oilei. Β, 728.

Ῥηξήνωρ, ορος. ὁ. Frater regis Alcinoi, qui juvenis admodum, relicta unica filia, mortuus est, quam deinde uxorem duxit Alcinous. η, 63—66. Nomen est, ῥῆξαι ἐν ἠνορέῃ φάλαγγας. sic ὁ Λύσανδρος, λύσαι ἐν ἀνδρίᾳ φάλαγγας.

Ῥῆσος, ου. ὁ. Rex Thracum, filius τοῦ Ἠϊονῆος. Κ, 435—441, ubi equorum ejus virtutes, et ipsius arma eximia, laudantur, una cum curru. et 470—525, ubi cædes ejus nocturna, et abactio equorum. Jacuit rex in medio, et circa eum sui, ordine triplici: ergo ex singulis ordinibus quatuor occidit Diomedes, ut viam satis latam equis, et γέφυραν πολέμου sibi, faceret; regem addidit decimum tertium. Sic fere 1 Sam. xxvi, 5—12. Recentiores dixerunt eum filium Στρύμονος fluvii et musæ Εὐτέρπης, Eurip. Rhes. 279, seqq. Addunt etiam, oraculum prædixisse ei, si gustassent equi ejus de herba Trojana, et de aqua ibi bibissent, ipsum fore invictum: sed statim post adventum suum, præ lassitudine dormientem, occisum, antequam equi curati essent. Quod quam veri simile confictum sit, apparet. Alius Ῥῆσος, est fluvius Troadis, ex Ida, Μ, 20, dictus et Ῥοΐτης. ου. ὁ.

Ῥίγμος, ου. ὁ. Nobilis Thrax, Πείρου filius. Υ, 484—489. Nomen barbarum.

Ῥίπη, ης. ἡ. et Ῥίπαι, ῶν. αἱ. Urbs Arcadiæ. Civis ejus ὁ Ῥιπαῖος, et regio ἡ Ῥιπὶς, ίδος. Strabonis ævo deserta. Β, 606.

Ῥοδιὸς, ου. ὁ. Fluvius Troadis. dictus ab ὁ ῥόος, interserta syllaba δι. Μ, 20. sed si scribitur Ῥόδιος, est is civis insulæ Rhodi.

Ῥόδος, ου. ὁ. Insula celeberrima. Urbs Ῥόδος diu post Homerum condita. Divisa fuit in partes tres: nam nympha Rhodus peperit ex Sole τὸν Κέρκαφον, a quo fœminæ Rhodiæ dictæ αἱ Κερκαφίδες: οὗτος ἐκ τῆς Λευκίππης genuit tres filios, Λίνδον, Ἰηλυσὸν, Κάμειρον. Apparet ergo ratio nominis, et divisionis, et cur Sol ibi imprimis cultus sit. Β, 654—656.

Ῥύτιον, ου. τό. Urbs Cretensis, cujus civis ὁ Ῥυτιεύς. Β, 648.

Σ

ΣΑΓΓΑΡΙΟΣ, ου. ὁ. Fluvius Phrygiæ majoris celeber. Γ, 187. Π, 719.

Σάγρα, ας. ἡ. vide sub Λοκροί.

Σαλαμὶν et Σαλαμὶς, ῖνος. ἡ. Parva insula et urbs, non procul a terra Attica; patria Ajacis Telamonii, sacra Veneri. περιμάχητος ἦν πότε Ἀθηναίοις καὶ Μεγαρεῦσιν: hinc quidam versum, Β, 558, habuerunt pro supposito, ab Atheniensibus interserto ut vetustam insulæ ejus possessionem probare possent, et ut appareret, Telamonem jam fuisse vasallum populi Attici. Sed recte inspicienti locum, patebit, suspicionem istam esse sine ratione, et Ajacem cum suis paucis militibus se applicasse ad vicinos suos potentiores, amicitiæ causa, Β, 557, ex quo numero simul infirmitas hujus principatus apparet. Ἐν Σαλαμῖνι γενέσθαι, Η, 199, nam hujus exiguæ patriæ tamen non pudet Ajacem. Vocata olim hæc insula fuit ἡ Πιτυοῦσσα, a multitudine earum arborum. Post captam Trojam, quum Teucer non reciperetur a patre Telamone, quia fratrem Ajacem non satis defenderit; profectus Teucer in Cyprum, condidit ibi urbem patriæ suæ cognominem. Horat. I, Od. 7, 21, seqq.

Σαλμωνεὺς, έως. ὁ. Filius Æoli et Λαοδίκης τῆς τοῦ Ἀλωέως, frater Crethei. λ, 235, ἀμύμων. Nam Homerus ignorat, quod recentiores de eo finxerunt, quod fuerit ἀσεβὴς, ἀντιβροντῶν καὶ ἀντιαστράπτων τῷ Διῒ, δι' ἃ καὶ ἐκεραυνώθη. Regnavit circa Ἠλείαν, et urbs ἡ Σαλμώνη non procul a Πίσα nomen ab eo habuit. Fuit fortasse σοφὸς μηχανικὸς, et scivit aliquid, quale Archimedes postea, cujus καυστικαὶ διὰ κατόπτρων ἀστραπαὶ sunt decantatæ. Pulverem enim pyrium providentia prius inveniri noluit, ut nostris seculis homines mali pusillique haberent, quo se invicem artificiose interimerent, quum arma priscorum heroum, imo ne Romanorum quidem Germanorumve priscorum, ob infirmitatem virium tractare nequirent. Vide in Α. sub ἀμύμων, prope medium.

Σάμος, ου. ἡ. Tres sunt insulæ hujus nominis. una e regione Ephesi, quam Homerus non memorat. Altera ἡ Θρηκίη Σάμος, quæ et Σαμοθράκη dicitur et olim Λευκωνία: habet montes valde altos, unde et nomen est; nam σάμος καὶ ὁ λόφος idem notat, hinc olim omnes τόποι ὑψηλοὶ vocabantur σάμοι: adjacet continenti Thraciæ, et civis ejus est Σάμιος. Ν, 12, 13. Ω, 78, 753. Tertia est, quæ olim Cephalenia, hodie Cefalonia: parva insula, ad Ithacam pertinens, cum urbe ἡ Σάμη: civis ejus Σαμαῖος. Β, 634. α, 246. ι, 24. δ, 671. ο, 29, 366. π, 123, 249. τ, 131. υ, 288.

Σαρπηδὼν, όνος, et Σαρπήδων, οντος. ὁ. Rex Lyciæ, filius Jovis ex Laodamia filia Bellerophontis. Prior forma nominis est Ionica et communis, posterior Æolica. B, 876. Increpat Hectorem, ut ῥάθυμον καὶ διὰ τοῦτο οἷον ἀμενηνόν: ut ἀλαζόνα καὶ κεναῖς ἐλπίσι τρεφόμενον, E, 471—493. et 629, ubi Tlepolemus pugnat cum ἀντιθέῳ Σαρπηδόνι. et 633, Σαρπῆδον, Λυκίων βουληφόρε, et is vocativus est a forma Σαρπήδων. Genus ejus enumeratur Z, 196—199. Recentiores ergo male eum faciunt filium Jovis ex Europa, fratrem Minois. M, 101, et sub eo imperitant copiis Glaucus et Asteropæus. et 292—330, ubi est generosa ejus oratio ad Glaucum cognatum suum, in ipso prœlio: nam αἰδεῖται primus esse honore et opibus, nisi et sit primus rebus fortiter gerendis; diisque par esse honore, nisi et viro bono par sit factis. Est ergo αἰδήμων. Est et εὐγνώμων (judex rerum candidus) εὐγνωμονεῖ γὰρ ὁμολογῶν τὰς τιμὰς τῶν πολιτῶν: præterea et μεγαλόψυχος, καταφρονεῖ γὰρ θανάτου. et 379. Σαρπήδοντος ἑταῖρον. et 397—414, ubi irrumpit in castra Græca. Ξ, 426, ἀρχὸς Λυκίων. ἐμὸν υἱὸν, Σαρπηδόνα δῖον, O, 67, inquit Jupiter. Π, 327. et 419—491, ubi pugnans interficitur a Patroclo, et Jupiter eum luget, et συνάχθεται τὸ πᾶν, guttis cruentis decidentibus ex aëre. et 492—502. ubi in supremis suis alloquitur Glaucum, et ipse nominat nomen suum, quod οἶκτου τι habet, quasi dicat, τοῦ ᾀδομένου, ἐνδόξου, εὐγενοῦς, ἀνδρείου. conf. ἐμὸς in A. 497. ἐσπευσμένος ἐπιτάφιός τις ἔπαινος αὐτοῦ, ὡς ἐν ἀκμῇ πολέμου, est 541, 542. conf. βασιλεὺς in A. et 548—551. 558. De corpore ejus acerrime pugnatur, 552—665. et 671—675, a somno et morte fertur in Lyciam, i. e. mortuus est, et apud majores suos sepultus. de armis ejus est et Ψ, 800, nam eorum potiti erant Græci. Solus is fuit in utroque exercitu filius Jovis. Astu matris suæ prælatus est, in successione regni, masculæ proli Bellerophontis.

Σατνιόεις, εντος. ὁ. Torrens magnus in Troade, quem poëta nominans, μνήμης ἄξιον ἔπαινεσε, quum per se vix mereretur nomen inter alios fluvios perennes. scribitur et Σαφνιόεις. Z, 34. Ξ, 445. Φ, 87.

Σάτνιος, ου. ὁ. nobilis Trojanus. Ξ, 443, a torrente illo dictus.

Σέθως, ω. ὁ. Rex Ægypti tempore Trojani belli, et post aliquanto. innui is putatur ξ, 278—286. Vide in A. sub βασιλεὺς, aliquanto sub medio.

Σειρῆνες, ων. αἱ. Quia poëta dualem, Σειρήνοιϊν, μ, 52. de iis ponit, hinc colligitur, velle eum duas intelligi, non tres: ponit quidem et pluralem, sed is de duabus non minus apte ponitur. Erant suavissimæ et doctissimæ cantrices, μ, 39—54. 158—200. ψ, 326. Earum ᾠδὴ describitur μ, 184—191, ubi poëta suam poësin describit: estque hoc proœmium tantummodo, vel præfatio aliqua; reliqua cantus ejus non adduntur. Designant sine dubio ἡδονὰς ἐν μέλεσιν, voluptatem aurium: et ossa multa circa earum insulam non naufragos notant, sed perpetuos adsessores usque ad obitum: nam qui semel adsuevit dulcedini musicæ, semper ei adhærere solet. Ulysses, in patriam properans, monetur, ne ab iis ab hoc proposito avertatur. Dicuntur scire omnia, historica, mythica, physica, futura, præsentia: poëta enim debet esse multiscius. Simul poëta depingere videtur homines θεωρητικωτέρους, qui omnem μάθησιν solius delectationis suæ causa expetunt: Ulysses vero σπεύδει εἰς πρᾶξιν: veri enim nominis sapiens est συγκεκροτημένος ἔκ τε θεωρίας ἔκ τε πράξεως. Alii sub iis male intelligunt ψαλτρίδας τινὰς καὶ ἑταιρίδας oblectabiles: et tunc τὸ θνήσκειν ποιεῖν esset hyperbolice, ut notetur expilatio amatorum per puellas suaves fallacesque. si quem nomina duarum delectant, sunt ea ἡ Ἀγλαοφήμη καὶ Θελξιέπεια, pulcræ virgines, in insula maris Tyrrheni τῇ Ἀνθεμούσῃ habitantes. Trium a recentioribus fictarum, et insuper alatarum, nomina sunt ἡ Παρθενόπη (quæ et ad Neapolin sepulta esse dicitur) Λίγεια, Λευκωσία. Et hi etiam fingunt tres earum insulas, quæ dicantur Σειρηνοῦσαι, ad sinum Cumanum. Dictæ Σειρῆνες a σειριᾷν, i. e. λάμπειν, ἀστράπτειν, a quo verbo et ὁ Σείριος ἀστὴρ nomen habet. Plura habet Plutarchus in Symposiacis, Athenæus, Strabo, alii.

Σέλαγος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, pater Ἀμφίου. E, 612.

Σελήπιος, ου. ὁ. Rex Lyrnessi et Thebes Asiaticæ, pater τοῦ Εὐηνοῦ, cujus duo filii ὁ Μύνης καὶ Ἐπίστροφος. Dictus a τὸ σέλας καὶ ἤπιος. B, 693.

Σελλήεις, εντος. ὁ. Fluvius in Græcia ad Corinthum, B, 659. O, 531. Alius est fluvius Troadis ad Ἀρίσβην, B, 839. M, 97. Vide sub Ἀρίσβη.

Σελλοί, ῶν. οἱ. Videtur esse nomen sacerdotii ad Dodonam. Π, 234, 235, ubi σοὶ pertinet ad ἀμφί. conf. ὑποφήτης in A. Alii minus bene scribi jubent Ἑλλοὶ, qui nomen habeant ab Ἕλλῳ prisco Thessalo, a quo et regio circa Dodonam dicta sit ἡ Ἑλλοπία: et hi eum locum sic legunt: ἀμφὶ δέ σ' (σοὶ) Ἑλλοὶ σοὶ ναίουσι ὑποφῆται, construentes, ναίουσιν ἀμφί σε, καὶ εἰσὶ σοὶ ὑποφῆται. sed paucos priscorum habent adsentientes.

Σεμέλη, ης. ἡ. Filia Cadmi, mater Bacchi ex Jove. Ξ, 323, 325. Homerus conflagrationem ejus pariter ac monstrosam Bacchi nativitatem ignorat, utpote figmenta recentiorum. Dicitur ipsa et ἡ Θυώνη, unde Bacchus ὁ Θυωναῖος.

Σήσαμος, ου. ἡ. oppidum Paphlagoniæ. B, 853. Aliud est τὸ σήσαμον, σπορίμου τινὸς εἶδος. Hinc facete l. c. positum videri potest ver-

bum ἀμφενέμοντο, quasi sermo esset de esculento illo.

Σηστὸς, ου. ἡ et ὁ. Urbs non magna, sed valde munita, ad fretum. Β, 836.

Σθενέλαος, ου. ὁ. nobilis Trojanus. Π, 586.

Σθένελος, ου. ὁ. Princeps Argivus, filius Capanei, unde dicitur Καπανήϊος, ἀπόγονος Προίτου: fortissimus socius Diomedis. Β, 564. Δ, 367—418. Ε, 108. 241—274. 835, 836. Θ, 113, 114. Ψ, 511. Vide de eo et Eurip. in Suppl. ab 1123, seqq. nam is ibi est ὁ παῖς. Alius erat filius Persei, nepos Jovis: et hujus Stheneli filius erat Eurystheus, Τ, 116—123.

Σίβυλλα, ης. ἡ. Est nomen mulierum fatidicarum, recentiorum Homero. Nomen est a σιὸς, i. e. Θεὸς, dorice; et βύλλα, i. e. βουλὴ, æolice. Sic Σίσυφος est Θεόσοφος, ab Æolico σύφος pro σοφός. Vide sub Βάτεια.

Σίγειον, ου. τό. Promontorium Troadis, ad quod erant castra Græcorum: etiam oppidum ejus nominis ibi. Refertur historiola: ἑταίρα τις ἀστεία, βαρυνθεῖσα κατά τινος ἀδολέσχου, διηγουμένου ὡς ἀφ' Ἑλλησπόντου ἥκοι, ἤρετο τοῦτον, πῶς ἐκεῖθεν ἥκων εἰς τὴν πρώτην οὐκ ἦλθε πόλιν τῶν ἐκεῖ; τοῦ δὲ πυθομένου, εἰς ποίαν ἐκείνην; εἰς Σίγειον, ἔφη: σκώπτουσα, ὅτι μὴ σιγᾷ ἐκεῖνος: quasi τὸ Σίγειον ἀπὸ τοῦ σιγᾶν ἢ τῆς σιγῆς nomen haberet. Vide sub Ἴδα.

Σιδὼν, ῶνος. ἡ. Urbs celeberrima Phœniciæ, πολύχαλκος dicta ο, 424. Urbs retinet suum ω in obliquis, sed civis ὁ Σιδόνιος, habet μικρὸν, ο, apud poëtam. Regio dicitur ἡ Σιδονία, cives etiam οἱ Σιδόνες, Ψ, 743, πολυδαίδαλοι, i. e. καλλίτεχνοι κατ' ἐξαίρετον καὶ πολύτεχνοι, μάλιστα δὲ χαλκευτικῆς τεχνῖται. Σιδονίηθεν, Ζ, 291, fortasse ὠνησάμενος, fortasse et ληϊσάμενος, has peritas textrices Paris. ἐς Σιδονίην εὖ ναιομένην, ν, 285, coll. 272. ἔργα γυναικῶν Σιδονίων, Ζ, 290, mulierum laudatarum ab ἱστουργίᾳ, quas tamen et non ancillas, sed liberas, potuit spe et pretio pellexisse Trojam. Fuerunt et Sidonii in Arabia, imo a mari rubro colonia horum Sidoniorum in Phœniciam venit: sed Menelaus tamen, narrans reditum suum ex Ægypto, non alios quam Sidonios in Phœnicia significare potest, δ, 618, 619. ο, 118, 119. δ, 84. Utrimque tamen πλούσιοι καὶ καλλίτεχνοι. Recentiores corripiunt syllabam primam, Homerus eam producit.

Σικανία, ας. ἡ. Sicilia sine dubio, circa quam erravit Ulysses. ω, 306.

Σικελοὶ, ῶν. οἱ. Siculi, Siciliam habitantes. υ, 383. fuere olim ἐμπορικοὶ καὶ ἀνδραποδισταὶ, ut ex l. c. apparet. Noti ergo Siculi Homero: ut si voluisset historicum agere, non poëtam, nominasset sane Siciliam suo proprio nomine, sed maluit poetice ἐκτοπίζειν loca illa errorum Ulyssis. Cæterum Σικελοὶ et Σικελιῶται differre dicuntur: illi sunt barbari et indigenæ, hi sunt Græci inquilini versantes in Sicilia. Sic differunt οἱ Ἰταλοὶ καὶ Ἰταλιῶται. Sed Θέσσαλοι καὶ Θεσσαλιῶται non sunt ex hac analogia intelligendi, sed vice versa. Σικελοὶ dicuntur et Σικανοὶ, quanquam Diodorus et inter hos differentiam statuat. Laudatur insula, ἀμύμων, Soli sacra, i. e. valde pulcra et fertilis, μ, 261—265. γυνὴ Σικελὴ, ω, 210, 211, 365, 388, 389, ubi dubium, an sit nomen proprium an gentile: posterius videtur verius, nam fœmininum ἐθνικὸν, ἡ Σικελὴ in usu est. conf. Θρινακία.

Σικυὼν, ῶνος. ἡ. Urbs celebris in Peloponneso, olim dicta Μηκώνη, prius etiam Αἰγιαλοί. Sita ad fluvium Ἀσωπὸν, εὐδαίμων valde, unde proverbium: εἴη μοι τὰ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. Adrastus ibi primus regnavit, antea enim Sicyonii fuerant liberi: postea erant pars regni Agamemnonis. Β, 572. Ψ, 299. Videtur dicta, ὡς περιέχουσα σικύους ἢ σικύας, *wo es viele melonen giebet, (abounding in melons.)* Civis est Σικυώνιος. Celebrabantur ibi Pythia, ad imitationem Delphicorum.

Σιμόεις, εντος. ὁ. Fluvius Troadis, minor reliquis. Circa hunc et Scamandrum poëta dicit πεδίον Σιμοείσιον ἢ Σκαμάνδριον. Δ, 475. Ζ, 4, 2. Ε, 774, 777. Μ, 22, 23. Τ, 53. appellatus, non respondet: apte: nam fictio futura fuisset frigida et nimis loquax, Φ, 307—327.

Σιμοείσιος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, magnus et pulcer: hinc apte comparatus αἰγείρῳ, quum caderet. Δ, 474—489.

Σίντιες, ων. οἱ. est nomen gentile, ab ὁ Σίντις, ιος: dicti et οἱ Σίνται: a σίνεσθαι, i. e. βλάπτειν: et sunt Lemnii, quia primi ferreorum telorum inventores fuisse dicuntur, vel et quia antiqui Λήμνιοι piraticam fecerunt. Quod boni fuerint fabri ferrarii, innuitur μύθῳ, Α, 594, 593. Θ, 294, ubi Vulcanus abit ἐς Λῆμνον μετὰ (ad) Σίντιας ἀγριοφώνους. Λήμνιον κακὸν in proverbio fuit, notans vel τὴν κατὰ στόμα δυσωδίαν τῶν Λημνιάδων, vel quia aliquando Lemniæ mulieres omnes maritos suos occiderant: ut ergo hoc κακὸν sit mulier, vel animam habens fœtentem, vel crudelis et imperiosa. et, Λήμνιον βλέπειν, i. e. δεινὸν καὶ πυρῶδες: et, Λήμνιοι ἄγριοι: et, Λημνία χεὶρ, i. e. ἀπαραίτητος. multis ergo modis male audiverunt insulani isti. Appellative ὁ σίντης, ου, est ὁ βλαπτικὸς, et ὁ σίνις, ιδος, ὁ λῃστής.

Σίπυλον, ου. τό. Mons Phrygiæ, cum oppido: nisi quod urbs etiam dicitur ἡ Σίπυλος, ubi Tantali fuit regia in Lydia. Ω, 615.

Σίσυφος, ου. ὁ. κέρδιστος ἀνδρῶν, i. e. συνετώτατος, ἐντρεχέστατος, κλεπτίστατος, longe superans, sicut dignatione, ita et astutia, Autolycum Ulyssis avum. Hinc et fabula narrat, quod mortem ipsam duris vinculis ligaverit, ut multis diebus nemo moreretur; missam autem mortem ad eum, quia indicarit Ἀσωπῷ ζητοῦντι θυγατέρα Αἴγιναν, raptam eam esse et compressam a Jove: donec Mars mortem liberaret. Veritas historica: fuit princeps amans pacis, et rexit suos securos; donec bellum perniciosum incidit, pace felici et alma interrup-

ta: fuit et medicus egregius, monstravitque suis multa adversus morbos medicamina. Sapientiam ejus nomen ipsum indicat, compositum ex Dorico σιὸς pro θεὸς, et Æolico σύφος pro σοφός: ut notet θεόσοφον, a deo ipso edoctum. Et hæc compositio ex duabus dialectis neminem movebit, qui novit, Dores sæpe αἰολίζειν, at Pindarum ἀναμὶξ dorice æoliceque scripsisse. ναὶ τὼ σιὼ dicebant Dores et Peloponnesii, jurantes per Pollucem et Castorem: et ὄνομα apud Æoles erat ὄνυμα, ἀσσότερον ἀσσύτερον, ἀγορὰ ἄγυρις, unde ὁμήγυρις, πανήγυρις, etc. Cæterum fuit princeps Corinthi, filius Æoli, quem confer, et ὁ Γλαῦκος. De prudentia et genealogia ejus est Ζ, 153—155. De labore ejus apud inferos, est λ, 592—599, quo innuitur, sapientiam, dum prodesse vult generi humano, multos labores, sæpe etiam frustraneos apud homines stupidos, et certe sæpe repetendos ab initio, debere suscipere: ex mente Salomonis, Eccles. i, 18, coll. 9. Videtur ergo fuisse vir καματηρὸς καὶ ἐπίμοχθος, θέλων εἶναι μεγαλουργός. Et sane, princeps recte consulens suis, non nimis otio frui potest. Quod pater Ulyssis dicatur a quibusdam recentiorum, vide ad Ὀδυσσεύς. Vide in A. sub Θεὸς ad initium, κέρδιστος, et ὅρκος prope finem.

Σκαμάνδριος, ου. ὁ. fuerat nomen proprium filii Hectoris, quem cives deinde Ἀστυάνακτα, patrem familias civitatis, vocabant, Ζ, 402, ob gratam memoriam meritorum Hectoris. Alius erat nobilis Trojanus, κυνηγετικὸς, Ε, 49—58. A fluvio nobili nomen sumtum.

Σκάμανδρος, ου. ὁ. Fluvius Troadis nobilis, idem qui ὁ Ξάνθος. Ob metrum dicitur et ὁ Κάμανδρος, quæ scriptio etymologiam juvat: nam narrant, eum ab Hercule sitiente sic vocatum, quasi esset ὁ κάματον ἀνδρὸς παραμυθησάμενος. In bello Trojano Græcis valde fuit utilis: hinc et φιλόμηρος Sophocles dicit, τὰς αὐτοῦ ῥοὰς εὔφρονας τοῖς Ἀργείοις. ἐς πεδίον Σκαμάνδριον, Β, 465, τὸ μεταξὺ τῶν δύο ποταμῶν, Σιμόεντος καὶ Σκαμάνδρου, in quo pugnabatur: et idem campus vocatur λειμὼν Σκαμάνδριος. Ἐπ' ἠιόεντι Σκαμάνδρῳ, Ε, 36. et 77, Σκαμάνδρου ἀρητὴρ, sacerdos: nam colebatur hic fluvius pro deo. et 774, ῥοὰς συμβάλλετον. ἐΰῤῥοον ἀμφὶ, Η, 329. ὄχθας πὰρ ποταμοῖο, Λ, 499. διός τε, Μ, 21, ob præstantiam ejus præ reliquis ibi fluviis. ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ, Υ, 74. Personificatur a poëta, Φ, 124—384, et Achilles, nimium progressus in aquas, periclitabatur. coll. 602, 603. Fontes vel lacus, quos hic fluvius format, sunt Χ, 147, 148.

Σκάνδεια, ας. ἡ. ἐπίνειον Κυθήρων, navale, Κ, 268, ubi deest κατά.

Σκάρφη, ης. ἡ. Urbs Locrensis, dicta et ἡ Σκάρφεια, prope Θερμοπυλῶν, deleta postea terræ motu. Β, 532. Vide sub Ἐπειοί.

Σκύθης, ου. ὁ. Natio nobilis, sed potandi studio infamis: hinc Græcis σκυθίζειν est μεθύειν. Nomen est cum voce Germanica, *ein schütze, (a shooter, marksman,)* ejusdem antiquæ originis.

Σκύλλα, ης. ἡ. Portentum poëticum in freto Siculo, μ, 73—100. 108—126. 230—235. 245—259. 430, 445, 446. ψ, 328. Habet sex longa colla et capita, et duodecim pedes inutiles: nam ipsa cohæret petræ, in cujus specu habitat. Et capita non sunt canina, sed draconis: quod patet ex triplici ordine dentium, quæ τριστοιχία non est canum, sed draconum, et aliorum maximorum κητῶν. Est immortalis: rapuit Ulyssi sex socios ex navi devoravitque: mater ejus vocatur ἡ Κραταιῒς, quam recentiores vocant Ἑκάτην. Iidem recentiores Scyllam aliter fingunt, ut ex Ovidio notum: quidam etiam eam τοῦ Τρίτωνος καὶ Λαμίας filiam faciunt, quæ Λαμία sit δαιμόνιόν τι, οὗ τὴν λαγνείαν comicus innuit, Vesp. 1030, Λαμίας ὄρχεις ἀπλύτους. Nicander Colophonius physice explicat, Scyllam et Lamiam esse nomen piscis ingentis, qui vocetur et καρχαρίας ἰχθὺς, canis carcharias. Nomen est a σκύλαξ, cujus vocem imitatur Scylla, i. e. scopulus varie exesus in freto Siculo: huc respicit et fictus pater ejus ὁ Φόρκυς, υνος, a κύων composito nomine, et mater Ἑκάτη, cum canino vultu pingi solita. Hinc et transfertur Scylla ad αὐθάδειαν καὶ κυνώδη θρασύτητα, καὶ εἰς κακοτρόπους ἑταίρας. Cæterum ἡ Λαμία nomen habet ab ὁ λαιμὸς, guttur, quasi λαιμία: nam est proprie bellua marina, ἔχουσα μέγαν λαιμόν. Vide in A. sub σκύλαξ, et σκόπελος.

Σκῦρος, ου. ἡ. Insula et oppidum, in mari Ægeo prope Eubœam. subjecta fuerat imperio Pelei: et rebellem eam denuo subegerat Achilles. Ibi et Δηϊδάμειαν τὴν τοῦ Λυκομήδους imprægnaverat adolescens Achilles, genueratque ex ea τὸν Νεοπτόλεμον. De hac insula fuit proverbium, ἀρχὴ Σκυρία, principatus Scyrius, ἐπὶ τῶν εὐτελῶν καὶ μηδὲν λυσιτελὲς ἐχόντων, dici solitum. Habuit portus, τὸ Ἀχίλλειον καὶ Κρήσιον: habitarunt ibi Δόλοπες, natio Thessala. Τ, 326, 332. λ, 508. Fuit tamen et urbs Phrygiæ ejus nominis, sub imperio Trojano: unde dubium oritur, an Ι, 664, insula illa, an urbs Phrygia, innuatur.

Σχῶλος, ου. ὁ. Nomen κώμης in Bœotia, ubi Pentheus a Bacchis discerptus creditur. Panis ibi præstans habebatur, ipse vicus autem erat asper. Civis ὁ Σχώλιος ἢ Σχωλιεύς. Β, 497, ἀρσενικῶς nomen ponitur. Est ad fluvium Ἄσωπον, et montem Cithæronem.

Σμινθεὺς, έως. ὁ. Nomen Apollinis, qui et Σμίνθιος. Ratio ejus hæc: in Troade et vicinis regionibus malo vexabantur incolæ muribus innumeris, qui Cretensium dialecto οἱ σμίνθοι dicuntur; nam Cretensium colonia eo venerat. Apollo invocatus et in his regionibus præcipue cultus, auxilium tulit, muresque extinxit, h. e. continuæ pluviæ mures suffocaverunt. Hinc Apollinis statuæ muris effigies

pedi altero supposita visebatur, et ipsi inditur cognomen; quod tanti olim est habitum, ut et λόγοι Σμινθιακοὶ de ea re gesta in honorem Apollinis scriberentur. Nam murium genus pertinet inter pœnas divinas, qui, si multi nimis sunt, sine divino auxilio deleri facile non possunt: sicut et alia insecta, sub nomine exercituum divinorum celebria. Cæterum templum illud celebre Apollinis Sminthii in urbe Chrysa fuit. A, 39. Est et urbs in Troade, ἡ Σμίνθη, ἀπὸ τῶν σμίνθων, i. e. μυῶν, dicta.

Σόλυμοι, ων. οἱ. Natio confinis Lyciæ, et Lyciis infesta. Dicunt veteres, τοὺς Σολύμους, apud poëtam esse eosdem, quos Πισίδας ἢ Πισιδεῖς recentiores dixere. Σολύμοισι κυδαλίμοισι, Z, 184, ergo ἔνδοξον ἔθνος, et 204. ἐκ Σολύμων ὀρέων, ε, 283, ubi poëta ἐξωκεανίζει καὶ ἐκτοπίζει etiam hos Solymos, eorumque montes, διὰ τερατείαν: ut ergo ibi sint loca ficta. Alibi τὰ Σόλυμα est urbs Assyriorum, condita post deletum primum templum Hierosolymitanum: quam urbem poëta ignorat, utpote diu post eum conditam. Eustathii ævo vocabantur barbara dialecto οἱ Τζίλυμοι in Lyciæ confinio. Vide sub Ἀλίζωνοι, et Λυκία.

Σόλων, ωνος. ὁ. vide sub σόλος in A.

Σούνιον, ου. τό. Promontorium Atticum, cum portu et oppido: ἱερὸν, quia ibi colebatur Ζεὺς Σουνιεύς. γ, 278.

Σπάρτη, ης. ἡ. regia sedes regni Laconici, dilecta Junoni. B, 582. Δ, 52. ἐς Σπάρτην, α, 93, 285. β, 214, 327. δ, 10. ἐνὶ Σπάρτῃ εὐρείῃ, λ, 459. Σπάρτην ἐς καλλιγύναικα, ν, 412, quod epitheton maxime respicit Helenam. Nomen sine dubio est a planta, τὸ σπάρτον, εἶδός τι σχοινίου, quod et ἡ σπάρτη dicitur, *hanf*, *(hemp)* sine dubio. Vid. Aristoph. in Avibus.

Σπειώ, όος. ἡ. Nereidum una, a speluncis in mari. Σ, 40.

Σπερχειός, οῦ. ὁ. Fluvius Thessaliæ, valde citus, unde et nomen habet. Ejus filius dicebatur ὁ Μενέσθιος, quem confer. Π, 174. Ψ, 142—149, ubi confer ποταμὸς in A.

Στέντωρ, ορος. ὁ. magnus clamator, E, 785, 786. Invenisse dicitur τὴν διὰ κόχλου βοὴν ἐν ταῖς μάχαις. Etiam Herodotus meminit Ægyptii cujusdam apud Darium, φωνέοντος μέγιστον ἀνθρώπων.

Στίχιος, ου. ὁ. Dux Atheniensium sub Menestheo, N, 195, 691. O, 329, 331.

Στρατίη, ης. ἡ. Oppidum Arcadiæ, deletum jam Strabonis ævo. Civis ejus ὁ Στρατιεὺς ἢ Στρατιάτης. B, 606.

Στράτιος, ου. ὁ. Filius Nestoris. γ, 413, 439.

Στρόφιος, ου. ὁ. Nobilis Trojanus, pater Scamandrii. E, 49. Alius erat pater Pyladis, rex Phocidis, filius Κρίσου, τοῦ Φώκου, τοῦ Αἰάκου, τοῦ Διὸς, Eurip. Iphig. Taur. 60, et 916, seqq. Hic Strophius uxorem habuit τὴν Ἀναξιβίαν, sororem germanam Agamemnonis: unde patet, cur Orestes puer ad eum sit delatus, et unde amicitia inter Pyladem et Oresten.

Στύμφηλος et Στύμφαλος, ου. ἡ. Urbs Arcadiæ, cujus civis ὁ Στυμφάλιος. B, 608. Regio circumjacens vocabatur quoque Στύμφαλος: et ibi λίμνη ἡ Στυμφαλὶς, καὶ ὄρνιθες Στυμφαλίδες: inde et Ἄρτεμις Στυμφαλία.

Στὺξ, υγός. ἡ. fluvius ἐν ᾅδου, dictus διὰ τὸ, στυγητὰ εἶναι τὰ κάτω. καὶ διὰ τὸ στυγνάζεσθαι τοὺς θνήσκοντας. κ, 514. vide vocem in A.

Στύρα, ας. ἡ. Urbs Eubœæ, cujus civis Στυρεύς. B, 539.

Συβαρῖται, ῶν. οἱ. Civitas Italiæ antiquæ, voluptatibus dedita, post deleta. Miserant paullo ante interitum suum aliquem suorum, Ἄμυριν ἢ Θάμυριν, Delphos, consultum Pythiam de salute civitatis. Huic responsum, instare ἀπώλειαν Συβαρίταις, ὅταν ἀνθρώπους θεῶν προτιμήσωσιν. Videns deinde is Ἄμυρις servum, flagellis cæsum, fugientem in templum, nec omitti; fugientem vero eundem ad sepulcrum patris domini sui, statim omitti: vendidit sua apud Sybaritas, et migravit in Peloponnesum. Tunc dicebant cives sui: Ἄμυρις μαίνεται: sed eventus probavit prudentiam ejus. Eustath. ad B, 595. Athen. Lib. XII.

Σύμη, ης. ἡ. Insula Καρικὴ, cum oppido. Civis ejus ὁ Συμαῖος. Dicitur habere πέρδικας μαχίμους. Olim dicta et Αἴγλη καὶ Μεταποντίς. B, 671.

Συρίη, ας. ἡ. insula, una τῶν Κυκλάδων, quæ et ἡ Σῦρος, patria Eumæi, obscurior reliquis. Ex ea fuit et ὁ Φερεκύδης, præceptor Pythagoræ. Sita est supra Delum. ο, 402—483.

Σφῆλος, ου. ὁ. Atheniensis, pater τοῦ Ἰάσου. O, 338.

Σχεδίος, ου. ὁ. Dux Phocensium, filius Iphiti. B, 517. P, 306, s. Alius quoque Φωκεὺς, dux sub priori illo Schedio, Perimedis filius, O, 515. Appellativum scribitur σχέδιος.

Σχερία, ας. ἡ. Insula Phæacum, quæ antiquiori tempore ἡ Δρεπάνη, recentioribus temporibus ἡ Κερκύρα, et hodie *Corfu*. Insula ἐρίβωλος καὶ ἄλλως εὐδαίμων. Fabula sic narratur: Ceres metuit, ne multi ex Epiro effluentes fluvii adveherent tandem tantum limi, ut insula continenti jungeretur: petiit ergo a Neptuno, ut sisteret hoc incrementum a fluviis oriundum. Quod quum Neptunus esset pollicitus, pro Δρεπάνη dicta est Σχερία, παρὰ τὴν τῶν ῥευμάτων ἐπίσχεσιν. Κερκύρα vero dicta est a nympha, quam Neptunus eo deportavit, ibique compressit. Conf. Φαίηκες. Poëta autem eam ἐκτοπίζει, ut videatur esse ἀγνωστός τις νῆσος, non vero nota illa Corcyra. Ἐν Σχερίᾳ ἑκὰς ἀνδρῶν, ζ, 8, ubi τὸ ἑκὰς τὸν ἐκτοπισμὸν indicat, quasi extra mare Mediterraneum in Oceano sita esset. Sed η, 8, 9, manifesto verus situs innuitur, siquidem anus Epirotica navibus eo est portata. Urbs ejusdem nominis,

et felicitas regionis, describitur η, 82—132. Præter πλοῦτον, laudatur ars circa aurum, et ἐπιστήμη ταλασιουργικὴ, καὶ καρπῶν εὐθηνία, γεωργικὴ ἐμπειρία, ἀὴρ εὔκρατος: denique et summa navigandi peritia. ι, 34—40. ν, 160. Vide sub ἀμφικαλύπτω in A.

Σχοῖνος, ου. ἡ. Urbs Bœotiæ, ἀπὸ σχοίνων φυομένων αὐτόθι, vel et fortasse a conditore ejus, qui ὁ Σχοινεὺς, pater Atalantæ. Fluvius ibi ὁ Σχοινόεις, contr. Σχοινοῦς. B, 497.

Σῶκος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, filius Hippasi: a σώζειν οἶκον, vel et a σωκέω, i. e. ἰσχύω. Λ, 427—456.

Σωκράτης, εος. ὁ. vide in A. sub ὅρκος ad finem.

T

ΤΑΛΑΙΜΕ'ΝΗΣ, εος. ὁ. Princeps Mæonum, pro Ταλαμένης. B, 865.

Ταλαὸς, οῦ. ὁ. Pater τοῦ Μηκιστέως καὶ Ἀδράστου: hinc filius dicitur Ταλαΐδης, et Ionica forma Ταλαϊονίδης. Ψ, 678.

Ταλθύβιος, ου. ὁ. Præco Agamemnonis, a θάλλειν κατὰ τὴν βοὴν, pro Θαλθύβιος. A, 320. Γ, 118. Δ, 192. H, 276. T, 196. 250, θεῷ ἐναλίγκιος αὐδὴν, non vero βοὴν, utpote quod est στρατηγικόν. Ψ, 897. Qua in dignatione fuerint olim tales regum præcones publici, hinc colligas, quod hic Lacedæmone postea cultus est pro deo; et posteri ejus clari, οἱ Ταλθυβιάδαι.

Τάνταλος, ου. ὁ. deinde etiam ὁ Ταντταλεὺς, έως. Τμώλου καὶ Πλουτοῦς filius, rex in parte Phrygiæ: uxor ejus ἡ Εὐρυάνασσα, liberi vero Pelops et Niobe. Fuit genere Λυδὸς, nunquam vero rex Corinthi. Quia conviva deorum aliquando factus, τῶν ἀπορρήτων μετέδωκε τοῖς ὁμήλιξι, καὶ οὐ μόνον μυστηρίων τῶν ἐν λόγοις, ἀλλὰ καὶ ἀμβροσίας καὶ νέκταρος: hinc apud inferos punitus, ut stans media in aqua sitiret, et poma ante os habens esuriret, λ, 581—592. Euripides autem scribit, puniri eum sic, ut pendens in aëre, saxum super caput imminens habeat, quod semper casurum timeret. Vide Eurip. Orest. 4, seqq. Sed Homeri fictio longe ingeniosior: et hinc Ταντάλου δένδρα, ἐπὶ τῶν ἀκερδῶν proverbialiter ponuntur, *wenn man was hat, das man aber nicht geniessen darf oder kann, (when one has something that he dare not or cannot enjoy.)* Et verbum ταντταλέομαι, f. λωθήσομαι, i. e. πάσχω τὸ τοῦ Ταντάλου, *es gehet mir, wie dem Tantalus, (I am tantalized,)* utramque fictionem respicit. Videtur in vita delectatus fuisse spe inani. Nomen ejus et Indis notum fuit: estque quasi ταλάντατος, miserrimus. Vide in A. sub Τρώς.

Τάρνη, ης. ἡ. Urbs Mæonum, i. e. Lydorum, fertilis. E, 44.

Τάρταρος, ου. ὁ. et ionice ἡ. tenebricosus, ἠερόεις, pingitur Θ, 13—16. et 481, βαθύς. Fingitur enim terra centrum esse mundi immobile; supra terram esse cœlum, et in eo deos beatos, interdiu etiam lucem; sed infra terram, eadem distantia qua cœlum superne distat, esse locum perpetuis tenebris et frigore oppletum, quem vocabant Τάρταρον, a ταράττεσθαι, quemadmodum cœlum est sedes ῥαστώνης θείας: hinc et ταρταρίζειν est pro σφόδρα ῥιγοῦν. Eædem imagines retentæ in sacris, quando de infimo inferno, et de tenebris extremis, et de crepitu dentium præ frigore, sermo est. Et sunt hæ sensuales imagines, ex idea vulgi petitæ aut adhibitæ. ὑποταρτάριοι θεοὶ, Ξ, 279, qui exilii causa in Tartarum sunt detrusi. Hi enim non sunt iidem cum subterraneis illis, quibus præest Proserpina, i. e. status mortuorum: sed sunt superiori hemisphærio cœli ex altera et inferna parte oppositi, valde longe a terra.

Ταϋγέτη, ης. ἡ. Filia Atlantis, in cervam mutata a Diana, ut Jovis effugeret amores; post vero restituta pristinæ formæ. Hæc grata sacravit Dianæ cervam cornibus inauratis, quam Hercules capere est jussus. sed aliud est τὸ Ταΰγετον, ionice Τηΰγετον, mons Laconiæ valde celsus et arduus, pertinens usque ad Arcadiæ montes, ζ, 103.

Τάρφη, ης. ἡ. Urbs Locrensis, sylvis circumdata: nam τὸ τάρφος notat τὸ δασὺ καὶ ὑλῶδες. B, 533.

Τάφος, ου. ἡ. Insula, eadem quæ ἡ Κεφαλληνία, una ex Echinadibus, non procul ab ostio Acheloi fluminis. Incolæ vocabantur οἱ Τηλεβόαι, vel quia ex longinquis regionibus boves prædabantur; vel quia non vicinis modo, sed et remotioribus, pugnas et βοὴν concitabant. Nam de eo constat inter antiquos, fuisse eos λῃστάς. Contra hos ὁ Ἀμφιτρύων, pater Herculis, expeditionem fecit, quia boves uxoris ejus Alcmenes prædati fuerant: et in ea expeditione socium habuit τὸν Κέφαλον, nobilem Atheniensem exulem. Huic dedit Amphitryo, victis Telebois, eam insulam: et ab hujus nomine postea dicta est Κεφαλληνία, duplicato λ, ne nominis ratio ad κεφαλὴν referatur; et incola est ὁ Κεφαλλὴν, ῆνος, ἢ ὁ Κεφαλλήνιος, ου. Ergo οἱ Τάφιοι καὶ οἱ Τηλεβόαι καὶ οἱ Κεφαλλῆνες ἢ Κεφαλλήνιοι sunt iidem. Homerus eos novit ναυτικοὺς, siletque fere de

prisco opprobrio piraticæ. Ταφίων ἡγήτωρ Μέντης, α, 105. et 181, Ταφίοις φιληρέτμοις. sic et 419. παρὰ Ταφίων πρίατο, ξ, 452, ubi tecte notantur ut prædones marini. apertius etiam ο, 426, Τάφιοι ληΐστορες. et π, 426, ληϊστῆρσιν Ταφίοις. Pertinebat eo tempore ad imperium Ulyssis; et Mentes erat prorex ejus insulæ, vel vasallus Ulyssis. Vide sub Αἰτωλοί.

Τέγεα, ας. ἡ. Urbs Arcadiæ, in felici solo posita. Β, 607. Alia Τέγεα fuit in Creta. Sed confundi non debet cum, ἡ Τένεα, quæ erat κώμη Κορινθία, ubi cultus est ὁ Τενεάτης Ἀπόλλων.

Τειρεσίας, ου. ὁ. Thebanus vates, et in senectute τυφλός. Nomen est ab εἴρω, dico, præfixo τ: vel a, τὰ τείρεα, sidera. Fabulam de eo narrat et Ovidius Met. III, 318, seqq. ad quæ addunt Graii, eum voluptatem conjugalem sic distribuisse, ut ex decem ejus partibus vir unam, uxor novem partes percipiat. Hinc a Junone τύφλωσις, a Jove vaticinandi peritia, ei est tributa. Hoc est illud ἀγαθόν τε κακόν τε. Recentiorum aliquis, portentosa de eo fingens, (quæ narrat Eustath. fol. 1665 Edit. Rom.) addit, mutatum eum tandem esse in murem: muri enim aliqua vaticinandi vis tribui solet. Ἐν ᾅδου solus sapere dicitur, sc. quod scientiam absentium et futurorum attinet: reliquæ umbræ sciunt tantum præsentia et præterita. κ, 492—495. 524, 525. 537, 565. λ, 32, 50. 90—150. 478. μ, 267. ψ, 251, 323. Apud Theocrit. Id. 24, 70, dicitur Tiresias, μάντις Εὐηρείδης, quasi pater ejus fuerit ὁ Εὐηρεὺς ἢ Εὐήρης, εος.

Τέκτων, ονος. ὁ. Nobilis Trojanus. Nomen habet ab arte, sicut filius ejus ὁ Φέρεκλος, ὅς κλᾷ τὰ φερόμενα ξύλα, et ipsius pater ὁ Ἅρμων, ὅς ἁρμόττει ξύλα. Nam hæc familia in arte fabricandi erat celebris. Ε, 59. Alii quidem id nomen ibi pro appellativo accipiunt; sed minus bene. Alius hujus nominis erat nobilis Phæax, θ, 114, unde filius ejus ὁ Τεκτονίδης.

Τελαμών, ῶνος. ὁ. Æaci filius, frater Pelei, pater Ajacis majoris et Teucri. ἀγαυοῦ Τελαμῶνος υἱός, Ρ, 284. ἀμύμονος, λ, 552. Τελαμώνιος Αἴας, Β, 528, 768. Δ, 473. Μ, 349, 364. Ν, 67. Ο, 471. Τεῦκρος, Ν, 170. Ο, 462. Αἴαντος Τελαμωνιάδαο, Λ, 542. Τελαμωνιάδη, Ν, 709, coll. 702. Ρ, 235. λ, 542.

Τεμέση, ης. ἡ. Urbs Italiæ, quæ postea Βρεντέσιον, Brundisium. Dubitatur quidem de Brundisio, id tamen constat, esse inferioris Italiæ urbem, ubi metalla effodiebantur. α, 184, et a Tapho versus Brundisium navigans, Ithacam commode potest invisere.

Τένεδος, ου. ἡ. Insula Æolica, Apollini sacra, et ob hanc causam occupata quidem, conservata tamen integra, a Græcis. Dicta olim Λεύκοφρυς, υος, ἡ, διὰ τὸ λευκὰς ἔχειν ὀφρῦς ἢ ἐξοχὰς παρὰ τοὺς αἰγιαλούς: μετὰ ταῦτα δὲ, διὰ τὸν Τρωϊκὸν Τένην, οὗπερ ἕδος ἤτοι κατοικητήριον γέγονε, μετακληθεῖσα Τένεδος. Hic Tenes apud patrem Κύκνον a noverca accusatus fuerat, quasi novercæ vim veneream inferre voluerit: pater ergo innocentem, una cum sorore, jussit includi arcæ et in mare projici; sed ad hanc insulam incolumis delatus, rex ejus denique fuit, et post mortem consecratus. Τενέδοιο ἀνάσσεις, de Apolline, Α, 38. et 452. Ab Achille est occupata, Λ, 624, et ex ea pulcram Ἑκαμήδην acceperat Nestor. μεσσηγὺς Τενέδοιο καὶ Ἴμβρου, Ν, 33. ἐς Τένεδον ἐλθόντες, γ, 159. Dicta est et ἡ Τρίοδος, quia media sita est inter Ægeum et Hellespontum et Μέλανα κόλπον τὸν πρὸς τῇ Αἴνῳ.

Τενθρηδών, όνος. ὁ. Dux Magnesiorum, pater Προθόου. Β, 756.

Τέρπιος, ου. ὁ. nobilis Ithacensis, cujus filius erat ὁ Φήμιος, ἀοιδός: et apte hinc dicitur is Τερψιάδης; nam ipse Phemius erat τερψίθυμος. χ, 330.

Τεύθρας, αντος. ὁ. Græcus nobilis, ἀντίθεος, Ε, 705. Genitivus extrudit etiam τὸ τ, Τεύθρανος. Alius fuit nobilis Trojanus, dives, ἐν Ἀρίσβῃ habitans, pater Ἀξύλου, qui hinc dicitur Τευθρανίδης, extruso τ, Ζ, 13. sic et per usum extrusum est τὸ τ ex μέλανος, quod patet ex μελάντερος: sic et ex τάλανος a τάλας, ut patet ex superlativo ταλάντατος. Tertius fuit rex Mysiæ circa Caïcum fluvium, qui filium Herculis Telephum adoptavit.

Τεῦκρος, ου. ὁ. Filius Telamonis ex pellice, præstans sagittarius. Ζ, 31. Η, 266—334, ubi ortus ejus, et ars, et vulnus acceptum, describitur: et conf. in Α. τόξον, et νόθος. Μ, 336, 350, 371. Ν, 91, 170, 314, 315, ὃς ἄριστος ἐν τοξοσύνῃ, ἀγαθὸς δὲ καὶ ἐν σταδίῃ ὑσμίνῃ. Philoctetes quidem longe superabat eum sagittandi arte, sed is eo tempore aberat. Ξ, 515. Ο, 304, 436—493. Π, 511. certat sagitta cum Merione, sed obliviscitur preces: hinc tantus sagittarius aberrat a scopo primario, Ψ, 859—883.

Τεύταμος, ου. ὁ. nobilis Pelasgus, pater Λήθου. Β, 843.

Τηθύς, ύος. ἡ. Uxor Oceani, quæ fortasse physice est terra, quæ ab humido accipit facultatem nutriendi fœtus, tanquam κοινὴ τροφὸς plantarum et animalium: nam est nomen ab ἡ τήθη, nutrix. Ξ, 201. 301, 302.

Τηλέμαχος, ου. ὁ. Ulyssis ex Penelope filius. Eo vix nato pater proficiscitur ad bellum in longinqua terra gerendum: inde nomen filio datum. Simul inerat votum, ut is filius maneret τῆλε μάχης, καθ' ἡσυχίαν ζῶν. Ergo erat supra annum vigesimum, quum rediret pater: et paucos dies ante istum reditum orditur Odyssea. Minerva it ad eum, i. e. incipit plus sapere et audere, utpote jam virili ætati propinquior, α, 88, seqq. ob pulcritudinem pariter ac indolem θεοειδής, 113. de patre interrogatus simpliciter respondet, se nunquam vidisse patrem suum, igiur tolis

matri credere, se esse Ulyssis, nec ultra nomen quidquam de eo scire, 215, conf. in A. ΕἸΔΩ, prope medium. prudenter dissimulat, se intellexisse imprecationem, 390, coll. 386, et conf. in A. βασιλεὺς prope finem. Vera et falsa uno tempore prudenter locutus, 420. Ejus prudens concio, β, 40—81. et 409, ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο. Proficiscitur in Peloponnesum, ut famam de patre audiat, ut ipse famam consequatur ὡς φιλοπάτωρ, ut plus sapere discat, 410—434. Lavat eum filia Nestoris, γ, 464. recens natus relictus erat a patre, δ, 112. insidiantur vitæ ejus proci, 700, 843. Per Telemachum supplicat Elpenor Ulyssi, λ, 68. et 183—186, narrat mater Ulyssis de eo, et 447—450, Agamemnon. Minerva eum revocat ex Sparta, i. e. ipse maturat reditum, ν, 413. De eo narrat Eumæus, ξ, 174—184. Nestori datam fidem, ο, 155, non servat, 199, quia ex augurio Helenæ, 176—178, conjicit, patrem jam esse domi. Ergo festinabat redire: et licet nonnunquam aliter agere ac condictum fuit, maxime si id alteri non nocet; Pisistratus enim solus narrare poterat omnia æque bene. Et vide simplicitatem heroicam, cum summa humanitate junctam: princeps Telemachus ivit pedibus, solus, ad villam Eumæi, ο, 554—556. π, 4. et invenit ibi hospitem, mendicum, pannis annisque obsitum, ut videbatur; et non modo non aversatus est eum, sed et honoravit, π, 42—45, collato toto eo loco eximio. Quum Eumæus abiisset, aperit se ei Ulysses, 155—320. per ambages redierat Telemachus ex Peloponneso, ne incideret in procos insidiantes, 364—386, coll. 400—405. quanti fecerit Eumæum, est 14—32. Excipitur rediens a matre, ρ, 31—56. narrat iter suum, 108—149. pater personatus precatur deos pro eo, 354, 355. ipse loquitur εἰρωνευόμενος, 396—404, conf. ἀικίζω in A. Sequuntur eum exeuntem duo canes, υ, 145. ρ, 62. β, 11. irritat procos consulto, ut justior fiat cædes, υ, 257—275. conatur tendere arcum, sed prohibetur a patre, ut proci non valentes tendere, eo libentius adquiescerent, si et Telemachus videretur non valere, φ, 124—135. amandat matrem, 344—355. pugnat una cum patre, χ, 92. vulneratur leviter, 277. indignatur, quod Penelope moretur agnoscere Ulyssem, ψ, 96, seqq. pugnat rursus, ω, 504—514. Cæterum per totam Odysseam ejus fit plurima mentio. Pater jurat per filium, B, 260. coll. Δ, 354, et conf. in A. πατὴρ prope initium. Recentiores narrant, duxisse eum τὴν τοῦ Ἀλκινόου Ναυσικάαν, ex eaque genuisse τὸν Περσέπτολιν.

Τήλεμος, ου. ὁ. erat Cyclops, et μάντις apud istam nationem. ergo non omnes Cyclopes ἄγριοι. Fuit vates certissimus, qui et nomen præscivit. ι, 507—512. Theocrit. 6, 23, s. Vide sub Εὔρυμος.

Τήλεφος, ου. ὁ. Herculis ex Auga, filia Alei, regis Arcadiæ, filius, pater Eurypyli. Proverbium est de eo: ὁ τρώσας ἰάσεται. λ, 518. fuit rex partis Mysiæ.

Τήρεια, ας. ἡ. Urbs Troadis, in regione quæ postea Κυζηνικὴ, B, 829, sita erat in monte, non procul a Lampsaco. a τηρεῖν videtur esse nomen.

Τηΰγετον, vide Ταΰγετον.

Τιθυὸς, ου. τό. vide sub δάπεδον in A.

Τιθωνὸς, οῦ. ὁ. Filius Laomedontis regis, frater Priami, pulcerrimus sui ævi, hinc dilectus ab Aurora; quæ est mythica descriptio pulcritudinis, quam Græci quoque ἡμέραν vocant, sicut et Galli nostri. Historice fuit princeps voluptatibus deditus, ad vinum et amores pernox, cum aurora somnum exordiens: unde quoque dictus est ἠοῖ συγκοιμᾶσθαι. Fabulæ addunt de eo, Auroram ei facultatem fecisse, si quid petere vellet: petiisse eum immortalitatem, sed oblitum esse, petere simul τὸ ἀεὶ νέον: consenescentem ergo, et intelligentem quam absurde rogaverit, tædio senectutis assidue rogasse, ut mutaretur in bestiam aliquam: hoc ægre impetrato, mutatum esse in cicadam, ut Aurora cantu ejus delectaretur in perpetuum: cantum enim cicadæ imitari assiduas λιτὰς Τιθωνοῦ ut mutaretur: et cicada est frigida, conveniens in eo cum sene. Cæterum hoc nomen proprium sæpe ponitur pro sene misero. ἠὼς ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο ὤρνυτο, Λ, 1. ε, 1. ejus et Auroræ filius erat ὁ Μέμνων, δ, 188. Genealogia ejus est Υ, 237. Vide sub τέττιξ in A.

Τιμόλαος, ου. ὁ. Λαρισσαῖος ἢ Μακεδὼν, augere voluit opus Homeri, interserendo singulos novos versus singulis: absurda sane opera. Alius ejusmodi otiosus nimis, Τρυφιόδωρος, Odysseam purgare conatus est ab omnibus Σίγμασιν, multo etiam absurdius. Vide Eustath. præfat. ad Odysseam.

Τίρυνς, υνθος. ἡ. Urbs Argiva, piscatoribus frequens, optime munita. B, 559. Eurip. Iphig. Aul. 152. Cyclopes olim ibi habitarant. Cives οἱ Τιρύνθιοι. habet nomen a fratre τοῦ Ἀμφιτρύωνος.

Τιτὰν, ᾶνος. ὁ. et ionice Τιτὴν, ῆνος. ὁ. est nomen solis a τιταίνεσθαι, quia lumen solis undique extenditur. Scoptice sic dicitur, qui promtus est ad ἐκτείνειν καὶ ἐντείνειν, ad arrigendum, cui opponitur ὁ ἄστυτος, ὃς οὐκ ἔχει στύεσθαι τὸ τρίμβολον, ut comicus vocat penem cum testibus; et qui etiam per jocum vocatur ἀστυάναξ, herus non arrigens. Ejusmodi τιτὰν, qui tendit valide, vocatur καὶ κίναιδος καὶ σπιάλης, acerbius etiam κένταυρος. Sed οἱ Τιτῆνες sunt fabulosi illi gigantes, a Jove in Tartarum detrusi, Ξ, 279. Physice ii sunt motus violenti in aëre late extensi. Dicuntur Saturno, i. e. frigori summo, cari: nam et frigus vehemens pertinet ad ea συμπτώματα aëris. Antequam terra nostra fieret habitabilis, hæ affectiones aëris furiose inter se agebant, Genes. i, 2. sed post bene ordinatam

terræ dispositionem, non furunt semper supra terram, sunt etiam in inferioribus locis inclusa, unde terræ motus oriuntur. Notant ergo adversas tempestates.

Τιτᾶνες, ων. οἱ. vide supra, et sub τιταίνω in A.

Τίτανος, ου. ἡ et ὁ. est oppidum cum regione montana in Thessalia. B, 735. appellative τίτανος est calx; etiam omne id albidum, quod ex igne residet in saxeis materiis; etiam γύψος.

Τιταρήσιος, ου. ὁ. Fluvius Thessaliæ, in Peneum influens; sed aqua ejus est levior, ut supernatet aquis Penei: effluit ex monte Τιτάρῳ. ἱμερτὸς, B, 751—755. Vide in A. sub ὅρκος, ad initium.

Τιτυὸς, οῦ. ὁ. Ingens gigas. Jupiter cum Ἐλάρα, filia Minois, congressus, occuluit prægnantem sub terra, ne Juno eam inveniret; et illa ibi peperit filium ἐξοχώτατον, ὃς ἐκλήθη Τιτυὸς, καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀτασθάλων Τιτάνων. Vir factus adamavit Latonam; sed sagittis Apollinis est confectus. Apud inferos jacet protensus, et vultures comedunt hepar ejus. λ, 575—580. η, 323—326. Dicitur terræ filius, quia μεγαλοσώματος: Rhadamanthus eum invisit, ut justus injustum castiget monendo: hepar ejus adfligitur, nam cupiditatum venerearum plenus fuit. Re vera fuit princeps Phocidis, conf. Πανοπεύς: et sine dubio θρασὺς καὶ ὡς οἷον Τιτανώδης, i. e. παράνομος καὶ ἀθέμιστος. Possit tamen et mitius explicari. Adamavit Latonam, i. e. noctu sedulo spectavit astra. Occisus est ab Apolline, i. e. subita morte est extinctus citra senectutem. Vultures edunt ejus hepar, fuit in vita omni μεριμνητικός τις. Extentus late est in terra, sollicitus et diligens fuit agricola.

Τληπόλεμος, ου. ὁ. Filius Herculis ex Ἀστυόχη, princeps Rhodiorum. Nam per imprudentiam, volens ferire servum suum gravi baculo, occiderat senem Licymnium, fratrem matris Herculis: fugiens igitur, venit cum valida classe Rhodum. Ibi inveniens civile bellum, alteri parti se adjungit, victorque, rerum universarum ibi est potitus. B, 653—670. Ad Trojam profectus cum navibus novem, pugnat contra Sarpedonem, E, 628—669, et occiditur. cultus in Rhodo post mortem pro deo. Mater ejus, quæ alias Ἀστυόχη καὶ Ἀστυόχεια, dicitur et Ἀστυδάμεια, eodem significatu, ut appareat respexisse veteres magis ad significatum nominis proprii, quam ad syllabas ejus: uxor Herculis, filia Ἀμύντορος, soror τοῦ Φοίνικος, comitis Achillis. Alius Tlepolemus erat filius Δαμάστορος, nobilis Lycius, Π, 416.

Τμῶλος, ου. ὁ. mons altus et fertilis Lydiæ, non procul Sardibus, ἔχων σκοπὴν ἐν τῇ ἀκρωρείᾳ, ἐξέδραν λευκοῦ λίθου, Περσῶν ἔργον. Ex hoc monte profluit ὁ ὑμνούμενος χρυσοῤῥόας Πακτωλὸς in terra pinguissima. B, 866. Υ, 385. Eurip. Bacch. 462, seqq.

Τόμαρος, ου. ὁ. Est secundum Strabonem mons, ad quem sita sunt sacra Dodonæi Jovis in Thesprotia: et ab hoc monte vocantur sacerdotes Dodonæi οἱ Τόμουροι ἢ Τόμουραι, (per syncopen pro Τομάρουροι, ab ὁ Τόμαρος et ὁ οὖρος, custos) quam vocem pro θέμιστες quidam ponunt π, 403, quasi τὸ ὂν εἴροντες ἢ ὁρῶντες. conf. εἴρω in A. Apud Lycophronem τόμουρος νημερτέστατος est, ὁ τὸ μὴ παρὸν ὁρῶν μαντικῶς.

Τρηχεῖα, ας. ἡ. Est pars Ithacæ insulæ, cum epitheto αἰγίλιψ. B, 633. quidam invertunt hunc ordinem, et habent τρηχεῖα pro epitheto: sed quia plurium locorum nomen proprium Τρηχεῖα fuit, vix sunt audiendi.

Τρηχὶν et Τραχὶν, ῖνος. ἡ. oppidum, conditum ab Hercule in monte Œta, ubi postea Hercules se ipse combussit. B, 682. Habet nomen διὰ τὴν τραχύτητα viæ ad eam.

Τρῆχος, ου. ὁ. nobilis Græcus, αἰχμητὴς, E, 706.

Τρίκη et Τρίκκη, ης. ἡ. urbs Thessaliæ, campestris, cujus princeps Machaon, et ubi antiquissimum postea, et celeberrimum fanum Æsculapii fuit. B, 729. Δ, 202.

Τριόπας, ὁ. vide sub Πάνδαρος.

Τροιζὴν, ῆνος. ἡ. vel et Τροίζην, ηνος. Urbs nobilis maritima Argeorum, cui adjacet parva insula. Habet nomen a filio Pelopis. Vocata est et aliquando ἡ Ἀφροδισιὰς et Σαρωνία et Ποσειδωνία: et portus ejus vocatus ὁ Πώγων: unde imberbes viri jubebantur πλεῦσαι εἰς Τροιζῆνα. Οἶνος Τροιζήνιος quoque erat celeber. B, 561.

Τροίζηνος, ου. ὁ. Princeps Thracicus. B, 847.

Τροίη, ης. et Τροία, ας. ἡ. Sic enim dissyllabice semper, nunquam per διάλυσιν, metropolin et regionem vocat Homerus. Præter hanc urbem regiam, valde munitam, permultæ subditæ huic regno, et sociæ fuere urbes: ipsum regnum autem divisum erat in novem δυναστείας: in specie Troica pars dividebatur in Trojanum et Dardanium pagum, quorum ille ἀπὸ τοῦ Τρωὸς dictus, hic ἀπὸ τοῦ Δαρδάνου, utroque rege Troico. Solum ibi admodum felix. Τροίην ἐριβώλακα, Γ, 74. et Ζ, 315, Τροίῃ ἐριβώλακι. Π, 461. et Ι, 329, Τροίην ἐρίβωλον, Σ, 67. Ψ, 215. ex quibus epithetis apparet, non urbem solam vocari hoc nomine proprio, sed et totum regnum. Fuit id olim valde opulentum: et in urbe primaria erant immensæ divitiæ, sedesque splendidissimarum familiarum. Id innuitur Ι, 401—403, et Ρ, 220—226, aluit ergo innumera auxilia; Σ, 288, 289. μέγα ἄστυ, B, 332. Π, 448. Ρ, 160. Σ, 251. πόλις Πριάμου αἰπὺς, γ, 130, ubi in genere communi αἰπύς. δ, 246, 249. εὔπυργος, i. e. ὀχυρὰ, firmo muro circummunita, Η, 71, coll. 453, ubi dii eam munitionem fecisse dicuntur. Post regem Priamum, prima persona

Trojæ erat Hector, hæres regni et summus imperator: sub eo ductabat Æneas Dardanios. M, 10—15. Incendium urbi prædicitur, Υ, 316, 317. Φ, 375. et ἅλωσιν ominatur Priamus, Χ, 56—76, Sita erat ad Hellespontum, non vero ad mare Ægeum, Ω, 346. Portæ urbis versus occidentem et mare, dicebantur Σκαιαί, versus orientem αἱ Δαρδάνιαι πύλαι, Χ, 360, 194. Τροίη εὐρυάγυια, de urbe et de regione, Β, 141. Ι, 28. ἐκ Τροίης ἐλάσαντες Ἀχαιοὺς, ex terra, Ζ, 529. Τροίης ἱερὰ κρήδεμνα, Π, 100. ν, 388. ἱερὸν πτολίεθρον, α, 2, quod quidem commune epitheton omnium munitarum urbium, in specie tamen Troja dicebatur θεόκτιστος ex fabula: nam Apollo et Neptunus muros struxerant, h. e. Laomedon ex templis antiquis sumserat pecunias ad ædificandum. Qui argutius id explicant, dicunt, ad omnem ædificationem opus esse Neptuno, i. e. aqua, δι' ἧς ὁ Τίτανος, i. e. ὁ πηλὸς, ἁρμόζει τοὺς λίθους, deinde Apolline, i. e. sole, ad siccandam et firmandam eam structuram. Ἐκ Τροίης magnæ prædæ a Græcis actæ, ι, 39. κ, 40. ἐν Τροίῃ εὐρείῃ, de regione, Ν, 433. α, 62. δ, 99. ἐνὶ Τροίῃ, in Trojano agro, et ad urbem Trojam, Τ, 330. Ω, 86, 256, 494. in ipsa urbe, Χ, 478, ergo contextus attendendus, quid ἐν significet, utrum, *in*, an, *ad*. Π, 515, nam Apollo ibi præcipue cultus. εὐτείχεος, Α, 129. ὑψίπυλος, Π, 698. Φ, 544. πᾶσα, Ω, 291. ἐς Τροίην, regionem, α, 210. ν, 284. ἀμφὶ πόλιν, λ, 509, 512. ὑπὸ Τροίῃ, ξ, 469, nam urbs in leni colle sita, et regiones multæ sub ea erant ἐλώδεις. Τροίηθεν, Ω, 492. γ, 257. δ, 488. ι, 38, 259. Τροίηνδε, Χ, 116. Ω, 764. γ, 268. Capta fuerat ab Hercule, sed non excisa; capta deinde a Græcis, et excisa: Herculem tamen posteri Ἰλιεῖς non coluerunt; sed Achillem, et Ajacem Telamonium, Antilochum, Patroclum, sepultos ibi, coluerunt divino modo. Multos tulit pulcerrimos, Τιθωνὸν, Γανυμήδην, Ἀγχίσην, Βουκολίωνα, Ἀλέξανδρον, Δηΐφοβον, etc. etiam Priamus et Hector διαφέροντες ἐπὶ κάλλει. τὴν Ἴλιον quidem novit poëta, sed incolas nusquam dicit τοὺς Ἰλιεῖς, nam hæc est appellatio recentiorum incolarum ἐν τῇ πεδινῇ Ἰλίῳ nova. conf. Τρὼς, et Ἴλιος.

Τρώϊλος, ου. ὁ. Filius Priami, interfectus quum equos exerceret. Ω, 257.

Τρώκτης, ου. ὁ. Videtur esse nomen proprium ξ, 289, et notat φιλοκερδῆ, ἐκ παντὸς βούλοντα τρώγειν, i. e. κερδαίνειν, et hinc fraudulentus. appellative notat φάγον. Cæterum et piscis quidam est hoc nomine.

Τρὼς, ωός. ὁ. Rex Trojanus, a quo natio nomen cepit, pater Ganymedis, pro quo equos a Jove donatos accepit, Ε, 265, s. Υ, 230—235. Alius, filius Alastoris, interfectus ab Achille, Υ, 463—471. Cæterum a rege illo gens οἱ Τρῶες, μεγάθυμοι, κέντορες ἵππων, Ε, 102, ubi de nobilibus sermo est, sicut fere ubique, ubi magnifica epitheta sunt. μεγάθυμοι, Ν, 737, ubi in sequentibus specimen hujus rei est. Ρ, 420. ἀγαυοὶ, Η, 386. Π, 103. ὑπέρθυμοι, in sensu optimo, Υ, 366. ὑπερφίαλοι, quod est probrum, ob violatum fœdus, Ν, 621, ἀκόρητοι αὐτῆς. Φ, 224, 459. gloriabantur de Hectore suo velut deo, Χ, 394. semper fuere numero pauciores Græcis, sed auxiliorum numero superabant hos, Θ, 407, s. coll. Β, 123—133. Τρῶες καὶ Δάρδανοι ἠδ' ἐπίκουροι, Η, 348, 368. Ρ, 184. Β, 815, coll. 816, 819, ubi Troes speciales sub Hectore, Dardani sub Ænea, auxilia quæque sub ducibus suis: omnes tamen in genere sub Hectore. Fortitudo Troum laudatur σ, 260—263. Τρώων αἰχμητάων, Α, 152. ἱπποδάμων. Β, 230, de nobilibus inter eos. ἀγερώχων, i. e. ὑπερηφάνων, *der stolzen, (the haughty,)* Γ, 36. Η, 343. Φ, 584. ἀσπιστάων, Δ, 221. πύκα θωρηκτάων, Θ, 739. εὐηγενέων, Ψ, 81. et 175, μεγαθύμων υἱέας ἐσθλοὺς, ex quo loco simul apparet, nobilium esse talia epitheta. et 23, ἀγλαὰ τέκνα. ἄλοχοι καλαί τε θύγατρες, Χ, 155. Τρώων πόλιν, Δ, 4. κυάνεον νέφος, Π, 66, coll. 69, πᾶσα πόλις, i. e. πάντες. 708. ὤριστοι θάνον, Μ, 13, coll. 14, nam pauciores ex Græcis principes cadebant. ἀγορὴ ἐν πόλει, Η, 345. πτολίεθρον, Α, 164, i. e. una aliqua urbium in regno Trojano. δήμῳ ἐνὶ Τρώων, in solo Troico, α, 237. δ, 243, 249. παῖδες δίκασαν de armis Achillis, λ, 546. ω, 27, 31, 38. Τρωσὶ φιλοπτολέμοις, Π, 835, 90, ubi id additur ad deterrendum Patroclum. Ρ, 194. ἱπποδάμοις, Τ, 237. Φ, 231, 414, 446. Χ, 422, 434. Ρ, 418. Τρώεσσι, ubi sunt οἱ ἐν τῇ μικρᾷ Λυκίᾳ, Ε, 211. Τρῶας, Β, 125. Ν, 101, ubi nomen gentis emphatice positum, pro, τοὺς βαρβάρους, τοὺς ὀλίγους. Τρῶας, ἕκαστον, quæ est Attica phrasis, pro, Τρώων ἕκαστον, Η, 215. Τρῶας καὶ Τρωάδας, Χ, 105. ἑλκεσιπέπλους, (nobiles fœminas) αἰδέομαι, Ζ, 442, ubi ergo ab ὁ Τρὼς est ἡ Τρωάς. reperitur et alia forma ἡ Τρωῒς, ἰδος, Η, 297. et ἡ Τρωϊὰς, ἄδος, Ι, 139, 281. Π, 831. Τρωϊάδων βαθυκόλπων, Σ, 122. Ω, 215. et 704, Τρῶες καὶ Τρωάδες. Χ, 105. coll. 514, 57. est et adjectivum fœmininum, ληΐδες Τρωϊάδες, ν, 263. Τρώϊοι ἵπποι, Ε, 222. quos dedit Jupiter regi Τρωΐ. Τρώϊα δούρατα, Ν, 262, 260, Trojanis nobilibus erepta. ἵπποι, Ψ, 377. est et forma adjectivi Τρωὸς, ἡ, όν. ἵππους Τρωοὺς, Ψ, 291, i. e. Τρωϊκοὺς, ἐθνικῶς, quum illi Τρώϊοι sint a nomine proprio. Cæterum Τρωὸς est per syncopen pro Τρωϊκός. Perinde ergo est, sive huic adjectivo Iota subscribas, sive prorsus abjectum intelligas: et meliores non subscribunt. Substantivo vero οἱ Τρῶες, quum sit ab ὁ Τρὼς, Iota subscribere velle, ineptum esset. Τρωαὶ, nobiles Trojanæ, Γ, 384, 411. εὐπλόκαμοι, Ζ, 380, 385. ἄλλαι, δ, 259. Τρωαὶ καὶ Δαρδανίδες, Σ, 339. Τρῶας καὶ Τρωὰς, Χ, 57, coll. 105, ex quo exemplo patet utilitas accentuum, et quam præter rationem eos nunc abjicere velint quidam. Τρωῇσιν pro Τρωαῖς, Χ, 430, 434. Τρωαὶ ἵπποι, Π, 393. κύνες, Ρ, 127, 255, 241, 273. σύμμαχοι τῶν Τρώων ex diis, recensentur Υ, 38—40. et 215—240, ubi οἱ Τρωϊκοὶ βασιλῆες

γενεαλογοῦνται. Trojani belli brevis summa est γ, 107—119. ε, 106—115.

Τυδεύς, έως. ὁ. Princeps Ætolius, filius Œnei et Peribœæ, pater Diomedis. Quum ὁ Λυκωπεὺς καὶ Ἀλκάθοος, ἀνεψιοὶ αὐτοῦ, insidiarentur patri ejus Œneo, occidit eos in agro; et una cum illis, etsi imprudens, etiam τὸν Μέλανα πατράδελφον. Ob hanc cædem fugiens, venit εἰς Ἄργος, καὶ καθαίρεται ὑπὸ Ἀδράστου, καὶ γίνεται γαμβρὸς ἐκείνῳ. In bello Thebano priori fortiter rem gessit pro Polynice, et ibi etiam periit, parvulo adhuc Diomede, et superstite Œneo, Ζ, 222, s. Κ, 285—294. Ξ, 113—126, ubi et genus ejus. In illo bello, vulneratus a Melanippo, ita efferatus est, ut, quum Amphiaraus occidisset Melanippum, et ei caput hujus afferret, is cerebrum ex eo hauserit et voraverit: quod aversata Minerva, quæ ei immortalitatem promiserat, ultra non adfuit ei. Rogavit deinde quidem pro filio immortalitatem; sed responso ambiguo. Nominis ratio est a τυτθὸς, nam ingenio pugnax, corpore parvus erat, Ε, 801. ἐπὶ Τυδῆ, Δ, 384, quæ non est contractio, utpote quæ antiquis criticis non placet, sed apocope pro Τυδῆα. sic Ὀδυσσῆ pro Ὀδυσσῆα, per apocopen. ἱππηλάτα Τυδεὺς, Δ, 387, ubi ξεῖνος καὶ μοῦνος certat cum omnibus Thebanis, successive nimirum: et omnino de eo, 372—399. Ε, 800—813, οἰνεΐδης, i. e. pugnavit primum impetuosius, post prudentius; et hinc prosper eventus. Τυδέος υἱὸς, i. e. Διομήδης, Β, 406. Ε, 25. Ψ, 383, 472. qui et ὁ Τυδεΐδης, Ξ, 380. Τ, 48. Ψ, 405. γ, 167, 181. Vide sub Διομήδης et Οἰνεύς; item in A. sub τυτθὸς, et κρέας.

Τυνδάρεος, ου. et attice Τυνδάρεως, ω. ὁ. maritus Ledæ, pater Castoris et Pollucis, quos recentiores aliter γενεαλογοῦσι, λ, 297—303. Filia ejus, præter Helenam, fuit ἡ Κλυταιμνῆστρα, ω, 198—201. hinc est ὁ Τυνδαρίδης. Vide sub Ἑλένη ad initium.

Τυρώ, όος. ἡ. Heroina celeberrima, quæ peperit quinque filios inclytos, filia Salmonei, quo mortuo accurate est educata a Deioneo patruo suo; devirginata a Neptuno, λ, 234—258, nuptum deinde data Cretheo, etiam patruo. Fuit avia paterna Nestoris. β, 120.

Τυφωεύς, έως. et Τυφάων, ονος. et Τυφῶν, ῶνος. et Τυφὼς, ῶ. ὁ. Gigas ignivomus, a Jove percussus fulmine, et in Cilicia ἐν Ἀρίμοις sub terra jacens. Β, 782, 783. recentiores eum Ætnæ in Sicilia supponunt. physice notat quemvis montem vel locum ignivomum, quæ loca etiam in primis fulmine feriuntur. Aristoph. Nub. 335, ubi dicitur ὁ ἑκατογκεφάλης, ου, et dorice λας, λα.

Τυχίος, ου. ὁ. σκυτοτόμος γνώριμος ἐν Ὕλῃ, urbe Bœotiæ, qui fecit scuta heroum, Η, 220, 221, conf. Ὕλη. Traditur fuisse hospes Homeri peregrinantis per Græciam, et memoriæ causa insertus ab hoc poësi suæ.

Υ

ὙΑ'ΔΕΣ, ων. αἱ. Ἄτλαντι τῷ Ἰαπετοῦ, καὶ Αἴθρᾳ τῇ Ὠκεανοῦ, θυγατέρες ἐγένοντο δώδεκα, καὶ υἱὸς Ὕας, ου. ὁ. ὃν ἐν Λιβύᾳ κυνηγετοῦντα ὄφις κτείνει. τῶν δὲ ἀδελφῶν, αἱ μὲν πέντε, διὰ τὸ ἐπὶ τῷ θανόντι πένθος, οὐκ ἔτι ἦσαν οὐδὲ αὐταὶ, ἀλλὰ καταστερισθεῖσαι ἐπωνομάσθησαν τῷ ἀδελφῷ, Ὑάδες ἐξ αὐτοῦ παρονομασθεῖσαι. ἔπαθον δὲ τὰ αὐτὰ μετὰ ταῦτα αἱ ἑπτὰ, διὸ καὶ Πλειάδες εἴρηνται, διὰ τὸ πλείους εἶναι τῶν πέντε. Vides ergo arctam cognationem Pleiadum et Hyadum. Pleiades possunt et dictæ intelligi, quia πλείους ὁμοῦ κεῖνται, ἢ ὅτι πλησίον ἀλλήλαις εἰσίν. cf. Πλειάδες, quæ et Πληϊάδες. Cæterum utræque sunt astrum, et Hyades possunt ab ὕειν dictæ concipi, quia ex mente astrologorum dant ὑετῶν ἐπισημασίας. Ab aliis dicuntur fuisse Διονύσου τροφοὶ, unde et ipse Bacchus ὁ Ὕης, ου, Σ, 486.

Ὑάμπολις, εως. ἡ. oppidum ignobile, etiam Ὑσάμπολις dictum: ἀπὸ τῶν Ὑάντων, τῶν περὶ Βοιωτίαν, qui eo concesserant. Β, 521.

Ὕδη, ης. ἡ. Urbs Lydiæ, metropolis Σαρδιανῶν, ubi habitavit ἡ Ὀμφάλη: postea dicta urbs αἱ Σάρδεις. Υ, 385.

Ὕλακος, ου. ὁ. fictus avus personati Ulyssis, Cretensis. ξ, 204.

Ὕλη, ης. ἡ. Urbs Bœotiæ, nam ὑλώδης καὶ ἑλώδης ἦν, *hatte viel gebüsche und morast umher, (was surrounded by woods and marshes.)* Β, 500. Η, 221. In ea urbe ὁ Τυχίος, Κυμαῖος, fuerat hospes Homeri; qui eum inseruit poësi suæ, quasi vixisset Trojanis temporibus. Ε, 708.

Ὕλλος, ου. ὁ. Fluvius, ῥέων μεταξὺ Θυατείρων καὶ Σάρδεων. Υ, 392. Sed et rex Doricus in inferiori Italia, filius Herculis.

Ὑμέναιος, ου. ὁ. proprie est ᾠδὴ γαμήλιος, dicta ab ὑμνεῖν, quasi ὕμναιός τις: vel et παρὰ τὸν παρθένειον ὑμένα, tenuissimam cuticulam in ore vaginæ uteri, unde comicus canit, ὑμὴν ὦ, ὑμέναιε ὦ. Ab aliis vero derivatur nomen hujus cantici nuptialis ἀπὸ Ὑμεναίου, νεανίσκου τινὸς Ἀργείου, ὅς, παραπλέων Ἀθήνας, ἔπαυσε βίαν ἣν λησταί τινες Πελασγοὶ ἐπῆγον παρθένοις τισὶν

Ἀττικαῖς: αἱ γάμῳ νομίμῳ ὕστερον ἐκδοθεῖσαι, ᾠδὴν ᾖσαν ἐπ' αὐτῷ, ἣν ὁμωνύμως ἐκάλουν ὑμέναιον, καὶ ἐξ αὐτοῦ πᾶς ὁ ἐν γάμῳ ὕμνος οὕτω καλεῖται. Σ, 493.

Ὑπείροχος, ου. ὁ. nobilis Trojanus. Λ, 335. Alius est nobilis Eleensis, Λ, 671, 672. ab ὑπερέχειν, eminere.

Ὑπείρων, ονος. ὁ. Princeps Trojanus. ab ὑπὲρ, Ε, 144.

Ὑπέρεια, ας. ἡ. Fons celeber ἐν μέσῃ τῇ τῶν Φεραίων πόλει in Thessalia. Β, 734. Ζ, 457. Alia hujus nominis est urbs Siciliæ, postea dicta ἡ Καμαρίνα, ζ, 4, 5. coll. ι, 125, s. Qui insulam esse dicunt, non attendunt contextum: Cyclopes enim non habebant naves: quomodo ergo vexarent divisos mari a se? Fons ille ad Thessaliæ urbem αἱ Φέραι, dicitur et ἡ Ὑπερηΐς. et nomen est ab ὁ Ὑπέρης, ητος, qui fuit nepos Phrixi, regnans circa eum amnem. Vide sub Μεσσηΐς.

Ὑπερήνωρ, ορος. ὁ. nobilis Trojanus, frater Euphorbi, occisus a Menelao, quem probris affecerat: Menelaus autem re ipse refutat probra, et loquitur terrendi Euphorbi causa. Ξ, 516. Ρ, 24—30.

Ὑπερησία, ας. ἡ. Urbs Argivorum, ἀπὸ Ὑπέρητος, υἱοῦ Λυκάονος. Β, 573. ο, 254.

Ὑπερίων, ονος. ὁ. Dicitur pater esse Solis: et Sol hinc dici deberet Ὑπεριονίων, sed per syncopen et ipse dicitur Ὑπερίων. Sic Μολίων est pro Μολιονίων, unde οἱ Μολίονες. Τ, 398. alia forma patronymici est Ὑπεριονίδης, μ, 176. simpliciter est ὁ ὑπὲρ ἡμᾶς ἰὼν ἥλιος. Vide sub ὑπερίων in Α.

Ὑποθῆβαι, ῶν. αἱ. oppidum prope Thebas Bœotias. nam accuratiores codices legunt ὑφὶν, non vero divisim ὑπὸ Θήβας, Β, 505. sic ἡ Ὑποχαλκὶς, oppidum sub monte qui dicitur ἡ Χαλκίς. Alias dictum illud oppidum αἱ Πότνιαι τῆς Βοιωτίας, ἔνθα ὁ Ποτνιεὺς Γλαῦκος ab equis suis est discerptus. Tempore Trojani belli in ruinis erant Θῆβαι ἑπτάπυλοι ab Argeis excisæ: hinc ex Thebis ipsis nemo mitti potuit ad bellum illud, sed ἐξ Ὑποθηβῶν.

Ὑποπλακία, ας. ἡ. Urbs in agro Θήβης Asiaticæ. Nomen notat ὑπόπεδον καὶ λεῖον: πλὰξ γὰρ τὸ ἐπίπεδον Χωρίον, unde est ὁ πλάκιος. Ζ, 396, 397.

Ὑρία, ας. ἡ. χώρα Θησβαΐδος. Conditor oppidi fuit ὁ Ὑριεὺς, civis vero est ὁ Ὑριάτης. Β, 496. κεῖται ἐγγὺς Αὐλίδος. Quidam legunt Θυρία, sed male, judicibus antiquis: et error ortus ex præcedente τε, quod abjecto ε mutavit τ, in ϑ ob sequentem asperum. Alia Ὑρία ἢ τὸ Ὑρίον fuit in Calabria περὶ Ἰαπυγίαν, Κρητῶν κτίσμα.

Ὑρμίνη, ης. ἡ. oppidum Eleorum, postea dictum Ὀρμίνη. Β, 616. Vide sub Ἐπειοί.

Ὕρτακος, ου. ὁ. Princeps Trojanus, in Arisbe sedem principatus habens, pater Ἀσίου, qui hinc dicitur Ὑρτακίδης. Β, 837, 838. Μ, 96. Ν, 759, 771.

Ὕρτιος, ου. ὁ. princeps Mysorum, filius Γυρτίου, Ξ, 511, s.

Ὑψήνωρ, ορος. ὁ. nobilis Trojanus, Dolopionis filius, Ε, 76—83. Alius erat Græcus ductor, filius Hippasi, ἑταῖρος Ἀντιλόχου, Ν, 411—423.

Ὑψιπύλη, ης. ἡ. et Ὑψιπύλεια: Lemnia princeps. Η, 469.

Φ

ΦΑΕ'ΘΟΥΣΑ, ης. ἡ. filia Solis. μ, 131—136.

Φαέθων, οντος. ὁ. equus alter Auroræ, ψ, 246. Alium illum Phaëthontem Homerus ignorat, utpote recentiorum figmentum.

Φαίακες, ionice Φαίηκες, ων. οἱ. Habent nomen a conditore gentis, qui fuit ὁ ἀρχαῖος Φαίαξ, υἱὸς Ποσειδῶνος καὶ Κερκύρας τῆς Ἀσωποῦ: sic enim narrant recentiores: Homerus istam nominis et gentis originem ignorat, ut ex silentio ejus non tantum, sed ex nexu narrationum ejus, apparet. vide ζ, 3—12. Cæterum amabat ista gens τὸ τερατῶδες. Hinc portentosa narrant de navibus suis, ϑ, 556—563, quod hæ sua sponte sciant ubi debeant ἐλλιμενίζεσθαι: et hinc Ulysses sumit ansam, de se quoque magnifice mentiri καὶ τερατολογεῖν. Solebant quoque vectores suos, qui non essent Phæaces, sopire, ne cursum observarent; quod et Ulyssi sic factum est, ν, 73—80, coll. 53, seqq. Σχερίην, Φαιήκων εἰς γῆν, ε, 34—40. dicti ἀγχίθεοι, quia dii frequenter versati cum illis, h. e. ob εὐδαιμονίαν γῆς αὐτῶν et reliquam felicitatem vitæ, etiam διὰ τὸ φιλόξενον καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν τῶν ἐκεῖ ἀνθρώπων. Hinc Alcinous rex eorum dicit, η, 205, 206, hoc sensu: οὕτως ἐσμὲν φίλοι θεοῖς, ὡς ᾠκείωνται ἀλλήλοις οἱ Κύκλωπες καὶ οἱ Γίγαντες οἱ λῃστρικοί: λαβὼν ἐκείνοις τὴν ὁμοιότητα ἐκ τῶν ἐναντίων μὲν, ὁμοίων δὲ ὅμως κατὰ σχέσιν ποιότητος: et est ac si quis dicat, τόσον ἡδὺ τὸ μέλι, ὅσον ἀηδὲς τὸ ἀψίνθιον. Sic Sophocles: ἐμοὶ πικρὸς τέθνηκεν, ὡς κείνοις γλυκύς. confer tamen Κύκλωψ. Sed recentiores Corcyræi non tam boni, ut Homerici isti antiqui, neque tam ὀρθοὶ τὴν φιλίαν. Adnatat Ulysses ad insulam eorum, ι, 279—281. 345, 386. secura habitatio eorum, ζ, 201—205. 195—197. 241, ἀντιθέοις Φαιήκεσσι. Urbs de-

scribitur 262—272, cum moribus gentis. Nam sunt optimi nautæ. Proceres quidem erant φιλόξεινοι καὶ ἀγχίθεοι, sed non vulgus: colentes enim terram felicem, suspectabant peregrinos tanquam proditores, ne hi alienas copias allicerent. η, 16, 17. 31—36. 112—121, ubi de fructibus perennibus: quæ res aucta poëtice, etsi magnam tamen partem vera. Præterea id narrat poëta ἐκτοπίζων eam insulam, et ad beatorum insulas collocans. De Ægypto, et de insula Samo, fere eadem narrant geographi, quod mira ibi sit fructuum perennitas. Φαιήκων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες, η, 186, nam erat ibi ἀριστοκρατία mixta cum regno: hinc Alcinous quidem erat supremus rex, habebat autem simul δώδεκα βασιλέας, i. e. magnates, quorum consilio utebatur. Imo quia Alcinous et principes maxime regebantur voluntate et consilio reginæ Ἀρήτης, erat re vera ibi γυναικοκρατία. θ, 41, s. 96, s. 157, 191, 390. s. 369. Nomina eorum fere omnia sunt nautica, 110—120. Vitæ ratio eorum est 244—249, 262—265, et Ulysses ea laudare videtur, εἴρων. Quam ἁβροδίαιτος fuerit celeber ille pictor Παῤῥάσιος, narratur apud Athenæum. De navibus eorum est 556—563, ν, 13, s. Habebant oraculum, navem eorum aliquam esse perituram post πομπὴν ξένου, et Neptunum esse moturum montem et injecturum urbi, θ, 564—569, quod fingitur apte. Sicut enim poëta murum Græcorum solus struxit et destruendum cecinit; sic hanc miraculosam insulam finxit et oppressam esse suspicari facit lectorem, ne posteri quærant jam, ubi et quæ illa sit. conf. ν, 160—183, de nave mutata in saxum. et 134—138, dona Ulyssi data. porro π, 227—231. τ, 279. ψ, 338.

Φαίδιμος, ου. ὁ. Rex Sidonius, ο, 117, 118.

Φαίδρα, ας. ἡ. Filia Minois, conjux Thesei jam senescentis. Hæc, amans privignum suum, castum Hippolytum, et repulsa ab eo, calumniata est eum apud patrem. λ, 320. Vide Eurip. Hippol. conf. Λάμπος.

Φαίνωψ, οπος. ὁ. princeps Trojanus, Ε, 152—154. Ρ, 312, 583, s.

Φαῖστος, ου. ὁ. nobilis Lydius. Ε, 43.

Φαιστὸς, ου. ἡ. Urbs Cretæ, cujus civis ὁ Φαίστιος. Ex hac urbe fuit ὁ σοφὸς Ἐπιμενίδης. Deleta urbs a Gortyniis. Β, 648. γ, 296, ubi conf. εἰς in A. Nam signatur h. l. promontorium Γόρτυνος hoc nomine, quod ab aliis partibus tunditur fluctibus, sed non a meridionali parte, quia ibi saxa sunt opposita; et ea saxa sunt μικρὸς λίθος, si compares ea vasto mari. Cæterum nomina sæpe distinguuntur accentu, e. c. ὁ Ἀθηναῖος est civis Atticus, ὁ Ἀθήναιος vero est nomen proprium viri docti.

Φάλκης, ου. ὁ. nobilis Trojanus. Ν, 791. Ξ, 513.

Φάρη, ης. ἡ. et ἡ Φάρις, ιος. Urbs Laconiæ, civis ὁ Φαριάτης. Β, 582.

Φάρος, ου. ἡ. insula olim Ægyptiaca, procul a continente sita, sed Strabonis ævo jam juncta continenti, δ, 354—358. Vide sub Αἴγυπτος.

Φαύσιος, ου. ὁ. nobilis Trojanus, Λ, 577.

Φειά, ᾶς. ἡ. et Φιά. Oppidum non procul ab Elide, juxta quod est fluvius ὁ Ἰάρδανος. Civis ejus Φειαῖος. scribitur et Φιά, et civis ὁ Φιεὺς ἢ Φιάτης η Φιαῖος. Η, 135, ubi tamen Strabo, Lib. VIII, legi jubet Χάας, ab ἡ Χάα.

Φείδας, ου. ὁ. ductor Græcus. Ν, 691.

Φείδιππος, ου. ὁ. Nepos Herculis, dux insulanorum quorundam, frater Antiphi. Β, 678.

Φείδων, οντος. ὁ. Rex Thesproticus in Græcia. ξ, 316—320. τ, 287—299. dare solebat ὀλίγα.

Φενεὸς, οῦ. ἡ. Urbs Arcadiæ ad Cyllenen montem. Et ibi, aut ad Νώνακριν, urbem item Arcadiæ, est ὕδωρ Στυγὸς, στάζον ἐκ πέτρας εἰς ἄγκος. Β, 605.

Φεραὶ, et extra metrum Φηραὶ, ῶν. αἱ. Urbs Thessaliæ, Β, 711. δ, 798. sic scribitur ξερὸς pro ξηρὸς, ἀσκεθὴς, pro ἀσκηθὴς, νοσερὸς pro νοσηρός. Aliam hujus nominis vide Φηρή.

Φέρεκλος, ου. ὁ. ædificator navium Paridis, vir nobilis. Ε, 59—68. conf. ὁ Τέκτων.

Φερεκύδης, ου. ὁ. Præceptor Pythagoræ, valde sapiens, Σύριος. Ipse vero non habuit καθηγητὴν ἄλλον, κτησάμενος τὰ τῶν Φοινίκων (Judæorum) ἀπόκρυφα βιβλία.

Φέρης, ητος. ὁ. filius Crethei ἐκ τῆς Τυροῦς, et ipsius filius fuit ὁ Ἄδμητος. λ, 234—258. hinc est ὁ Φηρητιάδης, producto ε in η, ὁ τοῦ Φέρητος υἱός. Β, 763. Ψ, 376. et quia ὁ Εὔμηλος fuit Admeti filius, hinc et ille ab avo potest vocari eo patronymico.

Φέρουσα, ης. ἡ. Νηρηΐς. mare enim fert naves. Σ, 43.

Φερσεφόνη, eadem quæ Περσεφόνη.

Φηγεὺς, έως. ὁ. Filius Daretis Trojani. A φηγοῖς in monte Ida, quibus pater utebatur ad adolenda sacra. Ε, 11—19.

Φήμιος, ου. ὁ. poëta et musicus doctissimus. Dicitur fuisse præceptor Homeri in arte musica et poëtica: hinc Homerum consecrasse nomen ejus memoriæ æternæ. Tribuit ei σύνεσιν, nam invitus versatur cum procis; et σοφίαν, nam permulta scit. α, 154, s. 325, seqq. 336, seqq. ρ, 263. χ, 330—356. conf. ἀοιδὸς in A.

Φηρὴ, ῆς. et Φηραὶ, ῶν. αἱ. Urbs Messeniaca in Peloponneso, ad mare. scribitur et Φεραί. Ε, 543. ζάθεαι, Ι, 151, 293. γ, 488. ο, 186, 296. Aliam vide Φεραί.

Φθεῖρες, ων. vide sub φθεὶρ in A.

Φθία, ας. ἡ. Urbs Thessalica celeberrima, regia Pelei. Regio circa habebat agrum pinguem; hinc et dicta μήτηρ μήλων καὶ θρεμμάτων. Civis dictus ὁ Φθιώτης, ου, et regio ἡ Φθιῶτις, ιδος. Α, 155. Β, 683. Ι, 253, 363, 395, 475. Π, 13. Τ, 299, 323, 330. δ, 9. λ, 495.

Φθῖοι, ων. οἱ. sunt alii ac οἱ Φθιῶται, erant enim sub Protesilao et Philoctete. Ν, 686, 693. Circumflexus in penultima est, ut in Δῖος, Χῖος, etc. nimirum ex contractione duplicis Iota.

Φιλήτωρ, ορος. ὁ. nobilis Trojanus, pater Δημούχου. Υ, 457.

Φιλοίτιος, ου. ὁ. pastor bubulcus Ulyssis in Epiro, fidelissimus dominis suis. Præerat pastoribus reliquis boum et rei pecuariæ Ulyssis in Epiro; hinc ὄρχαμος ἀνδρῶν, *ein amtmann, (a bailiff.)* Nomen est sic a φίλος, ut a μένος est Μενοίτιος. υ, 185—237. 554. φ, 189—244. 388.

Φιλοκτήτης, ου. ὁ. Princeps partis Thessaliæ, conf. Πρωτεσίλαος. ægrotus relictus erat in Lemno, Β, 716—726, sed amico animo relictus a cæteris. Pater ejus fuit ὁ Ποίας, αντος, unde ipse ὁ Ποιάντιος. γ, 190. feliciter rediit a Troja, egregius sagittarius, θ, 219, 220. Vide sub ὕδρος in A.

Φιλομέδουσα, ης. ἡ. βοῶπις, mater Menesthei, Η, 10.

Φιλομηλείδης, ου. ὁ. princeps Lesbius. Nominis ratio est, ut Ἀριστείδης ab ἀριστεύς, Βασιλείδης a βασιλεύς, sic hic a Φιλομηλεύς. Solebat provocare hospites ad certamen: et sic interfectus est ab Ulysse. δ, 342—345. ρ, 133—136. Non sunt audiendi, qui eum filium τῆς Φιλομήλης faciunt: poëta enim non format patronymica a matribus.

Φλεγύαι, ῶν. οἱ. et οἱ Φλέγυες, ων. Natio Thessala, cujus sedes primaria ἡ Γυρτὼν, ῶνος, ἢ ἡ Γυρτώνη, ἐν Φώκιδι. conf. Θήβη. ὅμοροι ἦσαν τοῖς Ἐφύροις, belligerantes assidue cum illis. Erant ἀσεβεῖς καὶ λῃστρικοί. Hi templum Delphicum expilarunt, et metu horum Thebæ ab Amphione sunt primum munitæ; post cujus mortem Thebæ tamen a Phlegyis vastatæ in ruinis jacuerunt usque ad Cadmum. οὕτω δὲ ἦσαν βίαιοι, ὥστε καὶ τὸ ὑβρίζειν δι' αὐτοὺς παρὰ Φωκεῦσι φλεγυᾷν λέγεσθαι. Apollo tandem eos in Tartarum detrusit, ut fabulæ addunt. Nom. sing. est ὁ Φλεγύας, ου, καὶ ὁ Φλέγυς, υος. Ν, 302, et ὁ Φλεγύας fuit avus maternus Æsculapii.

Φοῖβος, ου. ὁ. cognomen Apollinis, quod quidam volunt esse quasi Φαέβιος, a lucente arcu ejus, utpote ἀργυρότοξος, quidam deducunt ab avia ejus, quæ fuerit ἡ Φοίβη, quidam παρὰ τὴν φόβην, i. e. τὴν τρίχα, ὡς ἀκειρεκόμης: sed simpliciter est a φάειν, lucere, quod vide in A. Nam Phœbus est sol, crines sunt radii solis, sicut et arcus cum sagittis. Α, 43, 72, 182, 443, 457. Ε, 454. Ι, 556, 560. Ο, 59. 221. 256, 307, 318, 365. 441. Π. 527. 667, 788—793, ubi notat ἔκπληξιν δαιμονίως γινομένην, quales terrores sæpe. et 849, coll. 845, ubi est ἡ εἱμαρμένη in genere. Υ, 39, 68, 152. Φ, 436, 448. Χ, 7, 213, 359. Additur sæpe ἥιος, quod confer.

Φοίνιξ, ικος. ὁ. Filius Amyntoris, principis in Hellade. Narrat de se ipse, Ι, 447—480. Nam fugiens ex Hellade, quia patris pellicem adolescentulam, suasu matris, prælibaverat; ad Peleum venit, qui eum præfecit Δολόπεσσιν. Bono ergo consilio fecerat male; ut juvenculæ odiosos redderet amplexus senis, et ut hoc contemtu motus pater reflecteret animum ad conjugem legitimam. Deinde diræ paternæ memorantur ut magni momenti magnæque efficaciæ, 454—457. Factus et est præceptor Achillis, *oberhofmeister des prinzen, (tutor to the prince,)* utpote nunc justissimus, qui senserat quam infausta res sit peccare. Nam optimi sunt præceptores, οἱ παθημάτων πεῖραν σχόντες καὶ ἑαυτοὺς ἀνακτησάμενοι, qui experti sunt vanitatem cupiditatum, et ad frugem reverterunt. 481—491. Narrat peccatum suum in patrem, obsequio matri præstando commissum, ut Achillem admoneat, ne is quoque nimis matri suæ obsequatur quando odium adversus Græcos et vindictam suadeat. Venerat ipse ex castris Achillis ad reliquos, spectaturus pugnam: sed moratus paullo diutius, revertebatur cum duobus legatis, Ajace et Ulysse. Ι, 168—172. 182. hinc deinde de duobus tantum in duali loquitur poëta. Quia præceptor Achillis, hinc ejus oratio longe aliam habet formam ac Ulyssis, qui ex sola legati persona loqui debebat, 432—618. γέρων ἱππηλάτα, Π, 196. assimilat se ei Minerva, Ρ, 555. 561, Φοῖνιξ ἄττα γεραιὲ παλαιγενές. Τ, 311, Ψ, 360, s. Penultima debet acui, non circumflecti, nam Iota est longum in obliquis. Sic ὁ κήρυξ, υκος. Vid. Barnes. ad Eurip. Hec. 458.

Φοίνιξ, ικος. ὁ. nomen gentile, notans magnam et celeberrimam gentem, cujus pars erant οἱ Σιδόνες. Φοίνικος τηλεκλυτοῖο κούρη, Europa, filia Agenoris Phœnicis, Ξ, 321. Erant Phœnices ναυτικώτατοι, καὶ κερδαλέοι, nonnunquam et, ut solet, ἠπεροπευταί. Laudat eos personatus Ulysses, ν, 272—286, id spectans, si illi φιλοκερδεῖς mihi dormienti nihil subtraxerunt, quanto minus vos. Φοῖνιξ ἀνὴρ ἀπατήλια εἰδὼς, ξ, 288—309, ubi male de iis dicit: attemperat enim mendacia sua occasionibus: hic sciebat, Eumæum infensum esse Phœnicibus, utpote subreptum olim et venditum ab illis. Cæterum gens clarissima, subpar Britannis nostris. Φοινίκεια γράμματα dicuntur, quæ Cadmus in Græciam attulit. ψεῦδος Φοινικικὸν σημαίνει τὸ τερατῶδες ψεῦδος, qualia de Cadmo, et de ejus dracone, et hujus dentibus satis, etc. prodigiose narrantur. Φοίνικες ναυσίκλυτοι, ο, 414—483, ubi Eumæus iis τὸ πολύϊδρι κατὰ σοφίαν ἐπιμαρτύρεται. Φοίνισσα γυνὴ, 416, 425. ἡ Φοινίκη est terra eorum, δ, 83. ξ, 291.

Φόρβας, αντος. ὁ. Princeps Lesbi, pater Διομήδης, concubinæ Achillis, Ι, 661. Alius fuit nobilis Trojanus, cujus filius Ἰλιονεύς, Ξ, 490. Vide sub φορβὴ in A.

Φόρκυν, υνος. ὁ. Fuit rex, late dominans mari, α, 72, cujus filia ἡ Θόωσα. Dictus διὰ τὸ φέρεσθαι κυνηδὸν τὸν ἄγαν παροξυνθέντα: hinc et alibi τὸν θυμούμενον κυνῶπα λέγει, καὶ κυνὸς ὄμματα ἔχειν. Est ergo nomen, iratum aliquem et impetuosum mordacemque notans. Poni simul hic Φόρκυν videtur pro numine marino, cujus portus in Ithaca, ν, 96, 345.

Φόρκυς, υος. ὁ. Ductor Phrygum. Β, 862. Ρ, 218. 312—318, qui etiam in genitivo habet υνος, υ longo. Nominis ratio est sub Φόρκυν allata.

Φρόνιος, ου. ὁ. Ithacensis, ὁ πιφρονηκὼς τὸ δίκαιον, cujus filius ὁ Νοήμων, β, 386. δ, 630.

Φρόντις, ιδος. ἡ. δῖα, mater Euphorbi, uxor Πάνθου. Ρ, 40.

Φρόντις, ιος. ὁ. gubernator Menelai, γ, 279—285. nam talis est φροντιστικός.

Φρυγίη, ης. ἡ. Regio ampla Asiæ, ἀμπελόεις, et bellicosa olim. Dividebatur in majorem et minorem: in minore erat Troja: de majore sermo est Γ, 184—189. 401. Κ, 431. nobilis fluvius ejus Sangarius, Π, 719. ex ea venerant multi ἐπίκουροι, Σ, 291. maxime autem ex ea commeatus Trojam portabantur, et pecuniæ pro iis referebantur in eam, ibid. Ω, 545. Incolæ οἱ Φρύγες, Β, 862, ubi sermo est de minore Phrygia: et vide, Homerus discernit tamen Φρύγας καὶ Τρῶας, quos recentiorum multi confundunt.

Φρύνη, ης. ἡ. celebris amica apud recentiores. Duæ fuere hujus nominis: altera cognominata ἡ Σηστὸς, διὰ τὸ ἀποσήθειν καὶ ἀποδύειν τοὺς αὐτῇ συνόντας, etiam ἡ Κλαυσίγελως: altera Θεσπικὴ, καὶ Σαπέρδιον. Et hæc ἐκ Θεσπιέων nota est ob judicium. Nam accusata impietatis ad mortem ab Εὐθίᾳ, antea amatore ejus; quum patronus ejus ὁ Ὑπερίδης venisset in perorando ad ἐπιλογικοὺς οἴκτους, advocavit ipsam propius, deripiensque ei amiculum, nudos ejus μαζοὺς ostendit judicibus, ut revererentur tam pulcram Veneris ministram. Nec frustra. Sed absoluta ea, lex est lata, ne quis in posterum accusatum coram sisteret judicibus. Ipse ὁ Εὐθίας post id factum nullam unquam causam egit. Vide Æliani Var. Hist. 9, 32. et Eustath. ad Χ, 80, occasione τῶν μαζῶν.

Φυλάκη, ης. ἡ. Urbs Thessaliæ, non procul Θηβῶν, et rex ejus Protesilaus. Civis ὁ Φυλακήσιος. Β, 695. Ν, 696. Ο, 335. λ, 289, nam et Iphiclus ibi regnaverat. ο, 236.

Φύλακος, ου. ὁ. rex ἐν Φυλάκῃ olim; et urbs ab eo nomen cepit. Pater ejus ὁ Δηϊονεὺς, filii vero ὁ Ἴφικλος καὶ Ποδώκης, ἐκ τῆς Κλυμένης. Β, 705. Ν, 698. ο, 231. Alius erat nobilis Trojanus, Ζ, 35.

Φύλας, αντος. ὁ. princeps Græcus, avus Eudori, Π, 180—192.

Φυλεὺς, έως. ὁ. Princeps Dulichii, subordinatus Ulyssi, Διῒ φίλος, Β, 628, 629. conf. Ἐπειοίς. Ο, 530. Ψ, 637. Filius ejus ὁ Μέγης. Κ, 175. Ε, 72. Ν, 692. Ο, 519, 528. Π, 313. Τ, 239.

Φυλὼ, όος. ἡ. nobilis ministra Helenæ. δ, 125, 133.

Φωκέες, οἱ. μέγα ἔθνος, etiam Demosthenis orationibus clarum: cujus terra ἡ Φωκὶς, ίδος. nomen est ἀπὸ Φώκου, υἱοῦ Αἰακοῦ καὶ Ψαμάθης μιᾶς τῶν νηρηΐδων. Β, 517, quem genitivum multi malunt scribere Φωκείων quam Φωκήων. Ο, 516. Ρ, 307. Contermini Bœotiorum.

Φώκη, ης. ἡ. vitulus marinus, graviter olens, sed χρήσιμος πρὸς μαγικὰς γοητείας putatus: hinc Proteus illis gaudebat. δ, 404—453. et φωκάων δέρματα, 436, vocantur a toto φῶκαι, 442. ο, 479.

Φωκικοὶ, ων. οἱ. vide sub ἄργυρος in Α.

Φωσφόρος, ὁ. vide in Α. sub ἀστὴρ, ἑωσφόρος, et φάος prope medium.

Χ

Χαλκὶς, ίδος. ἡ. nobilis urbs Eubœæ, cujus civis ὁ Χαλκιδεύς. Olim dicta fuerat Εὔβοια, postea Στύμφηλος, tandem Χαλκὶς, διὰ τὸ χαλκεῖα πρῶτον παρὰ τοῖς ἐκεῖ ὀφθῆναι. Ejus ἄποικοί εἰσι ἐν τῇ Κύμῃ τῆς Σικελίας Χαλκιδεῖς. Β, 537. Alia est Ætolica urbs ad Acheloum amnem, Β, 640. Alia hujus nominis fuit in Cæle-Syria, ex qua celeber ille philosophus ὁ Ἰάμβλιχος fuit. Euboica illa condita olim fuerat ab Atheniensibus; amnis ibi erat ἡ Ἀρέθουσα, et χαλκιδίζειν est τὸ γλισχρεύεσθαι. Multas emisit colonias. Altera urbs Eubœæ primaria erat ἡ Ἐρετρία.

Χαλκώδων, οντος. ὁ. Rex Eubœæ. Nomen est contractum ex Χαλκοόδων, notatque præditum ferreis dentibus. Δ, 464.

Χάλκων, ωνος. ὁ. nobilis Myrmidon. Π, 594—596.

Χάρις, ιτος. ἡ. Dea dulcedinum et hilaritatis et pulcritudinis. Est a χαίρειν: et πᾶσα χάρις est καλὴ, διὰ τὸ παρεπόμενον ἡδὺ οὐ μόνον τῷ λαμβάνοντι, ἀλλά γε καὶ τῷ διδόντι. Numerum earum nusquam definivit poëta; recentiores vero tres eas esse finxerunt. Apud Homerum est abstractum amabilitatis cujusvis: et fingitur semper juvencula. Χαρίτων ὁπλοτεράων μίαν, Ξ, 275, 267. λιπαροκρήδεμνος καλὴ

cohabitat Vulcano, Σ, 382, seqq. ob artis ejus formositatem. Χάριτες λοῦσαν αὐτὴν, Θ, 365, ubi finguntur δαιμόνια ὑπουργοῦντα τῇ Ἀφροδίτῃ. Proprie notant gratiæ gratum pro acceptis beneficiis animum: hinc semper νέαι pinguntur, et obversis erga se vultibus; tanquam nunquam obliviscentes aut senescere patientes gratam memoriam. Deinde notant omne amabile et conciliatorium. Vide sub Ὀρχομενὸς, et in A. sub χάρις.

Χάροπος, ου. ὁ. princeps Symæ insulæ, pater Nirei. Β, 672. quasi χαρίεις τὸν ὦπα, correpto ω.

Χάρυβδις, ιος. ἡ. Μεσσήνη est urbs magna ad fretum Siculum, κτίσμα Πελοποννησίων Μεσσηνίων. Ea olim dicta fuit ἡ Ζάγκλη, propter curvitatem littoris ejus, aut etiam situs urbis: Ζάγκλιος γάρ ἐστι σκολιὸς, ὅθεν καὶ τὸ ζάγκλον, i. e. δρέπανον, *das krumme messer, (a crooked knife.)* Prope eam est vortex, *ein wasserwirbel, (a whirlpool,)* qui Charybdis a poëta vocatur, voce ficta ex sono aquæ: Fingit eam ut δαιμόνιόν τι, hinc δῖαν vocat; vel potius non clare significat, an θηρίον illam fingat, an nudam ἄμπωτιν. Habet aliquam reciprocationem bis quovis νυχθημέρῳ: sed Homerus scripsit, ter, τερατολογίας majoris causa, et ter ibi est pro sæpe. Quod deglutiat quædam, et mox eadem revomat, est figmentum poëticum. Potest alibi allegorice poni εἴς τινα πολυδάπανον ἀσωτίαν, ὡς καὶ ἡ φάραγξ. μ, 101—113. 260. 428—441. ψ, 327. Vide in A. sub ῥοιβδέω, et ἦμαρ.

Χάροψ, οπος. ὁ. nobilis Trojanus. Λ, 426.

Χείρων, ωνος. ὁ. Φιλύρας καὶ Κρόνου υἱὸς, εἷς τῶν Κενταύρων, magnus inventor in arte medica, maxime circa sananda vulnera et ulcera. Magister Æsculapii, Δ, 219. et Achillis, Λ, 831. Fuit et bonus miles, hastæque peritus, Π, 143. Τ, 390, donavitque Peleo grandem hastam. Ab eo vocata sunt τὰ Χειρώνεια ἕλκη, τὰ δυσαλθῆ, ἃ Χείρων κατέδειξε θεραπεύεσθαι. Dictus ipse a felici manuum admotione ad morbos, unde et ἡ χειρουργία dicta est.

Χερσιδάμας, αντος. ὁ. nobilis Trojanus. Λ, 423.

Χίμαιρα, ας. ἡ. ἀμαιμακέτη, i. e. ἄγαν μαιμῶσα, ἢ καὶ περιμήκετος. Ζ, 179—183, ubi id portentum poëticum plene depingitur, occisum a Bellerophonte. Quia Ἀμισώδαρος Lycius dicitur hoc monstrum aluisse, Π, 328, 329, facile intelligitur, nihil physici, sed potius aliquid historici et politici subesse, quod jam ignoratur. Antiqui enim historias suas ænigmatis involvere amabant, quod quidem posteritas valde dolet. Cæterum quia τὰ ἔλλερα, a quibus Βελλεροφόντης, præfixo Β, nomen habet, notant τὰ κακά: facile intelligitur, politica quædam mala mali vasalli, in regnum redundantia, ab eo acriter esse repressa. Quod dicitur θεῖον γένος, nil aliud vult, nisi, a plebeio homine ea mala tolli non potuisse. Allegorias morales nihil moramur, quas quivis facile excogitat. Fabulam inficetam de equo alato, quem Bellerophon conscenderit, et desuper plumbum liquefactum in Chimæræ rictum infuderit; omittamus. Strabo plura dabit: et quædam Palæph. c. 29. Confer in A.

Χίος, ου. ἡ. insula satis celebris olim. Ipsa scribitur cum acuto, sed civis ejus, vel adjectivum nomen, scribitur Χῖος, ex contractione pro Χίïος. Ipsa non nimis λιπαρὰ, vini tamen generosi genitrix. Vocatur hinc παιπαλόεσσα, γ, 170—172, et ex Asia versus Græciam navigans, καθύπερθεν αὐτῆς navigat, si eam habet ad sinistram: nam Psyrie sita est insula supra Chium versus septemtriones. Habet egregium portum, et ἄλσος φοινίκων. Aliquando Atheniensibus fuere carissimi, adeo ut in solemnibus votis precarentur Athenienses, ἀγαθὰ γενέσθαι αὐτοῖς καὶ τοῖς Χίοις. Post autem, vix liquet qua de causa, tanto odio in eos concitati sunt, ut et pravam monetam nota Χ notarent, quod χιάζειν (i. e. impresso χ notare) dicebant. χῖος λόφος ἐστὶν, ἀποτιλθῆναι τὴν κεφαλὴν τὸ μέσον, *eine platte auf dem kopfe, (a flat place on the head.)* Vide sub Ζεὺς ad finem, et in A. sub Ἀστράγαλος.

Χλῶρις, ιδος. ἡ. Uxor Nelei, mater Nestoris, pulcerrima, filia Amphionis τοῦ Ἰασίδου, non Thebani illius. λ, 280—287.

Χρομίος, ου. ὁ. unus ex ὑποστρατήγοις Nestoris, et fortasse frater ejus, qui memoratur λ, 285. Δ, 295. Alius erat filius Priami, Ε, 160—165. Tertius nobilis Lycius, Ε, 677. Quartus, Trojanus, Θ, 275. Quintus, item Lycius, Ρ, 218, 494, 534. Antiqui jubent id nomen παροξύνεσθαι, ponentes regulam: nomina propria ex tribus brevibus παροξύνονται, ut Δολίος, Τυχίος, etc.

Χρόμις, ιος. ὁ. dux Mysorum, Β, 858.

Χρύση, ης. ἡ. πόλις Ἀδραμυττηνὴ, πλησίον Θήβης in Phrygia minore. ibi Apollo in primis cultus. Α, 36. coll. 100, 390—431, 451.

Χρύσης, ου. ὁ. Princeps urbis Chrysæ, simulque sacerdos Apollinis, qui et novum templum huic numini exstruxerat. Quum urbs Chrysa a Græcis capta fuerat (nam bellum Trojanum pervasit omnem Phrygiam: metropolis postremum et diutissime est obsessa) abducta fuerat eo tempore formosa principis et sacerdotis hujus filia, et honoris causa Agamemnoni data. Pater suppliciter redemturus filiam, contumeliose rejectus erat ab Agamemnone: hinc Apollo pestilentiam immisit exercitui: hinc deinde occasio iræ Achillis, etc. En ergo tamen fœminas, mali maximi fontes, ut ut innoxias sæpe. Α, 11—305. 430—479. Fortasse autem ipsa urbs Chrysa mansit intac-

ta, utpote sacra; et filia principis in Theba fuit capta, ubi patruum suum inviserat, vel apud eum educabatur. Et hæc sententia omnino probabilis: si enim urbs Chrysa fuisset direpta hostiliter, et ibi inter reliquam prædam capta hæc puella; redemtio locum non habuisset. Captæ enim jure belli fœminæ non poterant redimi, ut viri redimebantur. ἡ Χρυσηῒς dicitur a patre, A, 111, 182, 366—390, 439. conf. Βρισηῒς, nam ὁ Χρύσης καὶ ὁ Βρίσης fuere fratres.

Χρυσόθεμις, ιδος. ἡ. filia Agamemnonis una ex tribus. I, 145, 287. habet nomen aureæ et puræ justitiæ παρώνυμον.

Ψ

ΨΥΡΙ'Α, ας. ἡ. parva et vilis insula supra Chium versus aquilonem. γ, 171. dicitur et τὰ Ψύρα, ων. habet portum commodum.

Ω

'ΩΓΥΓΙ'Α, ας. ἡ. nomen proprium insulæ Calypsonis. incertum est, ubi ea sit probabiliter ponenda: infra Italiam certe, non nimis procul ab Sicilia; et fortasse est hodierna insula *Malta*. Cæterum insula una cum nomine maximam partem est ficta. Septem plenos annos in ea versatus est Ulysses cum formosa et benefica Calypsone: octavo demum dimissus. α, 85. ζ, 172. η, 244—266. μ, 448, 449. ψ, 333—337. ὁ 'Ωγύγης, ου, fuit priscus rex Thebanus, ita vetustus, ut omnia antiquissima dicerentur τὰ 'Ωγύγια, quasi immemorabilia.

'Ωκαλέη, ης. ἡ. civitas Bœotiæ. scribitur et ἡ 'Ωκάλεια. B, 501.

'Ωκεανός, οῦ. ὁ. fingitur ut numen antiquissimum. conf. in A. A, 423, ubi Æthiopicus et Indicus oceanus intelligitur, quem Homerus, Ægyptius homo, probe novit. Vide in A. sub Πᾶς, aliquanto ab initio.

'Ωκύαλος, ου. ὁ. nobilis Phæax. ϑ, 111.

Ὤλενος, ου. ἡ. Urbs Eleorum vel Ætolorum, sita in monte saxoso, qui vocatur 'Ωλενία πέτρα. B, 617, 639. Λ, 756.

'Ωρείθυια, ας. ἡ. Νηρηΐς. Σ, 48. a ϑύειν (ὁρμᾶν) ἐν ὄρει, producto ο.

'Ωρίων, ωνος. ὁ. pulcerrimus sui ævi, simulque maxime procerus et robustus statura. Nomen est quasi 'Οαρίων, ab ὀαρίζειν, i. e. ὁμιλεῖν, ut sit ὁμιλητὴς, ὁ ἄξιος ὁμιλίας τῆς ἐκ τῶν σπουδαίων. Nam sceleratam illam nominis originem ἐκ τοῦ οὔρου, i. e. σπέρματος, quam et Ovidius Fast. V, 493—536, narrat, aversantur prudentiores μυθογράφοι. Quæ recentiores fingunt de amore ejus erga Dianam, ignorant antiqui. Amatus dicitur ab Aurora, i. e. fuit pulcerrimus: occisus a Diana, i. e. subita morte est extinctus, ε, 121—124. λ, 309. Post mortem relatus est inter sidera, i. e. astronomi sidus ingens ex ejus nomine appellarunt, quia sine dubio ipse fuit astronomus peritus, Σ, 486—488. ε, 274. et quia venandi studiosus fuit, hinc et canem suum ei addiderunt, X, 29. Reliqua historia hujus sine dubio magni viri ignoratur. Vide sub ἄορ, conjux, in A.

'Ωρομέδων, οντος. ὁ. unus ex gigantibus, cœlum invadere conantibus: et ab eo deinde dictus mons, sub quo est sepultus. Theocr. 7, 46.

Ὦρος, ου. ὁ. ductor Græcus, Λ, 303. ab ὠρεῖν, curam gerere.

Ὦτος, ου. ὁ. ductor Græcus 'Επειῶν, O, 518, 519. Alius est frater Ephialti, filius τοῦ 'Αλωέως καὶ τῆς 'Ιφιμεδείας. Vinciunt hi duo fratres Martem; quia is τὸν Ἄδωνιν, υἱὸν τοῦ Κινύρα, interfecerat, ipsis a Venere commendatum: quod addidere recentiores, E, 385—391. conf. Ἄρης, 'Εφιάλτης, 'Ελάτη, 'Αλωεύς. Erant ambo valde pulcri, sed juvenes sunt mortui, λ, 304—319, et addunt recentiores, periisse eos in venatione; nam cum intercurrisset cervus, ambo conjectis telis, sed ἀποτυχόντες, se invicem interfecerunt, et id in pœnam, quia Dianæ voluerant vim inferre. Est et avis hoc nomine, noctuæ similis, magnis auribus, facilis captu; hinc dicuntur ὦτοι, οἱ ἐκ μόνης ἀκοῆς ἀπειροέργως καὶ ἀνεξετάστως ἀπάτην πάσχοντες. Vide sub μῆκος in A.

Ὦψ, ὦπος. ὁ. Pater Εὐρυκλείας, Πεισήνορος filius. Ex qua accurata genealogia apparet nobilitas Eurycleæ. α, 429—433. β, 347. υ, 148. Vide in A.

FINIS PARTIS REALIS.

APPENDIX

NONNULLORUM PHILOLOGICORUM.

Verbum ad duo vel plura substantiva pertinens, non litteraliter repetendum. A, 532, ubi 533, intelligendum est ἦλθεν, ivit. Γ, 327, ubi ad ἵπποι aliud verbum subintelligendum. E, 356. K, 407. M, 319, 320, sc. πίνουσι. et 267, 268, ubi ad φερίτερην pone in mente ἐν ὤμοις. Π, 502, 503. Ω, 8. γ, 289, 290, vide κῦμα in A. ι, 166, 167. ω, 160, ubi conf. ἐνίπτω in A.

Rythmus, τὸ πάρισον, quæsitus in fine versuum, Φ, 523—525. Ψ, 152, 153. Θ, 147, 148. 111, 112. 125, 126. ι, 248, 249. κ, 44, 45. λ, 604, 605, 607. Et hæc aurium oblectatio placuit antiquis. Sed, quum in Græca poësi esset accurata syllabarum mensura, nimis affectatum visum foret, si semper voluissent παρισώσεις ejusmodi in fine versuum venari: si vero rarius, et velut casu, occurrerent, delectabantur iis auditores. Imo et in medio versuum placebant priscis rariores παρισώσεις, e. c. B, 382. ι, 507. recentiores Europæi, accurata syllabarum mensura ob barbariem linguæ destituti, eo magis gaudent hac elegantia rythmorum, ut tamen aliquid gratum auribus accidat.

Infinitivus (ἀπαρέμφατον) pro imperativo (προστακτικῷ) ellipsi Ionica et Attica: nam subintelligendum ἐπιτέλλομαι ἢ κελεύω, vel tale quid. A. 582. B, 10. Γ, 285, 286. 459. Δ, 42, 53, 64. E, 124, 130, 132, 606. Z, 92, 93, ubi est loco tertiæ personæ imperativi, θέτω, ὑποσχέτω, sc. μάτηρ ἐμά. H, 79. K, 65, coll. 61. O, 148, 159, 230, 347. Π, 87, 89, ubi subintelligendum, memento, memor esto. P, 501. δ, 408, 419, 422, 423. λ, 441, 442. ο, 642. π, 151. Et hæc figura etiam prosaicis Atticis frequens.

Πρωθύστερον, valde frequens apud poëtam. e. c. Φ, 537. Ω, 443, 446. E, 118. Δ, 535, 493. et innumeris locis.

Prima persona, modestiæ causa, ne alius id contumeliose dictum putet. B, 194.

Consona prima vocis sæpe abjicitur, ut fiat nova quasi vox. e. c. ἰωγμὸς pro διωγμὸς ἢ δίωξις. λιαρὸς pro χλιαρὸς, ἐρι particula intensiva pro πέρι, ἤγανον pro πήγανον, ἦλα pro μῆλα, etc. conf. σκιδάζω in A.

Trochaica perispomena retinent suum circumflexum in compositione, e. c. ἦγε, κατῆγε, εὗρεν, ἐφεῦρεν, εἶχε, κατεῖχε, εἶδε, παρεῖδε, etc. Excipiuntur tamen quædam, e. c. οἶδα, σύνοιδα. si vero penultima in brevem mutatur, tunc migrat accentus, e. c. ἀνῆγε, ἄναγε, ubi augmentum ionice omissum.

Præterita dissyllaba cum positione in medio, retinent in compositione accentum, e. c. εἶργμαι, καθεῖργμαι, ἦγμαι, καθῆγμαι: sed sine positione, retrahitur, ἧμαι, κάθημαι.

Spiritus asper sequens, ionice non adspirat præcedentem consonam, e. c. Z, 333.

Neutrum plurale, cum verbo plurali, E, 205. neutrum, ad nomen alius generis, B, 204.

Verbum singulare, habet nomen plurale etiam non neutrum, Δ, 438, conf. in A. ΜΙΓΩ, prope initium. Verbum plurale, ad nomen singulare collectivum, A, 606. B, 278.

Pluralis sæpe pro singulari, E, 745, pro duali, et vice versa, E, 768, 363, 368, 233, 239, 240. Γ, 239, 240. pluralis cum duali, E, 244, 245. 275, 257. Ergo dualis non necessarius de duobus, sic dualis pro plurali sæpissime, E, 487. A, 567, nisi quod ibi ambo sexus innuuntur.

Præpositio, pertinens ad verbum cum ea compositum, avellitur sæpe et ponitur ad nomen. e. c. B, 89. et hæc avulsio nunquam frustra facta: sed notat vel difficultatem aliquam aut distractionem rei, e. c. λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδὼς, quia taurus discerpitur successive dentibus leonis: vel et turbationem magnam, etc. sæpe procul a verbo suo remota est præpositio, e. c. B, 175. sæpe omittitur præpositio, e. c. εἰς, B, 273. sæpe cumulantur præpositiones in composito, nunquam frustra, ut

ὑπεκπρολυθῆναι, sub jugo copulatos, exsolvi, et porro ad pascuum agi. sic et ἐξυπανίστημι. Sæpe pendet casus a præpositione verbi, e. c. B, 84, pro ἐκ βουλῆς ἤρχετο νέεσθαι.

Syntaxis σολοικοφανὴς ἢ κακοσυνταξία, oritur sæpe ex persona loquentis, aut ad exprimendum affectum acriorem; et videtur scribens aut loquens oblitus esse, quam præcedentia constructionem postulent. e. c. Z, 510, 511. talis magno consilio posita κακοσυνταξία notata est in A. sub μήτηρ ex α, 276. vide et Γ, 211, pro ἑζομένοιν, sic oblitus videtur quæ præcesserint, B, 229. 232. et 353, ubi deberet esse ἀστράπτοντα. et Δ, 433, 436, ubi quasi συνεβαρβάρισε τῷ Τρωϊκῷ ἀλαλητῷ. Turbata ex affectu constructio est Θ, 377, 378, ubi est pro νῶϊν προφανείσαιν, vel omissa est præpositio εἰς ἢ διὰ cum acc. Transposita constructio est A, 536, 537, ubi μὲν ad ἰδοῦσα, et ἠγνοίησεν ad ὅτι, pertinere videtur. Pronomen sæpe potest referri et ad præcedentia et ad sequentia, e. c. A, 541, 542, ubi ἐόντα καὶ φρονέοντα ad δικάζειν potest referri, potest autem esse quoque ἐόντι καὶ φρονέοντι ad σοὶ, utrumque bene. conf. in A. σὺ ad h. l. Apodosis sæpe prudenter omittitur, e. c. A, 580, 135. In loquendo sæpe genus mutatur, quia animus respicit ad rem nomine signatam, non ad nomen, e. c. B, 660, 658. λ, 90, 91.

Composita multa fiunt ex synonymis, e. c. τὸ δάπεδον, ex δᾶ dorice pro γῆ, et τὸ πέδον, *erdboden, (the ground.)* ὀροθύνω, ex ὄρω καὶ θύνω. τὸ καπυρὸν, ex καίω καὶ πυρὴν, sicut Germanorum *feuersbrunst, (conflagration.)* τὸ ἠλέματον, ex ἠλεὸν καὶ μάταιον: ὁ ἡ πρευμενὴς ex πρᾶος καὶ εὐμενής: ἀγηλατεῖν ex ἀπάγειν καὶ ἀπελαύνειν: ὁ θόρυβος ex θρόος καὶ βοή: μόρφνος ex μόρος καὶ φόνος, Ω, 316, *mörderlich, (murderous.)* ὁ χρεωφειλέτης, ex τὸ χρέος καὶ ἡ ὀφειλή: ὁ κανδάων ex καίειν καὶ δαίειν: φονοκτονεῖν ex φονεύειν καὶ κτείνειν: ὁ ἀρχηγὸς ex ἄρχειν καὶ ἡγεῖσθαι: Νηρεὺς ex νάειν καὶ ῥέειν: ἡ τερηδὼν ex τείρειν καὶ ἔδειν: ὁ Ὡραπόλλων ex Ὧρος καὶ Ἀπόλλων, quod utrumque est nomen Phœbi, et notat ἄνδρα λόγιον, etc.

Nomina in η desinentia fœminina, facile desinunt in αίη. σελήνη, σεληναίη, καλάμη, καλαμαία, etc.

Conjunctivus sæpe amittit vocalem sibi propriam, ionice, ut videatur esse indicativus, e. c. B, 440. Δ, 421. E, 679, 886, 887, 898. H, 275, etc. sæpe autem simpliciter est indicativus loco conjunctivi, sicut Romani, erat, ponunt pro, fuisset. e. c. E, 22. sæpe ponitur conjunctivus, nullo regimine præcedente, ut A, 554.

In verbis sæpe est tempus pro tempore. e. c. præsens pro præterito, B, 300. ι, 448—452. pro futuro, A, 426. Δ, 161. Aoristus primus pro præsenti, Δ, 160. In genere aoristi signant rem fieri solitam, e. c. Γ, 33—35, *er pfleget das zu thun, (he is wont to do it.)* Δ, 279.

Participium sæpe, loco verbi finiti. Ω, 43, ubi conf. ΕΙ'ΚΩ in A. Θ, 307, pro βρίθεται. Participium præt. perf. passivi sæpe est pro particip. futuri pass. Latinorum, e. c. τετελεσμένος, perficiendus, quod potest aut debet perfici, ε, 90.

Optativus sæpe notat eventum possibilem. e. c. B, 12.

Futurum signat sæpe possibilitatem. μυθήσομαι, possum narrare, B, 488. Siculi duplicant Sigma in futuris, pro ἔσεται ἔσσεται scribentes: Dores inserunt Iota idque circumflectunt, ἐσεῖται καὶ ἐσσεῖται. Communis usus fecit syncopen, ἔσται, reprehensam a veteribus grammaticis.

Adjectivum compositum cum nomine alio, sæpe aliter significat, ac si utrumque divisim poneretur. μέγας θυμὸς notat magnam iram; sed ὁ μεγάθυμος est magnanimus, sensu laudatissimo. θερμὸν ἔργον τὸ ἀναιδὲς καὶ θρασὺ σημαίνει, ἀλλ' ὁ θερμουργὸς est alacer ad agendum.

Videlicet, omittunt Græci, sicut et Latini boni. E, 184, *nehmlich der sohn, (namely the son.)*

Nomen proprium, per excellentiam, aut indignabunde, positum. B, 243, 244. 254, 255, τοιαῦτα ὁ τοιοῦτος κατὰ τοιούτου. sic et gentis nomen, N, 95, 101. sæpe pro ἐγὼ, gloriose aut ex alia ratione, Π, 833, 840. sæpe est duplex, unum apud homines, i. e. vulgo usurpatum, alterum apud deos, i. e. verum, et ab honestioribus frequentatum: sic B, 813, 814.

Accentus variat significationem. δοκὸς, trabs, δόκος, opinio, δόκησις: σύνεργος, ὁ συγκάμνων τεχνίτης, *ein handwerksgeselle, (a journeyman,)* συνεργὸς, ὁ βοηθὸς, *ein gehülfe, (a partner:)* καιρὸς, tempus, καῖρος, i. e. μίτωμα. si ex appellativo fit proprium, mutatur accentus, e. c. ἀνεκτὸς Ἄνεκτος: κακὸς, Κάκος.

Imperativi compositi plerumque transmittunt accentum. ἧσο, κάθησο. λέγε, κατάλεγε. σπεῖρε, κατάσπειρε.

Comparativus sæpe ponitur pro positivo vel superlativo. E, 641. in ότερος sæpe transit in έστερος: sic δικαιέστερος, ἀλλοιέστερος, ἀκραέστερος (ab ὁ ἡ ἄκρατος, non mixtus) ἀναγκαιέστερος. sic et superlativus, ἀμορφέστατος, ὡραιέστατος, σπουδαιέστατος, γενναιέστατος, ἀφνειέστατος, etc. et in his formis Attici sæpe τὸ ε mutant in Iota, ut λαλίστερος: sæpe in αι, ut ἰσαίτερος ab ἴσος, πλησιαίτερος. sæpe ex comparativo sit novus comparativus, e. c. ex χερείων (ionice pro χείρων, pejor) χερειότερος. et ex superlativo novus comparativus superlativusque, ut ex κλέπτιστος, κλεπτιστότερος, κλεπτίστατος: ex κύδιστος κυδίστατος.

Augmentum recentiores varie innovarunt. e. c. ἔξω αὔξοντες, τὸ δὲ ἔσω ἀφιέντες ἀναύξητον, ut δεδιοίκηται, a διοικέω. Alibi dupliciter augentes, ἔσω καὶ ἔξω, δεδιῴκηται. sic et ἐκδεδιητημένος, a διαιτάω καὶ ἐκδιαιτάω: μεμεθωδευμένος, καὶ μεμελοπεποιημένος, καὶ ἠνώχλησε, καὶ ἠνέωγεν, etc.

Genitivus elliptice positus. Α, 429. Γ, 366. Θ, 464, omisso ἕνεκα ἢ ἐκ. Genitivus instrumenti, Β, 415, 723. duo genitivi ad unum nominativum, Δ, 84. Nomina in ας primæ declin. communiter habent in genitivo ου, dorice α, et αο, attice et ionice εω.

Dativus commodi, Α, 28. Δ, 486. cum passivo, notus ille Græcismus, Γ, 429. causam efficientem vel moralem notans, Ε, 875.

Genitivus et dativus sæpe in una constructione permutantur, Π, 531. ι, 256, 257.

Accusativus absolute, omisso κατὰ, Β, 169. Ι, 59. Β, 219. conf. χρεὼ in A.

Ablativus Græcus, Β, 475, 513, 700. Ε, 137, 172, 182, 279, 649, 795. Ζ, 301. et sæpissime.

Ἀποστροφῆς σχῆμα, affectuosum. e. c. Δ, 127, ubi est primum in Iliade: nam poëta eo utitur circumspecte, et ad personas ἀξιολόγους. et 146. 223, ubi Musa alloquitur suum ὁμιλητὴν, τὸν ποιητήν. Ε, 85. Η, 104, ubi miserationis ergo. Ν, 603, 631. Ο, 582. Π, 20, 584, 692, 744, 754, 787, 788, 812, 843. Ρ, 679—681, 702. Υ, 2, 152, ad Apollinem μουσηγέτην, sed non ad Martem ἄλογον. Ψ, 600. ξ, 55, et deinde sic sæpius per omne sequens opus: nam amat hunc servum ob fidem ejus. π, 363, seqq. ad absentem. υ, 17, seqq. ipse ad se.

Σαρκασμὸς, δακνηρὰ εἰρωνεία, nomen habens ὡς οἷά τι θηρίον σαρκὶ ἐμφυέν: cujus exemplum est Λ, 450—454. Ξ, 453—505, ubi quatuor sarcasmis utitur poëta, exhilarans auditorem, dum Jupiter dormit cum Junone: paullo post vero excitatur Jupiter, et scriptio fit severior. Inter has εἰρωνείας ἀστεία ἐστὶν ἡ τοῦ Πολυδάμαντος, δεινοτέρα δὲ καὶ ἡρωϊκωτέρα ἡ τοῦ Αἴαντος, ἀφελεστέρα ἡ τοῦ Ἀκάμαντος, ἡ δὲ τοῦ Πηνελέου ἀφελὴς μὲν, πάθος δὲ ἔχουσα lacrimosum.

Ἐπαναφορὰ, si redit dictio ad eandem vocem. e. c. Β, 382—384. 734, 735. Ε, 740, 741.

Ἐπαναστροφὴ, figura dictionis elegans, si rara est. e. c. Β, 758. Λ, 579. Est nimirum, quando vox sequens eadem syllaba vel iisdem syllabis incipit, quibus præcedens desierat. sic, λευκὰ κάρηνα Σαμία μία ναῦς, ὄλισθι Δίων, ἵνα θάνασιν, ἦλθι Δίων, etc.

Ἐπανάληψις, repetitio eorundem verborum. Υ, 371, 372. Χ, 127, 128, et locum habet apud personam variis curis obrutam, cui non vacat, celeriter cogitare, et quæ interim repetit jam dicta.

Κλιμακωτὸν σχῆμα, Β, 101—108.

Παραφραστικὸν σχῆμα sententiæ, quando eadem sententia aliis atque aliis verbis exprimitur. ο, 68—74.

Ἀλκμανικὸν σχῆμα dictionis, quo ὁ Ἀλκμὰν frequenter est usus, quando verbum in medio duorum suorum nominum ponitur. e. c. Ε, 774.

Synonymia absoluta, non odiosa antiquis. e. c. Β, 452.

Συνωνυμίας studium antiquorum. Vide sub ἡδὺς in A.

Ἀνακεφαλαίωσις, repetitio sententiæ. potest fieri iisdem verbis, ut Α, 370—379, ex 12—16, 22—25, nam licet, pulcra iterare neque operam perdere in minus necessaria immutatione verborum. Potest et fieri mutatis verbis et sententiis, ut Α, 380—392, ubi latius narrata ante, in brevius contrahuntur, et repetuntur secundum primaria momenta. Ergo hi sunt duo modi repetendi priora. Vide et Α, 195, 196, et 208, 209. Β, 11—15. 28—32. coll. 23—27. 60—69, ubi eadem fere, ter repetita. Legatus enim debet mandata exacte referre: et rex in narranda hac sibi missa legatione, ostendit quantum valeat memoria. conf. et Β, 158—165. et 174—181. repetitio unius versus est Β, 72, 83.

Ταυτολογία ἐζηλοῦτο τοῖς παλαιοῖς: οὐ μόνον ἐν ἐπῳδοῖς, quales et in Psalmis sacris frequentes, e. c. per Psalmum cxxxv totum, et Ps. xlii, 6, 12. xliii, 5. καὶ ἐν κρούμασι μουσικοῖς, καὶ χορεύμασι, etc. ἀλλὰ καὶ κατ' ἑτέρους τρόπους. sic Homerus crebro eadem repetit, e. c. Δ, 255, 272, 311, 326. Vide sub σημαίνω in A.

Ἠθοποιΐα, quando alii loquentes inducuntur. Μ, 317—321. Π, 830—832.

Ἀσύνδετον, notat sæpe celeritatem rei, ut Ε, 417. et est σχῆμα ἀρχοντικὸν, i. e. ἄρχοντι πρέπον, Β, 8—11, ἴθι, ἀγόρευε, κέλευε.

Διασκευὴ, ἢ διασκευαστικὸν σχῆμα, e. c. Α, 431—439. 458—467. Β, 41—47. in rebus lætis maxime adhibetur hæc figura sententiæ, et instruit auditorem de priscis aut ipsi non visis, aut docet eum notissima bene narrare.

Δίγλωσσον est, quando eadem res nunc laudatur nunc vituperatur. ὁ Ζήνων maxime coluit hoc exercitium pro et contra dicendi: et Euripides dicit: ἐκ παντὸς ἄν τις πράγματος δισσῶν λόγων ἀγῶνα θεῖτ' ἄν, εἰ λέγειν εἴη σοφός. Etiam hoc sumtum ex Homero, qui e. c. τὸ ἀκόρητον μάχης, nunc in laude ponit, nunc in vituperio.

Ὑποδιήγησις est, ὅτι διηγεῖταί τις ὅμοιόν τι τοῖς προκειμένοις πράγμασιν. Talis est Ι, 523—598, nam Achilles et Meleager, ambo nobiles, et fortes, et irati, et fœminarum causa agentes, et orati a multis, et inexorabiles aliquam diu, et, quod abominatur Phœnix, coacti infortunio.

Interrogatio sæpe est invitatio, ut narret alter sua mala, ut relevetur tristitia. Nam τὰ λυποῦντα ἐκτεθέντα εἰς διήγησιν, κουφισμὸν ποιεῖται τῆς λύπης. Thetis interrogat sic fi-

lium, A, 362, seqq. coll. 365, ἵνα κουφίσῃ τὴν ψυχὴν τῇ ἐκφορᾷ τοῦ βαρύνοντος. Interrogans ergo potest jam ante scire, et tamen quasi medicinæ faciendæ causa interrogat.

Λαγαροὶ στίχοι dicuntur versus, qui in medio versu habent syllabam brevem pro longa, e. c. γ, 230, et excusantur per cæsuram, aut sequentem asperum. ἀκέφαλοι sunt versus, incipientes cum syllaba brevi, e. c. X, 379, προκέφαλοι vero, si ab initio syllaba abundat, quasi προμήκεις τὴν κεφαλὴν, e. c. E, 349, ἢ οὐχ ἅλις est pro dactylo, et est quasi elisio. Sæpe et tres breves pro dactylo positæ, e. c. K, 277. et tres breves pro duabus, Φ, 567. quæ tamen per affectum loquentis excusantur. ὁλοσπόνδειοι versus rari apud poëtam, nec laudati a priscis, qualis est Λ, 130. sic et rarum, vocem ita dividere, ut pars ejus sequentem versum incipiat, quale est Epigramma Simonidis: ἦ μέγ' Ἀθηναίοισι φόως γενεθ', ἡνίκ' Ἀριστόγειτων Ἵππαρχον κτεῖνε καὶ Ἁρμόδιον. Fortasse est apud poëtam exempli loco Ξ, 265, ubi accuratiores versum claudunt cum Ζῆ, et sequentem incipiunt cum ν', nam est regula grammatica: consona una inter duas vocales, ubicunque sit, pertinet ad sequentem vocalem, non ad priorem: jam in hac voce Ζῆνα pertinet ν ad α, ergo, apocopato α, ν cum apostropho suo jungitur sequenti voci. Pentametrum Græci vocant ἐλεγεῖον, hexametrum vero ἡρωϊκὸν, et compositum ex his duobus est ἡρωελεγεῖον ἔπος.

Ὑπερβατὸν est, quando constructio et sensus verborum transcendit quædam interposita. e. c. B, 333, 335, ubi interpositus est 334, qui transcenditur syntaxi. Magni hyperbati exemplum est N, 276, cujus apodosis demum est 287, post versus decem, et interposita est longa parenthesis. Alia species est Δ, 286, ubi ordinata propositio est, ὑμῖν μὲν οὔτι κελεύω, οὐ γὰρ ἔοικεν ὀτρύνειν ὑμᾶς.

Ἀναχρονισμὸς est vitium, quando recentiores res gestæ, aut recentiora verba, adhibentur de temporibus priscis, quibus eæ res aut ea verba nondum in notitia hominum fuerant. Hoc vitium accurate cavit Homerus: sed Sophocles et Euripides sæpe in id incurrerent imprudentes, e. c. Dejanira apud Sophoclem profert sententiam Solonis, multo junioris. Idem adhibet verbum ψηφίζειν, quum tamen τὸ τῶν ψήφων εὕρημα longe sit recentius temporibus heroum. sic Euripides adducit ἵππους Ἐνετικούς.

Ἀναγραμματισμὸς sæpe lusum præbuit priscis. sic, αἵματα, ἰάματα. Et nomina propria sæpe sic facta, e. c. Αἴσων πατὴρ, υἱὸς Ἰάσων: Αἵμων πατὴρ, υἱὸς Μαίων.

Ἐπεισόδιον est intersertum quid inter narrationem, quod eam ad tempus interrumpit: quando ingredimur viam narrandi præter propositum.

Orationis, alia loquentis, alia intelligi volentis, exemplum est B, 110—141.

Εἰρωνεία. Z, 56.

Ἔλλειψις ea, quæ omittit apodosin, figura ἀγωνιῶντι apta, e. c. Φ, 561. etiam omittit verba, ibid. 563, ubi deest δείδια. et 567, ubi deest, ἴσως ἀνέλω αὐτόν. maxime omitti solet, respondeo, vel, scito, e. c. Γ, 59, 60.

Ἔμφασις, est λέξις δι' ὑπονοίας αὔξουσα τὸ ζητούμενον. e. c. pulvis albus surgit, ergo terra non potest esse nigra, sed vel argillosa vel arenosa.

Διήγησις est vel ὁμιλητικὴ, quando narro quæ ab ipso cui narro audivi, ut A, 396—406. vel ἀπαγγελτικὴ, quando ipse mea sponte narro, ignota alteri.

Pars nonnunquam a toto separatur, nominaturque, et deinde totum additur, quasi essent ea duo totum. e. c. B, 615. et 625. Nam Δουλίχιον est una Ἐχινάδων, sicut Buprasium est oppidum regionis Elidis.

Conciones essent sane citandæ cum epicrisi. e. c. Ulyssis concio varia sed mollis, B, 284, seqq. et 336. Nestoris vehementior et imperiosior.

Heroici animi exemplum in Hectore, qui prævidet infortunium, idque miseratur, nec inflectitur tamen. Z, 440—465.

Animus perturbatus, quærit quæ jam scit. A, 540, coll. 537.

Sagittantes antiquissimi sedere solebant, et sic exercitii causa jaculabantur. φ, 416, seqq. recentiores vero, posito genu altero in terra.

Præmia heroum vilia, e. c. προεδρία, κρέατα, καὶ οἴνου πλήρη ποτήρια, Θ, 162.

Percussor nobilis, fugiebat in aliam regionem, ibique fassus homicidium recipiebatur defendebaturque. sic Ψ, 118—120. poterat et, data pecunia, manere in patria, maxime si casu fortuito occiderat aliquem. Σ, 498—500.

Conjugalis amoris magnum exemplum Z, 406—439. I, 341—343.

Osculum, salutandi causa impressum labiis, non in more heroico invicem. hinc Z, 406.

Philosophia est γνῶσις θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων: quam definitionem monstravit poëta, α, 338, 339.

Fœderis faciendi ritus antiqui. Γ, 267—301.

Sacrificandi ritus, μ, 356—365. ξ, 420—430. A, 447—465. et sequebantur cantus cum tripudiis, A, 469—474.

Preces ad numen, quavis occasione commendat poëta. In expeditione nocturna precantur Ulysses et Diomedes; sed non Dolon, ergo hic est infelix, K, 277—466. Et facit ubique justas preces exauditas. Iniquæ vero et nimiæ non audiuntur, Z, 306—311, nam

θεινῷ nimia vult, præter ac Hector moderatior jusserat, coll. 277, 96. Justæ preces sunt δ, 759—767.

Χαρακτήρων, quales postea scripsit Theophrastus, exemplum luculentum præivit poëta, N, 276—291.

Augurium. M, 200—229. ο, 160—181. conf. ὄρνις, οἰωνός.

Luctus magnus, Σ, 22—35. coll. Ψ, 42—47. 59—62. maxime silentium ostendit luctum, P, 694—696. vide et Ω, 160—168.

Κέντρωνος τρόπου versus collegit poëta ex se ipso, ex diversis locis poëmatis in unum, et præivit τοῖς ὕστερον τῶν ὁμηροκέντρων, δ, 316—331.

APPENDIX AD INDICEM

EDITIONIS PRIMÆ.

FINIS.

GLASGUÆ:
Andreas & Joannes M. Duncan,
Academiæ Typographi.

1824.